Didaci deza archiepī hispalensis nouarū
deffensionum doctrine angelici do-
ctoris beati Thome de aquino
super tertio libro sententia
rum q̄stiōēs profundis
sime ac utilissime
feliciter inci
piūt.

# Didaci deza archiepi hispalēsis nouaꝝ defensionū doctrine āgelici doctoris btī Thome de aquino sup tertio libro sniarū q̄stiōes ꝓfundissime ac vtilissime feliciter incipiunt.

Circa p̄mam distinctionem tertij libri sententiarū q̄ritur vtrū humana natura quā filiꝰ dei assumpsit ꝑpt̄ humani generis reparationē potuerit a tribus suppositis diuine nature assumi: et arguit̄ q̄ non. quia si sic: aut essent vnus homo aut plures. sed non plures qꝛ nō haberēt nisi vnā aiam et vnū corpus. ergo esset vnus homo: et posset demōstrari iste homo est pater et filiꝰ et spūs sanctus. sed ille homo nō potest supponere nisi ꝑsonā patris vel filij vel spūs sancti. ergo ꝑsona patris esset pater et filius et spūs sanctus vel ꝑsona filij vel ꝑsona spūs sancti quod est īpossibile. ergo īpossibile est talē assumptionē esse. ¶ In oppositum arguitur. quia ꝑsona incarnata subsistit in duabus naturis diuina .s. et humana. sed tres ꝑsone possunt subsistere ī vna natura diuina. ergo etiā subsistere possunt in vna natura humana a tribus ꝑsonis assumpta. ¶ In hac questione erūt quattuor articuli vt in precedētibus libris.

Quantum ad p̄mum articulū sit prima conclusio q̄ filius dei assumpsit humanam naturā in remediū peccati generis humani: ita q̄ si homo nō peccasset filius dei incarnatus nō fuisset. hāc conclusionē tenet. S. Tho. in hac disti. q. p̄ma arti. 3°. Et magis exp̄sse tertia parte. q. p̄ma arti. 3°. ¶ Secunda cōclusio est q̄ possibile fuit eandē humanitatē numero assumi a duabꝰ vel tribꝰ ꝑsonis diuinis simul. hāc cōclusionē tenet S. Tho. in hac disti. q. 2ª. ar. 4°. Et tertia ꝑte q. 3ª. arti. 6°. ¶ Tertia conclusio est q̄ humanitas xp̄i assumpta ad vnitatē diuini suppositi: nō pōt esse vnita diuine nature quin sit vnita ꝓprietati ꝑsonali. Hec cōclusio accipitur ex dictis. S. Tho. infra disti. 5ª. q. p̄ª. ar. 3°. et. q. 2ª. articulis p̄mo et. 3°. Et. 3ª. p. q. 2ª. ar. 2°. et. q. 3ª. ar. 3°.

Quantū ad articulum secundū arguēdū est contra conclusiones. et quidē contra primā arguit Scotꝰ ꝓbando q̄ predestinatio anime xp̄i nō solum fuerit pro redēptione aliarū: p̄mo quia prius natura q̄ȝ aliq̄d preuideat̄ circa peccatorē siue de pena siue de peccato: deus p̄elegit ad curiā celestē omnes quos voluit hr̄e hoīes et angelos in determinatis gradibꝰ: et nullus est predestinatꝰ tm̄ quia alius p̄uisus est casurus: vt sic nullum oporteat gaudere de lapsu alterius. multo magis ergo hoc est verū de predestinatione illiꝰ anime q̄ predestinabat̄ ad sūmam gl̄iam. vniuersaliter enī ordinate volēs: p̄us videtur velle hoc quod ē fini ꝓpinquiꝰ. et ita sicut p̄us vult alicui gl̄iam q̄ȝ grām: ita etiam inter p̄destinatos q̄bus vult gl̄iam: ordinare videtur p̄us velle illi gl̄iam quem vult esse fini ꝓximiorē. et ita huic anime. ¶ 2°. Qꝛ nulla necessitas fuit vt anima a p̄ncipio gl̄iosa cui deus preoptauit non tm̄ sūmam gl̄iam sed coeuā illi anime: vnita fuisset corpori passibili si nō fuisset redēptio faciēda: et ideo auctoritates exponende sunt q̄ xp̄s non venisset vt redēptor nec vt passibilis. sed nō solum ꝓpter illam redēptionē videtur deus illam aiam ad tantā gl̄iam p̄ordinasse: cū illa redemptio seu gl̄ia animarū redimendarum nō sit tantū bonum quātum est gl̄ia anime xp̄i. nec est verisimile tantū bonum in entibus et tā summū: esse tātū occasionatū ꝓpter minus bonū. sicut nō est verisimile deū p̄us predestinasse adam q̄ȝ xp̄m: quod tamē sequeret̄. ¶ 3°. Quia sequeret̄ q̄ deꝰ predestinādo adā: prius preuidisset eum casuruȝ q̄ȝ predestinasset xp̄m si predestinatio xp̄i tantūmodo fuit ꝓ predēptione aliorꝝ. hoc autem nō videt̄ esse cōueniēs neq̄ verū. ¶ Cōtra secundā cōclusionē arguit Scotus ꝓbādo q̄ vna natura non posset simul assumi a tribus suppositis aut ꝑsonis diuinis sic

ꝙ primus terminus vnionis esset persona primo sic. in omni essentiali dependentia vnuz dependens precise dependet ad vnum quod totaliter terminat dependentiam eius. sed in ista vnione est essentialis dependentia vnius nature et vna persona essentialiter terminat eam. ergo non potest eadem natura dependere ad plures tales personas. Maior ꝓbatur in omni essentiali dependentia causati ad causam. quia impossibile est idem causatū habere plures causas totales in eodem genere causandi vel essendi a quibus dependeat: sequeretur enim ꝙ essentialiter dependeret ab illo vt a causa quo non existente nihilominus esset. si enim causatum aliquod habeat. a. pro causa totali efficiente: et cum hoc. b. a. sufficienter efficit ipsum omni alio circūscripto alias non esset causa totalis. igitur ille effectus esset ab. a. non existente. b. et ita non dependeret a. b. ¶ Consimiliter e conuerso arguitur de. a. si b. ponatur causa totalis. igitur si. b. ponatur causa totalis et similiter. a. vtrūqꝫ erit causa totalis et neutrum erit causa totalis. et ita arguitur in omnibus dependentijs etiam que non sunt causatorum ad causas. quia cū dependentia alicuius fuerit totaliter terminata ad aliquid: ipsum non potest dependere ad aliud depēdētia eiusdē rationis et cetera. Similiter confirmatur hoc de accidente respectu plurium subiectoruz. Minor vero probatur. quia personalitas creata totaliter terminat eam: et illa stante non posset simul esse in alia persona siue creata siue increata. sed non minus terminat eā personalitas quecū ꝙ diuine persone ꝙ̄ terminaretur a personalitate creata. igitur. ¶ 2° arguitur sic. quia multiplicato supposito creato multiplicatur natura. ergo similiter multiplicato supposito increato. tenet consequētia quia increatū supplet vicem suppositi creati. ergo ita distinguit sicut distingueret suppositum creatū. ¶ 3° quia illud quod cōpetit alicui vt distinguitur ab alio non potest cōpetere illi alij. sed incarnatio competit filio vt distinguitur a patre. ergo non potest competere patri. ¶ 4° arguitur ab alijs sic. quia infinitati nature attestatur ꝙ possit esse in pluribus suppositis: vnde consueuit dici ꝙ pluralitas diuinorum suppositorum cum vnitate diuine essentie ꝓuenit ex illimitatione diuine nature. sed omnis infinitas et illimitatio repugnat creature. ergo nulla vna natura creata sic potest assumi ꝙ existat in pluribus suppositis. ¶ 5° quia depēdentia nature create assumpte perfectius terminatur per diuinum suppositum ꝙ̄ terminaretur per proprium. sed si natura creata constitueret proprium suppositum non posset simul esse in ꝓprio supposito et in alieno. ergo fortiori ratione natura creata assumpta ab vno supposito diuino non potest assumi ab alio. ¶ 6° quia sicut accidens naturaliter substentatur in supposito substantie: sic miraculose natura humana substentatur in supposito diuino assumente eam. sed vnum accidens non potest simul esse in pluribꝰ subiectis. ergo nec eadem natura potest simul esse in pluribus suppositis diuinis. ¶ 7° quia Anselmꝰ libro de conceptu virginali expresse dicit ꝙ tres persone non potuerunt vnum atqꝫ eundem hominem assumere. et si dicatur ꝙ Anselmus accipit ibi hominez pro supposito quod nō est assumptibile et non pro natura: contra quia ibidem concedit ꝙ vna persona potuit assumere hominem non autem tres persone. sed p̄muz non potest concedi accipiendo hominem ꝓ supposito sed solum pro natura. igitur secundū non negatur accipiendo hominem pro supposito sed pro natura. ¶ Contra tertiam conclusionez arguit Scotus probando ꝙ essentia diuina per se subsistens potest esse proximus terminus vnionis. quia ipsa natura diuina nullum esse habet a persona sed prius naturaliter ꝙ̄ sit in persona dat esse persone. est enim natura de se hec et per se subsistens licet non incōmunicabiliter. videt enim ꝙ ipsa incōmunicabilitas non sit necessario propria ratio terminandi illam sed subsistere simpliciter. ¶ 2° arguit ad idem Durandus sic. si non posset fieri vnio nature humane cum diuina in supposito diuino ꝙ̄m ad existentiam nisi fieret vnio eiusdem nature cum ꝓprietate relatiua quo ad personam: hoc non esset nisi quia vnio naturarum sm existentiam supponeret vnionem sm esse personale: aut quia ad vnionē sm existere vel existentiam necessario concomitaretur aut sequeretur vnio sm personam vel sm esse personale: sed neutrum istorum est vt ꝓbabitur. ergo natura humana posset vniri diuine persone in supposito relatiuo ꝙ̄m ad existentiam dato ꝙ non vniretur proprietati relatiue quo ad personam. Maior patet. quia si vna vnio non supponit aliam nec necessario concomitatur aut sequitur: tūc vna potest esse sine alia. Minor probatur ꝙ̄m ad omnes eius partes. ꝙ enim vnio nature diuine cum creata in eodem supposito sm existentiā non supponat tanꝙ̄ priorem vnionem que est sm proprietatem relatiuam probatur. quia vnio nature assumpte cum persona supponit vnionem eius cum essentia di-

uina quod sic patet. quia per illud primo com-
petit persone diuine vniri nature assumpte per
quod competit ei dependentiam terminare na
ture assumpte. sed persone diuine competit ter-
minare dependentiam nature assumpte ratio-
ne substantie vel essentie diuine. ergo persone
diuine competit vniri nature assumpte ratione
essentie et non econtra. Maior patet quia sicut
natura assumpta vnitur quia dependet: ita per
sona assumens eam vnitur quia terminat depē
dentiam. Minor patet quia persona diuina nō
subsistit nisi per essentiam vel ratione essentie.
per hoc autē per quod competit sibi per se sub-
sistere: competit sibi primo terminare dependē-
tiam nature assumpte: et hoc est essentia. quare
et c. ꝙ autem ad vnionem nature create cū di-
uina q̃tū ad existentiam non necessario conco-
mitetur vel sequatur vnio eiusdem nature cum
proprietate relatiua quo ad personam patet.
qꝛ ista concomitātia vel consequentia non esset
nisi ex habitudine essentie diuine ad proprieta-
tem relatiuam: quia humana natura ſm se nul-
lam habitudinem necessariam habet ad hoc vt
vniatur proprietati relatiue. et ideo si sit ibi ali-
qua necessitas: illa consurgit ex habitudine na-
ture diuine ad proprietatem relatiuam: vt quia
natura humana vnita est diuine nature que ne
cessariam habitudinem habet ad proprietatem
relatiuam: per consequens vniatur alicui pro-
prietati relatiue. sed istud non potest dici quia
essentia diuina non solum habet habitudinem
necessariam ad vnam proprietatem relatiuam
sed ad omnes. si ergo propter necessariam habi
tudinem nature diuine cum proprietate relati-
ua ad vnionem nature humane cum essentia di
uina ſm existentiam sequeretur necessario vnio
eiusdem cum proprietate relatiua quo ad per-
sonam: sequeretur ꝙ non posset fieri vnio hu-
mane nature cum diuina ſm existentiam quin
fieret vnio eiusdem cum qualibet proprietate
relatiua quo ad personam: quia essentia diuina
ad quamlibet habet necessariam habitudinem
et non ad alteram solum: et ita vnum suppositū
relatiuum non posset assumere sine alio quod ē
erroneum. relinquitur ergo ꝙ in supposito diui-
no licet relatiuo posset fieri vnio humane natu-
re cum diuina ſm existentiam dato ꝙ non fie-
ret vnio cum proprietate relatiua quo ad perso
nam: sed tunc talis vnio non plus fieret in vno
supposito q̃ in alio sed equaliter in omnibus: qꝛ
esset solum ſm existere quod est omnibus com
munie et non ſm aliquid proprium et persona-
le. Hec Durandus.

Quantū ad articulum tertium primo notan-
dum est ꝙ quia deus vno sim-
plicissimo actu nouit omnia q̃
scit: scientia eius nullo modo ē
discursiua nec in actu diuine agnitionis est dare
ordinem prioris et posterioris aut natura aut
duratione. quoniam in vna ⁊ eadem re nume-
ro omnimode simplicissima qualis est actus di-
uine noticie ſm seipsam: dari non potest prius
et posterius nisi ſm modum nostrum intelligē-
di qui diuinam perfectionem que vna numero
est ⁊ simplicissima: intelligere non possumus ni
si multipliciter et pluribus cognitionis actibus
propter nostri intellectus imperfectionem. ex
qua prouenit ꝙ ea que in deo sunt: mente cape
re non possumus nisi illo modo quo res mate-
riales quibus intellectus noster naturaliter ꝓ-
portionatur: apprehendimus ſm illud Apostoli
Romanorum primo. inuisibilia dei per ea q̃ fa-
cta sunt intellecta conspiciunt̃ sempiterna quo-
qꝫ virtus eius et diuinitas. Ex quibus inferim⁹
pro veritate prime conclusionis ꝙ inter prescie
tiam dei et eius predestinationem nullus omni
no ordo est prioris et posterioris neqꝫ ſm natu
ram neqꝫ ſm durationem prout prescientia et
predestinatio sunt in deo noticia quedā vel ra
tio seu preordinatio. quoniam vt sic prescientia
et predestinatio sunt vnus ⁊ idem actus re om
nino simplicissimus in deo. et cōsimiliter nullus
ordo prioris ⁊ posterioris est inter predestina-
tionem vnius electi et predestinationē alteri⁹.
quia vnus et idem actus predestinationis om
nino simplicissimus: est in deo quo omnes electi
ab eterno predestinati sunt. neqꝫ quantum ad
ipsum actum predestinationis diuine: predesti
natio vnius electi nec etiam christi est causa pre
destinationis alterius prout infra distinctione
decima questione tertia articulo primo sub arti
culo tertio Sanctus Thomas deducit. Et ter
tia parte questiōe vigesima quarta articulo ter-
tio et quarto. quamuis effectus predestinatio-
nis in vno vt in christo: sit causa effectus prede
stinationis in alijs. verūtamen sicut tactum est:
quia intellectus noster apprehendit diuina ⁊ spi
ritualia per modum rerum corporalium ⁊ sensi-
bilium propter cōnaturalem proportionē quā

habet ad huiuscemodi res: inde est q in deo diuersis conceptibus apprehendit vnum et eundem actum predestinationis diuine et prescientie eius atque dilectionis et electionis: et sub quodam ordine prioris et posterioris ea intelligit: quem ordinem ipse diuine participationes habent in creaturis. vnde quia in nobis ordinatio aliquorum in bonum: presupponit eorum electionem ad tale bonum: electio autem ipsorum presupponit illorum dilectionem: ipsa autem dilectio presupponit eorum noticiam et cognitionem quia nihil est volitum quod non sit cognitum: ideo intellectus noster primo concipit in deo prescientiam et noticiam omnium: deinde quorundam dilectionem ad salutem eternam: consequenter vero electionem illorum ad tale bonum pre aliis quos ad illud non eligit: et demum ipsorum ordinationem ac directionem ad bonum salutis eterne consequendum. Ex quo patet q secundum ordinem nostre cognitionis: prescientia futurorum in deo precedit dilectionem: dilectio vero precedit electionem quorundam: electio autem precedit ipsorum predestinationem. et hunc ordinem Apostolus tenet Romanorum octauo vbi dicit. quos presciuit scilicet deus: et predestinauit conformes fieri imaginis filii sui. super quo dicit glosa. predestinatio igitur est gratie preparatio que sine prescientia esse non potest. cuius ratio accipi potest ex dictis Sancti Doctoris prima parte questione vigesima secunda articulo primo. et vigesima tertia articulo primo. quia predestinatio est pars prouidentie que vt Boetius dicit quarto libro de consolatione est ratio seu noticia in summo omnium principe constituta. Falsa est igitur quorundam imaginatio q scilicet prius natura deus predestinat omnes electos ad curiam celestem vel ad salutem eternam: quam sciat aut preuideat circa peccatores peccatum vel penam ipsorum. nam vt ex deductis apparet: prius secundum ordinem nostre intellectionis est in deo futurorum omnium prescientia tam saluandorum quam damnandorum ipsorumque meritorum aut demeritorum et quorumuis peccatorum lapsus ac reparationis: quam predestinatio seu preordinatio saluandorum in vitam eternam. quia vt deductum est predestinatio prescientiam presupponit futurorum. vnde prius secundum ordinem considerationis nostre deus presciuit lapsum humani generis et modum ac ordinem sue redemptionis et redemptorem preuidit ac preordinauit et predestinauit illum vt esset filius dei in virtute in natura humana subsistens: quam ceteros quoscunque homines ad vitam eternam predestinasset. nam et omnium hominum predestinationem: ex ipsius redemptoris nostri predestinatione dependere voluit. est enim predestinatio christi causa nostre predestinationis quantum ad predestinationis effectum prout Sanctus Thomas docet infra distinctione decima questione tertia articulo primo sub articulo tertio. Et tertia parte questione vigesima quarta articulo quarto. Non ergo vt quidam delirant incarnatio christi aut eius predestinatio: occasionata dicenda est si propter liberandum hominem a peccato et non sine illo facta est. quoniam illud dicitur occasionaliter contingere: quod preter intentionem agentis casualiter vel fortuito euenit. ipsa autem incarnatio et predestinatio christi sicut dictum est: fuit ab eterno a deo intenta et preordinata principalius quam cunctorum aliorum hominum predestinatio: cum volita et intenta fuerit a deo vt esset causa predestinationis aliorum cunctorum hominum. neque obstat q predestinatio christi non fuisset homine non peccante: quia et lapsus hominis ab eterno preuisus est a deo per christi incarnationem reparandus: imo vt Sanctus Bonauentura inquit principalius in intentione dei fuit reparatio lapsi: quam conditio vel creatio hominis ad lapsum possibilis.

¶ Secundo Notandum est pro veritate secunde conclusionis q vt accipi potest ex dictis S. Tho. infra distin. 5ª. q. prima articulo primo sub articulo primo ad. 3m. Et tertia parte. q. 2ª. articulo. 7°. et 8°. in incarnatione verbi dei est duo considerare: assumptionem videlicet qua persona verbi naturam humanam assumpsit: et vnionem que ex ipsa assumptione resultat. assumptio autem secundum propriam significationem dicit actionem in persona assumente et dicit passionem in natura humana assumpta. vnio vero proprie dicit relationem inter extrema vnita. scilicet inter personam diuinam et humanam naturam. huiuscemodi tamen relatio in natura humana: est relatio realis. in persona vero diuina: est relatio rationis. est enim hoc generaliter verum q creature ad creatorem: est relatio realis. creatoris vero ad creaturam: est relatio rationis dumtaxat prout dictum fuit in primo libro. Ex quibus inferimus q dependentia humane nature assumpte ad personam diuinam assumentem dupliciter potest attendi. vno modo sicut ad causam efficientem: et ista dependentia est communiter a tribus personis diuinis: eo q omnis efficientia et operatio

dei ad extra cõmunis est tribus ꝑsonis. tota eni
trinitas ꝑsonarũ effecit assumptionem et vnio-
nem humane nature ad personam filij. Alio mo
do potest attendi dependentia sicut ad termi-
num. et hoc iterum dupliciter. vno modo sicut
ad terminum assumptionis. alio modo sicut ad
terminum vnionis. primo modo dependen-
tia nature humane assumpte in xp̄o ad personã
filij dei assumentem: est dependẽtia sicut ad ter
minum mot⁹ vel actionis. et quia assumptio na
ture humane in xp̄o terminata est ad substãtiaꝫ
persone filij dei ꝛ ex consequenti ad eius eẽ sup-
positale et substantiale per quod perficitur ita
vt natura humana substantialiter existat in ꝑso
na filij ꝛ ip̄a ꝑsona filij substãtialiť subsistat in hu
mana natura et dicať substãtialiter hõ ꝛ homo
dicať substãtialiter de⁹: ideo dependẽtia huma-
ne nature assumpte ad ꝑsonã filij dei assumentẽ:
est dependentia ꝑfectibilis et in potẽtia existen
tis ad terminũ perficientẽ et actuantẽ in eẽ sub-
stantiali et suppositali. quia vero vnio de princi
pali significato importat relationem vt premis-
sum est: ideo dependẽtia nature humane assũp
te ad ꝑsonam filij dei sicut ad terminũ vnionis:
est dependentia relatiui ad terminũ relatiuũ. ꝛ
q̄uis inter ꝑsonam diuinã assumentẽ et naturã
humanã assumptã possit attendi respectus qui
dam dicitur enim assumẽs in respectu ad assũptũ
et econtra: q2 tamẽ talis respectus nõ importať
ꝑ nomen assumentis vel assumpti de principali
significato sed ꝑ modum cõnotati: dicunť enim
relatiua ꝭm dici non ꝭm esse: inde est ꝙ propria
dependẽtia nature humane assumpte inq̄ꝫᵐ hu
iusmodi ad ꝑsonam diuinã assumentẽ: non ē ꝑn
cipaliter dependentia relatiui ad terminũ rela-
tiuum capiendo relatiuũ ꝭm esse. ¶ Aduerten-
dum tamẽ ꝙ dependẽtia humane nature assũp
te inq̄ꝫᵐ huiusmodi ad personam diuinam assu-
mentem quãuis sit substantialis: tamen non est
naturalis quasi ex principijs nature humane cõ
secuta sed est supernaturalis voluntate dei ac i-
effabili eius dignatione humane nature cõces-
sa quemadmodum ꝛ ipsius vnio et assumptio.
ex quo sequiť ꝙ q̄ꝫᵐ est de se non est determina
ta ad vnam personam diuinam nisi ex diuina p̄-
ordinatione. vnde si deus id preordinasset: ter-
minari potuissꝫ ad duas et ad tres personas di
uinas. vt enim Augustinus dicit in epistola ad
volusianum in mysterio incarnationis tota ra-
tio facti est potentia facientis. est autem condi-
cio et naturalis potentia dei facientis incarna-
tionem ꝙ plura supposita habere possint vnã nu
mero naturam sicut patet de natura diuina. si-
cut ergo tres persone possũt subsistere i vna na-
tura diuina: ita et subsistere possent in vna natu
ra humana si deus id voluisset. non enim maio-
ris potentie est tres personas vnire humanam
naturam omnibus et singulis tribus q̄ꝫ vniuslla-
rum dũtaxat. non enim vlli persone diuine aut
omnibus simul repugnat assumptionem ꝛ vnio
neꝫ nature humane terminare. ¶ Neqꝫ obstat
vt quidam obijciunt ꝙ vna sola persona diuina
sufficiens est dependentiam nature assumpte perfe
cte et totaliter terminare ita vt alie supfluerẽt.
quoniam si tres persone humanam naturam as
sumerent: quãuis singula earum per se depẽden
tiam humane nature complete et totaliter ter-
minaret intensiue et totalitate perfectionis eo
ꝙ subsistentia et personalitas vnius persone sit
eque perfecta ꝛ completa sicut omnium trium
cum omnium sit idem subsistere et vna bonitas
ac eadem maiestas: non tamen illam depẽden
tiam complete ꝛ totaliter terminaret totalita-
te extensiua. non enim vna persona dependen-
tiam humane nature tot ꝑsonalitatibus termi-
naret quot simul omnes tres. neqꝫ ex termina-
tione ꝛ suppositatiõe humane nature in vna per
sona verificarentur de humana natura in cõcre
to tot predicata substantialia quot verificaren-
tur propter eius suppositationem et terminatio
neꝫ in duabus vel tribus. nam tunc vere et sub-
stantialiter diceretur vnus homo est pater et fi
lius ꝛ spiritus sanctus et econtra pater et filius
et spiritus sanctus sunt vnus homo: quod nunc
vere non dicitur sola persona filij dei terminan-
te et suppositante naturam humanã assumptaꝫ.

¶ Tertio Notandum est ꝙ duo sũt
que precipue ingerunt dif-
ficultatem et repugnantiam secunde conclusio-
ni. vnum est quia communis natura vel quid-
ditas que non est suum esse: diuiditur et plurifi-
catur ad diuisionem et pluralitatem suppositoꝝ
in ea subsistentium eo ꝙ esse habeat ꝭm ꝙ est in
supposito ac per hoc habet plura esse in pluribus
suppositis. ad pluralitatem vero esse: necessario
plurificatur natura quia vnius rei vnum tantũ-
modo est esse substantiale et suppositale. cum er
go humana natura sit quidditas que non est su
um esse hoc enim solius diuine nature est: vide-
tur sequi ꝙ diuidatur et plurificetur ꝭm esse ad
diuisionem et pluralitatem suppositorum in ea
subsistentium. sed si tres persone assumerent hu

manam naturam: essent tria supposita in humana natura subsistentia et per consequens essent tres humane nature. non ergo vna numero humana natura a tribus personis assumi potest vt tenet conclusio. Aliud quod difficultatem facit contra conclusionem est quoniaz tota ratio ppter quam vnum accidēs non potest esse simul in pluribus subiectis est quia accidens habet indiuiduationem et suppositationem a subiecto. naz ab eo a quo forma indiuiduatur et suppositatur: habet vnitatem vel pluralitatem. cum ergo omnis natura habeat suppositationē et indiuiduationem a supposito quod in ea subsistit: sequi videtur ꝙ natura humana necessario sit vna in vno supposito et plures in pluribus suppositis: ac ꝑ hoc ꝙ repugnantiam implicet vnaz numero naturam humanaz a tribus personis diuinis assumi. ¶ Ad primā harum difficultatum respōdet ex dictis Sancti Thome in hac distinctione q̄stione secunda articulo quarto ad quintum. ꝙ maior ppositio habet veritatem quando plura et distincta supposita habent plura esse et distincta: non quando habent vnuz tantūmodo esse sicut est in pposito nostro. nam triuz personarū diuinarum vnum est solūmodo esse. et ratio dicti tacta est supra quia vnius rei vnuz est eē subsistentie dūtaxat. vnde si plura supposita habeāt diuersa esse subsistentie: necesse est ꝙ forma vel natura in illis existens habeat plura et diuersa eē subsistentie eo ꝙ omnis forma vel natura huiusmodi esse habeat et participet a supposito in q̄ est. ac per hoc oportet ꝙ natura in pluribus suppositis plura esse habentibus: plura esse subsistētie habeat et per consequēs ꝙ sint plures res et plures nature eo ꝙ vnius rei vnum ē tantūmodo esse. sed quando forma vel natura in plurib⁹ suppositis existit vnum tantūmodo esse subsistētie habentibus: cum ab eis habeat et participet vnum tantūmodo esse subsistētie: non habet q̄ diuidatur aut multiplicetur. quia nature multiplicatio fm numerum: est per ipsius esse plurificationem numeralē. quia igitur tres persone diuine vnum numero tantūmodo esse habēt: posset vna numero natura humana ab omnib⁹ tribus assumi absq; ipsius diuisione aut plurificatione. ¶ Ad secundam difficultatem dicendum est ꝙ non est simile de accidente et d̄ natura humana assumpta propter duo. vnum est quia accidens habet totam rationem sue indiuiduationis et singularis vnitatis vel pluralitatis ab indiuiduatione et vnitate singulari vel pluralitate suppositi in quo est: et ideo stare non potest vnitas accidentis cum pluralitate suppositoruz. sed humana natura assumpta preter vnitatem et indiuiduationem suppositi assumentis: habet in se quandam indiuiduationem et vnitatē singularem a materia sub dimensionibus terminatis indiuisa. vnde et persona filij humanā naturam assumpsit in athomo idest naturam singularem ex vno corpore et ex vna anima numero adinuicem vnita compositam vt cōmuniter doctores dicunt sequentes Damascenū in tertio libro. et si duo corpora et duas animas ad inuicē vnita assūpsisset: duas humanas naturas assūpsisset non obstante ꝙ suppositum esset vnum numero. quamobrem sine repugnantia stare possz vnitas singularis humane nature assumpte cuz pluralitate personarum assumentium si deus id preordinasset. Aliud est propter quod non est simile de accidente et de natura humana. qz suppositum creatum quod est subiectuz accidentis cum sit absolutum est aliquid in se et fm se totū distinctum saltem numeraliter a quolibet alio supposito. ex quo fit vt quicquid est in vno supposito creato: totum sit distinctum ab omni eo qd̄ est in alio supposito. nam distinctionem subiecti vel suppositi: sequitur distinctio numeralis accidentium absolutorum et respectiuorum. suppositum autem diuinum cum sit relatiuuz est ad aliquid et non habet ꝙ fm se totum sit distinctum a quolibet alio supposito diuino imo est idez omnino re quantū ad absoluta cum quolibet alio et q̄ꝫm ad omnia relatiua q̄ sunt ad extra et etiaz q̄ꝫm ad ea que sunt ad intra preter relatiua originis mediate vel imediate et explicite vel implicite directe vel indirecte. et ideo non repugnat imo consonat diuinis suppositis ꝙ vnum et idez absolutum sicut est humana natura: simul sit in pluribus per assumptionem.

¶ Quarto Notandum est ꝙ licet in deo non sit aliud fm rem natura et persona: differunt tamen fm modum significandi. quoniam natura significat per modum essentie seu quidditatis: persona vero significat per modum habentis essentiaz vel naturam. vnde persona ex propria significatione et modo significandi significat in natura rationali vel intellectuali suppositum per se subsistens distinctum a quolibet alio supposito eiusdem nature ac per hoc significat quid incōmunicabile. et quia distinctio personalis in diuinis non ē per essentiā vel per aliquid absolutum sed per relatio

nes originis: ideo persona diuina proprie significat per se subsistens relatione distinctum a quolibet alio supposito in diuina natura. vnde ad cōpletam significationem nominis persone in diuinis non sufficit ꝙ aliquid sit per se subsistens: sed ꝙ etiā sit distinctum relatione originis. quāobrez licet natura diuina sit res per se subsistēs: non dicatur persona quia non est aliquid distinctum et incōmunicabile. sequitur ergo ꝙ humana natura que assumpta est non ad vnitatez diuine nature per se et imediate sed ad vnitatem diuine persone: sit assumpta primo et per se ac imediate ad vnitatem suppositi relatiui: quāuis ꝯm modū intellectus nostri huiuscemodi assūptio intelligi posset non intellecta in assumente personalitate relatiua. Ex quibus inferimus ꝙ humanitas assumpta a verbo necessariam habitudinem habet ad verbi relatiuam personalitatem: non naturali necessitate ex principijs .s. nature humane consecuta: nec propter necessariam habitudinem nature diuine ad proprietatem personalem relatiuam prout quidam insufficienter argumentantur: sed necessitate ex suppositione diuine ac eterne preordinationis. qz enim diuina prouidentia ab eterno disposuit ꝙ humana natura a filio dei assumeretur in tēpore ad vnitatem persone vt in ipsa vere et substātialiter suppositaretur ita vt idem suppositū ꝛ eadem persona vere ꝛ substantialiter esset deus ꝛ homo: consequitur ꝙ humanitas a filio dei assumpta necessariam habitudinem habet ad eiꝰ personalitatem relatiuam per quam substantialiter existit et suppositatur.

Quantuz ad articulum quartū respondenduz est obiectionibus aduersariorꝫ. et quidem ad primuz Scoti cōtra primam conclusionem negatur assumptum quod nec ipse probat. vt enīz deductum fuit in primo notabili inter prescientiam dei qua preuidet peccatorem et eius peccatum ac penam: et predestinationem vel preelectionem bonorum ad curiaz celestem: nullus ordo est prioris et posterioris ꝯm naturam aut ꝯm durationem. quod autem arguens subiūgit nullum esse predestinatum quia alius preuisus est casurus: non est vniuersaliter verum. vt enīz Sanctus Thomas respōdet ad simile argumētum in hac distinctione questione prima articulo tertio ad quintum. Et tertia parte questione prima articulo tertio ad tertium. non est inconueniens vt aliquod bonum deus ex peccato eliciat quod sine peccato non fuisset. nam non essꝫ potientia martyrum si non essꝫ persecutio tirannorꝫ. neqꝫ esset penitentia deo gratissima quorundam sanctorum nisi prefuisset lapsus illorū. propter quod Apostolus Romanorum quinto dicit. vbi abundauit delictum superabundauit et gratia. vnde nihil prohibet ꝙ ex peccato hominis id optimum deus eliceret: vt dei filius incarnaretur quod tamen nequaqꝫ essꝫ nisi homo per peccatum lapsus fuisset. iuxta quod Gregoriꝰ dicit in benedictione cerei paschalis: o felix culpa que talem ac tantum meruit habere redēptorem. et cū arguens vlterius infert ꝙ inter ꝑdestinatos prius vult deus dare gloriam anime christi vt pote fini proximiori: admittimus loquendo de prioritate rationis ꝯm modum nostrum intelligendi et de hoc dictum est in primo notabili. ¶ Ad secūdū dicitur ꝙ Sāctꝰ Doctor in primo opere in hac videlicet distinctione tetigit illum modum glosandi auctoritates sanctorum tanqꝫ probabilē. sed ibi et magis tertia parte vbi allegatum est pro conclusione: in sententia conclusionis se firmauit eo ꝙ dictis sanctorꝫ doctorum ac sacre scripture ac etiam determinationi ecclesie magis consonat. vnde et in symbolo quod in ecclesia cantatur non soluz passio aut passibilitas vel mors christi dicitur fuisse ꝓpter redimendum hominem: sed et ipsa incarnatio et eius a celo descensio. sic enim canitur. qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine et homo factꝰ est. ac deinde subiungitur crucifixus etiam pro nobis. vbi aduerbium etiam: denotat ex intentione ac notanter dictum esse ꝙ propter nos homines ꝛ propter nostram salutē descendit de celis et incarnatus et homo factus est: vt significaretur ꝙ non solum propter nostrā salutem venerat passibilis et mortalis: sed ꝙ etiam propter nostraz salutem descendit de celis et incarnatus et homo factus est. ¶ Ad illud autem quod arguens infert ꝙ propter redemptionem hominum non videtur deus animam christi ad tantam gloriā preordinasse: dupliciter respondetur. vno modo sicut dictum est in responsione ad primuz ꝙ non est inconueniens propter minus bonū conseruandum vel instaurandum: maius bonum a deo preordinari. sicut non est inconueniens deum per bonum ordinare malum et ex malo

elicere bonum: quod nisi malu₃ contingeret nõ fuisset sicut dictum est de patientia martyrum ex tirãnorum persecutione consecuta. Alio modo respondere potest q licet anima christi creata fuerit propter liberandum hominem: non inde sequitur directe ꝛ per se q propter liberãdu₃ hominem fuerit predestinata ad tantu₃ glorie fastigium. non enim idem est dictu hoc et illud. nam loquendo de predestinatione anime christi ſm q dicit actionem in deo eternam: causam non habet nisi diuinam voluntatem ſm modũ nostrum intelligendi. loquendo autem de p̄destinatione anime christi q̃tum ad effectum qui est gloria: non habuit pro causa etiam meritoria: redemptionem generis humani. non enim ꝑ passionem eius aut mortem quibus gen⁹ humanu₃ redemit: christus gloriam anime meruit sicut dici habet infra distinctione decima octaua: sed ꝑ gratiam eius excellentissimam et per actus mẽtis eius charitate perfectissima īformatos quos ab instanti sue conceptionis habuit. nec₃ ex predictis sequitur q tantum bonum quantum est incarnatio christi fuerit occasionatum propter minus bonum vt arguens male intellexit sicut deductum fuit in primo notabili. ¶ Ad tertium patet responsio ex his que dicta sunt in p̄mo notabili. nec₃ inconueniens quod arguenti videtur: nobis est inconueniens. ¶ Ad argumẽta cõtra secundam conclusionem ad primũ Scoti dicitur q procedit de dependentia naturali id est ex naturalibus principijs consecuta qualis non est dependentia humane nature assumpte ad ꝑsonam diuinam assumentem. et de hoc latius dictum est in secundo notabili. ¶ Ad secundũ patet responsio ex his que dicta sunt in tertio notabili. ¶ Ad tertium dicitur ad minorem q nõ est vera absolute et vniuersaliter loquendo de incarnatione: quãuis sit vera loquẽdo de incarnatione persone diuine que facta est. non enim incarnatio in q̃ᵐ huiusmodi id est ex ratione cõuenit vni persone prout distinguitur ab alia. nam absolute et ſm se et quãtũ ad principium ꝛ quãtum ad terminum: nulli persone nec₃ trib⁹ simul repugnat sicut dictum fuit in secundo notabili. ¶ Ad quartũ dicitur sicut bene respõdet herueus q maior vt iacet est falsa nisi quãdo natura non solũ est vna in pluribus suppositis sed est ipsa plura supposita qualis ẽ diuina natura q̃ est vna omnino in trib⁹ suppositis ꝛ est ipsa tria supposita. vnde similitudo ab arguente inducta non valet. Uel sicut respondet Durandus maior ꝓpositio habet veritatem de natura que intrinsece et essentialiter pertinet ad plura supposita ꝛ est tanquam fundamentum ꝓprietatum quibus supposita constituuntur ꝛ distinguuntur ꝛ hec est sola diuina natura. natura autem humana si assumeretur a plurib⁹ diuinis suppositis nõ pertineret intrinsece modo exposito ad naturã ipsorum. Potest ꝛ tertio respõderi ad simile qḋ inducitur: quia natura diuina non hab₃ per se ꝛ formaliter q sit infinita ex eo q ẽ in plurib⁹ suppositis. nam et circũscribendo in deo plura supposita relatiua ꝛ ponendo vnum solum suppositum absolutũ sicut ponũt iudei ꝛ gentiles: tãta infinitas esset nature diuine quãta nunc ẽ in pluribus suppositis. vnde natura diuina nõ ideo est infinita quia ẽ in pluribus suppositis: sed magis ideo est in plurib⁹ suppositis et ẽ plura supposita quia ẽ ſm se infinita. ¶ Ad quintu₃ dicitur q in argumento cõmittitur fallacia figure dictionis. mutatur enim quid in quale vel vnũ quale in aliud. s. esse ꝑfectius in esse incõmunicabile. cõcedimus enim q dependẽtia nature create assũpte eque perfecte imo perfectius terminatur per diuinum suppositum q̃ꝫ terminaretur ꝑ propriũ: non tamẽ ideo sequitur q eque incõmunicabiliter. et ratio est quia natura creata habet esse incõmunicabile in ꝓprio supposito ꝛ ideo non potest simul esse in ꝓprio ꝛ in alieno. natura vero assumpta a persona diuina habet in ea esse communicabile tribus ꝑsonis ac per hoc nõ repugnat sibi simul terminari eque perfecte per plura supposita. ¶ Ad sextum patet responsio ex his q̃ dicta sunt in tertio notabili. ¶ Ad septimũ dicimus cum Durãdo q Anselmus intelligit tres ꝑsonas nõ posse simul assumere vnum hominem vel vnam humanam naturam ita scilicet q assumant illam ad vnam personalitatem. dicit eni₃ sic. impossibile est tres personas esse vnam personam cum vno eodemq₃ homine. et in isto sensu concedimus sicut illud concedit Sãct⁹ Tho. in hac distinctione q̃stione secunda articulo q̃rto in corpore et ad secundu₃ q tres persone nõ possunt assumere vnam naturam. sed cum hoc stat q potest natura vna assumi a tribus personis ad earum cuiuslibet personalitatem. ¶ Ad argumenta contra tertiam conclusionem ad p̄mũ Scoti dicitur q licet natura diuina habeat per se esse ꝛ sit per se subsistens: non ideo sequitur q possit terminare primo et per se naturam humanam assumptam: supposito sicut verum ẽ ꝛ cõmuniter tenetur q eius assumptio facta sit ad

vnitatem persone ad quam nõ solum requirit per se subsistere sed esse quid incõmunicabile qđ nature non cõuenit. et de hoc dictuz est in quarto notabili. ¶ Ad 2.m quod est Durandi dicitur ꝙ ꝓpter vtrãqꝫ rationem ibi positam tertia conclusio vera est. neqꝫ valet quod arguens contra primum obijcit nam assumit falsum. et ad ei9 ꝓbationem negatur minor. neqꝫ valet eius ꝓbatio. ꝓcedit enim ac si per se subsistere: esset tota ratio qua ꝑsona diuina assumens terminat dependentiam nature humane assumpte. hoc aũt falsum est ꝓut deductum fuit in quarto notabili. quia cuꝫ vnio nature assumpte facta fuerit ad vnitatem personalem de cuius ratione est incõmunicabilitas: consequẽs est ꝙ non soluꝫ per se subsistere sed et incõmunicabiliter subsistere cõplet rationem ꝑdicte terminationis. ¶ Neqꝫ valet quod arguens obijcit contra secundum quoniã iterum assumit falsum. et ad eius ꝓbationem dicitur ꝙ licet humana natura assumpta non habeat ex ratione sue nature ⁊ ex suis ꝑncipijs naturalibus necessariam habitudinem ad personalitatem relatiuam verbi: habet tamẽ necessariam habitudinẽ ex suppositione diuine preordinationis sicut declaratum fuit in quarto notabili. vnde argumentum ꝓcedit insufficienter ac si natura humana assumpta habere non posset necessariam habitudinem ad personalitateꝫ verbi nisi necessitate suorum principiorum naturalium quod patet esse falsum. ¶ Ad argumẽtum ante oppositum respondet. S. Tho. in hac distinctione. q. 2a. arti. 4°. ad. 6m. ꝙ cum termini substantiui significentur vel consignificentur pluraliter ex vnitate seu pluralitate forme signate: dicerentur tres persone vnus homo si vnam humanam naturam assumpsissent. sicut propter vnam naturam diuinã dicuntur vnus deus et sicut dicitur tota trinitas vnus solus verus deus. et sicut i huiusmodi locutionib9 iste termin9 de9 supponit rem nature diuine indistincte ⁊ hec est suppositio sua naturalis et quasi termini cõmunis respectu trium personarum: ita in casu dato dicendo pater ⁊ filius et spiritus sanctus sunt vnus homo: iste terminus homo supponeret rem humane nature indistincte id est sine distinctione trium personarum. Sic in sententia respondet tertia parte questione tertia articulo sexto ad primum. Et in hoc articulus terminatur.

## ¶ Distinctio secũda.

Circa secundam distinctionem queritur vtruꝫ persona diuina possit assumere naturam irrationalẽ et arguit ꝙ nõ. q2 nobilior creatura nobilioris doni est capax. ergo ad illud donũ quod inter dona nobilissimũ est: natura inferior et minus nobilis capacitateꝫ nõ habet. cũ ergo inter omnia dona nature collata nobilissimũ sit assumi ad vnitatem diuine ꝑsone: videtur ꝙ hui9 doni creatura irrationalis que inferior et minus nobilis est: capax non sit. ¶ In oppositum arguitur. quia vt Augustin9 dicit in epistola ad volusianum: in rebus mirabiliter factis: tota ratio facti est potentia facientis. sed potentia dei facientis incarnationeꝫ que est opus maxime mirabile cum sit infinita nõ limitatur ad vnam naturam creatam. ergo non solum rationalis natura sed etiam irrationalis q̃libet assumptibilis est a ꝑsona diuina. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.

Quantum ad ꝑmum articulum sit prima cõclusio ꝙ deus de potentia sua absoluta possꝫ assumere quãcũqꝫ naturã irrationalẽ. Hãc cõclusionẽ tenet. S. T. i hac dis. q. ꝑa. ar. ꝑ°. sub arti. ꝑ°. ¶ Secũda ꝯclusio ẽ ꝙ suppositũ diuinũ potuit assumere naturã humanã absqꝫ hoc ꝙ deo frueret. Hec ꝯclusio accipit ex dictis. S. T. in ꝓbatione ꝑme ꝯclusiõis. ¶ Tertia ꝯclusio ẽ ꝙ fili9 dei assumẽdo humanitatẽ: assũpsit formã tota9 ex ꝯpositiõe corporis et anime resultãtẽ. Hãc cõclusionẽ tenet. S. Tho. in hac distin. q. ꝑma arti. 3° sub arti. 3°.

Quantuꝫ ad articulũ secundũ arguit cõtra cõclusiones. et q̃dem ꝯtra ꝑmam arguit Henricus et multi alij ꝙ nulla natura irrationalis sit assumptibilis ad vnitatẽ diuine ꝑsone et arguit sic. Illa natura non est assũptibilis ad vnitatem

diuine persone: cuius nulla potentia est eleuabilis ad visionem et fruitionẽ diuine essentie. sed natura irrationalis est huiusmodi quia nulla eius potentia est eleuabilis ad videndum deum et fruendum eo. ergo nulla natura irrationalis est assumptibilis. minor de se patet sed maior probatur sic. sicut se habet esse naturale ad posse naturale sic esse supernaturale ad posse supernaturale. sed nulla virtute potest fieri ꝙ aliqua creatura habeat esse naturale quin habeat aliquod posse naturale. ergo nulla ꝟtute fieri pōt ꝙ aliq̄ natura habeat esse supernaturale et non habeat aliquod posse supernaturale. sed per assumptionem fit ꝙ natura assumpta habet esse diuinũ supernaturale. ergo per condẽ fit ꝙ habeat posse diuinum ⁊ sup̄naturale. tale autem posse ẽ ad visionem et fruitionem. igitur ⁊c. ¶ 2° sic. cui non potest cõmunicari min⁹: nec maius. sed minus est videre deum et frui deo q̄ȝ assumi in vnitatem persone vel suppositi vt patet per Augustinum sup illud Joannis primo. verbum caro factum est. vbi dicit ꝙ quia euangeliũ premiserat ꝙ dedit eis potestatem filios dei fieri: ne homo miraretur et discordaret: subiunxit qđ maius est: et verbum caro factum est. ex quo videtur ꝙ maius sit naturam eleuari ad vnitatem diuini suppositi: q̄ȝ potentiam eleuari ad visionẽ dei et fruitionem. ergo illa natura nõ potest eleuari ad vnitatem diuine persone: cuius potentie non possunt eleuari ad visionem et fruitionẽ diuine essentie. ⁊c. ¶ 3° sic. si aliqua creatura posset assumi cuius potentia non posset eleuari: fortiori ratione posset assumi creatura eleuabilis absq̄ȝ eo ꝙ actu eleuaretur. sed creatura rationalis cuius potentia est eleuabilis ad fruitionem et visionem dei: non potest assumi nisi actu potentia eius eleuetur vt probabitur contra secũdam conclusionez. ergo multo minus potest assumi natura creata irrationalis cuius potentia nulla est eleuabilis. ¶ 4° arguitur sic. maius est vniri deo in persona q̄ȝ per gratiam vt dicit Augustin⁹ duodecimo de trinitate capitulo nono. minus credibile est ꝙ deus possit fieri filius hominis natura: q̄ȝ ꝙ filius hominis possit fieri filius dei gratia. sed nulla creatura potest vniri deo per gratiam nisi intellectualis. ergo multo minus in persona. ¶ 5° quia tunc esset veruȝ dicere ꝙ deus esset lapis vel brutum. ¶ 6° creatura que non est capax personalitatis non potest assumi in vnitatem persone. sed creatura irrationalis non est capax personalitatis quia sm̄ Boetiuȝ ꝑsona est rationalis nature indiuidua substantia. ¶ 7° creatura irrationalis non est ꝑfectius deo vnibilis q̄ȝ rationalis. ergo non est assumptibilis. antecedens patet sed consequentia probatur. quia ad oppositum consequentis sequit̄ oppositũ antecedẽtis. nã si lapis esseȝ assũptibilis: q̄libet pars lapidis esset deus. ac per hoc perfectius lapis vniretur deo q̄ȝ natura rationalis assumpta cuius non quelibet pars est deus. ergo ⁊c. ¶ 8° arguit sic Henric⁹ ex intentione. deus inquit dupliciter habet esse in creaturis. vno modo naturaliter ⁊ sic est in eis per illapsuȝ. alio modo volũtarie et sic est in natura assumpta ꝑ circũincessionẽ. et licet deus sit intimus cuilibet creature per illapsum: tamen intimior est nature assumpte. quia oportet naturam assũptam amittere proprium esse subsistentie et subintrare esse subsistentie nature ad quam assumitur vt sit idem suppositum subsistẽs in duplici natura: vtraq̄ȝ tamen natura retinet suum ꝓpriuȝ esse essentie et existẽtie. Item per illapsum de⁹ intimatur omni creature naturaliter ad duo scilicet ad actum nature proprium qui est esse vt scilicet persistat: et ad actum secundum qui est operari. ꝑ circumincessionez vero intimatur nature quam voluntarie assumit modo supernaturali ad duo scilicet ad subleuandum naturam in esse diuine subsistentie ⁊ ad actum beatificuȝ intelligendi et volendi. ex hijs arguo sic. sicut se habet deus in omni creatura per illapsuȝ ad duas actiones in ea producendas: sic se habet ad creaturam assumptam ad producendum duas actiones supernaturales. sed nulla creatura est susceptiua per illapsum prime operationis que est esse qui sit susceptibilis secunde que est operari. ergo nulla natura est susceptibilis prime operationis supernaturalis ad esse diuine subsistentie nisi sit susceptibilis secunde scilicet beatitudinis. sed hec est sola intellectualis. igitur illa sola est assumptibilis. ¶ Contra secundam conclusionez arguitur sic. vnio nature assumpte ad diuinam personam: est maior vnione que est ꝑ habitum glorie. quia sm̄ Augustinum decimo tertio de trinitate: in rebus per tempus ortis sũma gratia est vt filı⁹ dei fieret homo. sed cõtradictio est naturam vnitam per habitum glorie non frui. ergo multo magis videtur contradictio ꝙ natura vnita vnitate suppositi non fruat̄. ¶ 2° q2 ois natura humana nõ fruẽs deo: ꝑ libertatẽ arbitrij ẽ flexibilis ab eo et per cõsequẽs põt peccare. sed xp̄s nõ potuit peccare alias po-

¶ Secundo Notandū est supposito ꝙ btā ꝟgo fuerit cōcepta in peccato originali: ꝙ ꝟm doctrinā cōmunē doctoꝝ ante natiuitatē ex vtero fuit ꝑ gratiā sanctificata ⁊ ab originali peccato mūdata. nā ⁊ hoc qͣbusdā alijs cōcessū est vt hieremie cui dictū ꝫ est hieremie ꝑmo. antequā exires ꝺ vulua sctificaui te. et Joāni baptiste ꝺ quo ꝑ angelum dicit̄ Luce ꝑmo. spū sctō replebit̄ adhuc ex vtero matris sue. verū de tpe sctificationis btē ꝟginis i vtero matris: sunt diuersi modi dicēdi. ⁊ exclusa opinione dicētiū ꝙ in ꝑmo instāti sue cōceptionis habuit ⁊ originalē culpā ⁊ grām sctificātē tanqͣ cōtradictoria iplicante: est aliꝰ modus dicēdi ꝙ .s. ipossibile est btām ꝟginē fuisse in peccato originali ꝑ vnū solū instans ac ꝑ hoc ꝙ sanctificatio ipsiꝰ ꝑ grām eē nō potuit stati post primū instās sue cōceptionis. qͥ istū modū dicendi tenēt ꝓbāt illū dupliciť. ꝑmo sic. infusio gratie i aiam: nō est successiua ꝟ subita ⁊ in instanti. fuit ergo aliud instās ifusionis gratie ⁊ aliud traductionis culpe originalis. ꝟ inter instās et instans necessario icidit tēpus eo ꝙ instās non pōt imediate succedere istāti vt phs docet 6° phy. ergo vsqꝫ ad istās infusiōis grē sanctificātis: ꝑcessit aliquod tēpus i quo sub originali culpa fuit. Necꝫ valet vt isti dicūt ꝙ ꝑdicta instātia ponant̄ eē tēporis discreti ⁊ nō ꝯtinui: qꝛ nūc tpis discreti cū sit indiuisibile ⁊ stās: coexistit cuilibet instāti tēporis nr̄i ⁊ ꝑ consequēs quicqͥd dicit̄ ꝺ instāti tēporis discreti: dici oportet ꝟm coexistētiaꝫ ꝺ instanti tpis nr̄i. ex quo sequit̄ ꝙ si istās temporis discreti in qͦ originalis culpa traducit̄ est imediatū instanti infusionis grē: ꝙ instātia tpis nr̄i illis instātibꝰ ꝑ coexistētiā correspōdentibꝰ: sint etiā imediate se habētia. et ita si ponat̄ ꝙ btā virgo fuit sub pctō originali ꝑ vnū tantūmodo instās: semꝑ sequit̄ ꝙ vnū instās tpis nr̄i sit alteri instāti eiusdē tpis imediatū. ¶ Secūdo ꝓbant illud sic. variatio aie de culpa ad grām: aut est motus aut mutatio. ꝟ non pōt esse mutatio si aīa fuit in culpa ꝑ solū instās. qꝛ cū mutatio sit in instāti sequeret̄ vt prius ꝙ instās instāti essꝫ imediatuꝫ. neqꝫ pōt eē motꝰ. qꝛ omnis motꝰ ē diuisibilis ꝟꝫ ꝑtes subiecti vel ꝟm latitudinē forme ad quā ē vel ꝟm aliqͦ mediū inter terminos. ꝑmuꝫ dari non pōt in ꝓposito cū aīa sit indiuisibilis ꝟꝫ partes quātitatiuas. nec secundū qꝛ possibile ē ꝙ tota grā infundat̄ in ꝑmo instāti sic ꝙ nihil postea infundat̄. neqꝫ tertiū qꝛ culpa ⁊ grā cū sint ꝑuatiue opposita: habēt se imediate circa subm aptū natū. patet igit̄ ꝙ nullo modo pōt eē variatio i anima a culpa in grāꝫ si culpa fuerit ꝑ solū instās ¶ Tertiꝰ modus dicēdi ē ꝙ btā ꝟgo potuit esse sub originali pctō ꝑ vnū tantūmodo istās creationis aie: et in toto tpe sequētē sub grā. qꝛ hoc diuine potētie nō repugnat cū nō includat contradictionē. et pie credēduꝫ ē ꝙ qͣcius fieri potuit: a culpa originali ꝑ grām sanctificāteꝫ fuerit mūdata. et sine ꝑiudicio meliꝰ sentiētis: hūc modū dicēdi nos ꝓbamꝰ. ¶ Unde ad ꝑmaꝫ rōneꝫ in contrariū dicimꝰ sicut ibi respōsum ē ꝙ duo istantia tpis discreti possunt imediate sibi iuiceꝫ succedere qͥa sunt instātia qͣbus traductio culpe et infusio grē mensurant̄. et cū vlterius arguitur ꝙ quicqͥd dicitur de instātibus temporis discreti dici habet de instantibus temporis nostri

per coexistentiā: respōdem⁹ q̄ nō solū hoc non
est necessariū: sed neq̄ pōt esse veruz realit er lo
quēdo. quia tēpus nostruz cū sit continuum: nō
cōponitur ex instātib⁹ q̄ sunt indiuisibilia vt pro
batur. 4° et. 6°. phisicoruz sed q̄libet eius pars
est quid cōtinuum et diuisibile. ac per hoc nullū
instans est actu in tpe nostro: quod alicui instan
ti tempis discreti coexistere possit. vnde qḋ rea-
liter coexistit instāti temporis discreti: est aliqua
pars diuisibilis tempis nostri. qz vt. S. Tho. di-
cit opus. 37° de instātib⁹ caplo vltimo: vna par-
ticula indiuisibilis temporis discreti pōt toti tē-
pori nr̄o cōmanere et per cōsequēs vni ei⁹ par-
ti vel pluribus. vnde arguēs deceptus ē nō ad-
uertens q̄ in tēpore nr̄o quod ex sui ratione est
continuū: non sunt instātia realiter in actu q̄bus
instantia tēporis discreti coexistere possint. Et
preterea idipm incōueniēs ad quod arguēs p̄-
tendit inducere: sequitur ad eius positionez. qz
etiam si culpa duret in anima p tempus: si ali-
quando p grām expiat̄ oportet dare vltimum
instans in q̄ desinit esse culpa. et qz ī aīa post sta
tum peccati culpa et grā sunt opposita īmediata
ita q̄ vnū vel alterum oportet aīe inesse: sequi-
tur necessario q̄ inter instās desitionis culpe et
instans infusionis grē nihil sit mediuz: alias ali-
quod esset mediū durationis in quo aīa nec esset
in grā nec ī culpa quod falsum est post primuz
a de pctm̄. si ergo verū esset q̄ cuilibet instāti tē-
poris discreti respōderet necessario p coexisten-
tiaz aliq̄ḋ instās tēporis nostri: sequeret̄ q̄ esset
duo instātia tēporis nr̄i sibi īmediate succedētia
duob⁹ instātibus desitionis. s. culpe et infusionis
grē correspōdētia: qḋ est incōueniēs ad quod ip
se arguēs ducere p̄tendit. ¶ Forte dicet̄ ad hoc
q̄ ratio nr̄a supponit falsum. s. q̄ sit dare vltimū
instās in quo culpa desinat esse aliud ab instanti
infusionis grē. hoc aūt dicet aliquis nō concedit̄
sed ponit̄ q̄ in tpe precedente culpa est in aīa ⁊
in termino illius tpis simul est infusio grē ⁊ non
esse culpe ita q̄ vtrūq̄ sit in eodē instāti cōtinua
to tempori p̄cedenti cui⁹ est terminus. quemad
modū si ex calido fiat frigidū: in toto tēpore p̄-
cedente calor est in subiecto: et in termino ipsi⁹
tēporis frigiditas introducitur. ita q̄ in eodē in
stanti caliditas esse desinit et incipit esse frigidi-
tas. ¶ Sed huiuscemodi respōsio locū non ha-
bet in ꝓposito. quia q̄ instās introductionis for
me positiue vl̄ priuatiue sit terminus temporis
in quo toto alia forma esse habet: contingit quā
do in tali tempore fit dispositio subiecti ad for-
mā introducendam per aliquam alterationem
successiue corruptiuā prioris forme sicut in exem
plo dato de calido et frigido: tunc enim ipa po-
ris forme desitio vel corruptio causatur paulati
per talem dispositionem factā p tempus in cui⁹
termino prior forma desinit esse totaliter et for-
ma sequens introducit̄ ad quā subiectū in eo ip
so tempe disponebat̄. sed quando introductio-
nez forme noue non p̄cedit successiua dispositio
priorē formam abiciēs: instans introductionis
noue forme non est termin⁹ alicuius tempis: si-
cut nec ipsa introductio forme est terminus mo
tus alicuius ad illam disponentis. nūq̄z enim in-
stans mensurans nouū esse forme est terminus
tempis p̄cedentis: nisi quando introductio no-
ue forme aut inceptio noui esse est termin⁹ mo-
tus ad talem formā disponentis. vnde qñ talis
non p̄cedit ex necessitate oportet dare vltimuz
instās ipsius esse forme p̄ous aliud ab eo in quo
forma noua incipit esse. cum autem infusionem
grē non necessario p̄cedat ad ipsaz dispositio eo
q̄ agens. s. deus nō necessario agat preuia dispo
sitione queādmodū legit̄ de cōuersione Pauli:
sequit̄ q̄ potuit deus grām sanctificationis in-
fundere beate v̄gini absq̄ motu a d illā disponē-
te: quo dato instans sue sanctificationis nō esset
terminus alicui⁹ temporis. et p consequēs sequi
tur q̄ culpa originalis peccati habuit vltimū in
stans sui esse aliud ab instāti grē infusionis et si-
bi īmediatum. ¶ Ad secundā rationē dicim⁹ q̄
talis variatio potuit esse p mutationem nō per
motū et p consequens in instāti nō in tempore.
Et ad incōueniēs de duobus instantib⁹ sibi ī-
mediate succedentibus: patet solutio ex respon
sione ad primam rationem.

QUantuz ad ar-
ticulū quartū respondendū est
suprapositis obiectionibus. Et
ad primū Scoti dr̄ q̄ si act⁹ me
diādi dicat̄ perfectissimus qz. s.
est vltimo gradu pfect⁹ ad quē potentia media
toris se pōt extendere ita q̄ non fuit possibilis
alius pfectior: antecedens non habet veritatez
nisi de perfectissimo mediatore ex natura rei et
tunc prima consequētia negatur. qñ xp̄s nō fu-
it hoc modo. s. ex vi sue nature mediator dei et
hominum: sed fuit mediator propria voluntate
sm̄ illud Esaye. 53°. oblatus est quia ipse volu-
it. et ipsa veritas dicit Joannis. 12°. nemo a me
tollit animaz meā sed ego pono eam. et Ephe-
seorum. 5° ait apostolus. christus dilexit nos et
tradidit semetipsum ꝓ nobis oblationez et ho-

stiam deo in odorem suauitatis. si autem perfe-
ctissimus actus mediandi dicatur quia. s. fuit suf
ficiens quantũ oportuit et nullus alius fuit con
ueniẽtior et decentior supposita volũtate et ordi
natione mediatoris: sic antecedens est verũ et
concedit consequẽtia non solum respectu alicu-
ius persone sed et respectu cuiuslibet persone ꝓ
qua mediat. et in isto sensu conceditur tota ded̃u
ctio argumenti vsq̃ ad antecedens vltime con
sequencie quod ẽ negandũ. est enim falsum ꝙ non
fuisset xp̃o perfectissimꝰ modus mediãdi respe-
ctu beate v̾ginis nisi meruisset eam preseruari a
peccato capiẽdo ꝑfectissimũ in secundo sensu ꝓ
cõuenientissimo. imo fuit perfectissimꝰ modꝰ libe
rando ipsam a peccato ꝑ modũ redẽptionis ⁊ re
conciliationis q̃ presupponunt peccatũ prout in
notabili ꝓbatum fuit. Et ad ipsius antecedẽtis
ꝓbationẽ dicit̾ ꝑmo ꝙ exemplũ Anselmi magis
est ad arguẽtis oppositũ q̃ȝ ad eiꝰ ꝓpositum. q̃m
in exẽplo Anselmi nullus dicit̾ recõciliari regi of
fenso et veniam ipetrare nisi qui culpã incurrit.
vnde dicit ab omni culpa sint absoluti ꝑterita.
Dicit̾ secũdo ꝙ sumẽdo exemplũ tanq̃ȝ ab argu
ente adinuẽtũ: antecedẽs argumẽti ex exẽplo d̾-
ducti: est falsum. et ad eius ꝓbationem negat̾ as
sumptũ imo nulla placatio offensi est vbi nulla
precedit offensa. neq̃ȝ aliquis nisi calũniator oc-
casiones querẽs: offensum se reputat ꝓ offensa
nondũ contracta sed contrahenda. vnde perfe-
ctissime placat: qui ita placat offensum: ꝙ tota-
liter offensam remittit. Et aduertendũ ꝙ ex ar-
guentis ꝓcessu non magis infertur recta dedu-
ctione ꝙ beata v̾go fuerit ab originali peccato ꝑ
seruata q̃ȝ ꝙ omnes ceteri homines quorũ xp̃s
est mediator sicut patet ꝓpositiones ab arguen
te assumptas intuenti. ¶ Ad. 2.m dicit̾ ꝙ si argu
mentũ aliquid valeret non solũ concluderet cõ
tra nos ꝙ btã v̾go fuerit preseruata ab originali
pena: sed etiã concluderet contra illũ ꝙ. s. oẽs
ceteri homines ab origiali pena fuerint imunes
quod ipse negaret ne hereticus fieret. probatur
q2 ꝑfectissimus mediator qualis fuit xp̃s non so-
lum meret̾ amotionem omnis pene ab aliq̃ quẽ
reconciliat sed ab omnibꝰ quos reconciliat: vel
saltem non magis ab vno q̃ȝ ab omnibus. dicen
dum est ergo ad argumẽtum ꝙ maior ꝓpositio
est falsa etiam de beata v̾gine ꝓ qua assumitur.
non enĩ arguens negare põt quin beata virgo
multas sustinuerit penas in hac vita. Ad confir
mationem dicatur ꝙ nihil valet ad propositum
arguentis. non enim aliud concludit nisi ꝙ per-
fectissime reconciliat regi qui facit reconciliatũ

non esse inimicũ regis. quod ⁊ nos concedimus
non solum de beata v̾gine sed et de toto genere
humano quod christus deo reconciliãs: fecit nõ
esse inimicum dei. finis enim et effectꝰ principa-
lis reconciliantis est vnire et amore conciliare
eum quẽ reconciliat ei cui recõciliat. vnde apl̾s
Colossensiũ ꝑmo exponẽs quod dixerat ꝑ eũ. s.
xp̃m reconciliari omnia: subiũgit pacificãs ꝑ san-
guinem crucis eiꝰ siue que in terris siue q̃ in celis
sunt. ¶ Ad. 3.m dicit̾ ꝙ etiã si hoc argumentũ ali-
quid valeret non solũ concluderet ꝙ xp̃s preser
uauerit btãm v̾ginem a pcõ originali: sed etiã
omnes infantes baptizatos ante vsum rationis
decedẽtes quos deꝰ preseruat ab omni peccato
actuali. vnde ad argumentũ est dicendũ ꝙ con-
sequentia ẽ nulla. nam aliud ẽ de peccato actua
li quod voluntate inordinata peccãtis cõmitit̾
q̃ in beata v̾gine esse nõ debuit vt digna et ido-
nea esset filij dei mater: aliud est de peccato ori-
ginali qđ necessitate originis a parẽtibꝰ contra-
hitur. Neq̃ȝ obstat huic solutioni qđ Augustinꝰ
dicit. 5.o libro cõtra iulianũ ꝙ cũ beatꝰ petrus de
xp̃o dixit ꝑma Petri. 2.o. q̃ peccatũ non fecit: in-
dicauit ꝑ hoc sufficiẽter ꝓbare xp̃m nullũ ꝓrsus
habuisse peccatũ. q̃m de xp̃o q̃ peccatũ ab Adã
et a parentibꝰ non ꝯtraxit natꝰ absq̃ȝ virili semi
ne: recta consequẽtia sequit̾ ꝙ q2 peccatũ nullũ
fecit: nullũ omnino peccatũ habuit. sed de cete-
ris omnibꝰ a xp̃o qui oẽs ꝑ originẽ carnis ab
Adam peccatũ cõtrahũt in quo oẽs peccaue
runt vt apl̾s dicit. Ro. 5.o. consequẽtia est nulla.
¶ Ad. 4.m dicit̾ ꝙ minor argumẽti ꝑsupponit fal
sum. s. ꝙ summũ bonũ qđ ꝑsona recõciliata põt
habere ꝑ mediatorẽ recõciliationis: est inocẽtia
vel preseruari simpliciter a peccato. hoc autem
falsum est. nam cũ reconciliatio ꝑsupponat inimi
citias in ꝑsona recõciliata ad ꝑsonam cui recon
ciliatur q̃ in ꝓposito nr̃o fuerũt ꝓpter peccatũ:
non est possibile ꝙ ꝑsona reconciliata habeat ꝑ
mediatorẽ recõciliationis inocentiam aut ꝑser
uationem ab omni ꝓrsus peccato: sed sũmũ bo
nũ ꝑsone recõciliate inquãtũ huiusmodi: ẽ offẽ
se remissio et offensi placatio. et pro isto summo
bono: summe tenet̾ quilibet de genere humano
xp̃o mediatori. Quod autẽ arguẽs dicit excellẽ
tius beneficiũ esse preseruare a malo q̃ȝ post ca
sum in malũ liberare a malo: verũ est absolute lo
quendo et ceteris paribꝰ. sed in persona recon
ciliata verum nõ est cũ capax non sit inocentie
simpliciter neq̃ȝ preseruationis simpliciter ab oĩ
malo. vnde arguens ꝑsupponit in sua deductio
ne sibi inuicẽ repugnantia. Et preterea tante ex

celle͂tie fuit reconciliatio per hoc ꝙ ꝑ xp̄m facta est et tot fuerunt reconciliatoꝝ ꝓrogatiue: ꝙ potuit gr̄a reconciliationis ꝓponderare gr̄e innocentie aut ꝓseruationis ſm illud ap̄li Ro. 5°. vbi abundauit delictū superabūdauit et gr̄a. quāobrem bt̄ūs Gregorius verit⁹ non est dicere in benedictione cerei paschalis. O felix culpa que talem ac tantū meruit habere redēptorē. quod autem arguens obijcit de innocentia angeloꝝ: friuolum est. q̄m in eis esse nō potuit peccatū ꝑ originis traductionem quēadmodū in hominibus sed pactum voluntatis personale. et ideo in eorum volūtate positū est adiuncta dei gr̄a innocentiā seruare quod liberum nō est hominibus ꝑ viam seminis descēdentibus ab Adā. Ad id autem quod dicit arguēs verisimile nō est ꝙ sola anima xp̄i inter rationales innocēs sit: respondem⁹ ꝙ ſm ap̄li sententiā ⁊ sacre scripture documēta et sanctoꝝ doctoꝝ assertiones: nō solum est verisimile nullū hominē preter xp̄m innocentē omnino fuisse: sed est [illegible] sicut multis auctoritatib⁹ in notabili deductum fuit. ¶ Ad. 5ᵐ quod est Aureoli dicit̄ ꝙ minor ē falsa loquēdo de potētia dei ordinata que eternā presupponit ordinationē: et eius falsitas sufficienter ꝓbata est supra in notabili. neq̄ obstat ꝓtractio peccati originalis mūdicie quā decuit matrē dei habere. q̄m ante conceptū filium dei in vtero et ante ipsius maternitatē: plenissime ab originali mundata fuit dicēte angelo xp̄i cōceptionē prenunciāte. aue maria gr̄a plena dn̄s tecum. neq̄ est simile de ꝓseruatione v̄ginis ab inincineratione quia talis inincineratio subsecuta fuit non solū xp̄i humanitatē ꝑ quā tota sal⁹ nr̄a et corporis et aīe deriuata ē: sed etiā xp̄i ꝓseruationē ab inincineratione ⁊ eius resurrectionē quē oportuit p̄mitias nature humane in cūctis hr̄e. ꝓseruatio aūt a cōtractione peccati originalis: ꝓuenisset multo tēpore xp̄i humanitatē ita vt eius causalitas: xp̄i humanitati nō deberet ascribi. ¶ Ad. 6ᵐ patet responsio ex respōsione ad. 3ᵐ. Et preterea nō ē simile de ꝓseruatione a peccato veniali et de preseruatione a peccato originali. quia p̄ma ꝓseruatio nō derogat dignitati xp̄i quēadmodū scd̄a que derogat xp̄i excellētie et dignitati inquātū est vniuersalis redēptor hominū et totū mūdū deo recōcilians ſm illud ap̄li. 2ᵃ. Corin. 5°. de⁹ erat in xp̄o mundū reconciliās sibi. Exemplum autem de corpali lutoso et imūdo: est ineptum quia pānus fetid⁹ ⁊ imundus vix purificari pōt vt ad pristinam redeat mundiciā. sed aīa originali culpa infecta: pōt ꝑ gr̄am ad primā redire

mundiciā imo et ad maiorē. vnde et ap̄ls Ro. 5° loquēs in proposito nostro ait. vbi abūdauit delictū: supabundauit et gr̄a. et paulo supra ibidem inquit. nō sicut delictum ita et donū. si enim vni⁹ delicto multi mortui sūt: multo magis gr̄a dei ⁊ donū in gr̄a vnius hominis iesu xp̄i in plures abundauit. Quod aūt vlterius dicit̄ ꝙ maior gr̄a fit illi qui nō permittitur cadere ⁊c. dicit̄ ꝙ beate v̄gini nō est facta maxima gr̄a q̄ possibilis fuit de potētia dei absoluta sed maxima q̄ fieri decuit ſm dei ꝓordinationē. nō decuit aūt fieri sibi gr̄am ꝓseruationis ab originali peccato ꝓpter causas in notabili et in solutionib⁹ supra notatas. ¶ Ad. 7ᵐ dicit̄ ꝙ si antecedens simpliciter esset verū: beata virgo nō incurrisset mortem q̄ sibi vtilis non fuit. nam potuisset ad eternam gl̄iam mortis ignara viuēs transferri quod naturaliter omnes appetūt ſm illud ap̄li. 2ᵃ. ad Corin. 5°. nam et q̄ sum⁹ in hoc tabernaculo. i. mortali corpe: igemiscim⁹ grauati eo ꝙ nolum⁹ expoliari sed supuestiri: vt absorbeat̄ quod mortale est. i. ipsa corporis corruptio a vita. i. ꝑ vitā glorie. dicendū est ergo ꝙ antecedēs veritatem non habet de penis que ex ipsa rōne originis cōsequunt̄ quales pene sunt peccatū originale et mors in cunctis hominib⁹ post peccatū ade qui per viā humani seminis originē trahunt. Et ꝓterea non ē vniuersaliter verū ꝙ omne peccatū sit inutile peccatori. vt enim Augustinus dicit libro de correctione et gr̄a: diligētib⁹ deū omnia cooperant̄ in bonū ſm ap̄lm vsq̄ adeo prorsus omnia: vt etiā si qui eorū deuiant et exorbitant: etiam hoc ip̄m faciet eis proficere in bonū quia post culpam humiliores redeūt atq̄ doctiores. ¶ Ad. 8ᵐ dicit̄ ꝙ huiuscemodi fictiones aut fantastice visiones: eadē facilitate spernuntur qua narrant̄. neq̄ ꝓpter illas a doctrina sanctorum deuiandū est cum frequēter sicut ap̄lus dicit: angelus sathane transfiguret se in angelum lucis. ¶ Ad. 9ᵐ dicit̄ ꝙ ſm ap̄li sentētiā p̄ma ad Thimotheū. 2°. vn⁹ est mediator dei et hoīm homo xp̄s Jesus q̄ui dedit redēptionē semetipsum ꝓ omnib⁹ nobis. et ideo vt magister deducit infra 19ᵃ. distin. ꝓpriū xp̄i est esse mediatorē dei ⁊ hominū capiēdo nomē mediatoris ſm ꝙ in sacra scriptura mediator dei et hominū accipi reperitur. vnde falsum est ꝙ in supradicta acceptione: beata v̄go sit mediatrix dei ⁊ hominū. non enim semetipsam dedit redēptionem ꝓ omnib⁹. large tamē ⁊ quasi abusiue dici pōt mediatrix dei ⁊ hominū: ea rōne q: mater ē mediatoris dei ⁊ hominū. sed ad hoc non oportuit eam in puritate

adequari vero et proprio mediatori xpo. quamquam non etiā necessariū est vt supponit arguēs mediatori q nūquam offenderit illum apud quē pro alio mediat. sufficit enim q pro tunc nō habeat illū offensū sed propitium. ¶ Ad. 10m dr q auctoritas Augustini non est ad propositū. loquit enim de peccatis actualibus nō de originali sicut patet ex ipsa serie littere. primo quia cōclusionē illā infert contra quēdā pelagianū disputātem q possūt homines viuere in hoc mundo absque peccato mortali aut veniali: inducentē in exēplum nōnullos quos scriptura sacra iustos cōmemorat quemadmodum Abel Enoch etc. inter quos vltimo cōmemorat matrē dn̄i ac saluatoris nostri. ad quod Augustinus respondet q excepta sancta virgine Maria: si omnes illos sctōs et sctās cū hic viuerent cōgregare possemus et interrogare vtrū essent sine peccato: quantalibet fuerint in hoc corpore excellētia sanctitatis: vna voce clamassent. si dixerimus quia peccatū nō habemus nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est. ex eo certe q Augustinus loquit de illis a pelagiano enumeratis: manifestū est q loquit de peccatis actualibus nō de peccato originali quod eis fuerat remissū per fidē xpi. alias scriptura sacra nō eos appellasset iustos. Et confirmat hoc. quia auctoritas beati Joānis quā Augustinus allegat cōtra pelagianū loquit manifeste de peccato actuali. nō enim pro tpe quo Joānes euangelista verba illa scripsit: peccatum originale habebat. vñ vere de originali dicere poterat: peccatum nō habemus. quod tñ ipse negat de peccato de quo loquebat. s. de actuali. Secūdo illud probat ex verbis que i honorē btē virginis Augustinus inducat. reddens nāque rōnem quare dixerat cū de peccatis agitur nullam prorsus de btā virgine hre volo q̄stionem subiungit. scimus enim q ei plus grē collatum fuerit ad vincēdū omni ex parte peccatum. ex quibus verbis aperte monstrat q Augustinus loquebat de pctō actuali de quo hoies hre possunt victoriā resistēdo: nō de pctō originali quod nequaquam homo proprio actu vincere pōt cū sit per originē necessario cōtractū. ¶ Ad. 11m. et. 12m. respōdet q allegationes ille ab arguēte vel a quo ipse accepit sunt conficte. neque enim talis liber Anselmi neque sermo Ricardi sunt in rerum natura. quod ex eo euidens est quia vterque et Anselmus et Ricardus expresse tenēt in scriptis suis notis et probatis btām virginē i peccato originali fuisse cōceptam. Unde Anselmus libro. 2o cur deus homo. caplo. 16o quasi in principio sicait. licet ipsa hois eiusdem. s. xpi cōceptio sit mūda et absque carnalis delectationis peccato: virgo tñ ipsa vnde assumptus est: in iniquitatibus cōcepta est et in peccatis cōcepit eam mater eius et cū originali peccato nata est quoniam et ipsa in Adam peccauit in quo oēs peccauerūt. hec ille. Nec obstat q quidā euadere putātes dicūt q verba illa nō sunt Anselmi sed cuiusdā eū interrogantis boso nomine. tū quia ad veritatē ipse Anselmus est et interrogās vel disputās et respondens: quāuis vt faceret dialogū fingat aliū. s. boso quasi interrogantē et disputantē prout in prohemio operis ipse Anselmus premittit. tum etiā quia in responsione Anselmus cōcedit totū quod nomine boso in supradictis verbis continet. tum tertio quia in ipsa responsione Anselmi idē in sentētia habet vbi dicit. hoc aūt esse non valet nisi absque peccato de massa peccatrice sit assumptus. s. xps. tum quarto quia infra quasi in medio capituli ipse Anselmus nomine suo loquēs inquit. virgo autem illa de qua ille homo assumptus est de quo loquimur: fuit de illis qui ante natiuitatē eius per eum mūdati sunt a peccatis et in eius ipsa mundicia de illa assumptus est. Itē caplo. 18o. ostendimus inquit Anselmus vt puto certā rationē quomodo deus assumpserit hominē sine peccato de massa peccatrice. et infra. necesse esset inuestigare quid sit originale peccatū et quomodo a primis parētibus i vniuersum genus humanū preter illū de quo agimus hominē diffundat. Item libro de cōceptu virginali ca o. 16o in fine ait. illi qui per propagationē naturalem data ā de sunt generati: nequaquam possunt aut debēt ei de quo agimus. s. xpo in cōceptionis assimilari miraculo vt ab originalis vinculo peccati absoluti possint ostēdi. Et ca o vigesimo secundo dicit oēs filios ade excepto virginis filio peccatores et filios ire apostolū in scriptis suis pronunciare. ¶ Ricardus autē de sctō victore in tractatu quē edidit sup illud Esaye. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: tanta inquit huius hemanuelis cōceptio valuit vt cōcupiscentie somitem totiusque corruptionis radicem de matre deleuit. Et infra. cōstat profecto q nisi btā virgo ad plenum purgata fuisset: fructū tam sublimē facere nō potuisset. quod diximus dicamus aptius. nisi ab omni viciorum cōtagione purgata fuisset: dei filiū nō generasset. et infra. illud enim remāsit in virgine quod erat ad penam. illud recessit quod ei erat ad culpam. hec ille. ¶ Ad. 13m respondet. S. Tho. 3a. pte. q. 27a. ar. 2o. ad. 3m. q per hoc q festū cōceptiōis beate virginis celebrat: non dat intelligi q in sua cōceptione fuerit sancta: sed quia quo tpe sanctificata fuerit ignorat: celebratur festū sanctificationis eius in die et sub nomine cōceptionis ipsius. Idē in sentētia rūdet q libro. 6o. ar. 7o. Et tūs

tamē Bernard⁹ reprehēdens in quadā episto-
la canonicos lugdunenses ,p eo q festū beate ỳ-
ginis celebrarent: expresse tenet q tale festū cō-
ceptionis celebrari nō debeat in ecclesia imo et
q talis celebritas supsticiosa sit. ¶Ad.14m dici
tur q si dictum illud Anselmi sit: debet intelligi
capiendo cōceptionē ,p sanctificatione prout di
ctum est in ,prima responsione. ¶Ad.15m patet
respōsio ex his que dicta sunt in notabili. ¶Ad
16m dicitur q .S.Tho. ibi loquitur de puritate
beate ỳginis quam habuit post sanctificationē
ipsius in vtero matris sue. quia eni ex tunc pec-
catū originale sibi deletum fuit nec vltra pecca-
tum aliquod cōmisit: potuit de cetero imunis di
ci ab originali et actuali peccato. arguens autez
deceptus est potans q imunis a peccato dici nō
potest de eo qui aliquando peccatū habuit quā
tūcūq postea a peccato mundus sit. hoc autem
falsum est. vnde et .S.Tho. 3a. parte. q.27a. ar-
ticulo.2°. vbi sententialiter tenet q beata ỳgo
maculam originalis culpe contraxit: dicit in res-
ponsione ad.2m. q beata ỳgo in suo ortu cuz.s.
ex vtero matris nata est: fuit a peccato originali
imunis. Magister quoq sententiarū in hac.3a.
distin. capl'o secūdo inquit. q aūt sacra virgo ex
tunc ab omni peccato imunis extitit.s.a concep
tione xpi. ¶Ad.17m dicit q respōsiones ibi post
te ad auctoritates sanctoꝝ sunt friuole et inep-
te. patet de pma. quia fm eā vere diceret Adaz
non peccasse neq originalē iusticiaz perdidisse.
quia de iure diuine largitionis: inocentiā et ori-
ginalem iusticiā habere debuit nisi de facto pec-
casset. et cōsimiliter vera esset hmōi locutio. om
nes homines p viā seminis ab Adam descendē-
tes contrahūt in cōceptione sua originalē iusti-
ciam ,p eo q illā de iure cōtraxissent nisi Adam
peccasset. cōstat autem huiuscemodi locutiones
apud doctos viros ineptas et deridendas esse.
Idipm patet de secunda responsione q inepta
sit et cōtra intentionem sanctoꝝ et alioꝝ docto
rum in quoꝝ dictis solus xps excipitur ab vni-
versalitate hominū. et nōnulli exprimunt q apo
stolo dicēte omnes peccauerūt: nullū excipit se-
minaliter ab Adā descendētem. et q multi exp̄s-
se dicunt btām ỳginē fuisse conceptā in peccato
originali. Tertia vero respōsio tam rudis et pue
rilis est: q improbatione non eget. sequit enim
ex illa q anima btē ỳginis in triduo mortis xpi
descēdit ad iferos sicut et aīa xpi et eduxit e lym
bo patres: et q a pmo instanti conceptiōis frue-
batur deo quēadmodū aīa xpi: et multa alia cō
sequunt nō tam erronea q risu digna. et mirum

est q non erubescant tātaz ineptiā beato Augu
stino imponere. Ad auctoritatez aūt Augustini
vbi dicit q cum de peccatis agit &c. dictū ē in res
ponsione ad.10m. Ad auctoritatē Anselmi in li
bro de cōceptu ỳginali respōdet .S.Tho. ibi
disti. q. pma. ar. pmo sub ar.2°. ad.3m. q Ansel
mus signanter posuit puritatez btē Marie ỳgi
nis sub deo ad differentiā puritatis xpi qui ē ve
rus de⁹ et ver⁹ homo. cū ergo ad excellētiā puri
tatis xpi ptineat q absq peccati cōtagione fue
rit cōceptus ,p eo q non ex virili semine sed vir
tute spūs sancti cōceptus sit: sequit q btā virgo
que ex virili semine cōcepta fuit ea ipsa puritate
nō fulgeat. Sāctus vero Bonauētura vltra hāc
responsionē respōdet secūdo Anselmū dicere q
maior puritas sub deo nequit intelligi.s. rōnabi
liter. nō autē itelligi pōt rōnabiliter q nata btā
ỳgo ō voluptate viri: careat originali peccato.
Tertio respōdet q Anselmus loquit de purita
te ỳginis ,p eo tēpore quo filiū dei cōcepit quan
do iam purificata et mundata fuerat omnino a
peccato. et hoc patet manifeste ex verbis prece
dentib⁹ et sequentibus. pmittit enim. sed qr de
cebat vt illius hominis cōceptio.s. xpi de matre
purissima fieret. q autē Anselmus ibi loquat de
tempore quo btā ỳgo fuerat iā mundata: patet
ex eo quod sequit. ait enim. qualiter autē virgo
eadem p fidem ante ipam cōceptionē.s. xpi mū
data sit: dixi vbi aliā rationē de hoc ipso vñ hoc
agitur: reddidi.s. libro cur deus homo vt supra
allegatum est. ¶Ad argumentum ante opposi
tum dicit q sicut ,prime dictū est Anselmus loq
tur vbi allegatur de puritate beate virginis pro
tempore cōceptionis filij dei quando iā ab origi
nali peccato in vtero matris p sanctificationem
mundata: in conceptione filij dei spū sancto i eā
superueniente iuxta verbum euangelij Luce pi
mo: ea puritate nituit p grē plenitudinē quaz ac
cepit qua maior sub deo nequit intelligi. et tunc
enim multo ampli⁹ cunctis angelis purior grā
et sanctitate extitit. non obstante q in sui cōcep
tione peccatum originale contraxisset cuius an
geli non sunt capaces quia nō per ,ppagationez
a parentibus sed per creationem a solo deo esse
habent. ac p hoc neq eorum puritas quantū ad
originale peccatum attendi dēbet. sicut neq bru
tum animal huiuscemodi puritatem habere di
citur quia capax nō est originalis peccati. Et in
hoc articulus terminatur.

## ¶ Distinctio quarta.

Circa quartam distinctionem querit vtrū beata vgo aliq̄d actiue egerit in conceptione xpi ꝓpter qđ vere dici possit mater dei et arguitur ꝙ sic. qꝛ omnes virtutes anime vegetabilis sunt actiue sicut dicit cōmentatoꝛ secundo libro de anima. sed potētia generatiua ad animā vegetabilem ptinet tā in mare q̄ꝫ in femina. ergo per potentiam generatiuam beata virgo aliquid actiue egit ad conceptionē xpi. ¶ In oppositū arguitur quia vt Augustinus dicit. 10. super Genesim ad litterā: xps visibilē carnis substantiā đ carne virginis assūpsit. ratio vero conceptionis nō a virili semine sed longe aliter desup venit. sed virtus actiua in cōceptione dicitur ratio conceptionis. ergo agēs in conceptione xpi fuit tm̄ desuper et non in beata virgine. ¶ In hac questione erūt quattuoꝛ articuli vt supra.

Quantuz ad articulū primuz sit p̄ma conclusio ꝙ in ip̄a conceptione xpi beata virgo nihil actiue opata est sed solaꝫ materiā ministrauit. Hāc conclusionē tenet. S. Tho. 3ª. distin. huius tertij. q. 2ª. ar. p̄mo. Et. 3ª. p. q. 32ª. articulo. 4°. ¶ Secūda conclusio ē ꝙ beata vgo vere et ꝓp̄e dicit̄ et est mater dei. Hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac disti. 4ª. q. 2ª. articulo. 2°. Et. 3ª. parte. q. 35ª. articulo. 4°.

Quantuz ad articulū secundū arguit̄ cōtra cōclusiones. Et quidē cōtra p̄mā arguit Scotus ꝓbando ꝙ mater agat aliquid in formatione ꝓlis. p̄mo quia formā eiusdē speciei sequitur potētia naturalis eiusdē speciei. sed mas et femina sunt eiusdē speciei. 10. metha^e. ergo formas eoꝝ sequit̄ potentia eiusdē rationis. ergo si formā vnius cōsequit̄ potētia vegetatiua actiua: similit̄ et aliam. confirmat̄ qꝛ alias vegetatiua illius et istiꝰ differrēt sicut actiua ꝛ passiua et ita essent alteriꝰ rōnis potentie omnino. ¶ 2°. pr̄ diligit filiū suū naturalit̄ sicut vnusquisq̄ꝫ diligit opꝰ suū 8° ethicoꝝ et. 9°. et ꝑ hoc assignat̄ rō quare bn̄faciēs plꝰ diligit beneficiatū q̄ꝫ ecōtra. sed mat̄ plus diligit filiū suuꝫ q̄ꝫ pr̄. 8° ethi. ergo videt̄ ꝙ filiꝰ aliquo modo sit eius opus. ¶ 3°. qꝛ filius aliqn̄ādo plus assimilat̄ matri q̄ꝫ patri. igitur in mr̄e ē aliqua v̄tus actiua. tenet cōsequētia quia agēs intēdit sibi assimilare effectū ita ꝙ effectus nulli assimilat̄ ꝓpt̄ aliquā actionē. Si dicat̄ ꝙ semē p̄ris p̄ncipalit̄ intēdit assimilare ꝓleꝫ p̄ri sed ꝓpter inobediētiā materie deficit ab eo qđ itendit et facit qđ pōt: et ideo cū transmutatio non fiat in quodlibet sed in oppositū: assimilat opposito et ita matri ꝯtra hoc arguit̄. quia tūc calidū impeditū et ꝓpter impedimētuꝫ non potēs sibi assimilare effectū: assimilabit eum frigido qđ videt̄ ipossibile. qꝛ ip̄ꝫ ipeditū tm̄modo nō assimilabit sibi ꝫ si assimilent̄ frigido hoc erit ab alio agente nō tm̄ a calido ipedito. sic in ꝓposito ex īpedimēto resistēte v̄tuti actiue patris tm̄ habet̄ ista negatio ꝙ ꝓles nō assimilat̄ patri. ꝫ nō assimilat̄ alteri nisi ex aliq̄ causa actiua alia. et si illa detur in ꝓposito ex p̄te matris habet̄ ꝓpositū. ¶ 4°. matrē tm̄ esse sicut vas in quo sicut in cōtinēte generat̄ ꝓles et de aliquo eiꝰ vt de materia nō videt̄ plus dare matri q̄ꝫ terre in generatiōe minere si đ aliquo eiꝰ generat̄ minera et ip̄sa terra cōtinēs est aliq̄d cōcurrēs sicut locus cōueniēs generationi talis coꝛruptionis: imo non videt̄ plus dare q̄ꝫ animali respectu generatiōis v̄mis nisi ꝙ v̄mis nō ē eiusdē speciei. sed hoc nō tollit si equus dicat̄ pat̄ mule et asina mat̄. ¶ 5°. specialit̄ de btā v̄gine qꝛ dicit Damascenꝰ. v̄tutē tribuens susceptiuā simul ꝛ generatiuā. si a͂sit tm̄mmodo esset p̄ncipiū passiuū: nō videt̄ quare Damas. copularet v̄tuti susceptiue v̄tutē gen̄atiuam. hec Scotꝰ in forma. ¶ Cōtra secundā cōclusionē arguit Durādus ꝓbādo ꝙ hec ꝓpositio non sit ꝓp̄a. btā virgo ē mater dei. quia vt dicit ista p̄dicatio non ē omnino ꝓp̄a deꝰ est hō. igit̄ ex hoc ꝙ btā Maria est mat̄ hoīs: non sequit̄ ꝙ sit ꝓp̄rie mat̄ dei. assumptū vero ꝓbat [illegible] primo sic. qꝛ ꝓpositio affirmatiua est vera et ꝓp̄a ex idētitate predicati cum subiecto. ergo vbi est maioꝛ idētitas ibi est maioꝛ veritas et proprietas. sed dicendo petrus est homo: ibi est maioꝛ idētitas predicati cum subiecto q̄ꝫ dicendo deus est homo. igitur ibi est maioꝛ veritas ꝛ ꝓp̄etas. minoꝛ probatur. quia dicēdo petrus est homo ibi est idētitas per se p̄dicati cum subiecto. ē eniꝫ

in primo modo dicendi per se nec petrus manēs petrus potest non esse homo. cum autem dicit deus est homo ibi non est idētitas per se pdicati cum subiecto. ista enim nō est in pmo modo dicēdi per se deus est homo quia deus manēs deus potest non esse homo. igitur maior est idētitas predicati cum subiecto in illa petrus est homo q̄ in ista deus est homo. et hec fuit minor. sequitur ergo conclusio. ¶ 2°. quia cum dicitur petrus est homo: suppositū petri non constituitur per aliam naturam q̄ per illam que importatur formaliter nomine hominis. sed cum dicitur deus est homo suppositum diuinū non constituitur formaliter per illam naturā que importatur nomine hominis. ergo d virtute locutionis maior idētitas est inter predicatum et subiectū cum dicitur petrus ē homo q̄ cum dicitur deus est homo et per cōseq̄ns maior proprietas. ¶ 3°. quia homo de quocū q̄ pdicatur omnino proprie predicatur in quid cum nō sit denominatiuum. sed homo non potest pdicari in q̄d de deo. ergo ista non est omnino propria deus est homo. minor probatur quia illud non predicatur proprie de aliquo in quid quod nō proprie respōdetur ad interrogationem factam per q̄d. sed ad interrogationē factam quid est deus nō proprie respondetur homo quia quid q̄rit de esse sicut quale de qualitate et quantū de quantitate. eadem autem essentia non importatur per hoc nomē deus et homo licet sit idem suppositū habens in se vtram q̄ essentiam. ergo etc. ¶ 4°. quia proprietas predicationis denominatiue non stat cū omnimoda proprietate pdicatiōis in quid nec ecōuerso. vnde nō proprie dicitur sortes est humanatus quia proprie dicitur sortes est homo. sed sm Damas. libro. 3°. ista ē propria deus ē humanatus. ergo ista nō est omnino propria deus ē homo. Cōfirmatur quia si deus assūpsisset naturā carnis inanimate: ista esset magis propria deus ē incarnatus q̄ ista deus ē caro. ergo similiter in proposito hec est magis propria deus ē humanatus q̄ ista deus ē homo. ¶ 5°. quia diuerse nature existentes in eodē supposito nō predicantur omnino proprie de se inuicem nisi vtra q̄ vel saltē altera sumatur denominatiue. vtra q̄ vt dicendo album est musicū: vel altera vt sortes ē albus. et causa ē quia due nature in eodē supposito aliquo modo se habēt vt partes totius subsistētis. pars autem non predicatur omnino proprie de toto vel de alia parte nisi denominatiue. cum igitur diuina natura et humana sint aliquo modo partes vnius suppositi subsistentis in vtra q̄ natura: vnde Damascenus dicit personam verbi post incarnationem esse compositam: videtur q̄ vna non possit omnino proprie predicari de alia nisi vtra q̄ vel saltem altera sumatur denominatiue vt dicēdo deus est humanatus vel alia huiusmodi. dicendo autem deus est homo vel homo ē deus: neuter denominatiue sumitur quāuis vtra q̄ cōcretiue sumatur. non autem est idem cōcretum et denominatiuum. ergo illa propositio deus ē homo non est omnino eque propria sicut ista sortes ē homo vel deus est humanatus quamuis sit vera. q̄ autem concretum et denominatiuū nō sint omnino idem potissime in substantijs: declarat dicens q̄ in substantijs inuenitur triplex differētia nominū scilicet abstractum et concretum et denominatiuum vt humanitas homo humanatus. in accidentibus autē duplex tantū scilicet abstractum vt albedo et cōcretum seu denominatiuum que in vnū coincidunt vt album. et causa ē quia quedam est concretio nature ad suppositum proprium vt humanitatis ad hominem. alia est cōcretio accidentis ad subiectum vt albedinis ad sortem. cum igitur natura accidentalis proprium suppositum nō constituat sed in alieno subiectiue existat: ideo in accidentibus nō est concretio nature ad suppositum nisi quia concernit ipsum mediate vel imediate vt subiectum. et quia cōcretio accidentis ad subiectū est denominatiua et non essentialis eo q̄ accidens comparatur ad subiectum vt forma accidētalis: ideo in omnibus accidentibus omne cōcretum est denominatiuum. substantia autem cōstituit proprium suppositū nec est pars eius imo dicit totum. propter quod inuenitur quoddam cōcretum ex cōcretione nature ad suppositum vt homo qd tamen nō est denominatiuū quia omnis denominatio est a parte formali vel materiali quātitatiua vel potentiali nisi sit denominatio ab aliquo extrinseco. et ideo per cōparationem ad tale suppositum cuius totam naturam dicit abstractum: non potest inueniri aliquod concretum quod denominatiue pdicetur de eo. vnde non bene dicitur sortes ē humanatus sed homo. dicitur tamen q̄ sortes est humanatus sed tunc humanatus nō sumitur in sensu denominatiuo ab humana natura sed accipitur pro mansueto. si vero talis natura inueniatur in supposito iam per aliam naturam constituto sicut natura humana est in christo per miraculum respectu talis suppositi inuenitur in tali natura cōcretum denominatiuum. vnde bene dicitur deus est humanatus quia respectu talis suppositi habet rationem partis et non rationem totius. et ideo vt dicitur debet predicari solum denomi-

natiue de illo et nõ essentialiter et in quid si volumus omnino seruare ꝓprietatem locutionis vt dicendo deus est humanatus et non deus ẽ homo: quãuis et illud sit verum licet forte nõ vsquequaqꝫ ita ꝓprium sicut illa sortes est homo. nec scriptura nec doctores semper seruant omnimodã ꝓprietatẽ in dictis suis. hec Durandus in forma. ¶6°. arguit Scotus ꝙ illa predicatio non sit per se primo modo. quia licet predicatuꝫ cum in se sit substantia non accidat subiecto nec econtra nec ambo alicui tertio et ideo dicta predicatio non sit predicatio per accidẽs eo modo quo loquitur methaphisic⁹: tamen non sequit̃ ꝙ sit per se loquendo logice: sicut nec ista rõnale est animal vbi predicatum et subiectum eodem modo se habent. imo est per accidens logice loquendo quia predicatum est extra intellectum subiecti. licet neutrum extremũ per accidẽs insit alteri nec eorum vnio sit accidentalis sic in ꝓposito. ¶7°. quia ista non est ꝓprie per se christus est homo. quia licet predicatum sit de ratione subiecti: tamen subiectuꝫ nullum conceptum habet per se vnum sicut nec subiectum istius homo albus est albus. igitur multo minus hec est ꝑ se deus est homo. ¶8°. quia predicatuꝫ dicte ꝓpositionis se habet respectu subiecti vt predicabile accidentis et non vt species. quia predicatum non est de ratione subiecti et aduenit subiecto existẽti in actu completo vt possit ab eo abesse. et quo ad hoc videtur habere similem habitudinem respectu subiecti qualem habet illud ꝑdicatum quod dicitur accidens. ¶9°. arguit ꝙ illa predicatio non sit solum ſm identitatem suppositi quia tunc erit processus in infinitum. nam dicendo deus est homo: ibi certe implicatur ꝙ deus est suppositum quod est homo: et ista implicatio predicat hominem de illo quod implicat̃. et tunc si predicatum accipiatur formaliter hẽt propositum. si autem tantũ pro supposito implicato est ꝓcessus in infinitum. ¶10. quia natura non predicatur de supposito tantũ modo identitate sed formaliter. igitur ꝛc.

Quantuꝫ ad articulum tertium primo notandum est ꝙ vt philosophus tradit. 10. methaphisice: mas ꝛ femina sibi inuicem correspondẽtes ad eandem speciem pertinẽt. sed quia se habent sicut principium actiuum et principiuꝫ passiuum et sicut agens et patiens quorum est alia et alia ratio: sunt infra eandeꝫ speciem diuersas habentes rationes actiui scilicet et passiui prout philosophus dicit. 15° libro de animalibus. ex quo fit vt in animalibus perfectis in quib⁹ mas et femina distinguũtur sexu ꝛ supposito vt ibi philosophus inquit: vis generatiua que ſm sexus ꝓprietatem est principium generandi: alteri⁹ rationis sit in mare et alterius in femina. attenditur autem huiuscemodi diuersitas principaliter quidem in agendo et patiendo. quia vis generatiua in mare est principium generationis actiuum: in femina vero est principium generationis passiuum. non enim natura distingueret ad opus generationis sexũ maris et sexuꝫ femine: nisi operatio maris distincta esset a femine operatione. propter quod philosophus dicit. 15° libro de animalibus ꝙ vir dat animã formã ꝛ principium motus: femina vero dat corpus et materiam. et paruꝫ infra subdit. manifestũ est ꝙ mas est operans et femina patiens. vocamus autem hic generationem: ipsam prolis conceptionem que directe et per se complectitur corporis formationem organizationem et animationẽ. Aduertendum tamen ꝙ quia generatio naturalis non fit ex quacũqꝫ materia sed ex determinata eo ꝙ propria forma et ꝓprius actus in ꝓpria sit materia ꝓut philosophus dicit secundo libro ð anima et nono methaphisice: oportet ꝙ generatio et conceptio prolis fiat non ex quacũqꝫ materia sed ex ꝓpria et conueniente. vnde necesse est ꝙ sit aliqua virtus actiua per quam materia preparetur et fiat apta ad prolem concipiendã. hec autem virtus est ꝓpria femine cuius est materiam conceptui ministrare. et respectu huiusmodi preperationis et dispositionis materie: femina seu mater actiue se habet in generatione. verũtamen huiuscemodi actio non est directe ꝛ essentialiter ipsa prolis conceptio vel generatio sed est ad eam antecedens. Est et alia actio ipsam prolis conceptionem antecedens que con similiter expletur virtute matris: quidaꝫ scilicet motus localis quo materia ministrata ad locuꝫ generationi aptum et determinatum videlicet ad matricem femine deciditur. locus enim ꝓut philosophus docet. 3°. physicoruꝫ ad generationem rei naturalis plurimuꝫ confert. et respectu talis motus et actionis predicte mater etiam actiue se habet. virtus enim matris est huiusmodi motum et actionem agens. Est preterea ſm doctrinam philosophi. 15°. et. 16°. de animalib⁹ alia actio generationem et conceptionem ꝓlis consequens: fetũ scilicet et conceptũ in matrice

alere et conseruare. et ad hanc actionez femina seu mater etiam actiue se habz. iste siquidē actiones tres per virtutem in matre et in matrice existentem explentur. Patet igitur ex predictis ꝙ ad ipsam conceptionem et generationem ꝓlis ꝗ̄ᵐ ad id in quo per se ⁊ essentialiter consistunt solus pater ē actiue se habēs: mater vero passiue tantū̄ modo. Accipiuntur supradicta ex dictꝭ Sancti Thome distinctione. 3ª. huius tertij. li. q̄stione. 2ª. articulo p̄mo. Et. 3ª. parte q̄stione 32ª. articulo. 4º. Quod autem Sanctꝰ Tho. vtrobiqꝫ dicit respondēdo ad. 4ᵐ in primo opere et ad. 2ᵐ in secundo opere ꝙ potentia generatiua femine ē actiua sed imperfecta respectu virtutis generatiue maris: debet intelligi ꝺ virtute generatiua femine respectu actionum que vel antecedunt vel subsequuntur ipsam ꝑse ꝓlis conceptionem ⁊ generationez: non respectu actionis in qua directe ⁊ essentialiter conceptio ⁊ generatio ꝓlis consistit. nam respectu huius non ē in femina seu matre potentia generatiua actiua sed passiua tantū̄. vnde ⁊ vtrobiqꝫ locis preallegatis: Doctor Sanctꝰ ꝓbat virtutez generandi actiuam esse in femina imperfectaz respectu generatiue maris: per hoc ꝙ virtus generatiua in femina non se extēdit ad formationem ⁊ conceptionē fetus: ad quam pertingit virtus generatiua maris sed ad preparationem materie precise. ¶Ex quibꝰ inferimus ꝙ potentia vegetatiua anime ꝗ̄ᵐ ad vim generatiuam: non ē eque actiua in femina quēadmoduz in mare. patet hoc ex supradictis. quonīā potētia generatiua in femina respectu conceptionis ⁊ generationis essentialiter dicte non ē principium actiuum sed passiuum tantuz: quāuis respectu actionum antecedentium ⁊ subsequentium sit principium actiuum. generatiua autē maris est generatiōis ⁊ conceptionis actiuū principiuz ⁊ nullo modo passiuum. ¶Quod autē Damascenꝰ dicit in. 3º libro et habetur in littera a magistro ꝙ spiritus sanctus superueniēs virgini tēpore. s. conceptionis christi iuxta verbum angeli Luce p̄mo dedit ei potētiam verbi dei receptiuam simul ⁊ generatiuam: debet intelligi ꝓut Sanctꝰ Thomas exponit locis supra allegatis in responsione ad p̄muz de potētia generatiua passiue respectu generationis ⁊ conceptionis per se ⁊ essentialiter dicte. nam licet illā naturaliter haberet ad concipiēdum ⁊ generandum modo naturali puruz hominē: non tamē ad generandum ⁊ concipiendum deum verū ⁊ hominē ⁊ modo supnaturali scilicet salua integritate virginitatis. Potest etiā dictum Damasceni intelligi de potētia generatiua actiue respectu p̄parationis materie ⁊ motus eius localis ad locuz matricis. nam quāuis hanc actiuā potētiaz btīssima virgo naturaliter haberet quantum ad substantiā potētie: nō tamen poterat sua sola virtute eaz naturalit̄ in actum reducere nisi virtute ⁊ motione virilis seminis excitata quēadmodum fit in alijs matribus. dedit ergo spiritus sanctus btē virgini virtutem vt sine motione ⁊ auxilio virilis seminis ipsam materie preparationē ⁊ motuz ad locum matricis sua virtute generatiua supnaturaliter ꝑfecta expleret. et huic expositioni fauēt subsequētia Joannis damasceni verba quibus ait. et tunc obūbrauit ipsam dei altissimi ipse sapientia ⁊ virtus existēs. i. filius dei patris homusios. i. cōsubstantialis velut diuinū semē ⁊ copulauit sibiipsi ex castis ⁊ purissimis virginis sanguinibꝰ carnem animatam anima rationali et intellectiua p̄mitias nostre masse non spermaticos. i. non seminaliter sed ꝑ spiritum sanctum condēs. hec ille. vbi potētie generatiue quā spiritus sanctꝰ dedit virgini: attribuit Damascenus ꝙ loco seminis. i. vicem supplēs virilis seminis ex castis ⁊ purissimis virginis sanguinibus copularet carnem christi animatam ⁊c̄. vnde ⁊ sanguines virginis castissimi et purissimi appellantur pro eo ꝙ virilis seminis motionem aut iuuamen nullatenus habuerunt.

¶Secundo Notandum ē ꝑ responsione ad argumēta ꝙ licet vis formatiua ac figuratiua mēbrorūz ⁊ organorum prolis sit in semine patris; aliquādo tamē ꝓles genita non assimilatur patri generanti in forma ⁊ figura mēbrorum sed vel matri vel alteri etiā extraneo vel nulli alteri q̄siqꝫ. hoc autem contigit multipliciter. quādoqꝫ enī ex abundātia vel defectu materie vel ex aliqua eius indispositione. actio siquidē actiui exigit ad sui ꝑfectionem debitam materie vel passi cōmensurationē. vnde quando huiuscemodi deest commensuratio: vel non sequitur actio vel non ē actio perfecta ac per hoc neqꝫ per illam agens ꝑtingit ad faciendum sibi simile quantum eiꝰ virtus naturalis non impedita posset. tunc enim vnū quodqꝫ agens perfectum est in sui operatione quando attingit sibi simile facere ꝓut philosophus tradit. 2º libro de anima. quandoqꝫ autē id cōtingit ex impressione celestiū aut ex aeris dispositiōe sicut phs dicit in libro de aialibus ꝙ vētus septētrionalis coadiuuat ad masculorūz generationē: australis vero ad generationē femi-

narum. aliquãdo vero illud accidit ex forti ima-
ginatione maris vel femine quam ad aliquam
extraneam figuram habent tempore coitus. si-
cut ferunt medici ꝙ ex viro et muliere albi colo-
ris natus est filius colore ethiops ꝓ eo ꝙ muli-
er in ipso actu coitus imaginationem fixit in figu
ram ethiopis depictam in pariete quam p̃ ocu-
lis habebat. vnde talis potest esse dispositio et
complexio materie ex qua proles formatur scili
cet mẽstruũ a femina preparatum: ꝙ virtus ma
ris formatiua cum semine eius decisa distingu-
at et formet membra fetus cum maiore assimila
tione ad matrem ꝙ̃ ad patrem propter materie
a matre preparate inobedientiam ad virtutem
seminis et ad matris complexionem maiorẽ cõ-
uenientiam. quã materiam virtus formatiua ma
ris vincere omnino non potest vt trahat mem-
bra fetus ad sui perfectam similitudinem. ad qḋ
plurimũ confert complexio et dispositio matri-
cis que sicut ꝓprius locus formationis fetus iu-
uare potest vt fetus ad matris assimilationem
trahatur. est enim mirabilia natura loci vt phi-
losophus dicit. 3° physicorum. ita vt diuersa ĩ di
uersis locis et quedam in vno et non in alio ge-
nerentur ceteris omnibus vtrobiq; adhibitis et
pariformiter dispositis. ¶ Ex quibus inferimus
ꝙ causa qua membra fetus plus assimilẽtur ma
tri ꝙ̃ patri aut matri et non patri: non est virtus
formatiua actiue existens in matre nisi dispositi
ue tantũ per actionem quam supra diximus pre
cedere corporis formationem vt ipsius prepa-
ratoriam. sed causa actiua est virtus virilis semi
nis que materiam fetus a matre exhibitam coa-
gulans et formans ac in diuersa membra distin-
guens que sunt illius actionis per se: causat p ac-
cidẽs ꝙ membra fetus magis matri ꝙ̃ patri aut
matri et non patri assimilentur ꝓpter materie
vel loci dispositionem. quemadmodum contin-
git ꝓpter terre debilitatem vel aliam qualitatẽ
ꝙ semen tritici terre mandatum non triticum ꝭ
vel milium vel aliud genus frumenti germinat.

¶ Tertio Notandum est pro solutio
ne argumentorum cõtra se
cundam conclusionem ꝙ ad veritatem et ꝓpe-
tatem ꝓpositionis affirmatiue in qua dicit̃ hoc
est hoc: sufficit vel ꝙ eadem res significata im-
portetur per subiectum et predicatum cum eo-
dem modo significandi terminorum: vel ꝙ for-
ma significata per predicatum se habeat ad sub
iectum vt eius forma vel per modum informã-
tis et vt ponens rem suam circa subiectum per
modum inherentie vel per modum inexistentie
formalis. ꝙ autem forma significata per predica
tum conueniat subiecto ratione forme significa-
te per subiectum: nõ necessario requiritur ad ve
ritatem propositionis sed sufficit ꝙ verificetur
ratione suppositi alias ista non esset vera album
est homo; nec illud requiritur ad perseitatem
propositionis alias ista non esset vera per se ho
mo albus est animal. vt enim Sanctus Thomas
docet infra distinctione. 10ª. questione pma arti
culo. 2°. sub articulo. 3° in corpore: in ꝓpositio-
nibus per se: aliter est ex parte subiecti et aliter
ex parte predicati. quoniã ex parte subiecti suffi
cit ꝙ ꝭm vnum tãtũmodo eorum que in subie-
cto continentur: predicatum per se cõueniat sub
iecto. ex parte vero predicati oportet ꝙ quicqḋ
stentia sed talis tertia entitas constituta q̄ non est de genere substātie. non enim est entitas per se vna. et ita sequitur ꝙ substantia non ē vltim⁹ finis accidētis cuius oppositū ponit philosoph⁹ 7°. et. 8°. methaphisice. sequitur secundo ꝙ aliq̄ entitas non ē de genere substantie et tamen ē sistentia ipsius substantie ꝛ ꝓpria subsistentia. consequentia patet. nam totū est subsistētia suaꝝ partium essentialium. partes enim sunt in ipso toto et participant quodāmodo esse toti⁹. ergo si forma accidētalis est constitutiua: sequit̄ ꝙ substātia quam informat concurrit vt potentia ad talem constitutionē ꝛ fit partialis entitas constituti. igitur subsistit subsistētia constituti qḋ erat ꝓbandum. Tertio sic. talis tertia entitas si sit aliquid noviter ꝓductum ex informatione forme accidētalis: igitur sicut est aliquid distinctum in se tam a forma q̄ꝫ a substantia. ergo habet ꝓpͣaꝫ quidditatē et per consequens talis forma non dat formaliter esse quale sed eē quid. falsitas cōsequentis nota ē. Cōfirmatur. nam si per talem formā producitur aliquid: igitur talis forma nō constituit quale esse sed quid eē. quoniam non quale sed quid: ē per se terminus talis mutationis. sed hoc est contra naturam forme accidentalis. albedo enim dat esse albuꝫ. esse vero albū non est aliquid eē sed esse aliquale esse. et ꝑ consequens tale quod tu ꝓponis constitutum ex albedine et subiecto: non est aliquid nec quid sed potius quale. ergo ex tali informatione nūq̄ꝫ resultat ista tertia entitas. Quarto sic. si ex informatione accidentis aliqua talis entitas constituitur: igitur tale est vnum per se vel vnum per accidens. si primū: vel substātia vel accidēs. nō primū nam cum talis forma vltima constitutiua sit accidens: sequitur ꝙ substantia cōstituat̄ formaliter in esse ꝑ essentiam accidentis qḋ manifeste claudit cōtradictionem vt patet. si secundum: igitur accidēs est subsistētia talis forme accidentalis. seq̄tur etiā ꝙ substātia est pars essentialis essentie accidentis. imo sequitur vltra ꝙ substantia per modum potētie est pars ꝛ forma accidentalis per modum actus ad aliquam per se entitatē concurrens. et sequitur vltra cū pars potentialis ordinetur ad compositum per se vt ad entitatem essentialiter perfectiorem: ꝙ aliq̄ entitas de genere accidentis est perfectior quacūq̄ꝫ substantia siue vitali siue non vitali. fiat enī argumentum de esse resultante ex augmento et aliquo accidente ipsum informante. si vero det̄ secundum ꝙ sit ens per accidens: contra. nam si est aliquid in se distinctum et tam a ꝓpria materia q̄ꝫ a ꝓpria forma distinctum: ergo est proprie et per se vnum et nō vnum per accidens. igitur. Cōfirmatur nam si tale constitutum est aliquid in reruꝫ natura: ergo habet vere eē essentie qḋ ē sibi essentiale per ꝓprium gradum essendi. igit̄ est per se vnuꝫ. Item quare dicitur vnum per accidens: vel quia illud a quo habet formaliter entitatem et vnitatem est entitas de genere accidētis: vel quia potest esse in re ꝛ non habere talem vnitatem. non primum. quelibet enim forma simplex est entitas per se vna sicut albedo ꝛ huiusmodi: et tamen habet vnitatem formaleꝫ exponendo esse de genere accidentis. Cōfirmatur. nam ſm multos quelibet talis forma habet aliquid essentialiter loco materie ꝛ aliquid loco forme saltem ſm veritatē in qualibet tali forma sunt rationes positiue distincte quaruꝫ vna est potentia reliqua actus. quelibet etiam talis forma continet formaliter latitudinem intensiuam graduuꝫ remissiorum. ergo ſm istam potentiam: nulla talis forma est entitas per se vna cū aliquod esse de genere accidentis partialiter ad suum esse concurrat. si vero detur secundum: cōtra. nam si ex albedine ꝛ subiecto constituit̄ aliquid tertium: necessario tale tertium corrumpitur ad corruptionem vel separationem albedinis ita ꝙ albedo exigitur per se vt eius partialis entitas ad conseruationem totius sicut anima ad esse hominis. et ideo mirum est quomodo tale dicatur ens per accidēs cum tamē ita partes eius constitutiue per se requirantur ad esse eius ꝛ integrent eius entitateꝫ et ad illorum separationem vel coniunctionem corrumpatur vel ꝓducatur hm̄oi entitas sicut in constituto per se. Quinto. si entitati de genere accidentis non repugnet esse actum constitutiuum: igitur sicut infra genus substantie est aliquid per se potentia aliud vero per se actus ꝛ aliquid constitutuꝫ: ita erit in genere accidentis ꝛ ꝑ consequens ex duobus accidentibus potest constitui aliquid per se vnum. sed cōsequēs est impossibile. Sexto. si sit danda tertia entitas ꝛc: sequitur ꝙ talis est per se terminus alterationis vel actionis alteratiue et per consequens alteratio est per se ꝓductio cuius oppositum patet ex vi terminorum. quicquid enim alteratur necessario de non aliqualiter esse ad taliter esse mutatur: et non de non eē ad esse. alteratio enim est accidentalis mutatio et non productio per se. Septimo. nullum constitutum ex aliqua forma est maius perfectuꝫ intensiue q̄ꝫ talis forma. patet nam quelibet forma informatiua cōmunicatur subiecto ſm totaꝫ

latitudinem esse essentialis. ergo non sub remissiori gradu constituit tertiam entitatem q̄ꝫ sit suus gradus essendi. ergo aliquid per accidēs vnum: est tam perfectum essentialiter in sua ꝓpa entitate sicut ens per se vnum in latitudine entium. sed hoc est falsum si imaginemur talia existentia per accidens. Octauo. q̄libet forma substantialis prius ē actus materie q̄ꝫ cōpositi. ergo stat sine contradictione quamlibet talez formā esse actum materie ꝛ nullum exinde compositū resultare. antecedens probatur. nam per hoc cōpositum constituitur: ꝙ materia ꝛ forma vniuntur ex qua vnione resultat compositū. ergo prius est materiā ꝛ formam vniri formaliter. ac per hoc prius est formam esse actum materie: q̄ꝫ cōpositum resultare. Confirmatur ratio. nam si aliqua forma est actus duorum in quodaꝫ ordine: nulla est repugnantia ipsam cōmunicari priori sine posteriori. sed materia ꝛ compositū sunt distincta et materia est prius naturaliter q̄ꝫ cōpositum. ergo nulla repugnantia est in re quācunqꝫ formam substantialē cōmunicari materie absqꝫ hoc ꝙ cōmunicetur composito. sed non stat cōpositum esse ꝛ ipsam non cōmunicari composito: cum sit forma essentialis compositi. Nono. alia est cōmunicatio forme respectu materie et alia respectu compositi. secunda enim est constitutiua et non prima. ergo alia est actio ad ꝓmaꝫ cōmunicationem et alia ad secundam. ergo stat sine contradictione primam actionem esse sine secunda. Decimo. si oppositum est verum: ergo cum cōmunicatio forme respectu materie sit prior: sequitur ꝙ cōmunicatio forme respectu compositi est sequella prime cōmunicationis. ergo ꝓma cōmunicatio est per se ꝛ secūda per accidēs. consequentia ꝓbatur. nam sicut si. a. prius ꝓducitur q̄ꝫ. b. et necessario ad ꝓductionem. a. sequitur ꝓductio. b. a. producitur per se et. b. tanq̄ꝫ sequella et per accidens. sic enim ponitur a ph̄o ꝙ forma producitur per accidens. et ideo a multis theologis dicitur ꝙ relatio fit tanquam sequella necessario consurgens ex fundamento ꝛ termino. ita in proposito. Undecimo. quia mutatio materie per actuationeꝫ forme: est alia a mutatione compositi. secunda enim est productio et non prima. et mutatio materie est prior. ergo est absolute possibilis sine secūda. Duodecimo. nam forma per se producitur ab agente naturali et est prius naturaliter q̄ꝫ compositum. igitur prius actuat materiam q̄ꝫ compositū. Cōsequētia patet et antecedens ꝓbatur. tum quia agēs primum prius producit formam q̄ꝫ compositū. vtrūqꝫ enim ꝑ se ꝓducit et primum ē pars secūdi. igitur prius ē primū q̄ꝫ secunduꝫ. agens etiam naturale concurrit cum agente primo taꝫ ad formam q̄ꝫ ad compositum. et re vera vterqꝫ determinatur ꝑ agens primum. igitur prius influit ad illud ad quod sic influit primuꝫ. tum quia forma est causa compositi. igitur ꝓor ē naturaliter in re extra. ergo prius naturaliter capit esse per agēs primum et secundum et ꝑ consequēs prius educitur de potentia materie q̄ꝫ compositum. sic ergo ꝓ illo priore stat ipsam esse actuꝫ materie ante esse compositi. sed ipsa ex se determinatur ad cōmunicationem sui respectu materie compositi. ergo ꝓ illo ꝓori est actus materie et non compositi et habetur intentum. sic ergo duodecim medijs ꝓbatum ē assumptū in nono argumēto ꝓncipali. ¶ 10. principaliter arguitur sic. si negaret̄ possibilitas ꝓdicte cōmunicationis diuine essentie ad extra: hoc videretur ꝓ tanto quia oporteret eam eē informatiuam creature. hoc auteꝫ videtur diuine essentie repugnare. sed istud motiuum non valet. q2 absolute possibile ē formam creatam actuare sine informatione. ergo non sequitur si diuina essentia actuet creaturam ꝙ informet eam. Assumptū ꝓbatur quintupliciter. ꝓmo. quia alia ē cōmunicatio forme respectu cōpositi et alia respectu materie et aliud agere correspondēs sibi. igitur circūscripta cōmunicatiōe forme respectu materie: potest adhuc forma cōmunicari cōposito et ꝑ consequēs forma pōt constituere cōpositū sine informatione materie vel subiecti. Secundo. q2 ad ꝯpositū sufficiūt vt cause intrinsece materia ꝛ forma: vna vt potētia reliqua vt actus. sed forma circūscripta cōmunicatione respectu materie: adhuc vltra cōmunicat̄ cōposito. ergo deducta causalitate formali quaꝫ habet respectu materie: habꝫ aliam respectu cōpositi īmediate. ergo tali cōposito correspondet causalitas materialis. ergo deducta causalitate partium inter se: ponitur sufficienter causalitas tam formalis q̄ꝫ materialis s̄m quam causatur compositū. Tertio. q2 forma nō ex hoc ꝙ ē actꝰ formalis materie ē causa formalis cōpositi. stat enim ꝓmum sine secundo: sed ex hoc ꝙ cōmunicatur composito. materia enim nō ex hoc ꝙ materia: est in potētia ad eē forme sed ad eē cōpositi. ergo per solam cōmunicationē in cōposito deducta vnione cōponentiū inter se: cōpositū sufficiēter capit esse. Quarto. q2 forma s̄ꝫ quodcūqꝫ eē essentiale q̄ cōmunicat̄ materie: cōmunicatur etiā cōposito ꝛ distincta cōmunicatione. alit̄ enī ꝓma nō esꝫ possibilis sine secūda. Quinto. forma

absolute considerata et nõ vt cõmunicata materie ẽ causa formalis cõpositi. ergo ipsam cõmunicari materie:impertinẽter se habz vt causet ad eẽ cõpositi. cõsequẽtia patet sed antecedẽs pbat. nam aliter nõ esset verũ q forma ẽ causa formalis cõpositi sed formã informare quod est falsuz. sicut enim agẽs est imediata causa actionis siue rel acte et nõ agẽs agere:ita in pposito. sic ergo dicẽdũ est q nõ solum est absolute possibile formã substãtialẽ esse formã compositi absq prima informatione materie sed talis pma informatio materie nõ est causa constitutionis cõpositi. iste sunt rationes Joãnis de ripa quibus generalit pbat diuinã essentiã posse vniri creature tanq formã intrinsece actuantem licet non concedat eam posse cõmunicari vt formã constitutiuã cõpositi vel informatiuam subiecti.

Quantuz ad articulũ tertium primo notandũ est p declaratione pme conclusionis q vnio fm ppriã significationẽ est relatio ex cõiunctione aliquoz cõsecuta. et ideo fz diuersos modos coniũctionis vel adunationis aliquoz: diuersificãtur modi vnionis ipsoz. vnde fm triplex genus cõiunctionis aliquoz: tripliciter repitur ipsorum vnio put. S. Tho. notat supra dis. pª. q. pª. ar. pº. in cor. Quedã eni vniunt p cõiunctionez eoz adinuicẽ et in aliquo vno quod ex eoz coniũctione cõstituit: et hmoi vnita se habẽt vt partes ad totũ qd cõstituũt et in quo vniuntur. p quẽ modũ materia et forma vniunt ad inuicẽ. nã forma vnit materie vt ei⁹ pfectio et ambo vniunt in natura cõmuni et in supposito qd constituunt. qdam vero vniunt p cõiunctionẽ eoz adinuicẽ: sed nõ in aliquo vno qd cõstituant quia ex eoz coniunctione non resultat aliquid vnum. p quẽ modũ subiectũ et accidẽs ad inuicẽ vniunt. nõ enim ex subiecto et accidẽte efficitur aliquid vnũ per se cuius subiectũ et accidens partes dici possint put philosoph⁹ pbat. 8º metha. Quedam vero vniunt nõ pprie et directe p cõiũctionẽ eoz adinuicẽ: sed p coniunctionem ipsorum in aliquo vno. per quẽ modũ duo brachia dicuntur esse vnita non p se et imediate p coniunctionez ipsoz: sed quia coniungunt in vno corpore. et consimiliter duo accidẽtia sicut musica et albedo vnita dicuntur in vno subiecto in quo accidẽtaliter coniũguntur. Ex quibus inferim⁹ ad propositũ nrm q vnio duarũ naturarũ in xpo vł nature humane et diuini suppositi: non est fm pmũ modũ vnionis: eo q diuina natura et humana i christo vnite: nec sunt ppe partes alicuius toti⁹ ex illis constituti nec ex eis aliquod vnum per se resultat. diuinitas nãq neq pars ẽ cũ ois pars habeat rationẽ impfecti. neq in cõpositionẽ alicuius rei venit. Alijs autem duob⁹ modis reperiri potest vnio in xpo quãuis non eodez modo quo et in creaturis sed multo differenti et altiori. quoniã vt hylarius dicit terrenoz ad deum comparatio nulla est: neq exemplũ sufficiens rebus diuinis ratio humana prestabit. Ad cuius intellectũ sciendũ est q in incarnatione duo possunt considerari ex parte assumentis. s. persona et natura. si enim psonam assumentẽ consideremus: vnio humane nature assumpte est per secũdũ modũ coniunctionis. qm humana natura persone diuine coniungitur et vnitur: sed ex ipsis duobus non resultat neq constituitur aliquod tertium sicut neq in socrate ex persona eius et natura aliquod vnum cõstituitur sed psona ei⁹ in humana subsistit natura. si autẽ cõsideremus naturam assumẽtis: sic ei⁹ coniunctio et vnio ad naturã humanã: est p tertiũ moduz coniunctionis inquãtum due nature diuina. s. et humana in vna psona verbi coniungunt. in naturalibus tamen ppietatibus nihilomin⁹ ambe nature distincte sunt. et ideo incarnatio insertioni cõparatur. sicut enim in insertione in eodez trunco in q erat vnus ramus p naturam fit ram⁹ alius per insertionem: ita in eadẽ persona in qua naturaliter erat diuina natura: est per vnionem humana natura.

Secundo Notãdũ est put. S. Tho. deducit in hac distin. q. pª. ar. pº. sub articulo pmo i cor. q vnio pprie et formaliter est relatio fundata sup actione et passione qua ex aliquibus efficitur quodã modo vnũ. hanc aũt actionem vel passionẽ dicere possumus vnitionẽ vel coniunctionem seu adunationem aut copulationem. sicut eni vnuz in substãtia fundat relationem idẽtitatis et vnũ in qualitate vel magis pprie qualitas vna fundat relationem similitudinis: et quantitas vna fm cõmensurationem fundat relationẽ equalitatis: ita vnitio vel coniunctio seu adunatio adinuicẽ pluriuz actiue vel passiue sumpta: fundat relationem vnionis. quandoq tamen actio ipsa vel passio vnitionis seu coniunctionis: nomine relationis exprimitur et dicitur vnio. fm quẽ modum doctores dicunt per vnionem vel per gratiam vnionis nature humane et suppositi di-

uini idest per ipsam incarnationem: factum esse q deus sit homo et econuerso homo sit deus. nō enim in hac locutione vnio stat pro relatione que non efficat imo magis presupponit et consequitur deum hominē factum quod est pprius et imediatius terminus incarnationis. isto etiā modo cōsueuit dici duas naturas diuinam. s. et humanam vniri seu vnitas esse in christo. non eni sensus hic est q due nature in xpo relatione vnionis ad inuicem dicuntur: sed q in supposito christi adunantur vel copulantur seu cōiuncte sunt. et isto modo accipit vnionem. S. Tho. 3ª. pte questione. 2ª articulo. 9° in corpe vbi dicit q vnio importat piunctionē aliquoꝝ in aliquo vno. Aduertēdum tamē q licet relatio vnionis pprie et imediate fundet sup actione et passione coniunctionis vel vnitionis seu adunatiōis: qr tamē vt. S. Tho. inquit loco pximo allegato per vnitionem vel coniunctionem plura coniuncta et vnita fiūt aliquo modo vnū: ideo relatio vnionis super dicta coniunctione vel vnitione fundata: habet ex consequenti et mediate aliquā vnitatem p fundamento sm q omnia vnita inquātum huiusmodi sunt aliquo modo vnum: diuersimode tamen sm diuersos modos vnitionis et coniunctionis. aliter enim plures lapides in aceruo vniti sunt aliquid vnū. et aliter plura mēbra in vno corpore. atqz aliter materia et forma sunt vnum in natura et supposito. et aliter plura accidentia vnum sunt in subiecto. hoc tamē vniuersaliter verum est q ea que vere et pprie vnita esse dicuntur: nequaq̄ vnum sunt in essentia vel natura. vnio enim sm ppriam rationem: est plurium adinuicem coniunctorum. plura autē in rebus creatis esse non possunt vnius essentie vel nature. neqz vere vnita dicūtur que sunt idē essentia vel natura sed proprie dicuntur vnum. dicim⁹ ergo sm premissa q relatio vnionis duarum naturarum in christo et nature assumpte cū supposito verbi: fundatur per se et imediate in ipsa coniunctione vel copulatione qua due nature diuina. s. et humana vniuntur et copulantur i supposito christi: que alio nomine incarnatio vl assumptio dicitur actiue vel passiue. quamuis in his nominibus aliqua rationis differentia assignari possit prout Sanct⁹ Thomas loco p conclusionibus allegato deducit. ex consequenti tamen et mediate: relatio vnionis predicta fundatur in vnitate diuini suppositi quam natura humana assumpta in supposito acquirit sm q vnū et idem suppositū est in vtraqz natura subsistēs. et dicimus notanter in vnitate quam natura assumptā acquirit: quia relatio huiuscemodi vnionis realiter est in natura assumpta in qua ē mutatio et noua sui esse et vnitatis acquisitio. i deo aūt seu diuino supposito: relatio vnionis non est realiter sed sm rationem precise. et quamuis vnitas ipsa suppositalis proprie et realiter ac ab eterno sit: et tamen non est fundamentum dicte relationis vnionis inquantum est vnitas diuini suppositi ab eterno: sed inquantum cōmunicatur et acquiritur nature humane assumpte ex tēpore. cum enim realitas relationis ex parte fundamenti accipiatur sicut dictum fuit in primo libro: si vnitas diuini suppositi ad quam assumitur humana natura esset fundamentum relationis vnionis sm q est vnitas diuini suppositi absolute: relatio vnionis realis esset ex parte diuini suppositi et in eo realit existeret quod falsū est. nā nulla relatio dei ad creaturam est in deo realit.

¶ Tertio Notandum est pro declaratione tertie conclusionis q vnio potest dici maxima dupliciter. vno modo quia maxime vnit extrema vnita. et isto modo vnio duarum naturarum in christo non est maxima vnionum etiam que sunt in rebus creatis. nam maior est vnio anime et corporis qua vniuntur extrema in vna natura et in vno supposito. vnio autem duarum naturarum diuine scilicet et humane in christo vnit extrema i vno supposito non in vna natura. alio modo potest dici maxima vnio ea ratione quia vnit extrema i eo quod est maxime vnum: et isto modo vnio incarnationis duarum scilicet naturarum est maxima vnionum quia scilicet diuinum suppositum in quo vniuntur est maxime vnum. vnitas enī diuine persone est vnitas increata per se subsistens non recepta in aliquo per participationē et est in se completa habens quicquid pertinet ad rationem vnitatis. vnde est maxima omniū aliarum vnitatum in rebus creatis etiam vnitatis numeralis que rationem partis habet neqz est per se subsistens sed participatur in rebus numeratis. Quod autē Augustin⁹ dicit primo libro de trinitate q homo magis est in filio dei q̄ filius dei in patre: debet intelligi prout Sanct⁹ Thomas notat. 3ª. parte questione. 2ª. articulo nono in responsione ad argumentum in contrarium: non simpliciter sed quantum ad aliq̄d inquantum scilicet idem supponitur in hoc quod dico homo loquendo de christo et in hoc quod dico filius dei. sed pater in diuinis non supponit suppositū filij aut econtra. simpliciter tamen lo-

quendo maior est vnio patris ꝛ filii qua vnū dr esse i alio ꝙ̄ vnio humane nature ꝛ suppositi filii.

**Quarto** Notandum est ꝓ declaratione quarte cōclusiōis ꝙ id quod est ꝓprie alicuius forma: habet se sicut pars et per cōsequēs vt aliquid incōpletuꝫ. ex forma enim et materia vel eo quod per eam informatur: cōstituitur vna natura et vnū cōpositum si sit forma substātialis cuius ipsa forma ē pars. et inde est ꝙ forma siue sit forma partis siue sit forma totius nūꝙ̄ predicatur in recto ꝺ eo cui⁹ est forma. et quia ratio partis et imperfecti repugnat diuine nature que est sūma et tota rerum perfectio: ideo diuina natura nullius rei eē potest ꝓpe forma. loquimur nunc de forma realiter informāte et formaliter actuante id cuius ē forma. Et de hoc. S. Tho. ꝓma pte. q. 3ª. articulis. 7º. et. 8º. Et cōtra gētiles libro ꝓmo capitulis. 27. et. 28. Ex quibus inferimus ꝙ quāuis in xp̄o diuina natura sit vnita nature humāe vnione ꝑsonali: non tñ ꝓprie est eius forma neqꝫ vnitur ei vt forma. neqꝫ ꝑ ipsam vnionez diuina natura est aliquid intrinsece pertinēs ad naturam humanā aut econuerso. vnde. S. Tho. de veri. q. 29ª. articulo ꝓmo ad. 10m. anime inquit xp̄i vnita erat plenitudo omnis boni. s. diuinitatis ex ipsa ꝑsonali vnione: non tamē formaliter sed personaliter. hec ille. vnde quod Athanasi⁹ dicit in symbolo sicut anima rationalis et caro vnus est homo ita deus ꝛ homo vnus est xp̄s: debet intelligi similitudo ꝓut. S. Tho. exponit. 3ª parte. q. 2ª. arti. ꝓmo ad. 2m. quantū ad hoc ꝙ sicut est vnus aliquis subsistēs in carne ꝛ anima: ita est vnus xp̄s subsistens in diuina natura ꝛ humana. non aūt attēditur similitudo sꝫ ꝙ anima vnitur corpori formaliter ꝑficiens ipsum vt ex duobus fiat vna natura sicut ex actu ꝛ potentia vel ex materia et forma. verūtamē humana natura per vnionē est aliquid intrinsece pertinens ad ꝑsonam diuinam filii inquantū ꝑsona filii est vere et substantialiter subsistens in humana natura. et ideo vnio ipsa facta est in persona nō in natura. vt enim. S. Tho. notat contra gen. 4º. libro capitulo. 41º. illa vniunt̄ in natura: ex quibus constituitur integritas speciei alicuius. cum autem ex natura diuina et ex humana nō possit constitui et integrari aliqua vna species: sequit̄ ꝙ vniri non possint in natura neqꝫ adinuicē s̄m seipsas. quod intelligendum est primo ꝛ immediate. nam mediante persona filii et eius ratione: natura diuina et natura humana adinuicē vnite esse dicuntur quod est dictu eas vnitas esse in ꝑsona. non ꝙ vna natura ad aliam s̄m se adiiciatur vel alteri misceatur: sed vniuntur in tertio. s. in ꝑsona seu hypostasi diuina saluis vtriusqꝫ nature ꝓprietatibus naturalibus. ex quibus etiaꝫ consequitur ꝙ diuina natura ꝛ humana non cōueniunt in esse essentiali quemadmoduꝫ anima et corp⁹ in esse vnius nature vel vniuersalit̄ materia et forma: sed in esse personali et suppositali. et quāuis in christo ideꝫ realiter sit esse essentie diuine et esse suppositale: quia tamen differūt ratione sicut persona et essentia: ideo vt. S. Tho. dicit infra distinctione. 6ª questione. 2ª arti. 2º ad. 2m. vere dici potest ꝙ humanitas vnita ē ꝑsone xp̄i et ꝑ eam diuinitati quātū ad esse suppositale: non quātū ad esse essentie diuinitatis. cuꝫ autē dicit̄ eē essentie ꝛ esse existētie vel subsistentie: genitiuus tenet̄ intrāsitiue. exponit̄ enim eē essentie. i. quod ē essentia: ꝛ esse existētie vel subsistentie. i. quod ē existētia vel subsistētia. s̄m primū esse: non dicit̄ aliquid esse in rerū natura neqꝫ absolute sed eē tale vt homo vel lapis vel aliquid aliud. ꝑ esse enī essentie. i. ꝑ essentiā suā: homo dicitur esse homo nō aūt dicitur esse. i. existere in rerum natura. imo in omni creatura differt realiter esse ab essentia sicut dictum fuit in secūdo libro. s̄m esse vero secunduꝫ. i. existentie vel subsistentie: dicitur aliquid esse nō hoc vel illud sed esse absolute idest existere vel subsistere in rerum natura.

**Quinto** Notanduꝫ est ꝓut habetur ex dictis phi. 7º metha(phisice) et deducit illud. S. Tho. in ꝙ̄ multis locis: esse quod est actus entis. s. esse existētie vel subsistentie: solius suppositi est tanꝙ̄ eius quod existit vel subsistit. aliorum autem vt nature vel forme aut materie vel etiam accidentiū: non est esse tanꝙ̄ eius quod existit vel subsistit sed sicut eius quo aliquid existit. ex quo fit prout ex dictis. S. T. notatur ꝓma parte. q. 5ª. articulo. 5º ad. 2m. ꝙ natura vel forma et huiusmodi res que nō sunt subsistentes: non dicuntur esse quasi per aliquid aliud formaliter sint sed quia eis aliquid vel ali qua sint. non enim huiuscemodi entia dicuntur quia sunt vel esse habent: sed quia eis alia sunt. Idem notatur ex verbis eius de veritate q̄stione. 21ª. articulo. 6º. ad. 7m. Ex quibus inferim⁹ ꝙ humanitas in christo quia est natura quedaꝫ et forma habens modum partis et non est aliquid subsistēs: non habet esse ꝑ aliquid formaliter quo existat vel subsistat sed magis ē quo vel in quo formaliter aliquid subsistit. s. diuinū suppositum. ex assumptione siquidem humanitatis

factum est vt suppositum verbi quod ab eterno subsistit in diuinitate: ex tempore subsisteret in humanitate. et inde est vt. S. Tho. notat infra distinctione. 8ª. questione prima articulo. 2°. in corpore ꝛ ad. 5ᵐ. ꝙ humana natura a xpo assumpta nec nata est nec genita nec cepit esse: sed christus in humanitate et natus est et genitus et cepit esse. Falluntur igitur qui opinantur ꝙ diuinum esse quo suppositum verbi subsistit ab eterno: vnitur formaliter humanitati christi ita vt per diuinum esse humanitas christi vere dicatur formaliter existere et subsistere. et quia esse diuinum est omnino idez realiter quod diuina essentia: ex consequenti inferũt ꝙ diuina essentia vnitur in christo eius humanitati tanꝙ forma quãuis non vt informans sed vt subsistens. horum certe opinio falsa est tã in se ꝙ ex ratione in qua fundatur. in se quidez quia cũ diuina essentia sit omnino idem re quod deus: deus aũt cum sit ꝑma causa efficiens omnium rerum: esse non potest forma intrinseca alicui⁹. Et ꝺ hoc. S. Tho. ꝑma parte ꝗstione. 3ª. articulo vltimo. Et magis contra gentiles libro primo capitulis. 27°. et. 28°. ex ratione vero in qua fundatur ꝓbatur falsa quoniam ꝓcedit ex falso presupposito tanꝙ. s. diuinum esse suppositi verbi: fuisset formale esse humanitatis assumpte quo. s. formaliter sit: quod ostensum ẽ falsum esse. Nec obstat ꝙ diuina essentia vnita humanitati christi sit in se actus et forma et diuinũ esse sit formalis effectus ſm modũ intelligendi. tum qꝛ vt dictum est in ꝑcedente notabili humanitas christi non vnitur eius diuinitati ꝛ diuino esse ꝑmo ꝛ imediate sed mediante supposito. vnde ꝛ huiuscemodi naturarum vnio: suppositalis et personalis est nõ essentialis aut quidditatiua. tum etiam qꝛ nõ omnis forma vel actus formalis cuicũꝙ vnitur: vnitur formaliter. sicut patet de angelo qui ẽ forma simplex dum corpori assumpto vnitur cui tamen formaliter non vnitur. et de anima que ſm propriam rationem est forma et vnitur suis potentijs non tamen formaliter sed efficienter ac subiectiue. item in triduo mortis christi diuinitas que est vera vita et est forma et actus: vnita fuit corpori in sepulchro et tamen non formaliter alias corpus christi in triduo mortis fuissꝫ viuum quod est erroneum. nam omne cui vita formaliter vnitur: viuit per illam. Faciunt ad ista ea que Sanctus Thomas deducit contra gentiles libro. 4° capitulo. 41.

Quantuz ad articulũ quartũ respondendum ẽ obiectionibus aduersariorum. Et quidẽ ad ꝑma octo argumenta Aureoli contra ꝑmã conclusionem dicit̃ ꝙ non militant cõtra conclusionez. nã non aliud ꝓbãt ꝙ ꝙ vnio hũane nature cuz supposito diuino in christo non est ꝑ hoc tantũmodo ꝙ diuinum suppositũ terminat extrinsece relationẽ humanitatis: ita ꝙ ex ipsa vniõe nullo modo humanitas assumpta fiat vnuz aliqd intimũ et indiuisum cũ diuino supposito sed vnũ solummodo ordine vel cõtactu queadmodũ lapis vnitur lapidi in aceruo. qꝺ totũ nos ꝯcedim⁹ cuz ponam⁹ ꝙ humanitas assũpta: ꝑ assũptionez et vnionẽ fuit nõ solũ vnita ſ vnũ aliqd intimum seu intrĩsecũ cũ ꝑsona verbi vnitate et intimitate suppositi. fuit etiam vnũ aliqd cũ diuina natura ſm suppositũ modo quo expositũ fuit in ꝑmo et secũdo notabili. itaꝙ nos ponim⁹ ꝙ in his ꝓpositionib⁹ de⁹ ẽ homo vel homo ẽ de⁹: et de⁹ ẽ incarnat⁹ et in similib⁹: nõ solũ designat̃ ꝙ hũanitas referť ad diuinũ suppositũ sicut ad correlatiuũ et ecõtra: sed significat̃ ꝙ vere ꝛ substãtialr deus ẽ homo ꝛ homo ẽ de⁹ prout substãtialit̃ dr̃ a substãtia q̃ est suppositũ. ¶ Ad. 9ᵐ dicit̃ ꝙ capiendo vnionẽ ꝓut ẽ relatio: minor ẽ falsa. imo vt sic: vnio est aliquid cõsequẽs ad coniunctionem et vniri ad coniungi. est enim vnio isto modo relatio coniunctorũ: et vniri referri ex ratione cõiunctionis. capiendo tamẽ vnionem ꝓ vnitione vel adunatione in qua fundat̃ relatio: vnio idẽ est quod cõiunctio et vniri quod cõiungi. in qua acceptione nos nõ ponim⁹ vnionẽ esse relationem. et de hoc dictũ fuit in secũdo notabili. Ad 2ᵐᵐ instãtiã eiusdẽ argumenti dicim⁹ ꝙ quãuis materiaz esse sub forma nõ sit ipa relatio media: ad illud tamẽ cõsequit̃ relatio media inter materiam et formaz. s. relatio ꝑfectiui ad ꝑfectibile et econtra. neqꝫ sequitur in relationibus processus in infinitũ vt arguẽs putat: quoniaz relationis non ẽ relatio sicut fundamentum vel terminus. et certe arguens deceptus est in hac argumẽtatione existimãs nos dicere cõiunctionẽ humanitatis cuz supposito verbi et coniunctionem materie cũ forma vel existentiã eius sub forma: esse relationez vnionis: quod falsum ẽ. imo dicim⁹ ꝙ relatio vnionis ẽ aliquid cõsequẽs ad illa. ¶ Ad argumẽta Durãdi cõtra secũdã cõclusionem ad primũ dicit̃ ad minorem ꝙ licet natura et diuina ꝑsona ꝑtriuerit assumptioni huma

nitatis ſm ſe ꝛ quãtum ad eſſe ſimpliciter: nõ eſi preexſtiterũt vnite ſm ſuppoſitum humanitati: ſ hoc acquiſitũ eſt ꝑ ipſam aſſumptionẽ. vnde terminus aſſũptionis humane nature ꝓpe loquẽdo: fuit pſona xbi nõ abſolute ſed vnita humanitati. Nec obſtat vt arguens infert ꝙ id qḋ acquirit ꝑ dictã aſſumptionẽ ẽ vnio humane nature cũ natura ꝛ pſona diuina vel ipƺ eſſe vnitũ cũ illis. qm̃ vt phs dicit. 5° metha. et deducit illud S. Tho. in pluribus locis et ꝓſertim pª. 2ᵉ. q. pª ar. 8° in cor. finis vel termin⁹ dupliciť dř. ſ. ipſa res et vſus ſiue adeptio rei. ſicut ipſi⁹ mot⁹ corporis grauis: finis vel termin⁹ eſt locus inferior vt res. et hoc quodẽ eſſe in loco inferiori: ẽ finis et termin⁹ ſicut vſus. et finis auari ẽ pecunia vt res: et poſſeſſio pecunie ẽ finis ei⁹ vt vſus. et i reſurrectione lazari finis ꝛ termin⁹ tanqꝫ res fuit aĩa rõnalis: et tanqꝫ vſus rei termin⁹ fuit eẽ corpus ei⁹ viuũ et aĩatũ. neqꝫ iſti termini vel fines ſunt duo ſimpliciter ꝓut. S. Tho. notat pª. 2ᵉ. q. 11ª. ar. 3°. ad. 3ᵐ ſed vnus finis. vnde nõ ẽ alius finis de⁹ et ali⁹ fruitio dei ſed vn⁹ finis. ſic ergo in ꝓpoſito nr̃o termin⁹ aſſũptionis humane nature in xp̃o fuit ſuppoſitũ verbi tanqꝫ res. ꝛ ipſa vtriuſqꝫ cõiunctio et eẽ deũ ꝛ hominẽ: fuit termin⁹ ſicut vſus vel adeptio rei. ¶ Ad. 2ᵐ dicit ꝑmo ꝙ diuiſio respect⁹ quã arguẽs introducit ẽ falſa et ab eo gratis cõficta. Dicit ſecũdo falſum eſſe ꝙ omnes illi modi eſſendi quos arguẽs inducit: ſint directe et ſm ſe respect⁹ quãuis cõnotẽt aliquẽ reſpectũ. Dicit tertio ꝙ licet eẽ vnitũ ſit qdaƺ mod⁹ eſſendi: nõ ideo ſequit ꝙ vnio de qua nũc loquimur ſit mod⁹ eſſendi. nõ eni vnio ꝛ eſſe vnitũ idẽ ſignificãt qḋ etiã grãmatici non ignorãt. vñ licet eſſe vnitũ poſſit dici termin⁹ aſſumptionis directe ꝛ ꝑ ſe: non inde recte arguit ꝙ eodẽ modo ipſa vnio dicat termin⁹ ꝑ ſe aſſũptionis. ¶ Ad argumẽta cõtra tertiã cõcluſioneƺ ad primũ qḋ eſt Aureoli dř ꝙ ꝓcedit ex falſo fũdamẽto. ſ. ꝙ cõcluſio ꝓſupponat ꝙ copulatio vel cõiũctio nature aſſumpte cũ pſona ꝛ natura diuina: ſit nõ ꝑ aliquã vnitatem ꝛ indiuiſioneƺ ſed ꝑ ſolã relationẽ. ita ꝙ pſonã diuinam cõiũgi nature humane: nõ ſit aliud qꝫ relationẽ ipſius terminare. hoc aũt falſum ẽ vt ex ſupradictis apparet. ¶ Ad. 2ᵐ quod ẽ Durãdi patet reſpõſio ex his q̃ dicta ſunt in tertio notabili. ꝓcedit enim de vnione que ideo dicit maxima quia maxime vnit extrema vnita. cõcluſio autẽ noſtra intelligitur de maxima vnione que ideo dicit maxima quia vnit extrema in eo quod eſt maxime vnũ. vnde argumentũ non eſt ad ꝓpoſitũ cõcluſiõis.

¶ Ad argumẽta cõtra quartã concluſionẽ ad ꝑmũ dř ꝙ maior ꝓpoſitio habet veritatẽ de pfectione q̃ ſimpliciť et ſm ſe ẽ pfectio: non ð eo qḋ eſt pfectio huius vl' illius rei in quãtũ talis res ẽ. non enim quia eſſe furibunduƺ eſt pfectio in cane: ideo attribuendum eſt deo. neqꝫ quia perfectio hominis eſt componi ex materia et forma: ideo huiuſcemodi compoſitio deo eſt attribuenda. influere aũt formaliter influxu intrinſeco qḋ eſt pfectionis in forma: nõ eſt pfectio ſimpliciter imo hẽt admixtã imperfectionẽ. quia talis influx⁹ ꝓprie eſt partis ac per hoc rei imperfecte. vnde reſponſio ibi data bona eſt. Neqꝫ valent ei⁹ improbationes. nõ prima quia imo arguens viƺ argumẽti non ꝑcepit ꝓpriam vocẽ ignorans. nam ſi argumẽtum ꝓbat ꝙ deus põt eſſe forma intrinſeca creature vt arguens cõcedit: ꝓbat cõſequẽter ꝙ det eſſe ꝑ informationem creature. quoniam hoc eſt neceſſario conſequens formã rei intrinſecam. vt enim. S. Tho. notat de veri. q. 3ª. articulo ꝑmo in corpe: forma rei alicuius poteſt dici tripliciter. vno modo forma a qua res ꝓcedit que eſt in agẽte principium agendi. ſicut caliditas in igne calefaciente dicitur forma a qua calor inducitur in re calefacta. alio modo dicitur forma rei ſm quã res in ſeipſa formatur et pficitur. ſicut anima ẽ forma hominis ꝛ figura ſtatue eſt forma cupri. tertio modo dicit forma rei ad quam idest ad cuius ſimilitudinem res formať. per quẽ modum ydea in mente diuina dicit eſſe forma rerũ et ars in mente artificis dicitur forma artificiatorum. et hec forma vocatur exemplaris. horũ trium modoꝝ: ſecundo modo tantũmodo forma eſt rei intrinſeca ac per hoc dat rei eſſe informatiue ſeu per informationem. inheret enim vel ineriſtit formaliter ipſi rei. ꝑmo vero ꝛ tertio modo forma non ẽ rei intrĩſeca ſed extrinſeca: et ideo nõ dicit dare eſſe rei informatiue ſeu ꝑ informationẽ ſed effectiue. non eni huiuſcemodi forma habet eſſe in re ipſa q̃ per eam fit aut ꝓducit ſed in cauſa agente. ex quibus patet ꝙ non ſufficit argumento vt arguẽs putat ꝙ diuina eſſentia ſit cõmunicabilis realiter et intrinſece creature. nam non ſufficit hoc ad ꝓbanduƺ ꝙ diuina eſſentia dicatur et ſit forma intrinſeca creature quod argumentũ pretendit. qm̃ ſicut deductum fuit in quinto notabili: licet diuinitas ſit forma et actus et cõmunicetur creature intrinſece per quem modum dicit apoſtol⁹ Colo. 2°. ꝙ in chriſto hitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: non ideo ſequitur ꝙ diuina eſſentia ſit forma creature immo in tali conſequentia

cōmittit fallacia figure dictionis. sicut arguēdo sic. diuina essētia ē pater: ergo generat filiū vel est pater filij. Neqꝫ valet secūda improbatio cōtra nos qui nō ponim⁹ ꝙ omnis forma informatiua necessario ānectit cōpositum resultās ex ipsa et eo quod informat, ꝑut patet ex pͥmo notabili. ¶ Ad. 2m argumētū et sex alia imediate sequētia respondet ꝙ quicqd sit de eoꝝ ꝓcessu nā multas falsas et ineptas ꝓpositiones et consequētias assumūt: et tamē nihil cōtra nos cōcludūt. nā nō aliō ex omnib⁹ illis cōcludit q̄ ꝙ diuinitas ꝛ diuinū esse cōmunicari pōt creature non solum participatiue in aliq̄ eius similitudine: sed ipsa etiā in se; qḋ nos nō negam⁹ imo cōcedim⁹ ꝙ ḋ facto diuina essentia ꝛ diuinū esse essentiale fuit cōmunicatū ꝛ vnitū creature. s. humanitati xpi. nō eni ꝑsone diuine habēt aliud esse q̄ essentiale qḋ est vnū numero in trib⁹ ꝑsonis: neqꝫ distinguit in diuinis esse existētie vel subsistētie in esse essētiale ꝛ in eē ꝑsonale ꝑut. S. Tho. notat 3a. p. q. 17a. ar. 2o. ad. 3m. Et de potētia dei. q. 9a ar. 5o. ad. 19m. et tamē hoc a nobis cōcesso: non inde sequit ꝙ diuinitas cōmunicet vel cōmunicari possit creature vt ipsi⁹ forma intriseca. neqꝫ ꝙ diuinū esse cōmunicet formalit et itrisece creature quod nr̄e cōclusioni repugnaret. ¶ Ad. 9m dicit ꝙ minor ꝓpositio ab arguēte assūpta ē falsa. et ad eius ꝓbationē dr̄ ad minorē ꝙ licet nō sit de rōne forme actuantis ꝙ sit cōstitutiua tertie entitatis: est tamē de ei⁹ ratione ꝙ sit cōstitutiua ei⁹ rei cui⁹ vere ē forma. Neqꝫ aliquid ꝓbāt cōtra hoc duodeci media ab arguente inepte et inaniter ducta. nā non aliud ex omnib⁹ illis concludit q̄ ꝙ non sit ḋ rōne forme actuantis: eē cōstitutiuā tertie entitatis q̄ sit alia a forma ipsa ꝛ ab eo quod informat et actuat. hoc autē nr̄e responsioni nō repugnat cōtra quam nō sufficit ꝓbare ꝙ de ratione forme actuātis intrisece nō sit esse constitutiuum alicui⁹ tertie entitatis: sed ꝙ nō sit cōstitutiuū eius rei cuius ē forma et actus. nam dato ꝙ forma sit cōstitutiua eius rei quam informat et actuat etiā si nō sit cōstitutiua tertie entitatis: necessario sequit ꝙ hēat rationē partis et imꝑfecti. Sed qꝛ quintū mediū videt probare aliqd cōtra hoc: respondendū est ad illud. dicim⁹ eni ꝙ ꝓcedit ex falso supposito ꝙ. s. nos dicamus ꝙ forme accidētali repugnat esse actum constitutiuum simpliciter et absolute. imo dicimus ꝙ forma accidentalis cōstituit subiectū in esse accidētali ꝛ facit cōpositionē cū subiecto q̄uis non cōstituat tertiā entitatē. et de hoc dictū fuit in pͥmo notabili. ¶ Ad. 10m argumētum pͥncipale dicit ꝙ motiuū ibi tactū est sufficiēs. et ad ei⁹ improbationē negatur assumptū. Neqꝫ valent ei⁹ ꝓbationes. non pͥma tum qꝛ licet alia sit habitudo forme ad materiā et alia ad compositum q̄ cōsequit ex illa: et tamē ipsa forme cōmunicatio et informatio et actuatio: eadē est realit et materie et cōpositi. forma eni informādo ꝛ actuādo materiā: eo ipso actuat ꝛ cōstituit cōpositum. et idē agere. i. actio agētis est ꝛ ad materie informationē et ad actuationē ꝛ cōstitutionē cōpositi. vnde falsū ē qḋ arguēs in breuiori ꝓbatione assumit. tum etiam quia quāuis vtraqꝫ cōmunicatio esset alia ꝛ alia: non ideo sequit ꝙ secunda esse posset sine pͥma. sicut nec emanatio ꝓprie passionis eē potest sine substātie generatione: licet vna nō sit alia. tū tertio qꝛ dato ꝙ alia esset cōmunicatio forme respectu materie ꝛ alia respectu cōpositi et ꝙ secunda cōmunicatio eē posset sine pͥma: non inde ꝓbatur ꝙ talis forma actuet sine informatione. qꝛ ipsa cōmunicatio forme fm̄ quā actuat cōpositum: ē ipsius cōpositi informatio. ꝑ hoc enim ꝙ forma vt albedo cōmunicatur subiecto et ipsum actuat: informat subiectū. naꝫ eius cōmunicatio et actuatio ē ꝑ inherētiam vel inexistētiam q̄ eē non pōt sine ipsius informatione. Et per hec patet nullitas secunde ꝓbatiōis que sentētialiter eadē est cum pͥma. Neqꝫ valet tertia ꝓbatio. assumit enim falsum sicut patet ex respōsione ad pͥmam ꝓbationem. imo forma ex hoc ꝙ est actus formalis materie: ē causa formalis cōpositi sicut ibi deductum fuit. Falsum ē etiā secundū quod assumit ꝙ. s. materia nō ex hoc ꝙ materia: ē in potentia ad esse forme sed ad eē cōpositi. nā non est aliud esse forme ab esse cōpositi sed vtriusqꝫ ē vnum et ideꝫ esse, ꝑut. S. Tho. notat cōtra gentiles libro. 2o. caplo. 68. Neqꝫ valet quarta ꝓbatio nā assumit falsum sicut et pͥma. s. ꝙ cōmunicatio forme ad materiā ē distincta a cōmunicatione forme ad cōpositū et ꝙ secunda pōt esse sine pͥma. hoc autē ꝓbatum ē falsum esse. Neqꝫ valet quinta ꝓbatio qm̄ antecedens est falsum. et ad eius ꝓbationem negatur assumptū. imo ꝑ hoc ꝙ forma informat materiā est causa formalis cōpositi nec aliter posset esse formalis causa compositi nisi informando materiam. vnde in omnib⁹ his ꝓbationibus arguens ꝓcedit ex falsis ab eo confictis. ¶ Ad argumentum ante oppositum patet responsio ex his q̄ dicta sunt in tertio notabili. Et in hoc articul⁹ terminatur.

## ¶ Distinctio sexta.

Circa sextam distinctionem querit vtrū in xp̄o sint plura eē existentie et arguit ꝙ sic. nam in xp̄o aīa dat eē corpi cū sit forma eius. ſ; non dat sibi eē diuinū cum sit increatū. ergo in xp̄o ē aliud esse p̄ter eē diuinū. et sic in xp̄o nō est tm̄ vnū esse existētie sed plura. ¶ In oppositū arguit. q2 eē existētie ē rei ꝑ se existētis. si ergo in xp̄o ē duplex eē existētie: erūt in xp̄o duo ꝑ se subsistentia ⁊ due hypostases qḋ ē hereticū. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.

Quantū ad articulū primū sit p̄ma cōclusio ꝙ in xp̄o nō est nisi vnū eē existentie simpliciter. Hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac dis. q. 2ª. ar. 2º. Itē. 3ª. ꝑ. q. 17ª. ar. 2º. Et de vnione v̄bi incarnati. q. vnica. ar. 4º. Itē quodlib; 9º. ar. 3º. ¶ Secunda cōclusio ē ꝙ in incarnatione xp̄s nō assumpsit naturā humanā cū omni entitate positiua quā includit suppositū et persona humana. Hec cōclusio accipit ex dictis. S. Tho. disti. p̄cedēte articulis. 2º. et. 3º. Et. 3ª. pte. q. 2ª. articulis p̄mo ⁊. 2º. Itē de vni. ver. in. questione vnica articulo primo ⁊ secundo.

Quantū ad articulum secundū arguit contra cōclusiones. Et quidē cōtra primā arguit Scotꝰ ꝓbando ꝙ in xp̄o sit aliud eē existentie ab eē eterno. Primo quia terminꝰ generationis ē esse existētie vel aliqḋ habēs tale eē ex. 5º physicoꝝ. nā terminꝰ generationis ē aliqḋ eē ꝑ generationē acq̄situ. sed filiꝰ dei vere generat ex matre tēporalit̄ ſm Damas. li. 3º. capl̄o. 53. et illiꝰ generationis terminꝰ ē aliqḋ hn̄s eē existētie nō autē eē increatū: q2 illud nō fuit effectū ꝑ generationē tēporalē. igitur aliud eē. ¶ 2º sic. nam viuere viuētibus est eē. 2º de anima. sed in xp̄o fuit alia vita ab icreata: aliter nō eēt vere mortuꝰ. mors enim ē priuatio vite. sed vita increata ꝑuari nō potuit erit a fuit in eo aliud viuere. ¶ 3º. anima xp̄i creabat. creatio aūt terminat ad aliquod actualiter existēs. ergo fuit aliqua existētia actualis anime inquātū terminās creationē. sed nō increata: ergo creata vel saltem alia ab increata. ¶ 4º. illā naturā quā verbū ꝑsonauit: tota trinitas ꝓducit in rōne cause efficiētis ⁊ cōseruātis. ſ; causalitas cause efficiētis ⁊ cōseruātis nō terminat nisi ad aliqḋ existere: et non increatū. ergo ad existere creatū. ¶ 5º. si natura humana dimitteret a verbo: nō oporteret sibi acq̄ri aliqḋ esse ꝑ generationē nec ꝑ creationē. et tamen ipsa dimissa ex quo dimissa ē: nō est annihilata nec est i potētia tantū vt anima antichristi ante creationem. ergo haberet aliquod eē in actu ⁊ nō nouū quia ꝑ nullā mutationē positiuam. ergo illud qḋ modo hēt. ¶ 6º. natura humana posset assumi a verbo: et illa nō pōt manere eadē nisi maneat sua existētia ſm te. igit. ¶ 7º. fundamētū relationis naturalit̄ p̄cedit relationē et ſm eē actuale relatiōis actualis. sed vnio ista fuit relatio actualis. igit eiꝰ fundamētum p̄cessit naturaliter ſm eē actuale. sed illud fundamentū erat ipsa natura relationis. igit. Confirmatur. quia p̄us natura aīa ꝑficit corpꝰ: ꝙ̄ natura eēt nata assumi. et i illo p̄oꝛi forma fuit actꝰ materie: et ꝯsequenter dabat sibi eē qḋ nō corrūpebat ꝑ assumptionem. ¶ 8º. arguit cōtra rationē opinionis tue. si v̄bū hēt tm̄modo respectū rōnis ad naturam assumptā: cū ꝑ respectū ratiōis nullū suppositū dicat eē formaliter aliqḋ: ergo verbū inquātū est homo nō eēt formaliter aliqḋ. cōsequēs ē cōtra illud capitulū de hereticis cū xp̄s ⁊c. ¶ 9º. quia pars aduenies toti ideo nō dat eē ſ; recipit: q2 ꝑficit a forma totiꝰ. q2 si remaneret distincte sicut p̄us: nō recipet esse totiꝰ sed hēret esse ꝓpriū vl̄ nullū. ſ; natura humana vnita v̄bo nō informat v̄bo sed manet simplicit̄ distīcta. igit vel nullū esse hēt vel hēt esse ꝓpriū. ¶ 10. arguit Aureolꝰ. q2 eē est actꝰ essētie ita ꝙ actuat essētiā. modo eē diuinū nō actuat aliquā naturā creatā. humanitas vero ē potētial̄ eē respectu sui eē: ⁊ illḋ nō amittit ꝑ assūptionē. ¶ 11º. q2 tūc humānitas nō posset assumi ab vno diuino supposito quī assumeret ab oībꝰ: cū in oībꝰ tribꝰ ꝑsonis nō sit nisi vnicū eē. ¶ 12º. arguit ab aliis quoꝝ argumēta recitat Durādꝰ. q2 vnitas vl̄ pluralitas ip̄ius esse in xp̄o aut attēdit ſm suppōm aut ſm naturas. si ſ; naturas: cū plures nature sint i xp̄o: ergo ⁊ plura eē. si ſm suppōm: cōtra quia si vnitas suppositi arguit vnitatē eē: tūc pluralitas suppositoꝝ argue-

ret pluralitatem ipsoꝝ esse. consequēs est falsuꝫ
quia tres persone diuine cum sint tria supposita
non habēt nisi vnicū esse existentie ꝓpter vnita
tem essentie. ergo vnitas vel pluralitas ipsoruꝫ
esse non attenditur ſm vnitatē vel pluralitatē
suppositi sed ſm naturam. ¶13°. quia agere sup-
ponit esse ⁊ est suppositi sicut ⁊ esse. ſꝫ in xp̄o non
obstante vnitate suppositi preter agere diuinuꝫ:
est agere humanum. ergo in xp̄o preter agere di
uinum ē aliud esse humanū ⁊ sic plura eē. ¶14°
q2 si natura humana q̄ est in christo sibi derelin-
queretur: cōstat ꝙ haberet ꝓpriuꝫ eē existētie
aliud ab esse diuino. aut ergo illō quod habebat
in diuino supposito: aut aliud. si idē: habetur ꝓpo
situm .s. ꝙ in christo preter esse diuinum ē aliud
esse. si aliud: cōtra. illud quod amittit totum eē
simpliciter quod prius habuit ⁊ acquirit totalit̄
nouum esse quod pri⁹ nō habuit: tale ē vere cor
ruptum et vere generatum. sed si humana natu
ra sibi derelinqueret̄: amitteret totuꝫ esse simpli
citer quod habuit ſm in xp̄o solum est vnum ⁊ idē
esse .s. diuinū: et acquireret totaliter nouum esse
quod prius nō habuit. ergo sic prius corrūperet̄
⁊ pri⁹ generaret̄ et sic non esset eadē numero q̄
prius quod ē incōueniēs. minor patet sed ꝓbat̄
maior. q2 sicut illud corrumpit̄ ſm qd qd amit-
tit aliquod esse et nō totū sicut cum aqua calida
infrigidat̄ vel ecōtra: sic illud corrūpit̄ simplicit̄
quod amittit totū esse simplicit̄ quod p̄us habu
it. et iteꝝ essentia nō pōt manere vel conseruari
sine esse quacūqꝫ virtute. natura ergo humana
amittendo totū esse quod p̄us habuit: aut ē cor
rupta p amissionē p̄mi esse: aut non sed requirit̄
ꝙ sic amittat esse precedens ꝙ nullo modo recu
peret aliud. si p̄muꝫ dēt: habet̄ ꝓpositū. si dēt se
cundū: cōtra. essentia amittēs oē esse et nullū re
cuperās: vere ānihilat̄ q2 natura nūquā pōt ma
nere sine aliquo eē vt dictū est. si ergo essētia nō
corrūpitur nisi amittēdo totū suū esse et nulluꝫ
recupando: nūqꝫ poterit eē corruptio sine ānihi
latione: imo nō differt vnū ab alio quod ē falsū.
¶15°. q2 omnis generatio terminat̄ ad eē ⁊ oīs
corruptio ad non eē. sed xp̄s ſm humanā natu-
rā vere fuit genit⁹ ⁊ mortu⁹. ergo ſm eaꝫ habuit
aliquod esse qd per generationē acquisiuit ⁊ qd
per mortem amisit. illud autem non fuit esse di-
uinum quia illud nūqꝫ amisit: ergo preter esse di
uinum fuit in christo aliquod esse creatum. si ve
ro dicatur ꝙ per generationem tēporalē christi
acquisitū fuit xp̄o esse diuinū non s꞉ꝫ se quia illud
prius habuit sed quia natura humana nouaꝫ re
lationem habuit ad ip̄m: contra. quia illud p ge-
nerationem acquiritur quod per corruptionem
amittit̄. sed esse diuinū vel relatio ad ip̄m nō est
amissa p corruptionē: ergo nec acq̄sita p genera
tionem. et sic ex hac opinione sequitur ꝙ xp̄s nō
fuit vere nat⁹ nec vere mortu⁹ igitur ⁊c̄. ¶16°.
quia meli⁹ ꝯpetit nature humane in xp̄o h̄re ꝓ-
priū esse p̄ter eē suppositi q̄ꝫ eē ~~petat accidēti h̄re ꝓpium eē p̄ter eē suppositi quod~~ cōpetat accidēti
h̄re ꝓpium eē in subiecto p̄ter eē subiecti. sed acci
dens h̄et ꝓpriuꝫ eē in subiecto p̄ter eē subiecti. er-
go natura humana in christo habuit ꝓpium esse
p̄ter eē diuini suppositi. ꝓbat̄ minor. q2 si accidēs
nō haberet in subo aliud eē p̄ter eē subi: tūc non
posset a subiecto separari nisi corrūperetur eo ꝙ
amitteret totū eē qd p̄us habuisset. hoc aūt fal-
sum ē vt patet i sacramēto altaris. igit̄ ⁊c̄. ¶17°.
quia intimi⁹ sequit̄ esse ad essentiaꝫ q̄ꝫ agere ad
potētiā. sed in xp̄o multiplicat̄ agere ad multi-
plicationē p̄orum. ergo in ip̄o multiplicat̄ eē ſm
multiplicationē essentiarū. ¶18°. quia plus de-
pēdet quātitas ⁊ omnia accidētia corruptibilia
vel ꝯmunia ab eē q̄ꝫ dēpēdeat color a quātitate.
ſꝫ color nō posset remanere in substātia remota
quātitate. ergo nec quantitas nec aliquod acci-
dēs posset remanere in natura humana amoto
esse qd intime⁹ sequit̄ ad ip̄aꝫ q̄ꝫ quodcūqꝫ aliud.
cū igit̄ i natura hūana in xp̄o existēte fuerit quā
titas ⁊ reliqua accidētia: necessariū est ꝙ in ip̄sa
fuerit ꝓpiuꝫ eē quod p̄tigit̄ ad oīa illa. ¶19°.
arguit Joānes de neapoli. q2 ſm Damas. libro.
3°. quod nō ē assūptibile nō est curabile. sed q̄c-
quid ē in homine ē curabile cū tot⁹ homo fuerit
curatus quantū ad totam suā realitatē. ergo to
ta hominis realitas fuit assumpta ⁊ sic assumpsit
esse humanū creatum. hāc rōneꝫ tangit Damas
cenus libro. 3°. caplo. 18°. vbi dicit ꝙ inassūptibi
lis eni et increabilis assumit. igit̄ totū hominem
et quod huius est optimū vt totū saluū gratifi-
cet. ¶20°. q2 inconueniēs est substrahere xp̄o
qui ē pfect⁹ hō vt dr̄ in symbolo Athanasij ma-
ximam hominis pfectionē. ſꝫ hoc est esse. pfectio
enim subalis maior ē oīu accidētali cum sit eius
finis. inter pfectiones aūt subales maior ē eē q̄ꝫ
essentia cuꝫ sit ei⁹ actus. igitur ⁊c̄. Confirmatur
ratio p quoddam dictū Damasi pape in quadā
epistola que habet̄ i historia tripartita libro. 9°
titulo. 15°. vbi dicit̄ sic. hūc .s. xp̄ꝫ si q̄s in diuinita
te sine humanitate min⁹ aliq̄d dixerit habuisse
plenus diaboli spiritu diaboli gehēne semetip̄m
filiū dm̄ōstrabit. et Damas. li. 3°. titulo. 18°. dicū
pfectum et hominem pfectū dicentes xp̄m oīno
omnia dabim⁹ et q̄ patris naturalia ⁊ q̄ matris

naturalia. ¶ 21°. quia p'a' ordine nature huma
na natura fuit pfecta quantũ ad omnia sua na-
turalia ꝛ proprietates actuales vel accidenta-
les q̄ꝫ assũpta alias fuisset assumpta imperfecta.
sed sic accepta includit esse quia ꝓprietates ac-
cidentales et actuales non insunt nisi existenti.
igitur ꝛc. ¶ 22°. quia natura substantialis ē p-
fectior omni accidentali. sed accidentalis habet
ꝓprium esse nõ solũ quando ē per se vt in sacra
mento sed etiã quãdo est in supposito alteri' na
ture. igitur et natura substãtialis humana existēs
in supposito verbi habet ꝓpriũ eē. probatur mi-
nor. illud quod p̄existit forme accidentali in eo-
dē subiecto nõ potest formaliter pficere formaꝫ
accidētalē. preexistens enim in eodem se habet
per modũ informati et non informantis vt pa-
tet de quantitate respectu qualitatis et ō substã
tia respectu quantitatis. sed existere substãtie p-
existit omni forme accidētali saltem ordine na-
ture ꝛ intellectus. omnis enim forma accidenta
lis inest existēti. igitur existere substantie nõ po-
test formaliter pficere formã accidētaleꝫ quãcũ-
qꝫ. esse autē comparat' ad essentiã vt act' ad po
tētiam ꝛ pfectio ad pfectibile vt pote ipsam exi-
stentē denominans. igitur forma accidētalis ha
bet in subiecto ꝓpium eē p̄ter eē subiecti. ¶ 23°.
quia quãtitas in sacramēto existit p idem forma
liter p quod existebat q̄n erat i substãtia panis.
ergo ecõuerso natura humana p idem existit in
xp̄o per quod existeret si essꝫ p se ꝛ sic non p esse
verbi. consequētia patet. q2 sicut quãtitas natu-
raliter ē in supposito alteri' nature ꝛ miraculose ē
per se: sic ē in ꝓposito ecõuerso. antecedēs ꝓbat'.
quia quãtitas ē in sacramēto et nõ potest dici q
et eius sequaces. Et accipit ista responsio ex dictis. S. Tho. infra dis. 21ª. q. pª. ar. 3º. in cor. et ad primum et. 2m. ¶ Respondetur secundo quod cum dicitur xps est mortuus: li mortuus non dicit non esse vel non vivere simpliciter post esse simpliciter: sed dicit non esse hominem vel non vivere vita humana. et sic ex opposito capiendo esse post non esse: concedi potest quod xps habuit esse post non esse. i. esse hominem post non esse hominem. et cum inde infertur quod xps sit creatura: negatur consequentia. quoniam creatura inquantum huiusmodi habet esse simpliciter post non esse simpliciter. et ita in argumento committitur fallacia consequentis arguendo ab inferiori ad suum superius affirmative. Et per hec patet responsio ad. 2m. quia non est simile de hoc quod est esse mortale et de hoc quod est esse creaturam sicut dictum est de mortuo. ¶ Ad. 3m respondet. S. Tho. in sententia in hac disti. 12ª questione prima articulo primo ad. 2m. quod magis repugnat supposito xpi eterno incipere simpliciter dictum quam nature humane in concreto esse creatorem vel eternum. quoniam incipere simpliciter dictum importat novitatem essendi absolute que repugnat et supposito xpi eterno et nature divine per quam constituitur in esse eterno simpliciter secundum modum intelligendi. quia autem esse simpliciter xpi non est per humanam naturam: ideo cum dicitur absque determinatione christus incepit esse: non posset intelligi secundum humanam naturam. ac per hoc intelligeretur dictum vel de supposito xpi secundum se vel de eius divinitate quod utrumque est et falsum et erroneum. esse vero creatorem vel eternum: nulli dubium est quod non conveniat humane nature secundum se sed supposito xpi et eius divinitati. et ita potest simpliciter et absque determinatione homo christus dici creator vel eternus. ¶ Ad. 4m respondet. S. Tho. 3ª. parte. q. 16ª. arti. 8º. ad primum. quod aliquando sancti doctores causa brevitatis determinatione omissa: nomine creature utuntur circa xpm. est tamen in eorum dictis subintelligenda. unde ut ibi. S. Doc. respondet ad. 2m post verba Damasceni in argumento posita ipse alibi quasi se exponens subdit. ipsa una hypostasis. s. xpi et increata est deitate et creata est humanitate. Et per hec patet responsio ad. 5m et. 6m. ¶ Ad. 7m quod est Durandi dicitur quod non est simile de ista xps est creatura et de ista xps est genitus de virgine vel natus de matre. quoniam prima propositio est dicta simpliciter et sine determinatione ita ut possit referri ad suppositum sicut ad naturam humanam et maxime sub borto errore arrij. alie autem propositiones preseferunt determinationem propter ablativum adiunctum. s. de matre vel de virgine. in eo enim designatur quod predicatum natus vel genitus dicitur in respectu ad humanitatem xpi cum sit manifestum quod xps matrem non habeat nec genitus sit de virgine nisi secundum humanitatem. ¶ Ad. 8m dicitur quod assumit falsum. non enim est aliquod esse simpliciter nisi sit suppositale. i. per quod suppositum simpliciter subsistat. nec est aliqua substantia completa ens simpliciter nisi per se subsistat. unde in christo nec natura humana in se est ens simpliciter nec esse hominem est esse simpliciter. et de hoc dictum est supra disti. 6ª. unde argumentum procedit ex falsis. ¶ Ad 9m patet responsio ex solutione ad. 7m. ¶ Ad. 10m dicitur quod humana natura in xpo proprie loquendo non est pars, prout. S. Tho. dicit supra distin. 6ª. q. 2ª. arti. 3º. tum quia non causat esse existentie xpi. tum etiam quia non habet comparatem nam divinitas pars esse non potest propter imperfectionem que est de ratione partis. nec. S. T. adducit in exemplum quod dicit de dentibus et capillis ea ratione principaliter quia partes sunt: sed quia proprietates de quibus exemplificat nate sunt convenire etiam toti. in hoc enim est simile de natura humana in xpo quantum ad illas proprietates que possunt convenire supposito sicut et nature quemadmodum est de esse creaturam ut deductum fuit supra in tertio notabili. neque facit ad propositum naturam humanam predicari substantialiter de xpo. quia non ideo omnes eius proprietates possunt de supposito xpi predicari simpliciter absque determinatione. ¶ Ad. 11m dicitur quod quamvis humana natura possit dici causa et ratio quare supposito divino insit creatio: non tamen potest dici causa vel ratio per se cum ista non sit per se homo est creatura: eo quod creatura sit predicatum sumptum ab esse quod est accidens homini. quia ergo reduplicativa secundum quod homo: non notat rationem perseitatis cum dicitur xps secundum quod homo est creatura: consequens est quod reduplicativa determinet modum vel partem secundum quam creatura conveniat xpo. et de hoc latius dictum est in quarto notabili. ¶ Ad argumenta contra tertiam conclusionem ad primum quod est Scoti dicitur primo falsum esse quod nomen xps importet totum quasi per accidens: nisi li quasi accipiatur multum improprie. Dicitur ulterius quod totum argumentum procedit ex falso supposito. s. quod in xpo sit duplex esse existentie substantiale. hoc enim falsum est, prout patuit supra distin. 6ª. ¶ Ad. 2m quod est Durandi dicitur quod ratio ibi assignata quare ista sit neganda christus vel iste homo incepit esse: est bona. neque valet eius improbatio. quoniam falsus est intellectus quem arguens dat illi regule. sed intellectus verus est quod

quia terminus a pte subiecti semp supponit pro supposito quicqd sit de eius significato: ideo terminus a parte subiecti positus verificat ppositionem quantum ad suppositū. vñ in ista ppositione albū disgregat: licet albū solam qlitatē significet fm phm in pdicamētis: supponit tamen p supposito non p albedine et p supposito reddit locutionē verā. non eni pprie dicit albedo disgregat s albu͂m. arguēs autē deceptus est nō cōsiderans q ppositio nō verificat pro forma significata i subiecto sed p supposito. qr p illo verificat a parte subiecti: pro quo subiectuz supponit. et de hoc dictū est in quinto notabili. ¶ Ad. 3m dicitur q pcedit ex falso supposito. s. q in xpo sit duplex esse existentie. s. diuinuz et humanū in quo arguens false opinatus est. ¶ Ad. 4m dr q imo est incōueniens ideo assumptū est falsum. et ad eius pbationē dicit q quādo subiectuz est terminus cōcretus et psertim implicās plures formas sicut est in pposito nro cum dr xps incipit esse: nō sufficit distinctio arguētis sed opoztet apponere determinationez: si predicatum conuenit subiecto ratione alterius forme et maxime eius per quaz non cōstituitur. nā si determinatio non apponitur semper intelligit pdicatum conuenire supposito ratione sui. eo q terminus positus a parte subiecti semp supponit pro supposito nisi aliquid adiūgatur quod trahat ipsum ad rationē nature. vñ frustra et inepte distinguens querit an terminus a parte predicati referatur ad subiectū ratione suppositi vel ratione nature cum certum sit fz regulas suppositionis terminoz q regulariter debeat referri ad subiectū ratione suppositi nisi apposita determinatio ad aliud trahat. exemplū autem arguētis dicendo albedo incipit esse: non est ad ppositum. quia cuz albedo sit terminus abstractus: determinate stat pro forma ita vt non indigeat alia determinatione. secus est quando terminus est cōcretus vt dictū est. vnde arguens in hac qstione nō satis aduertit regulas suppositionis terminorum a dialeticis traditas. ¶ Ad argumētū ante oppositū respondet. S. Tho. in hac. dis. 10a. q. pma arti. pmo sub arti. 2°. ad. 3m. q remoto a xpo toto hoc quod importat cū dicitur iste homo: nō cōueniet ei esse deuz quia includit ibi natura diuina et humana vt dictū est. sed remota altera. s. humana natura: sequit q filius dei non possit dici iste homo. hec ille. vnde ad formam argumenti respondetur negādo minorem. Et in hoc articulus terminatur.

Iterū circa predictas distinctiones querit vtrū xps sit filius dei adoptiuus et arguit q sic. nam p inhabitationem spūs sancti: hō efficit filius dei adoptiuus. s sup xpz requieuit spūs sctūs put dr Esaie. 11°. ergo xps dici debet filius adoptiuus. ¶ In oppositum arguit qr sup illud Ro. p°. q pdestinatus ē filius dei i vtute put ipz allegat. S. T. in hac dis. q. 2a. ar. 2°. sub ar°. 3°. ad oppositum ait Ambrosius. volui et reuolui scripturas: xpz nūqm filiū adoptiuū inueni. ergo xps nō est dicēdus filius dei adoptiuus. ¶ In hac qstione erūt quattuor articuli vt supra.

Quantuz ad articulū pmum sit pma pclusio q ista ppositio simplr dicta ē falsa. xps vel Jesus aut ille hō loquēdo d xpo ē filius dei adoptiuus. Hāc pclusionē tenēt. S. T. i hac dis. 10a. q. 2a. ar. 2°. sub arti. 3°. Itē. 3a. p. q. 23a. ar. 4°. ¶ Scda pclusio ē q ista ppositio xps fm q hō ē filius dei adoptiuus ē falsa et nullo modo pcedēda. Hāc cōclusionē tenet. S. T. in locis pxime allegatis.

Quantuz ad articulū scdm arguit ptra conclusiones. Et qdē cōtra pmā arguitur pmo qr nō videt seq aliqd incōueniēs si dicamus xpm filiuz adoptiuū. neqz eniz sequit q fuerit filius ire neqz q aliqn fuerit nō filius: qr angeli nūqz filij ire fuerūt: et tn dr filij adoptiui. ergo nihil phibz xpm dicere filiū adoptiuū. ¶ Preterea Augustinus ait in libro d vocatione seu pdestinatione sctoꝝ: ea gra fit ab initio fidei hō qcūqz xpianus: q gra ille hō factus ē xps. s qcūqz hō fit ab initio xpianus fit p graz adoptiōis. ergo 𝔷 ille hō factus ē xps p graz adoptiōis: 𝔷 ita ē filius adoptiuus. Si dicat q filiatio adoptionis diminuit d rōne filiationis vere ita q dicere xpz filiū dei adoptiuū: ē dicere xpm nō eē filiū dei veꝝ. Cōtra. qr eē mortuū nō minus diminuit de rōne vite imo magis. qr mortuus est determinatio totalr destruēs vitā. s hoc nō obstāte xps q vere vita ē: dr simplr mortuus etiā sub noie deitatis. ista eni ē vera 𝔷 catholica loqndo d xpo: deus fuit mortuus. ḡ 𝔷c. ¶ Preterea ex vnione hypostatica duaꝝ naturaruz in xpo: sequitur

in supposito xp̄i cōmunicatio idiomatū ita vt ꝓprietates vtriusq̄ nature de illo supposito predicentur sub nomine vtriusq̄ nature. hec enim est vera et catholica. de⁹ est filius virginis. deus passus est. et iterū ista. homo xp̄s creauit celos ⁊ resuscitat mortuos. sed esse filium adoptiuū est proprietas nature humane. ergo potest predicari de christo sub nomine vtriusq̄ nature. ¶ Cōtra secundam conclusionem arguit Durandus supra disti. 4ª. et vult ꝓbare q̄ spiritussanctus possit dici pater christi cum duplici determinatione: quarū vna sit a parte subiecti ⁊ alia a parte predicati. vt dicendo q̄ xp̄s inq̄m homo ē filius spūs sancti p creationē vel adoptionem. et q̄ p creationem patet sic. creatio est ꝓductio alicuius nullo presupposito. sed christus ſm q̄ hō ē ꝓductus a spū sancto nullo p̄supposito in eo inq̄m homo: quāuis p̄supposita sit in eo ꝑsona subsistens in natura diuina. ergo xp̄s ſm q̄ hō pōt dici filius spiritus sancti per creationem. nō aūt nisi ex parte subiecti ponatur ista determinatio ſm q̄ homo. quia christus non est ſm se totum ꝓductus de nihilo sed solū quo ad humanā naturam. de filio aūt per adoptionem patet. quia adoptio facit de eo qui non est filius per naturā vel naturalē generationem: filiū per gratiā. xp̄s autem ſm q̄ homo: nō est filius spūs sancti per naturam et habet ſm humanā naturam gr̄az a spū sancto ſm quam fit adoptio filiorꝫ dei. ergo xp̄s ſm q̄ homo potest dici filius spūs sancti per adoptionem. ¶ 2°. quia auctoritates sanctorum potissime Augustini negantes xp̄m eē filiū spūs sancti p creationem vel adoptionem: intelligende sunt q̄ tales ꝓpositiones non debēt concedi nisi cum predictis determinationibus. multa.n. verificantur de aliquo termino cum determinatione adiuncta: que negant̄ de illo absolute. eq̄uocationes enim et analogie terminant̄ p adiūcta. sed quia predicta verba prestabāt simplicibus occasionem erroris arrij et nestorij quorum p̄rim⁹. s. arri⁹ dicit xp̄m eē purā creaturā et ideo noluit Augustin⁹ dicere xp̄m eē filiū spūs sancti p creationez. alius aūt. s. nestorius posuit in xp̄o duas ꝑsonas et vnionē ipsarum esse solū p gr̄az adoptionis. ꝓpter qḋ Augustinus noluit dicere xp̄z esse filiū spūs sancti per adoptionē. ¶ 3° arguit̄ ab alijs. q̄m hylari⁹ libro de trinitate dicit. potestatis dignitas nō amittit̄: dū carnis humanitas adoptat̄. et loq̄tur de humanitate xp̄i. ergo xp̄s ſm q̄ hō est fili⁹ dei adoptiu⁹. ¶ Preterea. maior est dignitas filij adoptiui q̄̄ serui. sed xp̄s ſm q̄ hō dicit̄ seru⁹ ſm illud Phili. 2°. formā serui accipiēs. ergo multo forti⁹ pōt dici fili⁹ adoptiu⁹. ¶ Preterea. xp̄s ſm q̄ homo ē filius dei: alias maioris dignitatis essent hoīes sancti qui dicunt̄ filij dei ſm illud Joānis primo. quotquot aūt receperūt eum dedit eis potestatez filios dei fieri. ſ xp̄s ſm q̄ homo nō est fili⁹ dei naturalis. non eni ſm q̄ homo est eiusdē nature cū deo p̄re. restat igit̄ q̄ sit filius dei adoptiuus.

Quantuz ad articulū tertiū p̄mo notādū ē ꝑut S. Tho. dicit in hac dis. 10ª. q. 2ª. ar. p̄°. sub arti. p̄°. q̄ adoptio trāsfert̄ ad diuina ex similitudine humanorꝫ. adoptio eni seu adoptatio apḋ nos ꝑitiuriste dicūt: ē ꝑsone extranee in filiū aut nepotē vel deinceps gratuita assūptio. dr̄ autē extranea ꝑsona: nō simplicit̄ sed respectu ei⁹ ad qḋ assumit̄. assumit̄ eni fili⁹ adoptiu⁹ ad ꝑcipiēdaz hereditatē i totū vel i parte ipsi⁹ adoptātis. oportet igit̄ q̄ ꝑus fuerit extrane⁹ vel alien⁹ a iure ipsius hereditatis quod ꝑuenit ex generatiōe naturali. fili⁹ eni naturalr̄ genit⁹: eo ip̄o hēt ius succedēdi in hereditatē p̄ris ſm illud Ro. 8°. si filij et heredes. vnde tria in adoptione cōcurrunt. vnū ex parte adoptātis. s. q̄ sua spōte nō ex debito sed ex gr̄a aliquē in filiū adoptet. duo sunt ex parte adoptati. vnū est q̄ fiat ex nō filio fili⁹. ac p hoc q̄ ex nō habēte ius in successione hereditatis: fiat p adoptionē ius hn̄s. aliḋ ē q̄ adoptat⁹ ante adoptionē: nō sit in potestate adoptātis. et hoc vltimū deest adoptioni q̄ creature rōnales p gr̄az adoptant̄ a deo. cū eni adoptio ab humanis ad diuina trāsferat̄ ꝓp̄t aliquā similitudinē: non oportet q̄ q̄m ad oīa attendat̄ similitudo. nō eni huiuscemodi trāslationes fiūt ſꝫ oīmodā similitudinē. Et quāuis oīs hō fili⁹ dei p creationē dict⁹ sit ſm illud ꝓphete moysi Deutero. 32°. nūquid nō ip̄e. s. de⁹ est p̄r tu⁹ q̄ possedit et fecit ⁊ creauit te: nō tn̄ ante adoptionē ē fili⁹ ius hn̄s ꝑcipiēde hereditatis dei qḋ sine gr̄a dei gratū faciente nō acq̄rit̄. iuxta illud ap̄li Ro. 6°. gr̄a dei vita eterna q̄ est hereditas dei qua seipso ꝑfruit̄ ad similitudinē hereditatis nr̄e. dr̄ eniꝫ hereditas hoīs: illa qua hō diues ē. de⁹ aūt sui ipsi⁹ fruitione ē diues q̄m ex hoc btūs est. vn̄ ⁊ ap̄ls Ro. 9° diuitias dei: vocat diuitias glie sue ad q̄s vasa misericordie idest homines quibus miseret̄ ꝑparauit. addit aūt filiatio p adoptionē ad filiationē que ē p creationē: sicut ꝑfectū ad ipfectū. dicūtur eni filij dei p adoptionē: illi qui supra esse nature quod a deo receperūt p creationē: receperūt

esse gratie q diffundit in cordibus nr̄is p spiritū sanctū qui dat⁹ est nobis. quib⁹ ꝛ apl̄s dicit Ro. 8°. accepistis spūm adoptionis filiorū dei i quo clamamus abba pater. ipse vero idē spūs adoptionis: est spūs xp̄i per quē in filios dei adoptamur s̄m illud Galataꝝ. 4°. misit de⁹ filiū suū factū ex muliere ꝛc. vt adoptionē filioꝝ recipem⁹. iuxta qd̄ euangelista Joānes dicebat. quotquot autē receperūt eū. s. p grām fidei: dedit eis potestatē filios dei fieri p grāz. s. adoptionis. fili⁹ aūt dei per generationez: vnicus tm̄modo est. s. verbum increatū et incarnatū. vnde et vnigenitus dei patris dicitur. ¶ Ex p̄missis infert q qz xp̄s nūq̄ fuit non filius aut extrane⁹ a iure p̄cipiēde hereditatis dei nec inq̄ᵐ deus neq̄ inq̄ᵐ hō: q nullo modo vere dici pōt filius dei adoptiu⁹. et quidē inq̄ᵐ deus: manifestū est cum sit eternus dei filius. et inq̄ᵐ fili⁹ omnia sua sunt que patris sunt vt ipse in euāgelio inquit Joānis. sed neq̄ inq̄ᵐ homo: aliquādo fuit non filius ita vt aliquando esset homo et nō fili⁹ qd̄ inter homines requirit necessario ad filiū adoptiuū vt supra deductū fuit. et patet p Augustinū in d̄ grā noui testamēti ad honoratuz. eram⁹ inquit nos anteq̄ essem⁹ filij dei et accepim⁹ vt fierem⁹ qd̄ nō eramus. sicut q adoptatur anteq̄ adoptaret: nōdū erat fili⁹ ei⁹ a quo adoptat: iā tñ erat q adoptaret. ¶ Qd̄ aūt xp̄s etiā inq̄ᵐ homo nūq̄ fuit nō fili⁹ dei p̄bat. qm̄ humānitas assūpta a xp̄o ante ipam assūptionē ꝛ vnionē: nec hoīez constituit nec in reꝝ natura fuit: sed simul in eodē instanti et fuit: et assūpta a verbo fuit. vn̄ Augustin⁹ i libro d̄ fide ad petrū ait. firmissime tene et nullatenus dubites nō carnē xp̄i sine diuinitate cōceptam in vtero v̄ginis p̄ius q̄ suscipet a verbo: sed ipsum verbum deū sue carnis assumptione ꝯceptum ipsamq̄ carnem: verbi incarnatione cōceptam. hec ille. ex ipsa autē humanitatis assūptione: et verbū homo factus est et homo filius dei naturalis constitut⁹ est. ita q simul in eodez instanti xp̄s fuit homo: et hō existens fuit dei filius naturalis. nūq̄ ergo xp̄s homo existēs fuit nō filius dei naturalis. igit postq̄ fuit homo: semper fuit dei filius naturalis. iste eni p̄positiones equipollent. seq̄tur ergo q xp̄s s̄m q hō: dici nō pōt vere fili⁹ dei adoptiu⁹. nā vt ex supradictis apparet: nemo eē pōt filius adoptiu⁹ alicui⁹ p̄ris: nisi qui ante adoptionē filius ei⁹ non fuit. et hanc rationē pretendit Augustin⁹ libro de ecclesiasticis dogmatib⁹ caplo. 2°. ait eni. dei ergo fili⁹ factus est hominis fili⁹ nat⁹ s̄m veritatē nature ex deo dei filius: et s̄m veritatē nature ex homine hois filius vt veritas geniti nō adoptione nō appellatione: sed in vtraq̄ natiuitate: filij nomē nascendo haberet: et esset ver⁹ deus ꝛ verus hō vnus filius. quē p̄pterea et vnigenitū dicim⁹ manētē in duab⁹ substātijs. et parū infra subiūgit. de⁹ ergo hominem assumpsit. homo in deū transiuit. non nature versibilitate sicut apolinariste dicūt sed dei dignatione. hec ille. in quib⁹ verbis duo notātur ad p̄positū nostrū. vnū est quod dicit. p̄pterea et vnigenitū dicim⁹ manentem in duabus substantijs. nō enim vnigenit⁹ diceret i duabus substātijs nisi ex vnione humanitatis ad p̄sonam diuinā: homo fieret filius dei p̄ris naturalis. nam si adoptiuus fieret: nō diceret vnigenitus cum sint plures filij dei adoptiui. aliud qd̄ notat est cum dicit. de⁹ hominem assūpsit. hō in deū trāsiuit. hic aūt trāsit⁹ ē s̄m vnitatem p̄sone qz. s. hō ꝛ de⁹ vnam dicūt p̄sonam q est filius dei naturalis. factū est ergo ex illa assūptione q homo esset vere fili⁹ dei naturalis. ¶ Eiusdē sententie ē q d̄ libro enchiridiō caplo. 35° scribit dicēs. quid eniz natura humana in homine xp̄o meruit: vt in vnitatez p̄sone vnici filij dei singulariter esset assumpta? que bona voluntas? cuius boni p̄positi studium? q bona opera p̄cessere quibus mereretur iste hō vt vna fieret p̄sona cum deo? nūquid antea fuit homo ꝛ hoc ei singulare beneficium prestituz est: vt singulariter p̄mereretur deum? nempe ex quo hō esse cepit: nō aliud cepit esse q̄ filius dei: et hoc vnicus: et p̄pter deuz verbum quod illo suscepto: caro factum est vtiq̄ deus. vt quemadmodū est vna p̄sona quilibet hō anima. s. rōnalis ꝛ caro: ita sit xp̄s vna p̄sona verbū ꝛ homo. ¶ Huic sententie ꝯsonat etiā quod libro de p̄destinatione scōꝝ caplo. 15° ait. ille inquit hō vt a verbo p̄ri coeterno in vnitatē persone assumptus fili⁹ dei vnigenit⁹ esset: vnde hoc meruit? quod eius bonū qualecūq̄ p̄cessit? quid egit ante? quid credidit? quid petiuit vt ad hanc ineffabilem excellentiam p̄ueniret? nōne faciente ac suscipiente verbo ipse homo ex q esse cepit: filius dei vnicus esse cepit? et infra. nā et ipsum dominum glorie inq̄ᵐ homo factus est dei filius: predestinatum esse dicamus. et paruz infra. est illa ineffabiliter facta hois a deo verbo susceptio singularis vt filius dei et filius hois simul. et filius hominis p̄pter susceptū hominez: et filius dei p̄pter suscipientē vnigenitum deuz: veraciter et p̄prie diceret. hec ille. Verba ista tā apte p̄bāt p̄positū nr̄z q. s. p assumptionē humane nature a verbo hō factus sit vnigenitus ꝛ vnicus filius dei naturalis: q expositione non indi-

gent. ¶ Idē libro enchi.caplo.35° exponēs illō Joānis pmo:plenū grē ꝛ ỽitatis ait. veritas ꝙp pe ipsa:vnigenit⁹ fili⁹ nō gratia sed natura:gratia suscepit hominē tāta vnitate psone: vt idem ipse etiā esset hoīs filius. ¶ Predicta veritas.s. ꝙ xp̄s fm ꝙ homo sit fili⁹ dei naturalis nō adoptiuus ꝓbaṫ auctoritate apl̄i Ro.pmo.ꝗ cum diceret de xp̄o.qui fact⁹ est ei.s.patri ex semine dauid fm carnē:statim subiūgit. ꝗ predestinatus ē filius dei in ỽtute.quasi diceret. christus fm ꝙ ē ex semine dauid fm carnē: predestinatus est vt esset fili⁹ dei in ỽtute.i. in equalitate potentie ꝛ virtutis. vnde sup illud.ꝗ predestinatus ē:glosa interlinearis dicit. ſꝫ ꝙ homo grā sola preelect⁹ vt sit filius dei in eadē potētia et ỽtute diuinitatis cum patre ꝑ vnionem verbi.huiuscemodi autē equalitas filio dei naturali data est nō adoptiuo. Et glosa marginaria que ē Augustini super Joānem tractatu.105° exponēs illud apostoli Ro.8° quos aūt predestinauit illos et vocauit dicit. recte quippe oꝛ filius dei p̄destinatus nō ſꝫ illud quod ē verbū dei de⁹ apud deū. vt quid.n. predestinaretur cū iam esset quod erat sine initio sine termino sempitern⁹:illud aūt p̄destinandum erat qꝺ nōdū erat vt sic suo tēpore fieret: quēadmodū ante tēpora p̄destinatū erat vt fieret. quisquis igiṫ filiū dei p̄destinatū negat: hūc eundē filiū hominis negat. p̄destinat⁹ ē ergo Jesus vt ꝗ futurus erat fm carnē filius dauid: esset in virtute fili⁹ dei. hec glosa Augustini. vbi expsse dr̄ ꝙ xp̄s predestinat⁹ fuit filius dei in ỽtute.i. in equalitate p̄ris nō fm ꝙ est verbū dei et deus apud deū. qꝛ̄ vt sic nō indigebat p̄destinatione cum ab eterno essꝫ filius dei in ỽtute. sed p̄destinat⁹ ē fili⁹ dei in virtute fm ꝙ futurus erat ex semine dauid fm carnē. ¶ Ad idē est auctoritas apostoli Phili. 2°. qui cū dixisset de xp̄o Jesu. exinaniuit semetipm formā ſui accipiens in similitudinē hominū factus et habitu inuētus vt hō et c:subiūgit ꝓpter quod et de⁹ exaltauit illum et donauit illi nomē qꝺ est sup omne nomē.s. nomen dei et filij dei naturalis. vn̄ sup illud et donauit illi nomē dicit interlinearia: honorificētiā ꝙ vocaṫ de⁹. et glosa marginaria ꝗ ē Augustini secundo libro cōtra maximinū. hominí inꝗt donauit nomē qꝺ est sup omne nomē: nō deo. vt cū forma ſui nomineṫ vnigenit⁹ filius dei in ꝗ mortuus ē in qua ascēdit et sedet ad dexterā patris. hec glosa. vbi cū dicat homini donauit nomē qꝺ est sup omne nomē nō deo: māifestū ē ꝙ xp̄o inꝗ̄m homo donatum est nomē quod est sup omne nomē. nam si sensus glose esset ꝙ homini xp̄o sed non inꝗ̄m homo nomen illud donatū esset: non excludereṫ de⁹. qꝛ̄ quecūꝗ predicaṫ de illo homine absꝗ reduplicatione: p̄dicanṫ ꝺ deo. cū igiṫ glosa Augustini dicat ꝙ homini donauit nō deo: apte significauit ꝙ homini illi inꝗ̄m homo ē donauit nomē qꝺ est sup omne nomē. nomē aūt quod ē sup omne nomē et cui omne genu flectatur celestiū terrestriū et infernoꝝ: nō est nomen dei vel filij dei adoptiui. nā huiuscemodi nomē et angelis bonis ꝛ hominib⁹ sanctis cōmune est. de quibus propheta dauid dicebat. ego dixi dij estis et filij excelsi omnes. vnde ꝛ sup illud vt in nomine Jesu ꝛ c:glosa in margine sic ait. ꝑ forte diceret ꝙ homo adoptiōe de⁹ esset. et sic xp̄s ex parte verus de⁹ et ex parte adoptiuus erit. sed adoptiuo deo nō flectit genu creatura sed vero. constat aūt xp̄m verū deū esse cui flectiṫ genu: non adoptiuū. hec glosa. ¶ Itē Athanasi⁹ exponens dictū verbū. ꝓpter qꝺ et de⁹ exaltauit illū et c: querit sic. verū quod nomē illi ob humanā naturam cōtulit deus? et respōdet. nimirū vt filius in carne dicaṫ et deus. nam ꝛ homo: dei ē filius sicuti ꝛ angelus dixit. quod sactū est sanctū: filius dei vocabiṫ. hec ille. vbi sicut q̄stionem ꝓponit de nomine xp̄i ob humanā naturaꝫ: ita et responsio intelligēda est de nomie xp̄i ſꝫ humanā naturā. alias respōsio impertinens esset ne dicam inepta. ¶ Idē ꝓbatur auctoritate apl̄i Hebreorū pmo dicētis de xp̄o: sedet ad dexteraꝫ maiestatis eius in excelsis. tanto melior angelis effectus: quāto differēti⁹ p̄ illis nomen hereditauit. cui enim dixit aliquando angeloꝝ filius me⁹ es tu ego hodie genui te: in quibus ỽbis duo ostendenda sunt ad ꝓpositū nr̄m ꝓbandū. vnum est ꝙ apl̄s loquatur de xp̄o fm humanitatē. aliud ē ꝙ loquaṫ de filiatione naturali nō adoptiua. primū ꝓbatur. nā ante dicta verba p̄mittit. purgationē peccatoꝝ faciēs. qꝺ xp̄o cōpetit fm humanitatē. vnde ꝛ interlinearis dicit. qꝛ talis ē ꝑ humanitatē fm quā crucis passioneꝫ et mortē pertulit. et glosa ordinaria. postꝗ̄ inꝗt ostendit ei⁹ excellētiam qua cuncta creauit et gubernat: hic humilitatis eius ꝗ.s. est fm humanitatē ꝛ benignitatē cōmendat. et sup illud tanto melior angelis effectus: dicit interlinearis euidenter. fm hominē factus. sup quib⁹ verbis glosa marginaria inquit. in psalmo tn̄ ait paulomin⁹ minoratus ē ab angelis. hic eisdē melior dicaṫ. et sicut illud ſꝫ humanā naturā: ita et hoc fm diuinā dictū esse posset intelligi: nisi adderetur effect⁹. per quod aperitur ꝙ hic loquiṫ de xp̄o fm carnē. nam ſꝫ hoc ꝙ p̄ris substātie cōsubstātialis agnosciṫ: nō

est facta sed natus. de eo ergo sermo versatur sm humanā naturam sm quā et minor fuit angelis passione et maior et melior etiā gratie plenitudine ꝙ quo et ipsi angeli ad mensurā accipiunt. hec glo. Itē infra sup illud ego ero illi in patrem et c̄: glosa marginaria dicit. futurū. quia de incarnatione filij hoc dicit. et alia glosa. ad honorē inquit illius vel illi homini de virgine nascituro. pōt tamē et sm carnē hoc accipi dictū etenim caro cōmunicat altioribus sicut et diuinitas humilib⁹. hec glosa. ¶ 2ᵐ. ꝓbatur. quia sup illō sedet ad dexterā maiestatis eius dicit interlinearis sublimat⁹ ad equalitatem pr̄is. hoc aūt filio adoptiuo nō conuenit. Itē super illud. cui eni dixit aliquādo angelorū fili⁹ me⁹ es tu: dicit iterli. consubstātialis nō adoptiu⁹. Itē sup illud. et ipse erit mihi in filium: interlinearis dicit. qui nascetur. vnde qꝺ nascet ex te sanctū vocabit fili⁹ dei. hec glosa. quod non pōt intelligi de filio dei adoptiuo: alias nō hereditaret nomē filij dei differenti⁹ pre angelis qui sunt filij dei adoptiui qꝺ esset cōtra apl̄i intentionē. vnde sup illud differenti⁹ ꝑ illis. glosa marginaria inquit. dū mortalis: differēs nomen habuit quia angeli ministrabant ei. postꝗ̄ imortalis: magis differēs. et quia hoc posset et nō ꝑ illis: addit ꝑ illis. i. valde differens a nomine angelorū. hoc est nomē quod ē sup omne nomē. s. de⁹ siue filius qꝺ reuera digni⁹ ē illo quo illi dicunt angeli. i. nuncij. filij eni nomē ꝓprietatem ostēdit nō adoptionē. quia nisi essz ꝓprius filius: nō posset ex hoc apostolus amplitudinē honoris asserere. si aūt adoptiōis gratia esset fili⁹: nō solū patre ꝫ etiā angelis minor essz. hec glosa. ¶ Aduertendū tamē ꝙ cū in supioribus vl' etiā infra dicim⁹ xp̄m sm ꝙ hō nō esse filium dei adoptiuū sed naturalē: duplici ānotatione accipiēdū est. vna est ꝙ ꝓpositio reduplicatiua nō reduplicat naturā humanā simpliciter et sm se: q̄m sic cōueniret illud cunctis hominib⁹. sed reduplicat naturā humanā assumptā a xp̄o ratione vnionis ei⁹ ad suppositū diuinū. vt sit sensus. xp̄s sm ꝙ homo nō est fili⁹ dei adoptiuus ꝫ naturalis. i. xp̄s sm ꝙ habet humanitatē suppositaliter et ꝑsonaliter ac substantialiter vnū quid cum supposito diuino: est fili⁹ dei nō adoptiu⁹ sed naturalis. quia eni natura humana in xp̄o fit vnum qd substāntialiter et ꝑsonaliter cū supposito verbi quod ē fili⁹ dei naturalis nō adoptiu⁹: cōsequēs est ꝙ xp̄s sꝫ ꝙ hō. i. sm ꝙ hēt humanitatē subaliter et suppositaliter sibi vnitā: est fili⁹ dei naturalis nō adoptiu⁹. sicut eni natura humana xp̄i ꝑ assumptionē efficit vnū et idem supposito cum xp̄o: ita et efficitur vnū et idem ꝓprietate filiationis. vt quēadmodū vere dicit ille hō deus et suppositū verbi ꝓpter hoc ꝙ humana natura assumpta vnit subaliter et suppositalit vero deo et supposito verbi: ita et ꝑ eandē rationē homo ille vere dicit filius dei naturalis nō adoptiu⁹. vt hoc nō solum verū sit ea rōne q2 in xp̄o vnū et idē suppositū est suppositū dei et suppositū hominis: sed etiā ea ratione q2 natura humana assūpta ꝑ vnionē efficit vnū quid substātialiter et suppositaliter cū diuino supposito quod est fili⁹ dei naturalis. ac ꝑ hoc vere recipit in cōcreto predicationem idiomatū q̄ supposito verbi cōueniūt. Alia ānotatio est in ꝑdicta propositione circa ly naturalis. nō eni xp̄s dicitur filius dei naturalis sm ꝙ homo: quasi sm ꝙ homo sit eiusdē nature cum deo patre. sed sensus dicti est ꝙ xp̄s sꝫ ꝙ hō idest ex vnione hypostatica humanitatis: fit homo ipse idē fili⁹ dei naturalis ꝑsonaliter.

¶ Secundo Notandū est ꝙ vt S. Tho. deducit. 3ª. pte. q. 2ª. arti. 10. gr̄a dupliciter dr̄. vno modo voluntas dei gratis aliquid dātis vel aliquē gratū seu acceptū habētis. alio modo gr̄a dicit ipsum gratuitū donū dei. et hoc secundo modo gratia iterū subdiuidit. nam gratuitū dei donū homini datur ad hoc ꝙ in deū eleuet. hoc aūt contingit dupliciter. vno modo ꝑ opationem qua. s. sancti eleuant supernaturaliter ad cognoscendū et amandū deum. alio modo eleuat humana natura supnaturalit in deū ꝑ esse ꝑsonale. qui quidē modus est singularis homini xp̄o in quo humana natura assūpta est ad ꝑsonalitatē filij dei. est autē differētia inter hos duos modos. quia ad hoc ꝙ fiat eleuatio ꝑ operationē: requirit gratia habitualis eo ꝙ ad ꝑfectionē opationis exigat ꝙ potentia a qua ꝓcedit opatio sit ꝑfecta ꝑ habitum. ad eleuationē autem humane nature supernaturalem sm esse ꝑsonale: non requirit gratia habitualis. nam ꝙ natura habeat esse in supposito suo: non fit mediante aliquo habitu. itaqꝫ sm premissa ad qūlibet dictarum eleuationū humane nature: cōcurrit duplex gratia. vna ꝑncipalis et increata. s. voluntas dei gratis et sine meritis humane nature largiens supnaturalē eleuationem. alia secundaria et creata q̄ a deo gratis homini seu nature humane confert qua aliquo dictorum modorū supnaturaliter eleuetur. et quia sicut dictum est ad eleuationē supernaturalem hominis que fit per operationem requiritur habitus ꝑficiens potētiā q̄ est opationis pricipiū: ideo gr̄a homini collata a deo ad

huiuscemodi eleuationem:est quedā habit⁹ anime infusus.qui eo q gratis dat a deo: dicit gratia habitualis. ad eleuationē vero humane nature fm esse psonale q̄ singulariṫ facta est in xp̄o non reqritur habitus vt pmissum est: ideo gr̄a q̄ huiuscemodi fit eleuatio:nō est in humana natura gr̄a habitualis sed est actus q̄dam.s.ipa vnio qua humana natura nullis p̄cedentib⁹ meritis sed sola volūtate dei gratuita vnita est vero filio dei subaliter et psonaliter.que a doctorib⁹ dr̄ gratia vnionis put genitiu⁹ tenet intrāsitiue vt sit sensus gr̄a q̄ est vnio.dr̄ etiā gr̄a vnionis ip̄m quod ē humanā naturā esse vnitā persone diuine inq̄ꝫ^m^ nullis precedētibus meritis hoc est factum. huius gr̄e vnionis:subiectū est tota natura humana ex corpe et anima cōposita put.S. Tho.notat.3^a^.p.loco proxime allegato ad.2^m^. et ideo apostolus dicit Colo.2^o^.q in xp̄o habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. qz.s.diuina natura nō solū anime vnita est:sed etiaꝫ corpori.quod Joānes satis insinuat dicēs. et v̄buꝫ caro factum est.Joā.p̄mo.gratie aūt habitualis subm est sola anima. vtriusqꝫ aūt gr̄e et habitualis et vnionis:effectus ē facere hominē filiū dei. diuersimode tamē.qm̄ gratia habitualis hoīeꝫ gratum deo faciēs nō de tali gr̄a nunc loquimur q̄ homini dat ad opationē:facit hominē cui dat filium dei adoptiuum. cui p adoptionē non dat a patre q simpliciter et fm eē nature sit:sed tm̄modo q ad pr̄is hereditatē gratis non iure nature sit admissus. gr̄a autē vnionis facit hoīeꝫ xp̄m filiū dei naturalē. vt enim supra dicebat et nō piget repetere qz est nr̄i ppositi fundamētū p hoc q natura humana vnita est in xp̄o substātialiter et suppositaliter diuino supposito filio dei naturali:factū est q homo ipse fm q hēt naturā humanā ipsi diuino supposito talit̄ vnitā non solum sit heres dei:sed q simplr̄ sit cū pat⁹ hō non fuerit ac p hoc q sit filius dei naturalis. ¶Ex q̄bus duo inferim⁹. vnū est q esse filiū dei p gr̄am vnionis nō solū nō repugnat in xp̄o ei qd̄ ē esse filiū dei naturalē:imo hoc consequit ad illud.nā ex hoc q humana natura xp̄i p gr̄am vnionis vt ē supra expositū vero d̄o et dei filio naturali substātialiter ꝛ psonaliter ē vnita:ideo hō ip̄e p naturā humanā cōstitut⁹ fm q hō ē filius dei naturalis. vn̄ glosa marginaria sup illud Phili.2^o^. quia dn̄s iesus xp̄s ē in gl̄ia dei pr̄is:sic dicit. facto ergo q ē donatio naturalis et ē donatio gratuita.naturali donatiōe dedit pr̄ nomē sup omne nomē deo filio fm q de⁹ nō fm q hō.nec fuit aliud dare: q̄ꝫ sibi eq̄lē generare.gratuita vero donatiōe d̄dit homini xp̄o nō sꝫ q de⁹ nomē qd̄ est sup oē nomē.qz xp̄s nō inq̄ꝫ^m^ deus s inq̄ꝫ^m^ hō p gr̄am accepit nomē dei. neqꝫ p gr̄aꝫ adoptionis:sed p gr̄aꝫ vnionis vt nō sit adoptiu⁹ deus s verus cui flectit omne genu. hec glosa. ex cuius verb et ex supradictis infert q xp̄s est ver⁹ fili⁹ dei naturalis et p naturā inq̄ꝫ^m^ de⁹ qz a deo pr̄e est genit⁹ naturalr̄.et p gr̄am vnionis inq̄ꝫ^m^ hō qz p hāc gr̄am nā humana assūpta ē ad vnitatē persone filij dei naturalis modo supra exposito. Aliud qd̄ inferim⁹ est q gr̄a hitualis cui⁹ plenitudinē xp̄s habuit fm illud Joā.p̄mo.plenū gr̄e ꝛ veritatis:nō efficit xp̄ꝫ filiū dei adoptiuū: queꝫ effectuꝫ in ceteris hominib⁹ gr̄a hēt. et rō est qz vt.S.Tho.deducit.3^a^.p.q.23^a^.arti.4^o^.in cor. et.q.32^a^.ar.3^o^.in cor.filiatio adoptionis est q̄dā participata silitudo filiationis naturalis q̄ ē pfecta filiatio et fm iura in ei⁹ defectū introducta.illud autē qd̄ de aliquo dicit ppe et fm pfectā rōneꝫ:nequaq̄ꝫ dr̄ de illo aut iproprie vel metaphorice aut sꝫ iperfectā rōnem. quēadmoduꝫ qz Joānes dr̄ et ē naturalr̄ hō sꝫ ppaꝫ hui⁹ nominis rōneꝫ:nūq̄ꝫ dr̄ improprie vel metaphorice hō fm illā significationē q̄ pictura hois appellatur hō pict⁹ quāuis alteri hoi assimilet in figura. qz ergo xp̄s ē fili⁹ dei vere et ppe ac sꝫ pfectā rōneꝫ filiationis.s.naturalis: nullo modo dici d̄bet fili⁹ adoptiu⁹ cū adoptio sit ipropria et iperfecta et q̄si metaphorica filiatio itroducta in defectū et ad silitudinē ppe et pfecte filiationis.s. naturalis: quāuis xp̄s fm humanā nāꝫ sit p gr̄aꝫ gratū faciētē iustificat⁹.et p candē rōneꝫ nec dici debet etiā fm humanā nām fili⁹ trinitatis per creationē quāuis creat⁹ dicat fm humanā nām. neqꝫ ē inconueniēs q gr̄a hitualis nō hēat aliquē effectū in xp̄o queꝫ hēt in ceteris hoib⁹: qm̄ talis effect⁹ iperfectionē iportat et aliqd meli⁹ ac pfecti⁹ loco ipsi⁹ in xp̄o repit. sicut etiā ex vnione anime et corporis cōstituitur suppositum humanū in ceteris hoib⁹: qd̄ tm̄ in xp̄o ex p̄dicta vnione nō cōstituit eo q inueniat meli⁹ ac pfecti⁹ suppositū.s.diuinū.et ē simile suo modo qm̄ effect⁹ gr̄e que dat in sacramēto eucharistie ē de impio facere piū.et tm̄ qm̄ accedēs ad suscipiēdaꝫ eucharistiā est iā p gr̄am in sacramēto penitētie ei collatā iustificat⁹:non efficit p gr̄am eucharistie de ipio pi⁹ eo q iuēt⁹ sit p p̄orē gr̄am iustificat⁹. vn̄ et in pposito nr̄o qz p vnioneꝫ nature humane ad suppositū xp̄i homo ille est fili⁹ dei naturalis ideo gr̄a habitualis aiam xp̄i gratam deo faciēs nō facit hoīeꝫ xp̄ꝫ filiū dei adoptiuū qd̄ facit in alijs hoīb⁹ eo q iā etiā fm naturā humanā fa-

ctus sit meliꝰ ac pfectiꝰ filius. s. verus et naturał cum ꝗ stare nō pōt ꝙ sit filius dei adoptiuꝰ vt supra dictum ē. imo vt. S. Tho. notat. 3ª. p. q. 23ª arti. 4°. ad. 2m. gratia habitualis in xp̄o: est in anima xp̄i quidam effectus filiationis naturalis s'm illud Joānis pmo. vidimꝰ gl'iam eius quasi vnigeniti a patre plenū gr̄e ꝛ veritatis. Jdipm docet de ve. q. 29ª. ar. 2°. in cor. ¶Et cōfirmatur. q2 sicut dictū fuit disti. 8ª. notabili pmo: filiatio sicut et paternitas est proprietas psonalis. i. solis psonis vel suppositis subsistētibꝰ cōueniēs nō naturis aut formis vel partibus. et ideo solum suppositū denominat: nō naturā vel partez. vnde quia suppositū xp̄i et in diuinitate et in humanitate est vere et pprie ac pfecte filius dei. s. naturalis: ideo denominari nō potest vere filiꝰ dei adoptiuus qui iproprie et quasi metaphorice dicitur filius. ¶Hanc ipsam rōnem pretendit Hilariꝰ sexto libro de trinitate sup illō Matthei 3°. hic est filius meꝰ dilectus: cū dicat. quid infert hodie calūnia vt adoptio nominis sit. vt mēdax deus sit. vt nomina inania sint. Et infra. non est per deū patrē filij nomē in xp̄o ex adoptione bonitatis. nec sanctitate meruit hoc nomē sicut plures post cōfessionē fidei: dei filij sunt. Jdē in eodem tractās illud euangelicū. deuz nemo vidit vnqꝫ nisi vnigenitus filiꝰ et c̄. Joā. pmo dicit. p̄ter enim filiū et vnigenitū nihil cognominans suspicionem penitꝰ adoptionis exemit: cum veritatē nominis vnigeniti: natura prestaret. Et infra. non ē nomē filij xp̄o vnigenito deo ex adoptionis consuetudine: quod pprium est ad salutē. Jdē in eodē tractās illud apl'i Ro. 8°. qui propo filio suo nō pepercit et c̄. ait. nūquid nā etiā nūc adoptionis i eo erit nūcupatio: in quo proprietatis est nomē: quasi dicat nō. ecce ꝙ ex pma Hilarij auctoritate expresse habetꝰ ꝙ xp̄s nec bonitate nec sanctitate que ē p gr̄az habitualē meruit nomē filij dei quēadmodū plures hoīnuz. ex secunda vero auctoritate Hilariꝰ infert ꝙ q2 natura p̄stituit xp̄o ꝙ essz vere vnigenitꝰ filiꝰ dei: sublata ē penitꝰ suspicio ꝗ possz putari filiꝰ dei adoptiuꝰ. q̄si ei ꝗ filiꝰ est p naturā: nequaqꝫ conueniat filiū esse p adoptionē. ex tertia denique auctoritate cōcludit Hilariꝰ ꝙ quia nomē pprij. i. veri filij xp̄o vnigenito deo cōpetit: ideo nō cōuenit sibi nomē filij p adoptionē. ¶Eidē sentētie videt fauere qō Crisosthomꝰ dicit sup illō. Hic ē heres Matthei. 21. ait enī sic. dicūt qdā. q2 post icarnationē dicitꝰ ē xp̄s filiꝰ dei ex baptismo sicut ceteri sācti. quos ex hoc loco cōuincit dn̄s vbi dicit mittā filiū meū. deīde si eo mō dr̄ filius sicut oēs sancti ad quos factū ē verbū dei: debuit et pphētas dicere filios sicut ꝛ xp̄m: aut et xp̄m suum dicere sicut ceteros pphetas. ¶Post supra scripta placuit ꝛ auctoritates sacre scripture ac sctōꝝ doctoꝝ cōmemorare qbus absolute negat xp̄m esse filiū dei adoptiuū p eo ꝙ nr̄is tēporibꝰ apō Cesaraugustā vrbē qdaz etiā in sermone ad populū: xp̄m dici posse filiū adoptiuū temere affirmauit. et pmo occurrit auctoritas illa Matthei 16°. tu es xp̄s filius dei viui. vbi interli. oia inqt cōplexꝰ est q̄ et naturā et nomē expssit: verū hoīnē ꝛ verū deū credit ꝛ pfitet. hec glosa. vbi in eo ꝙ dicit xp̄m verū deū: verū filiū dei fatet. eo eni xp̄s ē deus verꝰ: quo ē filiꝰ dei verꝰ. nā nō ē deus nisi deꝰ filius. Jtē ꝙ Petri cōfessio fuerit xp̄m eē verum et nō adoptiuū filiū dei: ex eo euidēs est q2 p sue fidei cōfessione dn̄s ei respōdens dixit. beatus es simō bariona q2 caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi sed pater meꝰ qui ē in celis. vt enim Hilariꝰ argumētat sexto libro de trinitate. si ex adoptione xp̄s filius esset: vnī hec in Petro btā cōfessio ē: hoc filio referēti qō est cōmune sctōꝝ generalis nāqꝫ pfessio: quid hēt meriti vltra humanā ergo itelligētiā: se fides apostolica pdit dicēs. tu es filius dei viui. sensus eni carnis ꝛ sanguinis: pfessiōis huiꝰ itelligētiā nō reuelat. ¶Secundo est illa auctoritas Marci pmo. tu es filiꝰ meꝰ dilectꝰ. vbi iterlinearis dicit. nō Joānes. loquit ergo d' filio vero nō adoptiuo q̄lis est Joānes: vnī glosa ordinaria. ipz inqt q̄ baptizādꝰ cū alijs ad Joānē venit: vei ū esse filiū dei vox pr̄is docuit. ¶Ad idē ē auctoritas Joānis pmo. et vidimꝰ gl'iaz eiꝰ q̄si vnigeniti a pr̄e. qō intelligit d' xp̄o hoie. nā cōsequit imediate ad illud. et vbūz caro factū est. vnī et interlinearis dicit sup illud. et vidimꝰ gl'iaz eiꝰ. i. maiestatē eiꝰ p humanitatē in qua docuit et miracula fecit. in qua trāsfiguratus est et resurrexit. in eo aūt qō dicit vnigeniti a pr̄e: apte docet xp̄z nō esse filiū dei adoptiuū. alias nō diceret vnigeniti cum sint multi filij dei adoptiui s'm illud apl'i Gala. 4°. misit deꝰ filiuz suū vt adoptionē filioꝝ reciperemus. vnī sup illud. quasi vnigeniti a pr̄e. interlinearis dicit. non vt cuiuslibet sancti vidimꝰ illū hoīnez. ¶Ad idē est auctoritas Joā. 2°. redēptoris nr̄i dicētis. nolite facere domū pr̄is mei domuz negociationis. sup quibꝰ verbis interlinearis dicit. hic apte se filium dei dicit. qō notandū nō esset: nisi d' filio naturali nō adoptiuo itelligēdū foret. ¶Ad idē est illud Joā. 10. quē pater sctificauit et misit in mūdū vos dicitis quia blasphemas q2 dixi filiꝰ dei sum. qō apte intelligit de filio dei vero. tuz ex eo

quod sequitur. si non facio opera patris mei: no
lite credere mihi. opa. s. miraculosa soli diuinita-
ti ppria. tñ etiã qm si de filio nõ vero sed adop-
tiuo dictũ acciperet: argumẽtatio domini inefi-
cax esset. vnde glosa ordinaria sup illud si illos
dixit deos: inquit. si p sermonez dei participãdo
fiũt homines dij: quomodo ille qui p naturã est
fili⁹: nõ est de⁹. ¶ Ad idẽ est auctoritas apostoli
Ro. 8° dicẽtis de xp̃o. qui etiã pprio filio suo nõ
pepcit. in eo q dicit ppo: adoptiuũ negauit. vñ
sup illud pprio filio: interlinearis dicit cõsubstã-
tiali. ¶ Ad idẽ est auctoritas beati Joãnis pma
Joãnis vltimo dicẽtis. scim⁹ qm filius dei venit
. s. p carnẽ et dedit nobis sensum vt cognoscam⁹
verũ deũ et simus in vero filio ei⁹. hic est verus
de⁹. ¶ Sunt preterea multe auctoritates sctõꝝ
q negãt xp̃m filiũ dei esse adoptiuũ. Cirill⁹ nãqz
exponẽs illud. quotquot aũt receperũt eũ dedit
eis potestatẽ ꝛc̃ Joãnis pmo: ait. Ascẽdam⁹ igi-
tur ad supnaturalẽ dignitatem p xp̃m. non tñ vt
ppue sicut ille: sꝫ similitudine illi⁹ p grãz filij di su
mus. ver⁹ eni ille fili⁹ dei est pr̃is. nos vero mi-
sericordia ei⁹ adoptati p grãm audim⁹. ego dixi
dij estis. Et parũ infra. alia aũt nature ratio: alia
adoptionis est. et alia veri filij: alia adoptati q si
militudine atqz imitatione filij: filius dr̃. sumus
aũt nos filij dei adoptione. vere igit̃ atqz natu-
raliter ille filius ẽ: p quẽ nos in filiationẽ adop-
tati et nos gratie bonũ p dignitate naturali cõ-
secuti. Itẽ sup illud. et vidim⁹ glãm eius Joan
nis pmo: ait idẽ de filio. q̃uis homo fact⁹ sit: tan
to tamẽ vocatis fratrib⁹ superior est: quãto de⁹ ve
re et naturaliter hominib⁹ pstat: et quãtũ adop
tione filios: verus fili⁹ excedit. Itẽ sup illud. no-
lite facere domũ patris mei et c̃. Joãnis. 2° di-
cit idem. Aduertẽdũ est aũt diligẽter qr vt solus
sm naturã fili⁹ dei: sui soli⁹ patrez deũ appellat.
nã si eo modo quo creatura p grãm vt nos fili⁹
dei esset: cui⁹ rei cõmunẽ oibus dignitatẽ rapie-
bat: nõ domũ pr̃is vestri dicẽs sed dom⁹ patris
mei. ita eni cõgrue magis dixisset si adoptiõe nõ
natura filius essz. q eni aduẽticia quadã dignita-
te filij sum⁹ orantes dicim⁹ pater nr̃. vnigenitus
aũt nõ grã fili⁹ sed ex sub̃a genit⁹: vere ac pprie
solus prẽm suũ deũ appellat. ¶ Ad idẽ preterea
sunt auctoritates Hilarij. vñ tertio libro d̃ trini-
tate tractãs illud verbũ dñi. clarifica filiũ tuum
ait. multi eni nos filij dei: sed non talis hic fili⁹ ẽ.
hic eni ꝛ ver⁹ et pprius est fili⁹ origine nõ adop-
tione: veritate nõ nũcupatione: natiuitate non
creatiõe. ¶ Itẽ libro. 6° eiusdẽ orãs ad deũ ait
in fine orationis. Si q adhuc salui eẽ possũt: ad

fidẽ teneãt euangelice doctrine atqz apostolice
iter. ac verũ dei filiũ nõ ex adoptione sed ex na-
tura intelligãt. ¶ Item eodẽ tractãs illud ver-
bũ euãgelicũ. hic ẽ fili⁹ me⁹ ait. alios qdẽ cõno-
minatos ab eo in filioo significari videt̃. sed hic
fili⁹ me⁹ est. donaui adoptionis plurimis nomẽ.
sed iste mihi fili⁹ est ne q̃ras aliũ. ¶ Itẽ in eodez
ait. et quidẽ sm pposite a nobis respõsionis or-
dinẽ oportunissim⁹ hic nobis locus est vt tertio
nũc dicam⁹ filiũ dei dñm nr̃m Jesum xp̃m ab a-
postolis creditũ nõ ex nũcupatione sed ex natu-
ra: neqz ex adoptione s; ex natiuitate. ¶ Et paꝝ
infra. de⁹ diligẽs mũdũ: filiũ nõ adoptiuũ sꝫ suũ
vnigenitũ dedit. hinc pietas est. natiuitas ẽ. ve-
ritas ẽ. non creatio ẽ. nõ adoptio ẽ. nõ falsitas ẽ.
¶ Itẽ parũ infra tractãs illud beati Joãnis. qui
negat filiũ: negat et prẽz: inqt. q̃ro hic qd adop-
tiua nomina loci hẽant. nũquid non nature res
ista ois est: et q̃ꝫ nature res sit accipe. ait eni idẽ.
qr scim⁹ qr filius dei venit: et cõcarnat⁹ ẽ ppter
nos et passus ẽ et resurrexit a mortuis: assũpsit
nos et dedit nobis intellectũ optimũ vt intelli-
gam⁹ verũ et sim⁹ in vero filio Jesu xp̃o. hic est
verus de⁹ et vita eterna et resurrectio nr̃a. o in-
felix intelligẽtia et spũ dei carẽs et in antexp̃i spi
ritũ ac nomẽ pficiẽs: et nesciẽs ad sacramẽtũ sa-
lutis nr̃e dei filiũ venisse: ac p hoc indigna opti-
me hui⁹ intelligẽtie sensu: creature pou⁹ adopti
uum nomẽ q̃ꝫ veꝝ filiũ dei Jesum xp̃z eẽ cõfessa.
q̃s hodie nou⁹ hui⁹ sciẽtie tue auctor est. Et pa-
rũ infra psecut⁹ ait. sed nihil ab his dissimile ex-
secutor apostol⁹ et vas electionis p̃dicauit. q̃s
eni sermo ei⁹ nõ sub filij pfessione ẽ: q epistola nõ
de sacramẽto veritatis ipsius cepta ẽ: in quo no
mine nõ pprietatis significatio ẽ: cũ enim dicit.
recõciliati sum⁹ deo p mortẽ filij sui. et rursum. fi
delis de⁹ p quẽ vocati estis in cõmunionem filij
ei⁹. qd hic hereticoꝝ furto loci relictũ est. fili⁹ su-
us est: fili⁹ eius sit: nõ adoptio ei⁹ est: nõ creatu-
ra ei⁹: nõ nomẽ naturã loquit̃: veritatẽ pprietas
enunciat: fidẽ cõfessio testat̃. nõ intelligo qd ad-
di possit ad naturaz filij: q̃ꝫ q fili⁹ eius ẽ q esse pf
credit̃. nõ incerta et infirma ille q electionis est
vas: locutus ẽ. nec magister gẽtiuz et apostolus
xp̃i: ambigue doctrine sue errorez reliq̃t. scit qui
sunt adoptionis filij: et q hoc eẽ aut nũcupari p
fidem meriti sunt. ait nãqz. quotquot enim spiri
tu dei aguntur: hi filij sunt dei. non enim accepi-
stis spiritũ seruitutis iterum in timore: sed acce
pistis spiritũ adoptionis in quo clamamus ab-
ba pater. fidei nostre per sacramentum regene-
rationis hoc nomen est. et pfessio nostra nobis

prestat adoptionem. filios enim dei: opera fm spiritum dei gesta nuncupāt. et clamatur a nob potius abba pr: q2 extra nature ꝓprietatē ē vo-cis offitiū. et dici atq3 esse nō idē est. at vero q̄ d̄ filio dei apostoli fides sit: intelligam⁹. nam cum oīqnē habuit ad ecclesie doctrinaz s̄mone: nūq3 patrē sine filij cōfessione loqueref: tamē vt veri-tatē nominis hui⁹ quāta posset humani sermōis significatione mōstraret ait. quid ad hec. si deus ꝓ nobis q̄s cōtra nos? q̄ ꝓprio filio suo nō pep-cit: sed tradidit eū ꝓ nobis. nūquid nā etiā nūc adoptionis in eo erit nūcupatio in quo ꝓprieta-tis ē nomen? Et parū infra. verūtamē etiā gēnū in eo fidē sume. audi enī inter seuas crucis custo-dias romane cohortis et edomitū ad fidē mili-tē. loquif nāq3 cōspecti tante virtutis operibus cēturio. vere dei fili⁹ erat iste. hoc post emissum spūm: decisum tēpli veluz: et mota terra: et saxa fissa: et sepulchra patētia et mortui resurgentes testanf. et homo gētilis ꝓ fide confitef: virtutis naturā agnoscit ingētis: nature veritatē ꝓfitef i nomine. tanta ratio veritatis et tāta vis fidei ē vt vincat voluntatē: veri necessitas. et xp̄m dn̄z glorie eterne: vere dei filiū esse: nec qui crucifixe-rat denegaret. ¶ Ad idē est Augustin⁹ Joānis p̄mo sup illud. quotquot aūt receperūt eū dicēs nō enim nos nati sum⁹ d̄ deo quomodo ille vni-genitus. sed adoptati p̄ grām ipsi⁹. ille enī venit vnigenit⁹ vt solueret peccata. ¶ Itē in eodem caplo exponēs illud. et ego vidi et testimonium phibui q2 hic ē filius dei inquit. oportebat enī vt ille baptizaret q̄ est fili⁹ dei vnic⁹ nō adoptiuus. adoptati filij: ministri sunt vnici. vnic⁹ hēt pote-statē: adoptati ministeriū. ¶ Itē sup illud. pater diligit filiū et omnia dedit in manu ei⁹ Joannis 3°. pater inq̄t diligit filiū. sed quomodo pr̄ filiū nō quomō dn̄s seruū. q̄modo vnicū: nō q̄modo adoptatū. ¶ Itē idē i libro. 83. questionū. q. 16 distīcte inq̄t nos vocamur filij dei quāuis hoc a-doptione mereamur. nā ille vnigenit⁹: natura fi-lius est. ¶ Itē idē Augustin⁹ in libro de cōsensu euāgelistaꝝ ait. at vero etiā nos q̄bus dedit oē⁹ potestatē filios dei fieri: de natura atq3 suba sua nō genuit sicut vnicū filium: sed vtiq3 dilectione adoptauit. quo v̄bo apostol⁹ sepe vti nō ob ali-ud intelligat: nisi ad discernēdum vnigenitū an-te omnē creaturā p̄ quē facta sunt omnia q̄ solus de suba patris nat⁹ est. ¶ Itē libro enchiridion caplo. 35° ait exponēs illud. verbū caro factū ē. veritas q̄ppe ipsa vnigenit⁹ dei filius nō grā sed natura. grā suscepit hoīnem tāta vnitate psone vt idē ipse etiā esset hois fili⁹. ¶ Itē s̄mone. 19.

sibus accepit non fuit in eo acquisit⁹ nou⁹ habit⁹ scientie. ¶5° arguit. qꝛ sicut ē incōueniēs q̄ xp̄s accepit sciētiā ab hominib⁹ p auditū: ita incōueniēs est q̄ accepit sciētiā p experiētiā ex reb⁹ sensibilib⁹. sed oēs cōcedūt cōmuniter q̄ incōueniēs fuit xp̄m accipe sciētiā ab hoīb⁹ p auditū vel doctrinā eo q̄ ip̄e dat⁹ fuit nobis doctor. ergo incōueniēs fuit q̄ xp̄s accepit sciētiā p expientiā ex reb⁹ sensibilib⁹. minor cōcedit ab omnib⁹. sed maior pbat. qꝛ hō non accipit sciētiā ab alio homine nisi qꝛ pponūtur ei voces significatiue rerū scibiliū. ita q̄ homo docēs nō videt esse nisi obiectū ppōnēs. et eodē modo res sensibiles se habēt ad hoīem qꝛ ex eis tāq̄ ex obiectis sumit cognitionē p expimētū. si ergo icōueniēs ē xp̄m accipe sciētiā ab hoīb⁹ qꝛ i hoc videret sua pfectio depēdere ab hoīb⁹: eadē rōne videt incōueniēs xp̄m accepisse sciētiā p experiētiā a rebus sensibilib⁹. sic eni pfectio sua depēderet a rebus. ¶6°. qꝛ sciētia q̄ acqrit p experiētiā: acqritur ex hoc q̄ sensibilia sunt p̄sentia sensib⁹. sed sensibus xp̄i pauca valde sensibilia fuerūt p̄sentia in cōparatione eoꝝ q̄ nūq̄ sensu pcepit. ergo sciētia hoc modo acq̄sita fuisset in xp̄o valde impfecta qđ nō est dicēdū. Et si dicat q̄ licet corpalib⁹ sensibus xp̄i nō fuerit oīa corpalia subiecta: ex his tn̄ q̄ subiecta fuerūt potuit in alioꝝ noticiā deuenire cū ex lumine naturali itellect⁹ possit hō pcedere ad itelligēdū effect⁹ p causas et ecōuerso: et hoc modo potuit xp̄s vidēdo corpa celestia apprehēdere eoꝝ virtutes et effect⁹ q̄s hn̄t in iferiorib⁹ licet ei⁹ sensib⁹ nō subiacerēt: nō valet. qꝛ ex sola visione corpoꝝ celestiū nullus pōt cōprehēdere virtutē eoꝝ sed poti⁹ ex expiētia suoꝝ effectuū loquēdo d̄ naturali cognitione hoīs de q̄ nūc agim⁹. et ideo p expientiā habitā in q̄cūq̄ re: non pōt haberi sciētia nisi de illis reb⁹ de quib⁹ est experiētia vel de cōsimilib⁹ fm̄ spēm. sic eni ex multis sensib⁹ fit memoria. ex multis memorijs experimētū. ex multis expimētis vniuersale qđ est pncipiū artis ꝛ sciētie vt dr̄ in phemio metha. sic igit videt pbabilit q̄ in xp̄o nō fuerit aliqua scientia modo humano acq̄sita. hec Durandus.

Quantū ad articulū tertiū p̄mo notādū ē q̄ vt accipit ex dictis. S. T. p̄ª. p. q. 54. ar. p̄°. ad. 3ᵐ. Et de veri. q. vel mā. 8. ar. 6. in cor. et ad. 3ᵐ. et. ar. 7. ad. 9ᵐ. et. ar. 8. ad. 10ᵐ. itellect⁹ et itellectū. i. res itellecta put ex eis ē vnū aliq̄d effectū qđ ē intellect⁹ in actu: sunt vnū p̄ncipiū act⁹ intelligēdi seu itellectionis vel cognitionis. itellectus sicut p̄ncipiū qđ: et res itellecta vel ei⁹ species actuās intellectū sicut p̄ncipiū quo. p ip̄am nāq̄ itellect⁹ creat⁹ fit in actu ad actū itelligēdi eliciēdū. sicut p calorē: calidū fit in actu ad calefaciēdū. dr̄ aūt ex itellectu et re itellecta effici vnum: inq̄tm̄ res itellecta cōiungit itellectui siue p suā eēntiā siue p suā silitudinē q̄ dr̄ spēs itelligibilis. ¶Ex q̄bus duo inferim⁹. vnū est qđ intelligere et cognoscere seu intellectio ꝛ cognitio sunt act⁹ intellect⁹ secūdi pcedētes ab itellectu sic a p̄p̄o agēte. q̄ act⁹ dn̄r actiones et opationes fm̄ doctrinā ph̄i scđo libro d̄ aīa caplo. dicēdū autē et de potētia. Aliud ē q̄ res itellecta siue ei⁹ spēs intellectū imutās p hoc q̄ fit vnū aliq̄d cū itellectu in eē intelligibili: hēt se ad intellectū in rōne act⁹ p̄mi reducētis ip̄m de potētia ad actū et mouētis ad p̄p̄aꝫ opationē. ꝛ ex his cōsequit q̄ forma intellectū imutans nō sit vnū et idem in creaturis cū ip̄sa cognitiōe vel intellectione imo q̄ realiter differūt: et sicut act⁹ secūdus ab actu p̄mo: et sicut p̄ncipiatū a p̄ncipio. ¶Ex q̄bus vlteri⁹ inferim⁹ q̄ licet diuina essentia possit se habere vt forma imutatiua intellect⁹ creati quāuis nō p̄p̄e informatiua: nequaq̄ tn̄ esse pōt itellect⁹ creati itellectio seu cognitio vel act⁹ itelligēdi. pbat hoc. qꝛ vt supra deductū est: act⁹ itelligēdi ꝛ itellectio seu cognitio sunt opatiōes q̄daꝫ pcedētes ab itellectu cui⁹ sunt sicut a p̄ncipio p̄prio. cū autē nephas sit dicere diuinā essentiam ab itellectu creato sicut a p̄ncipio suo vel causa pcedere dici non pōt vere q̄ diuina essentia sit cognitio vel intellectio intellectus creati. et per p̄ñs nec dici pōt eius sciētia vel cōceptio aut noticia. qm̄ tria hec p̄p̄ie loquēdo terminus sunt intellectionis et cognitionis seu act⁹ itelligendi ab ip̄so eodē p̄ncipio pducta a q̄ ꝛ illa. s. ab itellectu informato vel imutato p formā q̄ est intellectionis p̄ncipiū. Ad q̄ itelligēda faciūt q̄. S. T. notat d̄ potētia dei. q. vel mā. 8ª. ar. p̄°. in. c. inq̄t eni. itellect⁹ in itelligēdo ad q̄ttuor pōt hr̄e ordinē. s. ad rē q̄ intelligit. ad spēm intelligibilem qua fit intellectus in actu. ad suū intelligere. et ad cōceptionē intellectus. q̄ quidē conceptio a trib⁹ predictis differt. a re quidē intellecta: quia res intellecta est interdum extra intellectū. conceptio autē intellectus: nō est nisi in intellectu. et iteꝝ conceptio intellectus ordinatur ad rē intellectam sicut ad finem. propter hoc enim intellectus conceptionem rei in se format: vt rem intellectam cognoscat. differt autem a specie intelligibili. nā species intelligibilis qua fit intellectus

in actu cõsideraƚ vt pͥncipiũ actionis intellectus cũ om̃e agẽs agat ſm q̃ eſt in actu. intellect⁹ aũt fit in actu ꝑ aliquã formã quã oportet eẽ actionis pͥncipiũ. differt aũt ab actione intellect⁹: qꝛ ꝑdicta cõceptio cõſideraƚ vt termin⁹ actionis ꝛ quaſi quoddã ꝑ ipaȝ cõſtitutũ. intellect⁹ enĩ ſua actione format rei diffinitionẽ vel etiã ꝓpoſitionẽ affirmatiuã ſeu negatiuã. Quaſi idẽ in ſententia dicit cõtra gẽtiles libro pͥmo capl'o. 54.

Secundo Notãduȝ eſt ꝓpter q̃dã argumẽta Joãnis ꝺ ripa q̃ vt. S. T. dicit de. ve. q. 8. ar. p°. i. c. Et magis diffuſe. 4°. li. ſen. diſ. 49. q. 2ª. ar. p° in coꝛ. cũ dicim⁹ diuinã eſſentiã ꝑ ſeipam eẽ formã intellect⁹ btõꝝ: nõ ẽ ſic intelligẽdũ quaſi diuina eſſentia ſit vera forma intellect⁹ creati vel q̃ ex ea et intellectu efficiaƚ vnũ ſimpliciƚ ſicuti naturalib⁹ ex forma et materia naturali: ſed qꝛ ꝓportio eſſentie diuine ad itellectũ creatũ ẽ ſicut ꝓportio forme ad mãm. q̃ñcũqȝ enĩ aliq̃ duo q̃ꝝ vnũ eſt ꝑfecti⁹ altero recipiũtur in eodẽ receptibili: ꝓportio vni⁹ duoꝝ ad alteꝝ. ſ. magis ꝑfecti ad min⁹ ꝑfectũ: eſt ſicut ꝓportio forme ad materiã. quẽadmodũ lux ꝛ coloꝛ recipiũtur in diaphano quoꝝ lux ſe hẽt ad colorẽ ſic forma ad mãm. et ita cũ in aĩa recipiaƚ vis itellectiua ꝛ ipa eſſentia diuina inhabitãs licet nõ ꝑ eundẽ modũ: eẽntia diuina ſe habebit ad itellectũ ſicut forma ad mãm: i. eo q̃ ad illũ ſe hẽt ſicut ꝑfectũ ad iꝑfectũ. et quãuis finiti ad infinitũ et mẽſurati ad imẽſuꝝ nõ poſſit eẽ ꝓportio ꝓꝑe loquẽdo eo q̃ exceſſus ĩfiniti ſupra finitũ nõ ſit determinat⁹: põt tamẽ eſſe iter ea ꝓportionalitas q̃ eſt ſĩlitudo ꝓportionũ q̃lis reqͥriƚ inter cognoſcẽtẽ ꝛ cognitũ. que in hoc attendiƚ qꝛ ſicut ſe hẽt cognoſcẽs ad cognoſcendũ: ita ſe hẽt cognoſcibile ad hoc q̃ ab eo cognoſcaƚ. talis autẽ ꝓportionalitas ſufficit ad hoc q̃ ĩfinitũ cognoſcaƚ a finito et ecõuerſo. qꝛ ſm mẽſurã ꝟtutis itellectus finiti cognoſcentis: oĩm infinitũ ab illo cognoſcibile eſt. Ad qꝺ ſciẽdũ eſt ꝓut. S. T. notat. 4°. ſen. diſ. 49. q. 2. ar. 3°. ad. 6m. q̃ actio nõ ſolũ mẽſurari debet ſꝫ formã q̃ eſt pͥncipiũ actionis: ſed etiã ſm ſubm qꝺ ꝑ formã ipaȝ ꝑficiƚ. qꝛ act⁹ actiuoꝝ recipiũtur ſm modũ paciẽtis et recipiẽtis ꝓut phs docet ſcꝺo de aĩa. mod⁹ aũt hic: eſt ſm mẽſuraȝ q̃ ꝑfectibile ptingit vt ꝑficiaƚ tali forma. vñ actio intellectus creati. ſ. viſio q̃ ꝑ diuinã eſſentiã ſicut ꝑ formã ꝑficiẽtem in itellectu cauſaƚ: nõ mẽſuratur ſm modum infinitũ qui ẽ diuine eſſentie ſm ſe: ſed ſm modũ quo intellectus ptingit ad hoc q̃ ꝑ ipſam perficiaƚ. qui modus accipiƚ ſm q̃ diuina eẽntia intellectui cõiungitur ꝑ lumen gloꝛie ꝑ qꝺ intellectus ad videndã diuinã eſſentiã diſponitur et eleuatur. huiuſcemodi aũt lumen gloꝛie finitum eſt ac ꝑ hoc viſio intellect⁹ creati finita eſt ex parte videntis: quãuis poſſit dici infinita ex parte rei viſe. hoc ẽ dictu q̃. i. ipſa diuina eſſẽtia ab intellectu beato videbitur infinita et imenſa ſed nõ infinite et imẽſe. i. nõ viſione infinita et imẽſa nec ab intellectu bti imẽſe aut infinite elicita. totus enim modus diuine eſſentie videtur a beatis ꝫ non totaliter. Et de hoc. S. Tho. loco ꝓxime allegato. 4°. ſen. in reſpõſione ad. 3m. Et. pͣ. ꝑ. q. 12. arti. 7°. ad. 3m. Et de veri. q. vel materia. 8ª. articulo. 2°. ad. 2m. et. 6m.

Tertio Notãdũ eſt q̃ vt. S. Tho. dicit pͥma ſecũde. q. 3. ar. p° finis ꝺƚ dupliciter. vno modo ipſa res quã cupimus adipiſci: ſicut auaro eſt finis pecunia. alio modo ipſa adeptio vꝉ poſſeſſio ſeu vſus aut fruitio eius rei q̃ deſideratur. ſicut ſi dicatur q̃ poſſeſſio pecunie eſt finis auari: et frui re voluptuoſa eſt finis intẽperati. pͥmo ergo modõ vltimus hominis finis ẽ bonũ increatũ. ſ. deus qui ſolus ſua infinita bonitate põt voluntatẽ hoĩs perfecte implere. Secũdo aũt modo vltim⁹ finis hominis eſt creatũ aliq̃d in ipſo exñs quod nihil ẽ aliud q̃ꝫ adeptio vel fruitio finis vltimi. vltim⁹ aũt finis vocatur btitudo. ſi ergo btitudo hoĩs conſideretur quãtũ ad cauſam vel obm: ſic eſt aliq̃d increatũ. ſi aũt cõſideretur quãtũ ad ipſam eſſẽtiã beatitudinis: ſic eſt aliq̃d creatũ. qm̃ ſic beatitudo conſiſtit eſſentialiter in operatione bti vltima et ꝑfectiſſima nõ ſolũ ſm ſentẽtiã phi in pͥmo ethicoꝝ felicitatẽ deſcribẽtis q̃ eſt opatio ſꝫ ꝟtutẽ ꝑfectãꝫ: ſꝫ ꝛ ſꝫ redẽptoꝛis nr̃i ſentẽtiã dicẽtis Joã. 17°. hec ẽ vita eterna vt cognoſcãt te ſolum veꝝ deũ et quẽ miſiſti ieſum xp̃m. vita aũt eterna ẽ ipa btitudo cũ ſit finis hoĩs vltim⁹ ſm illud apl'i Ro. 6. hẽtis fructũ vr̃m in ſanctificatione. finẽ vero: vitã eternã. Sic aũt btitudo duplr̃ ꝺƚ ita et ſũmũ bonũ quod idẽ illi eſt. ꝺƚ enĩ ſũmum bonũ: et res ipſa ſũme et ſimplr̃ ꝑfecta: et ipſius rei adeptio: diuerſa tñ ratiõe. Ad cuius itellectũ ſciẽdũ ẽ q̃ bonũ ꝛ diligibile ꝯuertunƚ. et per ꝯñs ſũmũ bonũ et ſũmũ diligibile. diligibile aũt duplex ẽ ꝓut. S. T. dicit poſt Ariſtotelẽ i plerisqȝ locis ꝛ magis ad ꝓpoſitũ nr̃ꝫ. 4°. li. ſen. d. 49. q. pͣ. ar. 2. ſub. ar. p°. vnũ ẽ qꝺ diligiƚ amore beniuolẽtie q̃. ſ. volum⁹ bonũ alicui⁹ ꝓpƚ ſeipꝫ queadmodũ diligim⁹ amicos ꝛ ꝟtuoſos etiã ſi nihil ex eis nob ꝓueniat. aliꝺ ẽ qꝺ diligiƚ amore ꝯcupiſcẽtie. ꝛ hoc ẽ vꝉ bonũ qꝺ i nob ẽ: vꝉ qꝛ ex eo in no-

bis aliq̃ bonū consequit̃. sicut diligim⁹ id quod
nob̃ est vtile vel delectabile. illud aūt q̃d diligit̃
dilectione vel amore beniuolētie: pōt eē vltimū
et sūme dilectū. q̃d aūt diligit̃ amore cōcupiscen
tie: eē nō pōt sūmū vel vltimū dilectū simplicit̃
eo q̃ ad bonū alteri⁹ referat̃ ei⁹. s. cui cōcupiscit̃.
fm hec igit̃ dicim⁹ in ꝓposito nr̃o q̃ sūmū bo-
nū vel summū diligibile duplex ē. quoddā. s. q̃d
diligibile ē amore beniuolētie: et hoc ē sūmū bo-
nū increatū q̃d est de⁹. aliud vero ē sūmū bonū
diligibile amore cōcupiscētie q̃d magis ꝓprie di-
ci debet sūmū et vltimū cōcupitū ꝓ eo q̃ ē maxi
mū bonū q̃d nobis ex cōiūctione ad deū ꝓuenit
et quia est vltimū ꝛ maximū bonū cōcupitū: dr̃
esse ꝓpter se quesitum vel desideratum.

**¶ Quarto** Notandum ē q̃ res ex eo q̃ ab intellectu itelligitur
vl̃ cognoscit̃: nō hēt q̃ ꝑ seipā itellectū iformet
vel in ipo eē reale hēat: sed solū eē itelligibile. rē
aūt hr̃e eē intelligibile i intellectu: ē ab itellectu
cognosci. vñ res in rex natura existētes extra in-
tellectū: vere ab itellectu cognoscunt̃. alias sciē-
tie nō essent ð reb⁹ q̃ sunt extra aiā q̃d fuit error
antiquox. eadē eni sunt q̃ itelligim⁹ vel cognos-
cim⁹: et de q̃b⁹ sunt sciētie. vt eni. S. T. dicit p̄°.
li. sen. dis. 36ª. q. p̄ª. ar. 3°. in cor. aliud ē aliq̃d eē
in sciētia dei: et aliud ē aliq̃d eē in deo vel i diui-
na essētia. eē enī in sciētia: nihil aliud ē q̃ ꝑ sciētiā
cognosci. et id eo oīa q̃ de⁹ scit et bona ꝛ mala: in
sciētia ei⁹ eē dr̃. nō tamē mala dr̃ eē in deo aut
in diuina essentia simplicit̃ loquēdo nec etiā bo-
na fm ꝓprias formas q̃b⁹ eē habēt in rex natura.
quāuis vt sic in sciētia dei ꝛ in ei⁹ itellectu eē di-
cant̃ inq̃m̄ fm ꝓprias formas et fm eē q̃d hñt i
rerū natura: ab itellectu diuino cognoscūt̃. Idē
in sententia dicit de. ve. q. 3ª. ar. 6°. ad. 2m. Ex q̃-
bus iferim⁹ p̄mo q̃ pluralitas cognitorū neq̃ i-
tellectū diuinū cōponit neq̃ ei⁹ simplicitati i ali-
quo derogat. vñ vniuerse res et materiales et i-
materiales et vl̃es et singulares: simul actu sunt
a deo cognite absq̃ sue imaterialitatis et spūa-
litatis p̄iudicio. neq̃ est singolare in deo q̃ res
plures ab ipo cognite ipm nō cōponāt neq̃ eius
intellectū realit̃ informēt. nā et itellectui angeli-
co et humano id cōmune est ꝓ eo q̃ res cognite
vel intellecte inq̃m̄ hmōi: nō hñt q̃ realit̃ ꝑ seip-
sas sint i intellectu sicut dictū est. silitudines tñ
seu spēs ipax rex: realit̃ itellectū angelicū ꝛ hu-
manū iformant. ꝫ hmōi spēs et silitudines fm q̃
itellectū afficiūt et realit̃ iformāt: nō sunt res in-
tellecte ꝫ forme q̃b⁹ res q̃rū sunt silitudines ex-
tra aiā existētes: ab itellectu cognoscuntur. q̃ si ꝑ
quādā reflexionē aliq̃n ab itellectu cognoscant̃
et tñ inq̃m̄ sic cognite sunt: nō hñt q̃ itellectū af-
ficiāt vel iformēt realit̃. cui⁹ signū eidē ē q̃ nō
ex ipa eax iformatiōe ꝓuenit q̃ ab itellectu cog-
noscāt̃. nā sic nō essēt secūdario et ꝑ reflexionē
cognita cognitis reb⁹ ꝫ p̄mo et directe cognosce
rent̃ sic q̃ imediate iformāt ꝛ afficiūt itellectum
q̃d ē falsū. cognoscūt̃ siquidē ꝑ ipas res cognitas
itellectū se supra seipm̄ et sup actū suū ac sup spēm
q̃ itelligit reflectēdo. Et ð hoc. S. T. p̄ª. p. q. 85.
ar. 2. et. q. 87. q̃si ꝑ totū. ¶ Et ex his iferim⁹ q̃
essentia diuina visa ab itellectu btō aut etiā res
vise i v̄bo: i nullo ipediūt spēs itelligibiles itelle
ctū bti iformātes q̃b⁹ cognoscit res in ꝓprio gene
re. q̃m vt ðductū ē: nec eēntia diuina nec res i ip-
sa seu i verbo vise: sunt i intellectu btō vt ipm̄ in-
formātes vel realr̃ afficiētes: ꝫ sunt hñtes realē
existētiā extra itellectū bti: quāuis i intellectu bti
dicant̃ eē vt cognitū in cognoscēte q̃d nō est aliud
q̃ ab itellectu cognosci vt sup̄ dicebat. S. T. ex
q̃ vlteri⁹ sequit̃ q̃ in itellectu bti nō se ipediunt
cognitio verbi ꝛ rex in v̄bo et cognitio rex in ꝓ
pria nā. q̃ cognitio v̄bi nō fit ꝑ spēm creatā in-
formātem intellectū. impedimētū autē plurium
cognitionum ad inuicē: prouenit ex parte speci-
erum que non se simul compaciuntur.

**¶ Quinto** Notandū est ꝓut ðducit S. Tho. sup Boeciū ð tri-
nitate lec. 3ª. q. p̄ª. ar. p̄°. i. cor. Et in cōmēto sup
p̄mū librū posteriox lec. 41. ꝯ. altera aūt sciētia
est ab altera ꝛc. et in plerisq̃ locis: q̃ materialis
diuersitas obiecti non diuersificat habitum sed
solūmodo formalis. cum ergo scibile sit propriū
obiectum scientie: nō diuersificabunt̃ scientie fm
diuersitatem mālem scibilium: sed fm diuersita
tem eorum formalem. sicut autē formalis ratio
visibilis sumitur ex lumine per q̃d color videtur
ita formalis ratio scibilis accipit̃ fm p̄ncipia ex
quib⁹ aliquid scit̃. et ideo quātūcūq̃ sint aliq̃ di-
uersa scibilia ꝑ suā naturā dūmodo ꝑ eadē p̄n-
cipia sciāt̃: ꝑtinēt ad vnā sciētiā. q̃ nō erunt iam
diuersa inq̃m̄ sunt scibilia. sunt eni ꝑ sua p̄ncipia
scibilia. sicut patet q̃ voces humane multū diffe
rūt fm suā naturā a sonis inanimatox corpox.
ꝫ q̃ fm eadē p̄ncipia attēdit̃ cōsonātia in voci-
bus humanis ꝛ sonis inanimatox corpox: eadē
est sciētia musice q̃ ð vtrisq̃ ꝯsiderat. si vero aliq̃
sint eadē fm naturā: et tamen ꝑ diuersa p̄ncipia
ꝯsiderent̃: manifestū ē q̃ ad diuersas sciētias pti
nēt. sicut corpus mathematicū nō est separatū
subiecto a corpe naturali. q̃ tamē corp⁹ mathe-
maticū cognoscat̃ ꝑ p̄ncipia quātitatis: corp⁹ aūt

naturale ꝑ pͥncipia mot⁹: nõ est eadē sciētia geo-
metrie et nālis. patet ergo ꝙ ad diuersificādum
sciētias sufficit diuersitas pͥncipioꝝ in genere sci
biliū quā comitat̄ diuersitas generis scibilis. di
uersitas aūt pͥncipioꝝ sic accipi deb₃: ꝙ neq₃ pͥn-
cipia ip̄a ꝓcedāt ex eisdē pͥncipijs pͥoribus: neq₃
pͥncipia vni⁹ sciētie ꝓcedāt ex pͥncipijs alterius.
qm̄ siue ꝓcedāt ex eisdē pͥncipijs siue alia ex alijs
nō esset diuersa sciētia. qꝛ enī pͥncipia triāguli et
pͥncipia q̄drati deriuant̄ ex pͥncipijs figure: ideo
nō est diuersa sciētia ꝯ vna q̄ȯ vtroq₃ ꝯsiderat. s.
geometria. ¶ Ex p̄missis īferim⁹ ꝙ sciētia anime
xp̄i īfusa a deo et sciētia ei⁹ hūanit⁹ acq̄sita p ab-
stractionē specieꝝ a phātasmatib⁹: nō sunt eius-
dē rōnis. ꝓbat̄ hoc. qm̄ vt ꝯductū est diuersitas
pͥncipioꝝ in gēīre scibili et diuersitas obiecti sci-
bilis ꝭm rōnē₃ scibilitat[is]: sciētias formalit̄ diuer-
sificat. ꝯ sciētia xp̄i īfusa et sciētia acq̄sita hn̄t pͥn-
cipia formalit̄ diuersa ꝭm gen⁹ scibile: et iteꝝ sūt
de obiectis formalit̄ diuersis ꝭm rōnē scibilis. er-
go ⁊ c̄. maioꝛ ex supꝛa deductis cōstat. ꝯ ad ꝓba
tionē minoꝛis sciēdū est ꝙ pͥncipia sciētie d̄ q̄bus
hic loq̄mur: sunt media q̄b⁹ noticia ꝯclusionū q̄
ꝓp̄e appellat̄ sciētia acq̄rit̄ et ꝓbat̄. hm̄oi aūt me
dia ꝓut colligi pōt ex doctrina ph̄i libro posteri
oꝝ: et ex dictis. S. T. ī diuersis locis et signāter
4°. li. sen. dis. 49ª. q. 2. ar. p̄°. ad. 15ᵐ. Et. p̄ª. p.
q. 94ª. ar. p̄°. ad. 3ᵐ. sunt in triplici differentia.
q̄dā mediū vocat̄ mediū sub q̄ itellect⁹ cognos
cit: et hoc ē lumē itellect⁹ agētis siue sit naturale
siue sit sup̄naturale. et hoc mediū ē pficiens itel-
lectū gēīralit̄ nō d̄terminās ip̄₃ ad speciale ob₃.
aliō mediū ē q̄ itellect⁹ itelligit d̄terminās ip̄m
ad speciale ob₃. et hoc mediū ē forma vel sp̄ēs i-
telligibil' p quā itellect⁹ determinat̄ ad certā rē
cui⁹ ē forma vl' sp̄ēs. quēadmodū sp̄ēs itelligibil'
hoīs est p quā itellect⁹ nō aliā rē q̄₃ hoīem et q̄
ad hominē ptinēt cognoscit. tertiū mediū ē p cu
ius noticiā intellect⁹ cognitionē vel sciētiā alicu
ius rei acq̄rit. et de hoc medio maxime ph̄s tra-
ctat in libris posterioꝝ et thopicoꝝ. nā est hm̄oi
mediū et dialeticū seu ꝓbabile de q̄ sermo est in
libris thopicoꝝ: et mediū demōstratiuū de quo
in libris posterioꝝ analeticoꝝ. ꝭm quodlib₃ aūt
gen⁹ dictoꝝ medioꝝ seu pͥcipioꝝ accipitur for-
malis diuersitas inter sciētiā xp̄i infusam et scien
tiā acquisitā₃. Probat̄ de pͥmo medio seu prin
cipio intelligēdi quod ē lumē intellect⁹ agentis.
nam cū hoc fuerit lumē gratuitum ac sup̄nāle q̄
sciētia infusa est anime xp̄i: lumē autē quo sciētia
eius humanit⁹ acq̄sita fuit humano intellectui ⁊
anime xp̄i naturale: seq̄tur necessario ꝙ alterius

rationis sit hoc lumē ab illo. Unde. S. Tho. 3ª.
parte. q. 9°. arti. 4°. in coꝛ. dicit ꝙ mod⁹ cognos
cendi p lumē desuper infusum aīe xp̄i: est ꝓpoꝛ-
tionatus nature angelice. De secūdo aūt gene-
re medij seu pͥncipij idē ꝓbat̄. qm̄ maioꝛ et mioꝛ
simplicitas et vniuersalitas ac cōtractio specieꝝ
intelligibiliū variat rōnem formalē ip̄saꝝ sp̄ērū.
sed species itelligibiles anime xp̄i ab instāti crea-
tionis infuse: multo simpliciores et vniuersalio-
res ac capaciores et minus cōtracte sunt q̄₃ spe-
cies lumine intellect⁹ naturali humanit⁹ acq̄site
a reb⁹. patet hoc. qm̄ in angelis tāto vniuersa-
liores et capaciores ac pfectiores sunt sp̄ēs itel-
ligibiles q̄₃ sp̄ēs ab humano intellectu acquisite
quāto pfecti⁹ et lucidius āgeli q̄₃ hoīes hn̄t lumē
intellect⁹ agētis. sicut et inter ip̄sos angelos quā
to eminēti⁹ ac copiosius lumē intelligēdi a deo
participāt: tāto alij p̄ alijs vniuersaliores et pfe-
ctiores ac min⁹ cōtractas sp̄ēs intelligibiles hn̄t
cōcreatas ita vt sp̄ēs supioꝝ nō sint eiusdē rōnis
cū specieb⁹ et formis inferioꝝ. lumē aūt infusum
p dei grā₃ aīe xp̄i: fuit clari⁹ et pfecti⁹ ac maioris
efficacie q̄₃ lumē itellect⁹ etiā supmi angeli quā-
to pfectioꝛ et habundātioꝛ fuit in eo grā q̄₃ᵐ ad
oīes effect⁹ q̄₃ in angelis. vnde et de his q̄ ad il-
luminationes hierarchicas ptinēt: xp̄s angelos
illuminat ꝓut Dionisi⁹ dicit. 7°. caplō d̄ diui.
nomi. iuxta quod apocalipsis. 21°. dr̄ ꝙ claritas
dei illuminat ciuitatē btōꝝ et lucerna eius ē ag-
nus. sup quo verbo interlinearis dicit. i. ei⁹ hūa-
nitas. sequit̄ ergo necessario ꝙ sp̄ēs itelligibiles
infuse anime xp̄i magis vniuersales ⁊ min⁹ con-
tracte ac pfectiores sint q̄₃ sp̄ēs intelligibiles sui
intellectus humanit⁹ acquisite quāto lumen in-
tellectus sibi a deo infusum q̄ȯ est sup̄naturale ⁊
speciebus infusis ꝓpoꝛtionatū₃: copiosi⁹ et emi-
nētius est q̄₃ lumē naturale sui itellect⁹ specieb⁹
acquisitis adequatū. ac p hoc consequit̄ ꝙ sp̄ēs
intellectus anime xp̄i acquisite et infuse alterius
et alterius sint rationis. ¶ Ex dictis duobus ge
nerib⁹ medioꝝ ac pͥncipioꝝ: constat etiā ꝓbatū₃
de tertio medij seu principij genere quod est no
ticia propositionum et terminoꝛū ex quib⁹ sciē-
tie habit⁹ deducit̄. nā virtus et efficacia huius-
cemodi principioꝝ et quātū ad eoꝝ habēdā no-
ticiā et q̄₃ᵐ ad ꝓbandū et inferēdū sciētie habitū
ex specieꝝ intelligibiliū₃ representatione et de-
terminatione et ex luminis intellect⁹ illustratio
ne ac intelligēdi vigore dependet. vnde ⁊ pͥma
sciētiarum principia ex quibus secundaria capi-
unt virtutem ꝓbādi: ex intellectus lumine et ex
specieb⁹ itelligibilib⁹ q̄b⁹ termini cognoscūt̄: no-

ta īfūſe. cū ꝗ̄ efficaci ꝺductione ꝓbatū ſit ꝙ ꝑmiſſa
duo genera medioꝝ et ꝑncipioꝝ ſint ī aīa xp̄i al-
teri⁹ et alteri⁹ rōnis reſpectu ſciētie eius īfuſe et
ſciētie humane acq̄ſite: ꝯñs ē ꝙ ꝑncipia ſeu me-
dia tertij generis qb⁹ ſciētia īfuſa et acq̄ſita ꝺdu-
cit ac ꝓbat: ſint alteri⁹ et alteri⁹ rōnis. Hoc idē
ꝓbat cōſiderādo vtrāq3 ſciētiā ex pte obiecti ꝓ-
portiōati ⁊ adeq̄ti. tū q2 rō formalis obiecti ſcibi
lis inq̄ᵐ ē ſcibile: diuerſificat̄ ſm ꝑncipioꝝ diuer
ſitatē a q̄bus hit⁹ ſciētie ſumitur, put phs docet
li. p̄°. poſ. caplo certior aūt ſciētia ē. ꝗ̄ altera aūt
ſciētia ē ab altera. tū etiā qm̄ ꝑ hitu3 ſciētie īfuſe
aīa xp̄i habuit cognitionē nō ſolum oīu3 reꝝ ad
quas humane ſciētie naturalit̄ ſe extēdūt: ꝟ etiā
oīu3 eoꝝ q̄ ꝑ diuinā reuelatonē angelis ⁊ hoīb⁹
īnoteſcūt ad q̄cūq3 donū ſpūs ſcti ꝑtineāt, put
S. Tho. notat. 3. p. q. 11ᵃ. ar. p̄°. i. c. Itē3 ꝑ hmōi
ſciētiā īfuſā3 cētias angeloꝝ cognoſcit ꝑ modū
q̄ nate ſunt ab aīa ſepata cognoſci. et iteꝝ oīa
ſingularia ꝑſentia ꝑterita ⁊ futura ꝑ hāc ſciētiam
nouit. ꝑ hitu3 vero ſciētie acq̄ſite aīa xp̄i illoꝝ3
ꝑaſe habuit cognitionē q̄ lumine naturali itelle
ct⁹ agētis ab hoīe cognoſci pñt ꝑ abſtractionem
ſpecieꝝ a reb⁹ ſenſibilib⁹ ꝑ ſenſuū corꝑaliū vires
et actiones. Et ꝺ hīs. S. T. 3ᵃ. p. q. 11ᵃ. articulis
p̄°. et. 4°. et. q. 12ᵃ. ar. p̄°. ¶ Animaduertēdu3 ē
circa ſupradicta ꝙ diuerſitas ſpecieꝝ intelligibi
liū ſufficiēs ad diuerſificādū ſpecifice hitus ſcien
tiaꝝ: nō eſt ꝑ hoc dūtaxat ꝙ alie ſunt a deo īfuſe
et alie ſunt a reb⁹ ipſis ꝑ abſtractionē corꝑalium
ſenſuū et actione itellect⁹ agētis acq̄ſite. nam et
Adā ī ſtatu īnocētie ſpēs habuit a deo īfuſas qb⁹
omniū reꝝ naturaliū ſciētia3 adept⁹ eſt: q̄ tū nō
fuit in eo alteri⁹ rōnis a ſciētia reꝝ naturaliū ce-
teroꝝ hominū ꝑ ſpēs a reb⁹ acceptas virtute i-
tellect⁹ agētis acq̄ſita, put. S. T. expſſe dicit p̄ᵃ
p. q. 94ᵃ. ar. 3. ad p̄ᵐ. ꝟ magis diuerſitas ꝑdicta
ſciētiaꝝ accipit̄ ex diuerſitate ſpēru3 ꝑ hoc ꝙ alie
ſunt ſimpliciores et vniuerſaliores ac capacio-
res. ſ. īfuſe q̄3 ſpēs modo ꝑmiſſo a reb⁹ abſtracte.
et hec ſpēru3 diuerſitas ſemꝑ hēt adiūctā diuer-
ſitatē ſpecificā luminis itellect⁹ ſimul cū diuerſi-
tate ꝑncipioꝝ tertij generis ſupra notata. Unde
ſm viā. S. T. dicēdu3 videt̄ ꝙ ꝑmo hoī in ſtatu
inocētie nō fuit lumē itellect⁹ agētis a deo gratui
to īfuſu3 ſupra lumē naturale. et ꝑ ꝯñs ꝙ ſuꝑ na-
turalia ꝑma ꝑncipia tertij generis q̄ a phs ꝓpo-
ſitiones ꝑ ſe note et imediate dicūtur: nō fuerūt
principia ꝑ infuſionē collata ad illas res cognoſ-
cēdas q̄ naturaliter ab homine ſciri pñt. ex quo
videtur etiā cōſequi ꝙ ſpēs itelligibiles ꝑmo ho
mini infuſe ad ea cognoſcēda q̄ human⁹ intelle-
ctus naturalit̄ ſcire pōt: nō fuerūt magis vl̄es ac
ſimplices et magis capaces q̄3 ſpēs ꝑ abſtractio
nē a phātaſmatib⁹ acq̄ſite q̄bus itellect⁹ homi-
nis ꝑſpicacis ſciētiā naturalit̄ acq̄ſitā hr̄e poteſt
alias indigerēt altiori ⁊ ꝑfectiori lumie illuſtrari
q̄3 ſit lumē itellect⁹ agētis naturale. nā oportet i
omni itellectu ſpēs itelligibiles in rōne repſentā
di: lumini itellect⁹ et ei⁹ ꝑſpicacitati coaptari. et
ſignant̄ dicim⁹ itellect⁹ hoīs ꝑſpicacis: qm̄ itelle
ctus hebes magis cōtractis et particulati diſtin
ctis idiget ſpecieb⁹ q̄3 itellect⁹ ſubtilis et itelligē
tia pollēs. et hui⁹ ſignu3 eſt euidēs ꝙ niſi magi-
ſter docēs cōceptus ſuos vl̄es ac ꝑ hoc ſimpliacio
res diſtiguat et particularit̄ et minutati ꝓponat
diſcipulis: illoꝝ hebetes ⁊ min⁹ inſtructi: doctri-
nā ipſius capē nō valēt. vñ et hic eſt vn⁹ mod⁹ il
luminationis angeloꝝ īferioꝝ et min⁹ ꝑſpicaciū
a ſupiorib⁹, put dictū fuit. 11ᵃ. diſ. ſecūdi. li. ¶ Si
q̄s aūt cōtēdat ꝙ ſpēs itelligibiles ꝑmo homini
a deo īfuſe ad naturalia cognoſcēda fuerūt ma-
gis ſimplices et min⁹ ꝯtracte q̄3 naturalit̄ acquiri
pñt ꝑ abſtractionē a phātaſmatib⁹: cogit̄ conce-
dere ꝙ illi fuerit lumē itellect⁹ infuſu3 ꝑfecti⁹ et
eminēti⁹ q̄3 ſit lumē naturale itellectus humani.
et ꝑ ꝯñs ꝙ media et ꝑncipia ſciētie tertij generis
fuerit ſimpliciora et capaciora q̄3 eiuſmodi ꝑnci-
pia naturalit̄ nota hoīb⁹. q̄bus cōceſſis: neceſ-
ſario ſeq̄ videt̄ ꝙ ſciētia reꝝ naturaliū quā ꝑm⁹
hō habuit in ſtatu inocētie: fuerit alteri⁹ rōnis a
ſciētia reꝝ naturaliū quā ceteri hoīes naturali-
ter hr̄e pñt. nā oīb⁹ ꝑncipijs variatis ex q̄b⁹ hit⁹
ſciētiaꝝ depēdēt: neceſſe ē ꝙ ſciētie ipſe varient̄ et
diuerſaꝝ ſint rōnū. hoc aūt dict. S. Tho. ſupra
allegatis ꝑmapte repugnat.

Quantu3 ad ar-
ticulū quartū reſpōdēdū eſt ob
iectionib⁹ cōtra ꝯcluſiones. Et
q̄dē ad ꝑmū ꝯ ꝑmā ꝯcluſionem
q̄ eſt Joānis de ripa negat̄ pri
ma ꝯña. et ad ei⁹ ꝓbationē ꝺr̄ ꝙ rō falſitatis cōſe-
quētie vera ⁊ potiſſima: nō ē aliq̄ illaꝝ quas ar-
guēs tetigit: ꝟ eſt illa q̄ in ꝑmo notabili aſſigna-
ta ē q2. ſ. noticia vel cognitio ſeu itellectio cuiuſli
bet itellect⁹ creati ē act⁹ ab illo ſic a ꝓpo ꝑncipio
ꝓduct⁹ q̄ ꝺ diuina eſſentia nephas ē dicere. vñ
argumētū ꝓcedit ex iſufficiēti diuiſiōe. ¶ Ad. 2ᵐ
ꝺr̄ ꝙ ſi i antecedēte ſpēs itelligibilis capit̄ ꝓꝑe ꝓ
forma itellectū iformāte ſeu formalit̄ actuāte: an
tecedēs eſt falſū. et ad ꝑmā ei⁹ ꝓbationē negat̄
aſſūptū. nec arguēs ꝓbat. Ad ſcdā3 ꝓbationē ne
gat̄ ꝯña. nam pōt tota memoria bt̄ificari ſine eo

q formalit actuet p diuinā essentiā tanq p spēm intelligibilē. si aūt i antecedēte spēs intelligibilis capit abusiue p oī re q intellectū imutat etiā si nō illū iformet: aňs admittit et negat ↄña. et ad primā ei⁹ pbationē negat assūptū. neq arguēs illō pbat. ad secundā pbationē dr q nihil pbat ad ppositū nrz. ex eo eni q eque itēse sit eleuabilis itelligētia sicut memoria: nō recte sed magis ridiculose iferet q diuina eēntia sit noticia seu cognitio itellect⁹ bri. ¶ Ad. 3^m negat ↄña. et ad ei⁹ pmā pbationē ex auctoritate aplī: dr pmo q ad uerbū sicut nō notat eq̄litatē aut omnimodam silitudinē: s q̄ʒ^m a d id qō imediate pmiserat. cū eni dixissz apls: videm⁹ nūc p speculū in enigmate tūc aūt facie ad faciē: stati subiūgit q̄si expositionē dicti. nūc cognosco ex pte: tūc aūt cognoscā sicut et cognit⁹ sum. vt cognitio ex pte: rñdeat cognitiōi p speculū in enigmate. et qō dr tūc cognoscā sicut et cognitus sum: rñdeat ei qō dixerat tūc aūt facie ad faciē. q̄si silitudo iportata p li sic itelligēda sit q̄ʒ^m ad hoc q sic de⁹ cognoscat nos facie ad faciē. i. clare absq enigmate: ita et nos i patria cognoscem⁹ deū clare ⁊ absq enigmate qō est facie ad faciē videre. Et huic sensui vboꝝ cōsonat qō btūs Joānes p^a. Joā. 3° ait. cū enim dixisset. scim⁹ qm cū apparuerit siles ei erim⁹: q̄si exponēs in q erim⁹ siles subiūgit. qm videbim⁹ eum sicuti ē vidēdo. s. essētiā dei clare et in se. Si eni i auctoritate aplī quā arguēs allegat silitudo deberet accipi q̄ʒ^m ad oia: seqret q sicut de⁹ sua cognitione nos totalit et pfectissime cōprehendit: ita ⁊ nos i patria deū totalit et pfectissima visione ↄprehēderem⁹. et itez q sicut de⁹ naturali sua cognitione nos ⁊ q̄cq̄d in nob ē itimine cognoscit absq lumine sibi supnaturali: ita ⁊ nos in pria naturali cognitione ⁊ absq lumine gratuito nob supnaturali: deū ⁊ q̄cq̄d in deo ē cognosceremus. et multa hmōi dari pnt q oia sunt absurda. Rñdet scdo ad hoiez q ex pmissa auctoritate aplī magis pbat oppositū arguētis q̄ʒ ei⁹ ppositū. nā ex ea etiā in sensu arguētis hoc solum hētur q nos in pria deū cognoscam⁹ sicut a deo cogniti sum⁹. s certū est q cognitio dei q nos cognoscit nō est idē qō cognitū naz nō ē idē realit et essentialit qō nos. seqtur g q cognitio q nos in pria deū cognoscam⁹: nō est idē realit qō ipz cognitū. s. diuina eēntia. hoc aūt ē oppositū arguētis. ipe eni ītēdit pbare q visio seu cognitio beati q diuinā eēntiā cognoscit: sit idē realit qō diuina essentia. Ad scdaz pbationē dr q assūptū ē falsuz. et ad ↄfirmationē dr q peccat p fallaciā fm non causaz vt causaz. pcedit eni ac si causa q̄re visibile ppe videt ise absq specie: sit pptere a q nō distiguit realit a visione. hoc aūt falsum ē et sine rōne dictū. ¶ Ad. 4^m negatur ↄña. p cui⁹ pbatione capiēda ne i equoco pcedam⁹: aduertēdū est q sic apparet ex pcessu arguētis ⁊ pserti ex q̄rta pbatione assūpti ↄ quādā solutionē ab eo positā: arguēs vocat apparētiā obiectiuā ipaz obiecti cognitionē vel suo mō loquēdi eē cognitū quod hēt obm i itellectu. apparētiā vero formalē: vocat spēm seu formā p quā obm cognoscitur. hoc scito: ad formā argumēti dicim⁹ q pma ppositio quā arguēs ad pbationē ↄsequētie negate assumit: ē vera capiēdo quātitatē apparētie quā vocat formalē. s. speciei itelligibilis i representādo nō i essēdo. nā de quātitate ei⁹ in eēndo put. S. Tho. notat i plerisq locis: nō est vera ppositio. Vñ in ð veri. q. 8^a. ar. p°. i oiūgit cognitione q ē p silitudinē: mod⁹ cognitionis ē fm cōueniētiaz silitudinis ad illō cui⁹ est silitudo. et dico cōueniētiā fm repsentationē: nō fzeē naturale. hec ille. et i sensu in q pma ppositio ↄceditur: admittim⁹ etiā ppositionē scdaz. i sensu aūt q pmā negam⁹ negam⁹ ⁊ scdaz. ex his aūt ppositionib⁹ i vero sē sn acceptis: recte seqtur pma ↄclusio quā arguēs ifert capiēdo semp formalē apparētiā i pdicto vero sensu. verū est. n. q nūq aliq̄d apparet imēsuz ex simplici apparētia obiua: nisi formal' apparētia seu apparitio sit imēsa i repsentādo. Cū aūt arguens vlteri⁹ pcedēs assumit hāc q. s. ex nulla apparētia obiua vel formali simplici nō imēsa pōt euident' inferri ituitiue obm apparēs eē imēsum: dicimus q capiēdo apparētiā obiuaz non in essendo nec q̄ʒ^m ad ei⁹ essentiā s vel in repsentādo vl' magis ppe rōne sui termini. s. obi imēsi et capiendo formalē apparētiā modo supradicto. s. in repsentādo: cōcedim⁹ illā. vex nāq ē q cognitio q cognoscit aliq̄d eē imēsuz: ē imensa ex pte termini ⁊ repsentat obm cognitū imēsum: abusiue ⁊ nō pprie tribuēdo cognitiōi moduz quēdaz repsentationis p eo q rē cognitā manifestā et apparētem faciat. Verū ptere a ē q apparētia formalis spēs. s. vel forma repsentās obm imēsum: est imensa in repsentādo. quod nō est aliud dictu q̄ʒ rē imēsam representare. et in hoc vero sensu cōcedim⁹ etiā cōclusionē scdō illatā q. s. ois apparētia simplex formal' vel obiectiua q pōt iferre iudiciū euidēs ð imēsitate obiecti: ē imēsa apparētia quo ad spēm in repsentādo modo pexposito. Cū aūt ex pmissis arguēs isert pbarā esse pmā suā ↄñaz: dicim⁹ q est falsum. nullo enim genere recte illationis etiam apud mediocriter doctos: consequens est ad supra positas premissas: q diuina

essentia possit esse itellectui creato sua visio seu intellectio. nulla eni recta ꝯña inferri pôt ꝙ qꝛ apparētia obiectiua et apparētia formalis qua itellectu btō diuina eēntia apparet imēsa: ē in representādo vel ex pte termini imēsa nō tñ in essendo vel ꝗ͂ᵐ ad ꝓpriā nāꝫ vtriusqꝫ apparētie: adeo cognitio seu intellectio q̄ btūs videt essentiā diuinā sit idē realit̄ qḋ ipsa diuina essentia. nā et si imēsuꝫ in essēdo et ꝑm ꝓpriā nām nō sit aliud p̄ter deū: in repñtādo tñ nō in essendo et ex pte termini ad quē: multa possūt dici imēsa. ois enꝫ creatura dici pôt imēsa in repñtādo ea rōne qꝛ repñtat imēsuꝫ. s. deū. et ois cognitio ꝛ dilectio qua de⁹ cognoscit̄ et diligit̄ dici pôt imēsa a pte termini. s. obiecti qḋ est de⁹ et maxime visio beatifica qua cognoscit̄ ꝙ de⁹ sit imēsus. Illa antez q̄ arguēs gratis ꝛ diffusi⁹ ꝗ͂ oportuit adducit ad ꝓbationē sui antecedētis: nō ꝓsequimur ꝗ͂ꝗ͂ nonnulla digna sint correctione. qm̄ p̄cipuus sue argumētationis defect⁹ ex falsitate ac nullitate cōsequētie ꝓbat̄. ¶ Ad argumēta cōtra eandē conclusionē scdo loco inducta. Ad p̄mū dr̄ ꝙ nō militat cōtra nr̄am ꝯclusionē. ꝓcedit eni ex hoc supposito ꝙ diuina essentia nō est rō vidēdi deū: sed species creata. hoc antē nos nō supponimus imo negam⁹ cū dicam⁹ cū. S. Doc. in multis locis ꝙ diuina essētia p nullā spēm creatā ipam repñtantē: clare ꝛ absqꝫ enigmate videri pôt. si aūt arguens cōtra vsuꝫ loquētiū et ꝓprietatem vocabuli vocet cognitionē beati q̄ de⁹ clare videt̄ speciē creatā: adhuc arguēs ꝓpositū suū nō ꝓbat ꝓpt̄ multa falsa q̄ supponit et assumit. p̄mū est ꝙ si. a. idest visio beatifica esset i se intellectiua potētia p suū esse foret btā. huius certe condicionalis: et antecedēs false ꝓponit̄ tanq̄ꝫ suppositū a dicentibus visionē btificā esse creatā: et cōsequētia est nulla. nam dato illo supposito: nō inde sequit̄ ꝙ dicta visio p suū esse foret beata. tū qꝛ talis visio vere et ꝓprie dicit̄ beatitudo ꝫ non beata sicut neqꝫ albedo dr̄ alba. tū etiā qꝛ ipsa visio non habet ex natura sua et rōne sui esse ꝙ sit beatifica sed rōne obiecti ad quod terminat̄. vnde patet ꝙ due ꝯclusiones et dictis falsis imediate elicite ab arguēte: sunt etiā false cū sua ꝓbatione et vlteriori ꝓcessu. nā totū ꝓcedit ex dictis falsis suppositis p̄sertim ex secūdo. Respōsio aūt ab arguente posita bona est intelligēdo qḋ dicit sub eodē gradu. i. simul. Neqꝫ valet ei⁹ p̄ma iprobatio. qm̄ supponit falsum. s. ꝙ cognitio visionis btifice sit cognitio visionis in ꝓprio genere. hoc aūt falsum ē. nā visio q̄ res videnẗ in vbo seu in diuina essentia: nō ē visio rerū in ꝓprio genere neqꝫ est

vespertina sed matutina ꝑm doctrinaꝫ Augustini quarto super genesim ad litterā. Neqꝫ valet secūda iprobatio. nā ꝓcedit ex falso supposito. s. ꝙ visio btifica dr̄ pri⁹ sit visio suimet ꝗ͂ dei. hoc aūt falsuꝫ ē. imo ex visione dei sicut p̄ncipalis obiecti causatur visio suimet relucentis in deo. Neqꝫ tertia iprobatio valet. nā antecedēs ē falsum ꝛ ꝯña nulla. falsuꝫ ē eni ꝙ. a. idest visio btifica imutet intellectū qꝛ imo est actio secuta ex imutatione intellect⁹. cōsequētia p̄terea nō valet. nō enīꝫ seqt̄ si. a. idest visio est rō cognoscēdi deū etiā imutās intellectū: ꝙ de⁹ sit obm̄ solūmodo terminās visionē. qm̄ visio btifica nō ex se. i. ex sua natura habet ꝙ pficiat intellectū btifice: sed ex obiecto. nō solū qꝛ illā terminat: sed qꝛ est ei⁹ causa p suā presentiā et luminis glie infusionē. vñ tot⁹ huius argumētationis discursus ꝓcedit ex falsis et ab arguēte cōfictis. ¶ Ad. 2ᵐ dicim⁹ ad q̄stionē quaꝫ ꝓponit ꝙ. a. visio intrīsece pficiat intellectiuā potentiā formaliter sicut act⁹ secund⁹ qui ē opatio. et vltra est ponēda pfectio q̄ ꝓuenit ipsi potētie ab obiecto beatifico tanq̄ꝫ ab actu p̄mo. ita ꝙ vtrūqꝫ suo modo: intellectū pficit. sed ex hoc non habet̄ ꝓpositū arguētis vt ipse fingit. nā imutatio q̄ est a vitali obiecto btifico: nō est imutatio secūdi act⁹ q̄ est opatio quā arguēs p̄tēdit: sed ē imutatio p̄mi act⁹ q̄ est p modū forme licet non inherētis. quā imutationē vitalis obiecti nos cōcedim⁹. vñ patet ꝙ lōgus arguētis ꝓcessus queꝫ facit si dr̄ p̄mū ex duob⁹ q̄ in q̄stiōe ꝓposuit: cessat ꝛ est cassus in quo tamē multa falsa ꝛ cōficta assumit et p̄supponit. ¶ Ad. 3ᵐ dicit̄ ꝙ auctoritates Augustini nō militāt ꝯtra nos. nō prima: nā nō adducit̄ ad mentē Augus. nō eni est sensus illoꝝ verboꝝ ꝙ ꝑm illā visionem q̄ est vita eterna beatis: de⁹ formaliter sit in se bon⁹: sed ꝙ est bonus ipm̄ vidētib⁹ eo ꝙ ipsa visio sit ad ipsorum gaudiū et ꝓfectū ad differentiā impioꝝ quoꝝ visio q̄ non ē vita eterna: nō est illis ad gaudiuꝫ ꝫ magis ad luctū. et ꝙ ista fuerit mēs Augus. patet ex ipsa expositione verboꝝ quā subiūgit. cuꝫ enim dixisset ꝑm illā visionē de⁹ bon⁹ est ꝫ quā visionē de⁹ apparet mūdis corde: subinfert. qm̄ q̄ꝫ bon⁹ de⁹ israel rectis corde. qñ autē iudicē videbūt mali: non eis videbit̄ bon⁹ qꝛ nō ad eum gaudebūt corde: sed tūc se plāgēt omes trib⁹ terre. hec Augustin⁹. Et ifra. vita i qua eterna ē illa ꝯtēplatione q̄ nō ad penā videt̄ de⁹ ꝫ ad gaudiū sempiternū. Et infra. hui⁹ forme visio nō erit in bonū eis q̄ male agunt. Et infra. vn⁹ ergo de⁹ ipse est solus bon⁹: ad hoc qꝛ nemo eū videt ad luctū et planctū: sed tantum ad salutem et leti

ciam verã. Nec ꝗ̃ scd̃a auctoritas nob obstat. dicim⁹ eñi ꝙ visio illa d̃ q̃ loquit̃ Augustin⁹ ẽ creata et ẽ summũ bonũ et vltima q̃es nr̃a. non sicut res sũma ꝛ vltimo dilecta: ſ sicut sũma et ꝑfectissima adeptio talis rei sũme et vltimo cõcupita. sũmuꝫ eñi bonũ in quo ẽ sũma et vltima quies: ẽ et creatũ et icreatũ ꝓut lati⁹ deductũ fuit in tertio notabili. Ad auctoritatẽ Hugonis dicit̃ ꝙ sapiẽtia ibi nõ accipit̃ ꝓ actu scd̃o q̃ est opatio qua bti cognoscũt: ſ ꝓ deo q̃ est sapiẽtia q̃ sicut actu ꝑmo imutãte et ꝑficiẽte itellectũ ꝑ modũ obiecti beati cognoscũt. ¶ Ad argumẽta tertio loco iducta Ad ꝑmũ negat̃ ꝯña. et ad ei⁹ ꝓbationem cõcedim⁹ secũdã partẽ disiũctiue. s. ꝙ due cognitiones quaꝝ vtraq̃ est ꝑfectissima et intẽsissima ſm suã spẽm: se cõpatiũtur simul in itellectu aie xp̃i si nõ sint vni⁹ rõnis. cognitio aũt reꝝ in v̾bo et cognitio eaꝝ in ꝓpria nã: nõ sunt vni⁹ rõnis. vñ et vna vocat̃ ab Augus. 4° sup geñsiꝫ ad lr̃aꝫ cognitio matutina et altera cognitio vespertina. Sic r̃ndet. S. T. ad sile argumẽtũ in hac dis. q. ꝑma arti. p°. sub. ar. 5. ad p^m. Et p^a. p. q. 58°. ar. 7° ad. 2^m. Probationes aũt ab arguẽte adducte i ꝯtrariũ: nõ valẽt. nõ ꝑma qm̃ nullũ incõueniens reputam⁹ ꝙ sicut se cõpatiunt̃ due cognitiones simul i intellectu: ita et tres ꝛ q̃tuor et plures si darent̃ diuersaꝝ rõnuꝫ ꝑferti si essent ad inuicem ordinate. vñ ꝛ plures sensationes se simul cõpatiunt̃ in vno hoĩe q̃ simul videt et audit ꝛ sapores ꝑcipit. simul etiã hõ ꝛ videt et loq̄tur ꝛ ambulat. Nec ꝗ̃ valet scd̃a. nã expiẽtia illa v̾itat eꝫ h̾ẽt de cognitionib⁹ nõ subordinatis vl' ad idẽ relatis et in statu vie. Vñ. S. T. 4°. sen. dis. 44. q. 2^a ar. p°. sub. ar. 3°. arguit sic. 4° loco. qñ aĩa ẽ i actu vni⁹ potẽtie: remittit̃ act⁹ alteri⁹ potẽtie. ſ aĩa. s. in pr̃ia sũme erit intẽta ad actũ v̾tutis itellectiue qua deũ cõtẽplabit̃. ergo nõ erit aliq̃ modo i actu sensitiue. ecce argumẽtuꝫ. seq̄t̃ r̃nsio. Ad. 4^m dicẽdũ ꝙ qñ vnũ duoꝝ est rõ alteri⁹: occupatio anime circa vnũ nõ impedit nec remittit occupationes ei⁹ circa aliud. sicut medic⁹ dum videt vrinã: nõ min⁹ põt considerare regulas artis de colorib⁹ vrinarũ sed magis. et q2 de⁹ apprehendet̃ a sanctis vt rõ omnĩũ q̃ ab eis agẽtur vl' cognoscent̃: ideo occupatio eoꝝ circa sensibilia sentiẽda vel q̃cũq̃ alia cõtẽplanda aut agẽda: i nullo ipediet diuinã ꝯtẽplationẽ nec e cõuerso. Vel dicenduꝫ ꝙ ideo vna potẽtia ipedit̃ in suo actu qñ alia vehemẽter operat̃: q2 vna potẽtia de se nõ sufficit ad tã imensaꝫ opationẽ nisi ei subueniat̃ ꝑ id qd̃ erat aliis potẽtiis vel mẽbris influẽdum a ꝑncipio vite. et q2 in sanctis erũt omnes potẽtie ꝑfectissime: vna poterit intẽse opari ita ꝙ ex hoc nullũ ipedimẽtũ ꝑstabit̃ actioni alteri⁹ potẽtie sicut et in xp̃o fuit. Et ꝑ dicta patet responsio ad tertiã ꝓbationẽ ex auctoritate Augus. nã Augustin⁹ loquit̃ de potẽtiis aie in statu vie. ¶ Ad. 2^m dr̃ ꝙ ex auctoritate Augustini nõ aliud ꝓbat̃ q̃̄ ꝙ de⁹ loq̄tur ad itellectuales creaturas ꝑ suã subam. i. ꝑ seipꝫ nõ ꝑ internũtiũ angelũ. ſ ex hoc nõ ꝓbat̃ ꝙ cognitio vel locutio q̃ loquit̃ vel cognoscat creatura deũ: sit ipse de⁹. et si ex ꝑmissis v̾bis Augus. inferri possit ꝙ locutio q̃ de⁹ loquit̃ creature sit ipsa dei suba q2 agere dei ẽ idẽ oĩno qd̃ suũ eẽet esse qd̃ essentia: nulla tñ rõne inferri põt ꝙ cognitio q̃ creatura deum cognoscit nec etiã auditio q̃ deũ loquẽtẽ audit sit dei suba. vnde auctoritas Augustini impertinẽs est ꝓposito arguẽtis. ¶ Ad. 3^m dr̃ ꝙ beati nõ successiue ſ simul et vno intuitu semꝑ ꝑmanẽte: vidẽt v̾buꝫ et oĩa q̃ in verbo vidẽt ꝓut. S. T. deducit p^a. p. q. 12^a. ar. 10. Et i hac. d. ar. 2°. sub. ar. 4°. ꝛ ideo nõ habet in eis locũ q̃stio an eodẽ actu beat⁹ videat verbũ et res in verbo alia et alia vice. nam nõ est nisi semel. dicim⁹ ergo ꝙ neutra pars disiunctiue ẽ vera. qm̃ nec eodẽ actu beatus videt verbũ et res in verbo alia et alia vice nec diuersis actib⁹: sed simul et vno actu videt illa. vñ diuisio arguẽtis ẽ insufficiẽs. ¶ Ad. 4^m dr̃ ꝙ antecedẽs ẽ falsuꝫ. nã nõ iplicat cõtradictionẽ creaturaꝫ rõnalẽ vniri verbo hypostatice: et nullo modo frui ꝓut dictũ fuit supra dis. 2^a. ¶ Ad. 5^m dr̃ ꝙ minor ẽ falsa q̃̄^m ad ꝑtẽ negatiuã. imo multo melius ꝑ alias vias illud vitat̃ sicut patuit supra dis. 12^a. ¶ Ad. 6^m negat̃ minor. et ad ei⁹ probationẽ negat̃ assũptũ. et de hoc dictũ fuit dis. ꝑcedẽte. ¶ Ad. 7^m dr̃ ꝙ in casu arguẽtis ideo beatitudo creata nõ posset saciare aiam bti q2 nõ essꝫ ipsi⁹ opatio et ꝑ ꝯñs nec ipsi⁹ ꝑfectio. nõ eñi haberet aliquã btitudinẽ ad aiaꝫ nisi ꝑsentialitatis ſm quã solã res cui aliq̃d est ꝑsens nõ est in se ꝑfecta. licet eñi albedo parietis sit ꝑsens colũne nigre: nõ erit ipsi⁹ ꝑfectio. nec si arbor d̃cora sit presens hoĩ ceco: ꝑpt̃ colo2is delectationẽ saciabit. nec btitudo icreata q̃ de⁹ ẽ saciaret mẽtẽ rõnalẽ sola ꝑsentia: nisi aliq̃ opatione vel aliq̃ mõ vnionis sibi cõiũgeret̃. ¶ Ad. 8^m dr̃ ꝙ ex ipa argumẽtatione nõ aliud recte ꝯcludit̃ q̃̄ ꝙ btitudo diuina vnit̃ suppositaliť aie xp̃i. ſ nõ ꝙ sit ĩ ea formaliť per quẽ modũ btitudo facit aiaꝫ in qua est vere btãꝫ. nõ eñi ex sola vnione hypostatica btitudinis icreate: aia diceret̃ aut essꝫ btã. alias si v̾buꝫ assũpsisset nãꝫ lapidis hypostatice: lapis essꝫ vere btũs cognitione et fruitione quod ẽ absurdũ.

¶Ad.9m dicit q minor ẽ falsa. et ad ei⁹ ,pbationem negat ɔña. et ad ei⁹ ,pbationẽ negat assũptum in eo q dicit q nos possumus falsificare id qd xp̃s assentijt. nã licet absolute ɔsiderãdo ꝛ in sensu diuiso id qd xp̃s affirmauit põt a nobis falsificari: in sensu tñ cõposito et ꝓsupposita aĩe xp̃i cognitione et affirmatione q nos peccabim⁹: illud falsificare nõ possum⁹. queadmodum vt. S. Tho. exẽplificat. 2a 2e. q. pa. ar. 3o. ad. 2m. deũ nõ incarnari ẜm se cõsideratũ: fuit possibile etiã post tẽpus abrahe. ꝫ ẜm q cadit sub prescientia diuina: habet quãdã necessitatez infallibilitatis. Et. pa. p. q. 23. ar. 6. ad. 2m. licet sit possibile in̄qt cuz q ẽ ꝑdestinat⁹ mori in peccato mortali ẜz se cõsideratũ: tamẽ hoc est incõpossibile posito illum eẽ ꝑdestinatũ. ꝓscientia aũt aĩe xp̃i et affirmatio ei⁹ de aliq̃ fiẽdo vel nõ fiẽdo: deriuat a prescientia et ordinatione dei cui⁹ aĩa xp̃i est instrumẽtũ cõiunctũ sicut et veritas ,pphetie in oib⁹ vere ,pphetis. ¶Ad. 10m dr q assumptũ ẽ falsuz sillud p eaz designet opatione. nõ solũ ,ppter causaz ibi positã: sed magis qꝛ noticia icreata eẽ nõ põt ꝑfectio aĩe xp̃i formalis neqꝫ opatio ab ipsa elicita ,put ex q̃rto notabili põt haberi ad qd nõ confert vnio aĩe xp̃i hypostatica ad icreatã noticiaz vt predictũ est. ¶Ad. 11m dr q auctoritates cõmẽtatoris et Hugonis nõ sunt in hac parte recipiẽde. Dictũ aũt magistri sen. debet itelligi d oibus q̃ ẜm aliqd tẽp⁹ eẽ hñt in rez natura q̃ ꝓbuz dicit scire sciẽtia visionis: nõ de oibus q̃ scit sciẽtia simplicis itelligẽtie. ¶Ad. 12m dr q solutio ibi data bona ẽ. ꝛ ad ei⁹ iprobationẽ dr q assũptũ d colorabili: hẽt veritatẽ si color vniat ei formalit et ,pportionalit. et cõsimilit assumptũ d sensitiuo veritatem hẽt: si sensatio sibi vniat sicut actio ab illo elicita alias vtrũqꝫ assũptũ est falsũ. et pari modo dicim⁹ q omne itellectiuũ nõ se ipo sed p sibi additũ: p quãcũqꝫ itellectionẽ sibi vnitã et ab ipso sicut a ꝑncipio agẽte elicitã: põt intelligere qd de increata dici nõ põt. Qd aũt arguẽs adducit de albedine xp̃i: parꝝ valet ad ei⁹ ,ppositũ. qm p talẽ rõnem nõ plus põt dici aĩa xp̃i itelligere itellectione increata: q̃ corp⁹ xp̃i aut ei⁹ ossa et nerui. qd tamẽ fatue diceret. cõmunicatio aũt idiomatũ in xp̃o ẜm vtrãqꝫ naturã: itelligit fieri supposito non naturis. nõ eñi dicim⁹ humanitas est deitas aut ecõtra: sed homo est de⁹ loquẽdo de xp̃o et ecõuerso. neqꝫ dicim⁹ corp⁹ hoĩs xp̃i vel aĩa creauit celos: ꝫ homo xp̃s celos creauit. vnde in ,pposito nr̃o bene dicim⁹ hõ xp̃s intelligit noticia increata: sed nõ dicim⁹ q aĩa xp̃i itelligat aut cognoscat noticiã increata nisi sicut obiecto et ꝑncipio actiuo aĩam disponẽte ꝛ eleuante p lumẽ glie. ¶Ad. 13m dr q ex ꝑmissis non recte aliud cõcludit q̃ q p diuinã essentiã tanq̃ p intimũ et ꝑfectissimũ representatiuũ: aĩa xp̃i põt intelligere et sicut p formã obiectiuã. et tamẽ ex hoc inferri nõ põt q huiuscemodi cognitio sit p diuinã essentiã formalit sicut p opationẽ. Auctoritas aũt Augus. nõ est ad ,ppositũ arguẽtis imo magis ẽ ad nr̃m. nã mens nõ nouit se p seipsam sicut p noticiã vel intellectionẽ: sed p modũ forme obiectiue seipam repñsentãtis. ¶Ad. 14m negat assumptũ. et ad ei⁹ ,pbationẽ negat minor. imo multo meli⁹ et verius saluat differẽtia cognitionis matutine a vespertina et ecõtra p ea que S. Tho. ponit pma. p. q. 58. ar. 7. Et de veri. q. 8. ar. 16. et. 17. ¶Ad. 15m dr q prima propositio assumpta ẽ vera de lumine glie dei increato. sed loquẽdo de isto lumine secũda ,ppositio ẽ falsa. neqꝫ valet ei⁹ ,pbatio qꝛ lumẽ non dr insufficiẽs ,p eo q nõ supplet vicẽ rei alteri⁹ speciei qualis ẽ cognitio licet improprie et quasi methaphorice possit apellari lumẽ. sicut nõ dicit de⁹ insufficiẽs creator: qꝛ requirit creaturã q̃ terminet creationẽ. neqꝫ dr gr̃a spũs sc̃ti insufficiẽs ad meritũ hominis: qꝛ requirit ad hũc effectũ et mẽtẽ hoĩs et ei⁹ volũtariã opationez. ¶Ad. 16m negat assumptũ. et ad auctoritates Augustini q̃s magister inducit pmo sen. dis. 17. respondet. S. T. ibi in glo. li. q cum dr fraterna dilectio ẽ deus: est ꝑdicatio p causam qꝛ. s. de⁹ est causa nr̃e fraterne dilectionis. p modũ quo Dionisi⁹ dicit q esse diuinũ ẽ eẽ omniũ rez: qꝛ ab eo omne eẽ traducit et exẽplat. Idẽ i sentẽtia respõdet. 2a 2e. q. 23. artu. 2. ad pmũ. ¶Ad. 17m negat ɔña. et ad eius ,pbationẽ negat assumptũ. licet eñi vn⁹ videntiũ deũ ꝑfecti⁹ videat ipm q̃ ali⁹: nõ tamẽ ꝑfectius vidẽs videbit deũ alitei q̃ ꝑfectius de oibus nãqꝫ vidẽtibus inq̃t Joãnes. pa. Jo. i. 3o. videbim⁹ cum sicuti est. vt eñi. S. Tho. dicit. 4. sen. dis. 49. q. 2. ar. 4. ad. 3m. intẽsio ẜm quã aliqd dr magis ꝛ min⁹ nõ solũ causat p recessum a cõtrario: ꝫ etiã p accessum ad terminũ sicut patet in intẽsione lucis corporalis. et sic etiã lumẽ spũale intẽditur i vno beatoꝝ magis q̃ in alio p maiorẽ assimilationem ad deũ: quãuis in nullo inueniat aliqd contrariũ lumini. hec ille. Ad cõfirmationem dr q exẽplũ nõ est simile. qꝛ differẽtia visionis duorũ videntiũ albedinẽ: causat ex diuersitate specieruz ipsaz repñsentãtiũ magis et minus ꝑfecte. et ideo talis differẽtia attẽdit q̃m ad ipam rẽ visam. sed visio beatoꝝ nõ est p diuersas species sed p vnã solã q̃ est diuina eẽntia. et ideo differẽtia in mo-

Quantuz ad articulũ tertiũ p̃mo notãdũ ẽ ppẽ ea q̃ obijciunẽ cõtra p̃mã cõclusionez ꝙ vt accipiẽ ex dictis. S. Tho. in multis locis vt supra i hoc. 3°. dis. 14. ar. 2. sub. ar. 2. ad. 2m. Et. p̃°. p. q. 7. ar. 2. Et. 3. p. q. 10. arti. 3. Et de veri. q. 20 ar. 4. ad. p̃mũ. infinitũ non vno modo dr̃: ꝫ multipliciẽ. aliqd ẽ infinituz simpliciẽ qd. s. est modis omnib9 infinitũ. s. de9. nulla aũt creaturaꝝ ẽ infinita simpliciẽ cũ oĩs creatura certis limitib9 sui generis et speciei sit finita. verũtamẽ aliq̃ creature modo aliq̃ et s̃m qd dñr infinite. vt enim ipse Doc. S. deducit ꝺ veri. loco p̃allegato: in rebus inuenim9 aliquid qd simpliciẽ ẽ modis omnibus ĩfinitũ sicut est de9. aliqd etiã qd oĩbus modis ẽ finitũ sicut res materiales. aliqd etiã qd ẽ quodã modo finitũ ꝛ quodãmodo infinitũ sicut q̃libet substãtia ĩmaterialis. est q̃dem finita inqz̃m habz esse limitatũ ad ppriam naturã eo ꝙ nulla creata natura quãtũcũqz ĩmaterialis: ẽ suuz esse ꝫ eẽ participat. est tñ infinita p remotionẽ illi9 terminationis s̃m quã forma terminaẽ eo ipso ꝙ ĩ materia recipiẽ: cũ oẽ receptũ sit in recipiẽte p modũ recipiẽtis. hec ille. ex q̃b9 et ex his q̃ dicit locis supra allegatis: accipiẽ vt etiaz ipse exprimit 3a. pte loco p̃allegato ad. 3m ꝙ sicut infinitũ multipliciẽ dicitẽ: ita et nihil phibet multa esse infinita et nõ solũ s̃z diuersas rõnes infinitatis sed etiã s̃m eandẽ rõnem. quẽadmodũ plura genera rerum vel plures reꝝ species: plura sunt ĩfinita s̃z quid: ĩfinita tñ vnã ĩfinitatis rõnem q2. s. de infinitis ĩdiuiduis p̃dicari pñt. et q2 ĩfinitas accidit rebus creatis q̃ infinite dñr nã non est substãtia in creaturis vt p̃hs inqt. 3°. phy. cõsequẽs ẽ sicut multiplicaẽ s̃m subiecta diuersa: ꝙ pp̃ceas ĩfiniti aliẽ et aliter pueniat vnicuiqz eoꝝ s̃z singuloꝝ

condicionem. ac p hoc ꝙ nõ quodlibz infinitum cuilibet alteri sit equale vt et supra dis. 14. ꝺ dictũ fuit ꝙ sciẽtia anime christi est quodaz modo infinita: et tamẽ eius infinitas nõ equaẽ infinitati sciẽtie dei. cum igiẽ in pposito nostro dicamus cum sancto doctore ꝙ passio xp̃i aut ipsius meritum vel ei9 humana vita et operatio habuit q̃dã modo infinitũ valorẽ satisfaciẽdi pro humani generis lapsu inqz̃m erat non solum hominis merituz et passio vel vita et actio sed etiam dei cum xp̃s sit vnũ tñmodo suppositũ quod est vere et substãtialiẽ deus et homo: nõ cogimur dicere ꝙ humanitas xp̃i vel ei9 meritum aut vita et opatio humana vel etiã passio equetur deo aut verbo dei in bonitatis aut valoris infinitate. p̃cipue quia ipsa bonitatis aut valoris infinitas: ẽ in xp̃i meritis et actionibus ac passionib9 participatiue et nõ sicut res pmanẽs ꝫ s̃m eẽ intẽtionale deriuata ab ĩfinitate verbi dei cui humanitas xp̃i psonaliẽ est vnita et cui9 sunt actiones et passiones humanitatis tanqz̃ suppositi agentis ꝛ patientis. quẽadmodũ motus et actiões instrumẽti inqz̃m instrumẽtum ẽ: sunt ipsi9 principalis agentis. humanitas siquidẽ in xp̃o vt Damas. dicit in. 3°. li. instrumẽtũ est cõiũctũ diuinitatis animatũ tamẽ ꝛ rõnale. Nec dubiũ aut difficile captu videri debet cuipiã ꝙ operationes et merita hominis xp̃i sint quodã modo infinite bonitatis et valoris: cũ etiã opa meritoria ceteroꝝ hoĩm infinitatẽ quãdam bonitatis et valoris habeant ex motione spiritus sancti per gratiam quo ad huiuscemodi mouentur opera ad merendũ vitam eternam ex cõdigno s̃m verbũ dñi Joã. 4 dicẽtis. aqua quam ego illi dabo fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. quod dictum est de aqua gratie spiritus sancti per quaz homines diuine fiunt consortes nature vt inquit beatus petrus apostolus. 2a. Petri primo. verũtamẽ merita hominis christi non solum precellunt aliorum hominum merita intensiua bonitatis et valoris infinitate: tum quia erant dei et hominis merita; tum etiaz quia ex maxima charitate elicita: sed etiam infinitate quodã modo extensiua. eo ꝙ vt. S. Thomas notat p̃ma. 2e. q. 114. ar. 6. in corpe. merita aliorũ hominũ a xp̃o non se extendunt nisi ad vitam eternam promerendã homini illa operanti. quoniam vnusquisqz nr̃m mouetur a deo per donuz gratie ad hoc vt ipse ad vitam eternam perueniat. sed anima christi mota est a deo per gratiam non solũ vt ipse perueniat ad gloriam vite eterne: sed vt etiam alios in vitam eternã adduceret inquantuz est caput

ecclesie et auctor salutis humane. secundum illud Hebre. 2°. qui multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis eorum et cetera.

¶ Secundo Notandum est prout S. Tho. dicit. 3ª. parte .q.48.ar.3.ad.3m. quod meritum et satisfactio qua xps per passionē suam pro nobis satisfecit: habz effectum in nobis inquantum christo vnimur et incorporamur sicut mēbra capiti. cōputatur siquidez tota ecclesia que est misticum corpus xpi quasi vna persona cum christo suo capite. et ideo satisfactio christi ad omnes ecclesie fideles peruenit sicut ad sua membra quemadmodum in corpore naturali a capite in mēbra deriuatur virtus capitis sicut motus et sensus et huiuscemodi in filius. secundum hoc ergo quod homines incorporantur xpo sicut mēbra capiti: meritum et satisfactio passionis xpi ad illos peruenit. incorporantur autem homines xpo vt membra capiti diuersimode prout. S. Tho. deducit. 3.p.q.8.arti.3. quidam enim incorporantur xpo actu: et hoc secundum triplicez gradū quorum primus est per fidē informem quemadmodum fideles in peccato existētes. isti enim quamuis nō sint mēbra vitam gratie a xpo capite participantia aliquē tamen actū vite spiritualis habēt qui est credere. sicut si mēbrum mortificatum moueatur vtcumque ab homine. secūdus gradus incorporationis est per charitatē vie sicut sunt fideles in hoc mundo charitatē habētes. tertius gradus est per fruitionē patrie. horum autem trium graduū incorporationis xpo capiti: tertius est dignior et perfectior primo et secūdo et secūdus dignior primo. quidam vero homines sunt qui vniunt xpo et ei vt mēbra incorporantur nō actu sed in potētia que tamen ad actū est reducēda. vel secundum primū gradū tantummodo et isti sunt secundum quodcumque tēpus infideles postmodum fideles futuri. vel secundum gradū secundū et tertium et isti sunt qui eternaliter a deo sunt predestinati. alij vero vniunt et incorporant xpo in potētia numquam reducēda ad actū: vel secundum primū gradum sicut infideles numquam infidelitatē deserentes: vel secundum alios duos gradus quemadmodū homines fidem informē suscipientes et in peccato mortali vsque ad extremū vite permanētes. verūtamē hij qui in potētia tantummodo xpo dicunt incorporari numquam reducenda ad actū aut simpliciter aut etiā finaliter recedentes ex hoc seculo: totaliter desinūt esse membra xpi quoniam nō amplius sunt in potētia vt xpo incorporentur. quia igitur vt premissum fuit: meritū et satisfactio passionis xpi deriuata sunt a xpo capite ad ipsius mēbra: et vt deductū est mēbra xpi secundum aliquē modū vel actu vel potentia et simpliciter vel secundum quid sunt omnes homines: cōsequēs est quod meritū et satisfactio passionis xpi oēs homines attigerit secundum sufficiētiam quia scilicet quantum est de se sufficiens fuit ad merēdū et satisfaciendū etiā superabundanter pro omnibus hominibus. iuxta quod prima Joā. 2°. dicit de xpo. et ipse est propiciatio pro peccatis nostris nō pro nostris autem tantum: sed etiam pro totius mundi. secundum efficaciam vero ad electos tantūmodo et predestinatos peruenit.

¶ Tertio Notandū est quod vbi. S. T. dicit quod christus meruit secundum sufficiētiaz pro omnibus hominibus generaliter non tamē secundum efficaciā sed tantummodo pro his qui xpo vniuntur et incorporant per fidem et charitatem: accipit efficaciaz ex parte effectus nō ex parte virtutis xpi aut sue passionis. que sicut fuit sufficiens pro omnibus ita quantum est ex se fuit et efficax. i. potēs effectū inducere in omnes. verūtamē propter quorūdā indispositionē quia scilicet per fidem et charitatem nō sunt xpo vniti et incorporati ac per hoc nec membra sui corporis quod est ecclesia: effectum meriti passionis xpi nō sunt consecuti. et loquitur. S. T. de effectu principali et vltimato qui est salus et vita eterna secundum illud Joā. 3°. exaltari oportet filiū hominis. scilicet per crucis passionē vt omnis qui credit in ipm non pereat sed habeat vitam eternā. Unde non fuit mēs. S. Tho. quod meritū xpi nullo modo se extēderet efficaciter nisi ad iam xpo vnitos per grām quasi christus per passionē suam non nobis meruerit primā gratiam vt quidā falso ei calūniantur. immo vt ipse docet in pluribus locis non solum primam gratiā: sed et bonam voluntatē et alias dispositiones gratiam precedētes christus nobis meruit per passionē suaz. Unde. 3ª. parte. q.19ª. articulo. 4°. ad.3m. sicut inquit peccatum ade nō deriuatur ad alios nisi per carnalē generationē: ita meritū christi non deriuatur ad alios nisi per generationez spiritualē que fit in baptismo per quē homines xpo incorporantur secundum illud Gala. 3°. omnes quotquot in christo baptizati estis christū induistis. et hoc ipsum est gratie quod homini conceditur regenerari in xpo. et sic salus hominis est ex grā. hec ille. Item de veritate. q. 29. arti. 7. ad. 8m. meritū inquit xpi sufficienter operatur vt quedaz causa vniuersalis salutis humane. sed oportet hāc causam applicari singulis per sacramentum et per fidē formatā que per dilectionē operatur. et ideo requiritur aliquid aliud ad salutē nostram preter meritū christi: cuius tamen meritū christi causa est. Itē ad. 10m sic ait. post passionē christi humana cōditio est multum immutata. quia iam expiato reatu humane nature

homines possunt libere ad pñam euolare. pene etiā eterne ꝓ peccatis ꝑsonalib⁹ debite: ꝑ fidem passionis xp̄i dimittunt̄. dimittuntur vero tēporales virtute clauiū in qbus xp̄i passio operatur. demones etiaʒ reprimunt̄ virtute passionis xp̄i vt non possint tā violenter tentare. fidelib⁹ etiā auxilia multa dant̄ ad resistēdum tentationib⁹. gratia etiam ꝑ virtutē passionis xp̄i datur in sacramētis ad merendū. hec ille. Itē ad .11ᵐ. opera inquit xp̄i nobis ꝓsunt vt in nobis per sacramenta gratiā causent per quam ad opa meritoria incitemur. Deniq̄ ad .13ᵐ sic ait. hoc ipʒ gratie alicui nr̄m a deo confertur ꝙ efficaciā meriti xp̄i consequat̄. vñ per hoc ratio gratie non euacuatur. hec ille. Et pterea pᵃ 2ᵉ. q.114. arti. 5ᵒ. ꝓbat ꝙ nullus pōt sibi mereri pmā grām. et ar. 6. ꝓbat ꝙ solus xp̄s potest nobis mereri pmam grām de condigno. ex quibus omnib⁹ satis apparet ꝙ ſm doctrinā. S. Tho. xp̄s ꝑ passionē suam nō solum nobis meruit adoptionē vite eterne ꝑ grām et ꝑ gratie opa: sed etiam ꝙ meruit nobis pmaʒ grām et suo corpi quod est ecclesia incorporari per fidem. Cum ergo dicit ꝙ meritū passionis xp̄i non habuit efficaciā nisi in his qui xp̄o vniunt̄ per fidē et charitatem: loquit̄ de merito ipsius respectu pmij eterne glorie quod ex diuina ordinatione nullus consequit̄ qui vnitus et incorporat⁹ nō sit corpori xp̄i ꝑ fidem et charitatem. et tamē cum hoc stat ꝙ plura alia bona meruit xp̄s etiā his qui nō sibi ꝑ gratiam et charitatem vniti sunt et incorporati.

**Quarto** Notādū est ꝙ. S. Tho. in hac dis. 18. arti. 2. arguit secundo loco. non pōt esse idē meritū ꝛ premiū sicut nec causa et causatum. sed actus charitatis ꝑfecte est premiū q2 est ipsa fruitio. ergo cū in xp̄o fuerit charitas cōsumata ꝑ ipsam mereri nō potuit. et ita nullo modo merebat̄ cū omnis meriti pncipiū sit charitas. ad quod sic respōdet ad. 2ᵐ dicēdum ꝙ idem nō pōt esse meritū et pmiū respectu eiusdē et ſm idem. vnde ipse motus charitatis hominis xp̄i in quo cōsistit pmiū eius qᵐ ad beatitudinē anime: potest esse meritū respectu beatitudinis corporis et c̄. hec ille. qd̄ quidam etiā Sācti Tho. sequaces intelligūt dictū de vno et eodē motu numero charitatis xp̄i. ita ꝙ idem motus vel act⁹ numero charitatis q̄ anima xp̄i fruebat̄ deo: esset premiū inqᵐ erat dei fruitio: et esset meritum inquātū per ipm merebatur beatitudinem corporis. sed certe iste itellectus nō videt̄ esse de mēte. S. T. nam cū premium essentiale sit dignius premio accidentali et fruitio diuine essentie dignior et perfectior sit imortalitate ꝛ beatitudine corporis: null⁹ recte sapiēs diceret ꝙ fruitio diuine essentie ꝛ premiū essentiale: sit meritum respectu beatitudinis corporis que ad premiū accidētale pertinet cū premiū semper sit dignius merito sicut finis his q̄ sunt ad finem. Unde. S. T. post verba premissa. ar. 4. sub ar. pmo cum obijceret secūdo loco sic. pmiū est dignius merito: sed bonus mot⁹ anime xp̄i quo merebat̄ est dignior quolibet corporali: ergo nō merebat̄ imortalitatē corporis: respōdet dupliciter. pmo quia quāuis actus mētis quo xp̄s merebatur sit simpliciter melius q̄ immortalitas corporis: tamē illa est melior quātū ad statū inquātū. s. pertinet ad statū beatitudinis. actus vero mētis ſm ꝙ in eo cōsistit meritū pertinet ad statū viatoris. ex hac certe respōsione plane accipit̄ ꝙ act⁹ mētis quo anima christi meruit beatitudinē corporis: non fuit ipse idem act⁹ charitatis in quo cōsistit premiū et btitudo essentialis anime. nam huiuscemodi act⁹ ad statū cōprehēsoris ptinet nō ad statū viatoris vt ipse. S. Doc. dicit supra dis. 15. q. 2. ar. pᵒ. sub ar. 3. ad. 3ᵐ. Respōdet secūdo ꝙ assumptum argumēti hēt veritatē in premio substātiali anime et nō in alijs. et hac iterū respōsione idipsum planius habet̄ cū excipiat premiū substātiale aīe a merito imortalitatis et btitudinis corporis. expresse innuēs ꝙ actus mētis anime xp̄i quē dixerat esse meritū imortalitatis xp̄i: nō erat ipse idē actus numero in quo pmiū essentiale cōsistit sed alius mētis act⁹. Et preterea beatitudo corpis naturali ordine et habitudine q̄ inter animaʒ et corpus est: depēdet ex beatitudine anime essentiali, ꝓut in precedēti questione ex verbis sancti Tho. deductū fuit. ergo nō procedit ab ea meritorie cū meritū ꝓcedat ex libero arbitrio cū quo stare non pōt respectu eiusdē act⁹ necessitas naturalis emanationis. vnde repugnat sibi inuiceʒ ꝙ beatitudo corpis naturali depēdētia emanet vel cōsequat̄ ex beatitudine anime essentiali: et ꝙ ex ipsa eadē ꝓueniat merito et libertate arbitrij. Nec ꝓ obstat ꝙ dispēsatione diuina ante resurrectioneʒ xp̄i gloria anime nō redūdabat ad corporis glorificationē: quia nō ideo sequit̄ ꝙ illo tēpore beatitudo anime essentialis: esset meritum glorificationis corpis post resurrectionem habēde. quoniā post resurrectionē naturali ordine et depēdētia ex gloria anime trāsfusa fuit ad corpus ac per hoc non ipsius merito. quāuis ꝑ alios actus charitatis anime xp̄i sicut obediētie ad patrē humilitatis et dilectionis eximie ad ge

tius humanum et ex alijs pluribus: glorificationem corporis potuit promereri. nam non eſt inconueniēs ꝙ ſm diuerſos actus et ſm aliā et aliam rationem: glorificatio et beatitudo corporis chriſti proueniat ab anima chriſti et meritorie et naturali ordine ac dependentia. quemadmodū et pluribus ac diuerſis operationibus meritorijs anima chriſti idem etiam diuerſis tēporibus potuit mereri prout. S. Tho. inquit. 3ª. parte. q. 34. arti. 3. ad. 3ᵐ. eſſet tamen incōueniens ſi ex eodem et ſm eundem actum fruitionis: oppoſito modo procederet. ſ. meritorie et naturali ordine. Dicim⁹ ergo ꝙ in verbis preaſſumptis in principio notabilis. S. Tho. accipit motum vel actū charitatis non in indiuiduo ſed in ſpecie. ita ꝙ relatiuum in quo: refert eundem actum in ſpecie non in indiuiduo. eſt enim mens ipſius dicere ꝙ nihil prohibet motum charitatis hominis chriſti eſſe premium quantū ad beatitudinē anime et eſſe meritū reſpectu beatitudinis corporis: non tamen eundem numero ſed alium et alium. et ideo premiſit ꝙ idem non poteſt eē meritum et premiū reſpectu eiuſdem et ſm idem. Et ꝙ iſtum intellectum habuerit. S. Doc. ꝓbatur. quia argumentum ad quod reſpondet non fundatur principaliter in idēritate actus charitatis: ſed in hoc ꝙ charitas chriſti erat charitas ꝑfecta et conſumata cuius actus eſt frui non mereri: et eſſe premium non meritum. eo ꝙ gratia conſumata eſt in termino non in via in qua ſola locus eſt meriti. vnde quod aſſumit in argumēto ꝙ. ſ. non poteſt eſſe idē meritum et premium non eſt ad probandum ꝙ idem ipſe actus fruitionis non ſit meritum et premium: ſed ad probandū ꝙ meritum et premium cum non ſint idē ſed oppoſita: non procedunt ex eadez cauſa. ſ. ex gratia chriſti conſumata in quo argumentū. S. Doc. fundatur. eſt enim vis argumenti ꝙ q: gratia chriſti erat perfecta et conſumata: non poſſz eſſe cauſa fruitionis anime chriſti que eſt ꝓmiuz et beatitudinis corporis que eſt meritum quantūcūꝗ iſti actus ſint diuerſi. eo ꝙ gratia cōſumata cum ſit in termino: non poteſt eſſe cauſa meriti quod non eſt niſi in via. Probatur ſecundo ex ipſamet reſponſione. vbi cum dixiſſet ꝙ ipſe motus charitatis hominis chriſti in quo conſiſtit ꝓmiū eius quantū ad beatitudinez anime poteſt eſſe meritūz reſpectu beatitudinis corporis: ſubiungit. quod in alijs beatis non cōtingit q: non ſunt in ſtatu acquirendi ſm aliqd ſui. et ideo nec ſibi nec alijs merentur. hec ille. Ex quibus ſatis apparet ꝙ ſi ſanctus doctor locut⁹ fuiſſet in verbis ante dictis de vno et eodem numero motu charitatis cum dicit ipſe mot⁹ charitatis poteſt eſſe meritū et premiū in xp̄o non ſm idem et reſpectu eiuſdez: non negaret id poſſe cōtingere in alijs beatis. q: ꝙm ad hoc non eſt differentia in xp̄o et i alijs beatis quib⁹ etiā cōuenire poſſunt ſimul oppoſita nō ſm idem nec reſpectu eiuſdez. ſed eſt differētia in hoc ꝙ in chriſto charitas cōſumata in cuius actu conſiſtit premiū eſſentiale poteſt ſimul habere etiā motus et actus meritorios: non tamē ſm idem et reſpectu eiuſdē: eo ꝙ chriſtus ſimul erat viator et cōprehenſor. in alijs vero beatis charitas cōſumata nec ſm diuerſa nec reſpectu diuerſoꝝ: poteſt habere actū meritorium quia non ſunt in ſtatu merēdi eo ꝙ nō iā ſint viatores. Et huic intellectui cōſonāt que ipſe Doctor. S. reſpondet ad ſimile argumentū 3ª. parte. q. 15. ar. 10. ad ꝓmū. ait enim. ad ꝓmuz ergo dicēdum ꝙ impoſſibile eſt moueri ad finez et quieſcere in fine ſm idem. ſed ſm diuerſa: nihil hoc prohibet. ſicut aliquis homo ſimul eſt ſciens ꝙm ad ea que iam nouit: et ad diſcēs ꝙm ad ea que non nouit. Itē. q. 19. arti. 3. arguit ſic primo loco. chriſtus ante mortez fuit cōprehenſor ſicut et modo eſt. ſed cōprehenſoris non eſt mereri. charitas enim cōprehenſoris pertinet ad ꝓmiū beatitudinis cum ſm eam attendat fruitio. vnde nō videtur eſſe principiū merendi cuz non ſit idē meritum et premiū. ergo chriſt⁹ ante paſſionem nō merebat ſicut ꝙ modo meretur. ecce argumentū quod eſt idē in ſententia cū argumento in principio notabilis recitato. ſequitur reſpōſio. ad primū ergo dicendū ꝙ fruitio que eſt act⁹ charitatis pertinet ad gloriam anime quā chriſtus non meruit. et ideo ſi per charitatem aliqd meruit: non ſequitur ꝙ idem ſit meritū et premium. non tamen per charitatez meruit in ꝙm erat charitas comprehēſoris: ſed in quantū erat viatoris. nam ipſe fuit ſimul viator et cōprehenſor vt ſupra habitum eſt. et ideo quia nunc non eſt viator: non eſt in ſtatu merendi. hec ille. vbi qō dicit et ideo ſi per charitatem aliquid meruit: nō ſequitur ꝙ idem ſit meritum et premium: cōcluditur ea ratione quia nō ſolū fruitio diuine eſſentie qua chriſtus non meruit eſt actus ſue eximie charitatis: ſed etiam alij actus ſicut dilectio humani generis: obedientia ad patrem: paſſionis et mortiſ acceptatio volūtaria et plures alie operationes ex charitate procedētes qbus chriſtus in mundo conuerſatus meruit beatitudinez corporis.

nec

QUantū ad articulū quartū respōdendū ē obiectionib⁹ in cōtrariū. Et q̄dē ad p̄mū Scoti cōtra p̄mā cōclusionē respōdem⁹ partē negatiuam eius qđ querit capiēdo. vnde frustra arguens sermones multiplicat cōtra partē affirmatiuam quā nullus sane mētis teneret. et cū arguens cōtra partē negatiuam infert. igitur per illō velle cum respectu ad suppositū verbi anima xp̄i potuit ita p̄fecte frui deo sicut potuit verbū suo ꝓprio velle: negat̄ consequētia neq̄ ipse eā ꝓbat. q̄ si presupponit illā esse ꝓbatā per hoc q̄ ponimus velle anime xp̄i habere quandā infinitatem ex vnione ad verbū: fallitur arguēs. q̄ sicut in p̄mo notabili latius deductū fuit: non q̄dlibet īfinitū cuilibet alteri est eq̄le nec in rōne īfinitatꝭ nec i rōne p̄fectiōis et bonitatꝭ. et ideo licet velle anime xp̄i q̄ fruitur deo sit quodā modo infinitū non inde sequit̄ q̄ equalis perfectionis et infinitatis sit sicut velle ꝓpriū verbi quo fruit̄. nam vt in p̄mo notabili dictum fuit: infinitū grad⁹ habet. ¶ Ad. 2m. dicit̄ q̄ et si in per se principio illius velle quod est anima aut ipsius voluntas sit s̄m se finitas: et tamen si accipiat̄ in respectu ad verbū prout. s. ab eo mouetur ad ipsum velle: aliquem modū infinitatis habet prout in p̄mo notabili declaratū est. vnde id quod arguēs assumit falsum est sic vniuersaliter sumptū ꝓut iacet. ¶ Ad. 3m. dicitur q̄ assumptū est falsū. nā vt supra dist. 12. probatū fuit: aliquē modum causalitatis sup actiones humane nature in christo habuit verbū quem non habuit tota trinitas scilicet modū causandi sicut suppositū humane nature eliciens ipsius oꝑationes. Neq̄ obstat quod contra hoc arguēs inducit. nam concedimus q̄ act⁹ volendi anime christi non est infinitus et infinite acceptand⁹ prout depēdet a causis finitis. s. ab anima et ab ei⁹ volūtate: et tamē cum hoc stat q̄ sit quodam modo infinit⁹ et infinite acceptandus ꝓut est elicitus motione et virtute verbi a quo anima mouet̄ ad ipsum velle tanq̄ verbi instrumentū. ¶ Ad. 4m. negatur assumptū. neq̄ valet probatio. quoniam licet illō velle sit finitū s̄m sui naturā et vt sic non sit meritoriū pro infinitis s̄m iusticiam cōmutatiuam verūtamen ex ea parte qua participat quendā modū infinitatis a verbo prout expositum fuit in p̄mo notabili: est meritoriū et retributiuum condigne s̄m iusticiam cōmutatiuam. ¶ Ad argumenta Durādi contra eandē conclusionē ad primū respondet. S. T. in hac distin. 20. ar. 2. ad p̄mū. q̄ non est simile in xp̄o de retributione gratiarū pro beneficijs receptis: et de satisfactione ꝑ peccato cōmisso. q̄ impossibile est q̄ homo non sit semꝑ debitor deo gratiarū actionis: cum a deo habeat totū quod est et totū bonū quod agit. et ideo non exigit̄ in gratiarū actione q̄ sit equiualēs donis perceptis. q̄n̄ et ipsa gratiarū actio ē donū a deo perceptū. sed est possibile homini q̄ ab eo fiat satisfactio equiualēs culpe cōmisse siue per seipsum vt si satisfactio fiat homini in quē peccauit: vel cū dei adiutorio et ꝑ ipsi⁹ gratiā aut virtutē vt si in deū sit culpa cōmissa. non enim ē contra satisfactionē condignā et equalentē culpe q̄ quis satisfaciat cū alterius auxilio dūmtamen in bonitate ac valore equet̄ vel etiam p̄ponderet satisfactio culpe. vnde cū passio xp̄i s̄m naturā humanā non solū equetur sed etiam p̄ponderet corā deo in bonitate ac valore culpe toti⁹ humane nature: tū ꝓpter eximiā christi charitatē qua passus est: tū etiam ꝓpter infinitū ipsi⁹ valorem in q̄m non solū homo sed et de⁹ erat qui patiebat̄: sequit̄ q̄ non solū equalens fuerit culpe pro q̄ satisfecit: sed et multo amplius supabūdans. ꝓpter quod apostol⁹ dicebat Ro. 5°. vbi abūdauit delictū superabūdauit et gratia. Ad id aūt qđ arguēs dicit q̄ si xp̄s peccare potuisset et peccasset: nō potuisset deo cōdigne satisfacere: respondem⁹ dupliciter. p̄mo q̄ casus est impossibilis sicut deductū fuit in. 12a. dis. Respondem⁹ secundo q̄ posito pro impossibili vel possibili q̄ christ⁹ peccasset: ei⁹ peccatū soli nature humane fuisset imputatū cū repugnet diuino supposito. ac per hoc per bonam oꝑationem vel etiam passionē in qua cōmunicaret suppositū verbi et a verbo haberet q̄ndam infinitatis valorem q̄ fuisset actio vel passio dei sicut et nūc ponim⁹ fuisse christi natura nō peccante: posset fieri condigna et equalens ac etiam supabūdans satisfactio. ¶ Ad. 2m. dicit̄ q̄ satisfactio cōdigna ꝓprie non ordinat̄ ad gratie recuꝑationē sed eam presupponit cū sine ea sufficiens non esset. ordinat̄ tamen per se ad delendū pene reatū. et ideo pur⁹ homo q̄ non potuit per seipsū deo reconciliari et ei⁹ gratiam obtinere: satisfacere pro se non potuit. sed christ⁹ in excellentissima gratia dei concept⁹ et nat⁹ et viuens ac vsq̄ ad crucem passus: condigne potuit satisfacere et maxime q̄ deus erat. argumentū autem ꝓcedit de homine puro et in peccatis nato et ideo non est ad ꝓpositū. ¶ Ad. 3m. patet respōsio ꝑ dicta. ꝓcedit enim de satisfactione puri hominis vn de

non est ad propositum. ¶Ad argumētū Scoti contra tertiam conclusionez patet responsio ex his que dicta sunt in tertio notabili. ¶Ad ea q̄ vlterius arguit Aureolus ꝓbans ꝙ idē actus in xp̄o non fuit meritū et premiū: dicitur ꝙ nō militant contra. S. Tho. qui oppositū nuſq̄ꝫ tenuit. ꝙ si arguēs id tenuisse putauit pro eo ꝙ dicit in hac dis. 18. arti. 2. ad. 2^m. ꝙ s. ipse motus charitatis hominis xp̄i in quo cōsistit premiuz ei⁹ q̄^m ad beatitudinē anime pōt esse meritū respectu beatitudinis corporis: deceptus ē non capiēs mētem. S. Tho. ꝓut ex quarto notabili manifestū fit. ¶Ad argumentū ante oppositum respondet S. Tho. in hac dis. 20. arti. 2. ad. 5^m. ꝙ angel⁹ quāuis sit homine supior quantum ad naturam non tamen q̄^m ad gloriam in qua equales angelis erimus. et ideo angelus ad gloriam non potest humanam naturam reparare. et etiam cum sit creatura quicquid potest deo debet. Et i hoc articulus terminatur.

# Distinctio. xxj. et. xxij.

Circa vigesimā primam et vigesimam secundam distinctiōes queritur vtrum christus fuerit ē homo in triduo mortis et arguit ꝙ nō. quia omnis sacerdos est hō. sed christus in triduo mortis fuit sacerdos: aliter non esset veruz quod dicitur in psalmo. tu es sacerdos in eternū. igitur christ⁹ in triduo mortis fuit homo. ¶In oppositū arguitur sic. remoto superiori: remouetur inferius. sed viuum ē superius ad animal et ad hominem. sed in triduo mortis christus non fuit substantia viua nec animata. ergo non fuit homo. ¶In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.

Quantuz ad articulum primū sit prima cōclusio ꝙ in morte christi diuinitas mansit vnita anime ꝛ carni quā uis non humanitati. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac distictione. 21. questione pͥma articulo pͥmo sub articulis primo et. 2. Et. 3^a. parte. q. 50. articulis. 2. et. 3. ¶Secunda conclusio est ꝙ christus vere et per suam presentiam descendit ad inferos. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac distinctione. 22. questione. 2. articulis primo et. 2. et. 3. Itez. 3. parte. q. 52^a. articulis primo et. 2. ¶Tertia cōclusio est ꝙ in triduo mortis christus totus fuit in inferno et totus fuit in sepulchro. Hanc cōclusionem tenet. S. Tho. 3. p. q. 52. arti. 3.

Quantuz ad articulū secundum arguēdum est contra conclusiones. et quidez contra primā arguit Durand⁹ ꝓbando ꝙ post mortem christi diuinitas non remanserit vnita corpori xp̄i aut eius carni cui⁹ oppositum dicit conclusio. de corpore christi inquit oportet aliter dicere s̄m ponentes pluralitatē formarū substātialiū et aliter s̄m ponentes vnitatem earū. si enim in homine sit talis pluralitas formaꝝ ita ꝙ corp⁹ sit corp⁹ per aliam formam ab anima que maneat eadez in viuo et mortuo: tunc dicendū est ꝙ a tali corpore nūq̄ꝫ fuit separata diuinitas nec coꝛ vnio soluta fuit propter easdem rationes q̄ dicte sunt de anima. et s̄m hanc opinionem corpus christi viuuz et mortuum fuit idem numero non solum idētitate suppositi sed etiam nature qꝛ māsit ante mortem et post mortem eadē materia et eadem forma numero per quam corp⁹ christi fuit idem numero omni modo identitatis numeralis. et hec opinio multū consonat cum dictis sacre scripture et cū cōmuni modo loquendi fidelium qui credunt et dicunt ꝙ idem corpus christi quod fuit natum de virgine et passum i cruce fuit positum mortuū in sepulchro. si aūt non sit in homine alia forma substantialis preter aiam rationalem: tunc necesse est aliqualiter aliud dicere videlicet ꝙ diuinitas non fuit proprie separata a corpore: cessauit tamen vnio eius cū corpore. quod patet quia vnio cessat cessante altero extremoꝛum. sed non est separatio nisi ꝑmanentium. s̄m autem hanc opinionem: corp⁹ xp̄i desijt esse idem numero per mortem quantū ad illud quod erat essentialiter. quia cum corp⁹ nō nominet solā materiam sed compositū ex materia et ex forma dante esse corporeum: de intrinseca et essentiali ratione corporis est forma per quam habet esse corporeū. si autē in homine nō est alia forma preter animaz sed per eam solam

habet corpus esse corporeū et animatum et sic de alijs perfectionibꝰ cum illa separata fuerit in morte:sequit᷑ ꝙ corpus desijt esse essentialiter id quod erat.et sic soluta est eius vnio cum diuinitate propter desitionem eius: quãuis non sit facta separatio ꝓprie. ❡2°.quia supposita vnitate forme ad corpus non dicat solam materiã sed compositū ex materia et forma dãte esse corporeum : corpus in homine et humanitas sunt idē precise et realiter quamuis differant ſm rõnem. sicut ergo erroneū est dicere ꝙ humanitas q̄ dicit totū compositum ex partibus vnitis.s.ex materia et anima rationali non desierit esse i morte christi alioquin christus in illo triduo fuisset vere homo et non mortuus: sic erroneum est dicere ꝙ corpus quod dicat idem penitus cū humanitate supposita vnitate formarum non desierit esse idem numero ſm naturam in morte christi. et si desierit esse: necessario etiam cessauit vnio diuinitatis cum ipso sicut cum humanitate:quãuis dicatur remansisse idem corpus quantū ad identitatem suppositi et materie. sed nos loq̄mur de identitate nature que potissime est per formã. ſm quem modum necesse est dicere quod dictū est facta dicta suppositione. ❡3°.quia si aliquid ē hic quod videatur scrupulosum vel propinquū errori:totum procedit ex suppositione ꝙ in christo non fuerit aliqua forma substantialis nisi sola anima rationalis cui supposito non oportet ꝑtinaciter adherere vbi videretur ꝙ ex ea seq̄retur aliquid ꝓpinquū errori. hec sunt verba Durandi. ❡Cōtra secundã conclusionē arguit Durandus. cum inquit articulus fidei sit christum ad inferos descendisse et nō possit intelligi rōne diuinitatis ſm quam est vbiq̃ : nec ratione corporis ſm quod fuit in sepulchro: restat ꝙ intelligatur ratione anime. quo supposito videndum ē qualiter anima christi descenderit ad infernum. et est sciendum ꝙ cū anima separata nō sit corpus nec virtus in corpore:non pōt dici ꝙ ipsa anima descenderit ad inferos eo genere motꝰ vel descensus quo corpora mouentur.et rursum ꝙ anima moueat᷑ eo genere motus quo angeli mouentur nam clare patet.angeli enim dicunt᷑ moueri de loco ad locū inq̃ᵐ successiue operant᷑ in diuersis locis.anima autē separata non debꝫ habere aliquã operationem circa locū vel circa corpus existēs in loco. quia cū ex natura sua sit determinata ad certū corpꝰ:non pōt mouere nec agere in aliud nisi mediante corpe ꝓprio. sed illo caret dū est separata.ergo nō pōt dici moueri d loco ad locū ratione operationis quã habeat circa locum vel circa corpus existēs in loco. nihilominus hoc nō obstante pōt dici ꝙ aīa separata pōt descēdere ad infernū dupliciter. vno modo ſꝫ deputationē:et sic dicunt᷑ descēdere ad infernū anime dãnatorū simpliciter quia sunt simpliciter dputate vt resumpto corpe sint in iferno.propter quod dicuntur esse vbi sunt simpliciter dputate. anime autē sanctorū patrū dicunt᷑ esse in limbo vel ad limbū descendisse,ꝓpter deputationē nō simplicē sed cōdicionatã quia resumpto corpore deputate erãt ibi fore nisi liberarent᷑ a redēptore.hoc aūt modo nō dr̄ anima xp̄i descēdisse ad infernū.s.ꝓpter deputationē. quia omnis talis deputatio ē propter culpam cōmissam vel cōtractam q̄ in xp̄o nullo modo fuit.alio modo pōt dici anima separata descēdere ad infernū ſm effectum:et hoc modo pōt dici anima xp̄i descēdisse ad infernū ꝓpter duplicē effectū in illis q̄ erant in inferno. vnus effectus fuit exhibitio visionis diuine qua carebant:ad quã se habuit passio xp̄i per modū meriti. et quia totum meritum depēdet principaliter ab actu anime: ideo hic effectꝰ attribuitur sibi sicut principali ꝑncipio merendi. item ꝑ appropriationē vt sicut xp̄s ſm aīam fuit beatus: sic ſm eam attribuitur sibi fuisse causam beatitudinis in alijs.congruū enim est vt ens in potētia reducat᷑ ad actū ꝑ id quod in actu est. alius effectus sumit᷑ ſm quosdam ad quē se habuit anima directe per modū agētis.s. illuminare animas patrū q̄ erant in limbo de misterijs q̄ cadunt sub reuelatione. ſm enim dionisiū christus ſm animã habet docere angelos et fortiori ratione animas.et rōne huiꝰ duplicis effectus potest dici anima xp̄i descendisse ad inferos. ❡Et hoc confirmat᷑ triplici rōne. Prima est.q2 moueri vel descendere conuenit anime separate non per modum motus corporū sed per modum q̄ moueri competit substantie separate spiritual. sed reliquis substantijs spiritualibꝰ puta deo et angelo: non cōpetit moueri de loco ad locum ꝑ motum qui sit subiectiue in ipsis : sed per effectū quem habēt in alijs rebus.ergo simili modo cōpetit anime separate vt competebat anime xp̄i. Secunda ratio talis est.xp̄s dicit᷑ descendisse ad infernū vt animas sanctorū patrū illuminaret ad videndū deum. in eodē autem instanti quo xp̄s mortuꝰ est:sancti patres viderunt deum. in eodē autem instanti non potuit anima xp̄i esse i inferno per motum. ergo non descendit illuc ꝑ motum qui esset in ipsa:sed per effectum quē habuit in alijs. Tertia. quia sicut in illo triduo dicitur anima christi fuisse in inferno cum animabꝰ

sanctorũ patrũ: sic in illo triduo vel parte tridui dicit fuisse in paradiso cũ anima latronis cui dictum est: hodie mecum eris in paradiso. sed illud non põt intelligi quo ad locũ acquisitũ ꝑ motũ cum sm̃ ponẽtes spiritꝰ in loco diffinitiue et moueri de loco ad locũ: idem spũs non possit simul esse in pluribus locis nec moueri simul pluribus motibꝰ ad diuersa loca tendẽtibus. quare oportet ꝙ intelligatur sm̃ effectũ. Forte dicetur ꝙ paradisus dicitur dupliciter. vno modo locus corporeus. s. celũ empireũ: et sic nõ fuit anima xp̄i ĩ paradiso nisi post ascẽsionẽ. alio modo dicitur paradisus visio diuine essentie: et sic aĩa xp̄i fuit in paradiso ab instãti cõceptionis. et anima latronis in ipso die passionis quia tũc vidit deũ. per quem modũ non repugnat anime xp̄i ꝙ simul fuerit in paradiso sic dicto quasi ꝙ viderit deũ et ꝙ fuerit localiter in inferno. sed hoc non valet. quia sicut paradisus dicitur dupliciter: sic et infernꝰ. vno modo enim dicitur locus corporeus infra terram. alio modo carentia visionis diuine. sicut ergo anima latronis non dicitur fuisse cum aĩa xp̄i in paradiso nisi quia merito passionis xp̄i anima latronis vidit deum: sic anima xp̄i non dicitur fuisse cum animabꝰ sanctorũ patrũ in inferno nisi quia anime eorum que carebant visione diuina et sic dicebãtur esse in inferno: merito huiꝰ passionis ab hac carentia sunt purgate. vtrũqꝫ ergo de pari debꝫ intelligi quo ad effectum et non quo ad locũ vel motum localẽ qui fuerit subiectiue in ipsa anima. hec Durandus in forma. ¶ Contra tertiã cõclusionem arguit Durandꝰ probando ꝙ in triduo mortis christi non fuerit verum dicere totꝰ christus est in sepulchro: nec ꝙ xp̄s est in inferno: nec nunc verũ est dicere totum christuz ibi fuisse. ratio primi est. quia de eo quod non est: nõ põt vere dici esse ibi vel alibi. sed xp̄s in triduo mortis non fuit. ergo non fuit veruz dicere ꝙ esset in sepulchro vel in inferno. et si non ibi fuit: non fuit ibi totus. maior patet. quia non enti: non contingit esse alicubi. minor declaratur. quia xp̄s nominat suppositum subsistens in duabus naturis diuina. s. et humana. nullum autem tale fuit in triduo mortis. propter quod christꝰ non fuit. secũdo quia si aliquod nomen esset impositũ ad significandum hominem album homine desinente esse albo: sicut hec esset falsa homo albus est: sic et illa a simili sicut in triduo mortis hec esset falsa deus et homo est: sic cum in nomine christi importetur vtrũqꝫ: hec fuisset falsa christus est propter falsam implicationem circa subiectum et sic patet primum. Secundum etiaz patet ꝙ scilicet nec nunc est verũ dicere ꝙ totus christus fuerit ibi. non ꝓpter falsam implicationem quia nulla talis est pro moderno tempore sicut fuit in triduo: sed propter aliud. quia cum totus sit adiectiuum: ponit significatum suum circa substantiuum cui additur. cum igitur christus dicat suppositum subsistens in duabus naturis: non videtur ꝙ totus christus sit alicubi nisi vbi est vtraqꝫ natura completa quod non fuit in inferno nec in sepulchro. ¶ 2°. quia ratio in oppositum pro conclusione adducta: non cogit. quia d̄ vi vocis: nõ plus masculinum stat pro supposito q̄ꝫ neutrum. vel dato ꝙ ex vsu loquendi staret pro supposito: nihilominus tamen circa suppositum ponit suuz significatum. ꝙ si nomen suppositi sit nomẽ habẽtis partes sicut est hoc nomen christus quod importat suppositũ in duplici natura: tunc hoc qđ est totus conuenit supposito non in quantuz suppositum solum: sed in quãtũ est habẽs partes. totum enim dicitur respectu partium in illo quod natum est habere partes. cum igitur natura diuina et humana sint partes per se compositi post incarnationem que significantur nomine christi ideo cũ dicitur totus xp̄s est ibi vel alibi: nõ potest verificari nisi sit ibi ꝑsona vel suppositũ cũ vtraqꝫ natura ꝑfecta. ¶ 3°. quia licet si non adderetur totus et diceretur xp̄s fuit in sepulchro: verũ esset non tamen ꝓprie sed figuratiue ꝑ sinedochem accipiendo partẽ pro toto. cum enim xp̄s sit suppositum subsistens in natura diuina et humana cuius partes sunt corpꝰ et anima: nomẽ xp̄i dicit ꝑsonam cõpositã ex omnibꝰ p̄dictis sm̃ Damas. et ideo quicq̄d cõuenit alicui ex predictis q̄ꝫ nõ predicetur de xp̄o vt corpꝰ vel anima si ꝓpter hoc attribuatur xp̄o: hoc erit ꝑ sinedochẽ. vñ cum dicitur fuisse in sepulchro vel in inferno: cum hoc fuerit ratione solius anime vel solius corporis: nõ verificatur proprie sed figuratiue modo predicto. hec Durandus in forma.

Quantuz ad articulum tertium primo notãdũ est ꝓut deductũ fuit supra disti. 2°. ex dictis. S. T. ibidem. q. p̄a ar. p̄°. sub tribꝰ subarticulis. Et 3a. pte. q. 4. ar. p̄mo. ꝙ assumptio verbi dei terminata ē ꝑ se ad humanã naturã. et q2 vnio v̄bi dei cõsecuta est p̄dictã assumptionẽ: sequitur ꝙ verbum dei ꝑ se et directe fuerit vnitũ humane nature ac ꝑ hoc et eiꝰ partibꝰ essentialibꝰ anime. s. et corporis. quibuscũqꝫ a sit aliis vnitũ sit: non nisi hac vnione vel eiꝰ ratione sit vnituz. vñ et tpe

quo xpi corpus vegetabatur et incrementum suscepit: aliis et aliis partib⁹ carnis et ossis per conversionē alimēti in substātiā aliti vicissim aggeneratis: verbū dei vnitū fuit. sed nō nisi eadē vnione ex parte sui qua ab instāti assumptiōis humane nature: corpi ꝛ anime est vnitū. nō eni ipsis vniebatur nisi ratione corporis preassūpti et preuniti vt ita loquar ille partes īserebant. ita ꝙ ex parte huiuscemodi partium: vnio fuit noua: nō ex parte diuini suppositi ꝑ se et formaliter loquēdo. In proposito ergo nostro dicimus ꝙ et si in triduo mortis christi anima separata a corpore noua forma substantialis cadaueris noua vnione ex parte sui vnita fuit diuino supposito: diuinū tamen suppositum non noua vnione ex parte sui illi vnitum fuit ꝑ se loquendo: sed ex ratione vnionis qua a primo instanti incarnationis corpori humano vnitum est. nam ideo forme cadaueris diuinum suppositum vnitum fuit: quia ipsa materie corporis christi vniebatur vt forma. vnde possumus dicere ꝙ non per se et formaliter sed materialiter et quasi per accidens. et isto modo vnionis: nullum inconueniens est ꝙ verbū diuinum multis post primū instans incarnationis vnitum fuerit. credibile enim est ꝙ corpus christi diuersis qualitatibus vt calore et frigore ꝛ diuersis coloribus aliquando mutatum est quib⁹ et consequenti et per accidens oportuit diuinū suppositum vniri cum esset corpori vnitum cui il accidebant. multis etiam vulneribus et plagis corpori sacratissimo in passione inflictis: predicto modo vnionis vnitum fuit. et nunc in celo cicatricibus pluribus diuinum suppositum est vnitum quibus a principio assumptionis humane nature vnitum non fuerat. sed omnibus his vt deductum est: non nisi ex ratione prime vniōis qua corpus et animam ab instanti assumptiōis sibi vniuit: vnitum est. vnde dicere possumus ꝙ vnio qua diuinum suppositum a principio incarnationis vniuit sibi corpus humanum: semper māsit et nūꝙ cessauit per se et formaliter loquēdo. quia eadem ratio vnionis nūꝙ cessauit sed semper mansit etiam in triduo mortis. quamuis ex parte corporis vniti quod fuit aliud et aliud fm essentiam viuum et mortuum: possit dici nō semper mansisse eandem vnionem fm materiam il lo modo loquendi quo phs dicit. 2°. de generatione ꝙ in animali manet per totā vitam eadē caro fm speciem: sed non fm materiam. qꝛ per consumptionem quarūdam partium a calore ꝛ restaurationē aliarū ꝑ alimenti cōuersionē: alia et alia caro aduenit et recedit. Nec refert ꝙ̃tum ad premissa ꝙ in homine ponatur vna tātūmodo forma substantialis. s. anima intellectiua qđ verius tenetur: vel ꝙ preter animam intellectiuā alia forma substātialis ꝑsupponatur vt quidā putant. nam illudmet incōueniens quod illi obiiciunt de cessatione vnionis verbi dei ad carnē supposita in xpo vnitate forme substantialis: nō minus sequitur si cum anima intellectiua ponatur alia forma substantialis corporeitatis. quoniā dato ꝙ in triduo mortis christi remaneret corp⁹ compositum ex materia et forma corporeitatis vnitum verbo dei: illud non esset corpus carnis viuū. ac per hoc neꝗ esset corpus humanū nec idem corpus fm naturam specificā cum corpore christi viuo qđ ab instāti incarnationis assūptum fuit a verbo. et per cōsequens si eorū argumentatio valeret eque bene sequeretur ꝙ vnio verbi dei ad carnē q̄ fuit a principio humanitatis assumpte tunc cessaret: sicut supposita vnitate forme substantialis. et sic pari modo non essꝫ idem corp⁹ christi in triduo mortis et ante mortem identitate nature: quemadmodum supposita vnitate forme substantialis.

¶ **Secundo** Notādū ē ꝙ vt deductum fuit li. 2. dis. 2. q. pª. sub. 3. arti. ex doctrina phi. 7. et. 8. phy. mouens aut agens oportet esse approximatū et immediatū rei q̄ mouet ꝛ agit eo ꝙ omnis motio et actio est ꝑ contactum. et qꝛ res approximate et imediate se habentes ad alias: dicuntur esse illis presentes ꝑ quandam similitudinē ad res visa q̄ imediate se visui offerunt. i. non ꝑ alias res visas: nam res ꝓprie dicunt presentes videnti qꝛ sunt ante illi⁹ oculos: ideo cōsueuit dici ꝙ mouens et agēs debet esse ꝑsens rei q̄ agitur et mouetur. consequit ergo ꝙ ratione cōtactus ꝑ quē fit approximatio: mouēs et agens dicatur esse ꝑsens vel fm sui presentiā vbi mouet vel agit aut operat. Sed cōsiderandū est ꝙ duplex est cōtactus put. S. Tho. notat in pluribus locis ꝛ multum diffuse contra gē. li. 2°. caplo. 56. quidā est contact⁹ quātitatis qui cōuenit agētib⁹ vel mouentib⁹ corpalibus quem consequitur virtualis contactus. alius est cōtactus virtualis tm̄modo et hic debetur agentibus et mouentib⁹ spūalib⁹. contingunt enim res non per quantitatem quā non habēt: sed per suam virtutē et operationē. Est autē differentia in vtrisꝗ agentib⁹ aut mouentibus ꝙ̃tum ad presentialitatem. nam in agentibus aut mouentibus corporeis: presentialitas ad rem cui dicuntur presentes est prius natura ꝙ̃ eorum operatio. et ratio est quia presentiali-

tas vt dictuz est: innascit imediate ex contactu. contactus aūtē agentis vel mouentis corporei primo est p quantitatē ex cuius cōtactu conseqt contactus virtutis et operationis. sunt eni virtutes actiue huiuscemodi agentiū in quāto et sunt quantie p accidēs. quia ergo vt premissuz est statum quo fit contactus per quantitatem conseqt et presentialitas: consequens est q mot⁹ vel operatio que sequitur post contactum quantitatiuum: consequatur etiā ipsius mouētis vel agētis p̄sentialitatem. ita q in agētibus vel mouentibus corporeis: ipsa eoꝝ presentialitas sicut et contactus quātitatiu⁹: est quedā causa motus ꝛ operationis in re q̄ mouetur vel agitur. vnde huiuscemodi agētia corporea ideo mouēt vel agūt circa aliquam rem vel locuz: quia sunt illi presentia et non econtra. in agentibus vero imaterialibus et spiritualib⁹: quia non habēt aliuz contactum ad res vel loca circa que operantur nisi per virtutem suam et operationem: est econuerso. quia motus vel operatio cum causet eorum cōtactū: causat ipsoꝝ presentialitatē et nō ecōtra. ita vt huiusmodi agentia vel mouentia ideo dicantur esse alicui rei vel alicubi presentia siue ꝫ sui presentiā: quia circa illam rē vel locum qualitercūqꝫ agunt aut opantur. ex quo vlteri⁹ sequit ꝫm. S. Tho. doctrinā q agētibus aut mouētib⁹ spiritualib⁹ rō essendi p̄sentialit in loco: est ipsa eorū virtus et opatio. et de hoc dictū fuit latius libro secundo loco preallegato. vnde in ꝓposito nostro quia xp̄s ꝫm aīam descendit in infernum vt in simbolo dr̄ et virtutē suā ac opationē erga infernū et inibi existentes applicuit: sequit q aīa xp̄i nō solū ꝫm effectū: sed etiā ꝫm seipsam p̄sentialiter fuerit in inferno in triduo mortis.

¶ Tertio Notandum est q quidam scripta. S. T. nō ad plenuz et accurati⁹ legētes dicūt q. S. Doc. in. 3ª. p. summe. q. 52. ar. 2. in cor. tenuit q rō essendi in loco substantie imaterialis et incorporee: esset sua essentia. cui⁹ oppositū tenuit in p̄mo ope libro p̄mo dis. 37. ꝓbāt illud. qm̄. 3ª. pte vbi allegatū ē: dicit q anima xp̄i descēdēs ad inferos: ad alias partes inferni descēdit p suū effectū. ad solū aūt locū in q̄ sancti patres detinebant: descēdit p suam essentiā. hoc aūt vt dicūt debet intelligi q2. s. ipsa essentia anime xp̄i fuerit ei rō essendi i loco illo. quēadmodū cum dicit animā xp̄i descēdisse ad alia loca inferni p effectuz: intelligit q effect⁹ quem habuit circa alia loca: fuit illi ratio essendi in illis locis. alias vt dicūt nulla esset differentia quā ipse pretēdit assignare inter descēsuz anime xp̄i ad limbū in quo iusti detinebant: et descēsuz eius ad alias partes inferni qd̄ est cōtra eius ꝓpositū ibi. ¶ Sed in veritate isti decepti sunt nō satis capiētes mentē. S. Doc. Ad quod sciendū est ꝓut. S. T. docet p̄mo li. sen. dis. 37. q. 3. arti. p̄mo ad. 6m. q opans nō oportet esse in opato vel applicari sibi: nisi circa quod imediate opat. Et ar. 2. in cor. cū dixisset q si angel⁹ operet circa totā domū imediate: tota domus respondet ei sicut vnus locus sibi ꝯgit. et dico imediate q2 si angelus moueret lapidem ex cuius motu alia mouerētur: nō oporteret q esset nisi vbi est p̄mū motum. sicut patet in motore corporali quē necesse est tangere solum id quod p̄mo ab eo mouetur. hec ille. Et p̄ma. p. q. 52. arti. 2. in cor. nō applicatur inquit virtus angeli nisi ad id qd̄ p̄mo ab ipso mouetur. vnde et phs. 8. phy. virtutem motoris celoꝝ attribuit parti orientis in q̄ motus celorū primo apparet. hec ille. quia ergo anima christi descendens ad inferos primū et principalem effectum habuit in limbo circa sanctos patres ibi detentos ꝓut in eadē questione. 3ª. p. sub certis articulis. S. Tho. deducit: ideo anima christi dicit descendisse ad limbum sanctorū patrum et in eo fuisse sicut in loco p suam essentiam et non solū per suam opationē vel effectū. vt sit sensus q non solū eius opatio et effect⁹ fuit in limbo patrū: sed etiam ipsa anima per suaz presentiam in eum locum descendit et in eo stetit. nam substantia imaterialis in eo loco presentialiter est: vbi primo et imediate operatur. q2 autem effectus quos habuit in alijs partibus inferni fuerunt minus principales et consequētes ex primo quem habuit in limbo patrū: ideo substantia anime xp̄i non dicitur per seipsam. i. per suam presentiam alijs locis inferni applicata: sed per suum effectū vel operationem. vn̄ de cum dicit per suam essentiam: non est mens. S. Tho. assignare differentiā in eo quod est ratio formalis essendi in loco: sed in re ipsa que subiectiue dicitur esse in loco. vt. s. in alijs locis inferni nō ipsa anima presentialiter fuerit sed eius effect⁹. locum autem sanctoꝝ patrū non solū effect⁹ eius attigit: sed etiam ipsa essentia anime. i. anima p sui presentiam. Una igitur est sentētia. S. Doc. vbicūqꝫ scripsit de modo essendi in loco substantie spiritualis et incorporee. s. q non est in loco sicut locatum: neqꝫ habet situm in loco nec locum replet. sed dicitur esse in loco per virtutē et operationem suam p quam aliqd̄ efficit in loco vel in re locata. sed in hoc est differentia. quia vbi substantia spiritualis opatur imediate: dicit esse ꝫm

fuipresentiam quia.s.ibi est essentia sua. vbi asit operatur nō imediate sed mediante alio loco in quo primo operat: dicit esse solū per opationez vel effectū et nō q eius essentia vel substātia ibi sit. et acapit. S. Tho. in hac materia large opationem pro qualicūqz efficientia vel causalitate aut habitudine quam habeat circa locuz siue sit p motū siue p conseruationem vel cōtinentiam siue p presidentiā vel vnionem aut deputationē siue quocūqz alio modo ,put ipse exponit primo libro senten. loco preallegato . et magis primo quolibet articulo. 4°. in corpore.

apparean̄t ea ad que lux illa cognoscenda perficit: est ex defectiua participatione illius nõ ex inefficacia illius spiritualis luminis. hec ille. quod ergo supra dictũ est ꝙ imperfectio cognitionis ẽ de ratione fidei: debet intelligi non ſm ꝙ fides dicit lumen diuinitus infusum simpliciter: sed ſꝫ ꝙ dicit lumen infusum impfecte et defectibiliter in nobis receptũ. hoc enim totũ importat̃ in rõne nominis fidei. ¶ Ex quib⁹ inferim⁹ nullũ inconueniẽs esse ꝙ obiectũ fidei q̃ꝫ̃ ad cõpletã nominis rationeꝫ: includat aliq̃d impfectionis vel priuationis respõdens impfectioni ꝛ ꝑuationi q̃ in ratione habitus fidei implicat̃. verũtamen sicut lumẽ fidei non habet ſm seipsum impfectionẽ aut defectũ sed est in nr̃o itellectu ꝓpt ei⁹ incapacitatẽ defectibiliter et iperfecte receptuꝫ sic ꝙ impfectio et defect⁹ in ratione fidei importatus sit ex defectiua et impfecta luminis fidei participatione: ita et ꝑuatio et defect⁹ ꝑfecte visionis importat̃ in obiecto fidei nõ a parte ipsius rei. s. veritatis ꝑme: sed ex p̃te nr̃i intellect⁹ imperfecte et defectibiliter ipsam videntis. vñ ꝑuatio et impfectio designata cũ dicit̃ veritas ꝑma nõ visa vel obm̃ fidei nõ visum aut nõ scituꝫ: denominat veritatẽ ꝑmã seu obiectũ fidei denominatione extrinseca. s. a visione defectuosa et impfecta q̃ est subiectiue nõ in re q̃ est ꝑma veritas ꝛ obiectũ fidei: sed in nr̃o intellectu cui⁹ est actus. quẽadmodũ etiã res vera aut intellecta denominat̃ denominatione extrinseca a veritate. s. et intellectione q̃ subiectiue ẽ in intellectu nõ in re ipsa. ex q̃ vlterius sequit̃ ꝙ ratio nõ visi vel non apparentis: nõ est formalis ratio obiecti fidei ex parte rei: sed ex parte intellect⁹ credẽtis. i. ſm ꝙ attingitur per actũ intellectus credentis.

¶ **Secundo** Notãdum est ꝓ declaratione cõclusionis secũde ꝙ vt. S. T. deducit p̃ª 2ᵉ. q. 67. ar. 3. cognitio põt esse iperfecta tripliciť. vno modo ex parte obiecti cognoscibilis. alio modo ex p̃te medij. tertio modo ex p̃te subiecti. ex parte q̃dẽ obiecti cognoscibilis differũt ſm ꝑfectũ et impfectum cognitio matutina et vespertina in angelis. nã cognitio matutina ẽ de rebus ſm ꝙ habẽt eẽ in verbo. cognitio aũt vespertina est de eis ſm ꝙ habẽt eẽ in ꝓpria natura qḋ est impfectũ respectu ꝑmi esse. ex parte vero medij differũt ſm ꝑfectum et impfectũ cognitio q̃ est de aliq̃ cõclusione ꝑ mediũ demõstratiuũ et ꝑ mediũ ꝓbabile. ex p̃te vero subiecti differũt ſm ꝑfectũ et impfectũ opinio fides et sciẽtia. nã de rõne opinionis est ꝙ accipiat̃ vnũ cũ formidine alteri⁹ oppositi. vnde nõ hẽt firmã inhesionẽ. de rõne vero scientie est ꝙ habeat firmã inhesionẽ cũ visione itellectiua. hẽt enĩ certitudinẽ ꝓcedẽtem ex itellectu ꝑncipioꝝ. fides aũt medio modo se habet. excedit enĩ opinionẽ ex hoc ꝙ habet firmã ihesionẽ. deficit vero a sciẽtia in eo ꝙ nõ habet visionem. manifestũ est aũt ꝙ ꝑfectũ et iperfectuꝫ non pñt simul esse ſm idẽ. sed ea q̃ differũt ſm ꝑfectuꝫ et ipfectũ ſꝫ aliq̃d idẽ: pñt esse in aliquo alio eadẽ. sic igit̃ cognitio ꝑfecta et iperfecta ex parte obiecti: nullo modo pñt esse ꝺ eodẽ obiecto. possunt tamẽ cõuenire ꝺ eodẽ medio ꝛ in eodẽ subiecto. nihil enĩ ꝓhibet ꝙ vn⁹ homo simul et semel per vnũ et idẽ mediũ: habeat cognitionẽ de duobus quoꝝ vnũ est ꝑfectũ et aliud impfectũ sicut ꝺ sanitate et egritudine et bono et malo. similiť etiã impossibile ẽ ꝙ cognitio ꝑfecta et imperfecta ex p̃te medij: cõueniãt in vno medio. sed nihil ꝓhibet quin cõueniãt in vno obiecto et in vno subiecto. põt enĩ vn⁹ homo cognoscere eandẽ cõclusionẽ ꝑ mediũ ꝓbabile et demõstratiuũ. et est similiter impossibile ꝙ cognitio ꝑfecta ꝛ impfecta ex parte subiecti: sint simul i eodẽ subiecto. fides autẽ in sui rõne hẽt impfectionẽ que est ex parte subiecti vt. s. credẽs nõ videat id qḋ credit. beatitudo aũt ꝺ sui rõne habet ꝑfectionẽ ex parte subiecti vt. s. beatus videat id q̃ beatificat̃ vt supra dictũ est. vnde manifestũ est ꝙ impossibile est ꝙ fides maneat simul cũ beatitudine in eodẽ subiecto. hec. S. Tho. et ꝑ eandẽ rationẽ impossibile est ꝙ fides et scientia de eodem et ſm ideꝫ: simul sint in vno subiecto.

¶ **Tertio** Notandũ est ꝓ maiori dictoꝝ intelligẽtia ꝙ habitus creditiuus dupliciter põt accipi. vno modo communiter et large ꝓ omni habitu faciẽte itellectũ aliq̃d credere vel alicui assentire q̃litercunq̃ꝫ. et isto modo habit⁹ creditiu⁹ est q̃d cõmune ad habitũ sciẽtie et intellect⁹ et fidei et opinionis. alio modo capit̃ magis stricte et ꝓprie ꝓut distiguit̃ ab habitu sciẽtifico ꝛ ab intellectu q̃ est habitus ꝑmoꝝ ꝑncipioꝝ. et isto modo habit⁹ creditiuus est habit⁹ intellectũ disponẽs ad credẽdũ ea q̃ non videt. i. nõ euidẽter cognoscit. et vt sic ẽ qḋ cõmune ad fidẽ et ad opinionẽ. addit enĩ qḋlibꝫ istoꝝ ad rationẽ habit⁹ creditiui. est eniꝫ opinio habitus creditiu⁹ vnius partis oppositionis cuꝫ formidine alteri⁹. et ideo opinãs nõ omnino determinate assentit illi parti cui magis inclinat̃. fides aũt ẽ hit⁹ creditiu⁹ ꝓpt auctoritatẽ dicentiũ eoꝝ q̃ a credente nõ videnť absq̃ꝫ formidine tñ opposite p̃tis. est enĩ fidei indubi⁹ et determina-

tus assensus.habit⁹ vero fidei est duplex. q̄dã est hūanus acq̄sit⁹ ex auctoritate.s. hoīs dicentis. aliꝰ ē habit⁹ fidei nō humanꝰ acquisitus sed a deo gratis infusus disponēs et ꝑficiens intellectum ad credendū ꝓpter auctoritatē diuinā illa q̄ naturalē hominis cognitionem excedunt. ¶ Ex supra dictis inferim⁹ ꝙ tā opinio q̄ꝫ fides acquisita vel infusa: habet ꝓ subiecto ꝓprio intellectū nō vidētē et nō euidēter cognoscētē id quod est opinatum vel creditum: cū vtriusqꝫ imꝑfectio se teneat ex parte subiecti. ex quo seqꝉ necessario in ꝓposito nr̄o ꝙ fides incōpossibilis sit sciētie de eodē et ſm idē. implicat eni cōtradictionē ꝙ de eodē et ſm idē: simul habeat aliqs fidē ꝛ sciētiam. nā in eo ꝙ ponit̄ fidē de eo habere ponit̄ ꝙ credat id qḋ nō videt aut clare cognoscit. in eo aūt ꝙ ponit̄ simul de illo et ſm idē habere sciētiā: ponit̄ ꝙ credat id quod clare videt et euidēter cognoscit. idē enim et ſm idē simul videri clare et non clare videri ab eodē vidente sunt contradictoria. vnde qui opinant̄ fidem et scientiā esse cōpossibiles simul in vno subiecto de eodem et ſm idem: ignorāt ꝓpriā fidei rōnem. putantes ꝙ imꝑfectio et obscuritas cognitionis que in ratione fidei importat̄: sit ex parte medij precise. et q2 incōueniēs non est ꝙ idem homo simul habeat de eodē et ſm idē: mediū ꝓbabile ꝛ medium sciētificū seu demōstratiuū prout etiā S. Tho. docet pᵃ 2ᵉ. loco preallegato in principio notabilis: ideo nō reputant incōueniēs fidē et scientiam simul esse in intellectu de eodem et ſm idē. Falluntur autē vt ex supradictis patet q2 imperfectio quā fides ex sui ratione implicat: est ex parte subiecti et nō solum ex parte medij. vñ sicut fides et sciētia nō sunt cōpossibiles in eodē medio ꝓbandi idē et ſm idē eo ꝙ ex parte medij differunt sicut ꝑfectū et imperfectū que simul esse nō possunt ſm idē vt supra deductū fuit ex dictis. S. Tho. ita nec sunt cōpossibiles simul in eodē subiecto circa vnam conclusionem sub eadem ratione quia differūt sicut perfectum et imperfectum ex parte subiecti. est enim ꝓpriū subiectum fidei imperfectū cognitione .s. intellect⁹ non videns nec ꝑfecte cognoscens ea que fidei sunt. ita vt quācito aliquid incipit esse visum seu clare apparens intellectui: non potest subesse actui fidei vt obiectū: iuxta diffinitionem fidei positam ab apostolo Hebreorū. 11°. habitus vero sciētie habet pro subiecto intellectū cognitione ꝑfectū videntē .s. et ꝑfecte cognoscentem id quod scitur. vnde quia beati in patria articulos fidei apta visione cognoscūt ſm illud apostoli pᵃ Corin. 13°. tunc aūt videbim⁹ facie ad faciē: ideo in eis fides nō ponit̄ sed visio vel scientia.

¶ **Quarto** Notandū est ꝙ vt accipitur ex dictis. S. T. in hac dis. 24. ar. 2. sub. ar. 2. in cor. fides cōparat̄ ad aliquid dupliciī .s. ꝑ se et ꝑ accidēs. per se quidē fides est de hijs que humanū intellectum simpliciter excedunt et nobis diuinitus sunt reuelata. et ista semper et vbiqꝫ ad fidem ꝑtinēt. nec i statu vie nisi per fidem infusam perfecte credi possunt sicut deum esse trinū et vnum et similia. per accidens vero dicitur esse fides de aliquib⁹ que non simpliciter intellectum hominis excedunt sed intellectū hui⁹ vel illi⁹ hominis q̄ demōstrationē vel ꝑfectā scientiā de illis non habet quēadmodū deū esse et deū esse vnum et similia. et huiuscemodi ad fidem nō pertinēt vbiqꝫ ꝛ semper: sed quādiu aliquis euidentem cognitionē de eis non habet. fides nāqꝫ q̄ᵗᵘᵐ in se est non solum ad ea de quibus simpliciter ꝛ per se est fides inclinat: sed etiam ad omnia que illam concomitantur vel sequuntur vel precedunt ꝓut ibi. S. Tho. in fine notat. sed quia ea que per accidēs alicui cōueniunt non semper insunt: quācito aliquid predictoꝝ que per accidens pertinēt ad fidem incipit esse visum seu scitū vel presens aut apparens intellectui: statim desinit pertinere ad fidem et actui fidei subesse ꝓut. S. Tho. notat de veri. q. 14. ar. 9. i cor. Necqꝫ est incōueniēs ea que semel fide tenent̄: aliquādo nō fide teneri. nam et hoc cōtingit in hominibus beatis qui tenent et credūt articulos fidei nō fide sed visione aperta: quos tamē per habitū fidei crediderunt in statu vie. vnde quācito viatores esse desiñt et beati facti sunt: fides in eis desijt esse ꝛ ipsis articulis non iam fide sed visione assentiunt ꝓut magister sententiarū expresse tenet infra disti. 26. Et cōsimiliter nullum incōueniens est ꝙ aliqui per fidei habitum credant aliqua sequentia vel precedentia ad fidem quoꝝ demōstrationē non habent: de quibus tamen periti non fidem sed scientiam habent. Neciterum est inconueniens ꝙ quis fidei habitu teneat et credat aliqua dum eorum scientiā non habet: et tamen postq̄ꝫ eoꝝ demōstrationē acq̄rit non iam fide sed sola scientia illa cognoscat et credat.

¶ **Quinto** Notādū ē ꝓut tactū fuit ex dictis. S. Tho. q. precedente ꝙ certitudo ꝓprie loquēdo nihil aliud est q̄ꝫ determinatio firma intellectus ad aliquid. et infra dis. 26. q. 2. ar. 4. in cor. dicit ꝙ certitudo ꝓprie dicit̄ firmitas adhesionis virtutis cogniti-

ne in suū cognoscibile. verūtamen ex vsu loquē-
tium tractum est nomen certitudinis ad quedā
alia per similitudinem propter eorum determi-
nationē et firmitatem. vnde et spes dicitur cer-
ta seu certitudinem habere que certitudo nō est
intellectus sed affectus et est alterius rationis a
certitudine fidei que est habitus intellectus. et
inde est ꝙ certitudini spei opponitur proprie dif
fidentia: non dubitatio que fidei certitudini op-
ponitur. ponitur etiam a theologis certitudo p̄-
destinationis que non solum implicat certitudi
nem prescientie et intellectus: sed etiam certitu
dinem ordinis quo per electionem dei ordinan
tur predestinati in salutem eternam. alias p̄de-
stinatus non differret a nō predestinato ex par-
te preordinationis diuine sed tm̄modo ex par-
te prescientie euentus quod est falsum ꝓut. S.
Tho. deducit de veri. q. 6. ar. 3. quamobrē. S.
Doc. ibi in principio responsionis principalis du
plex est inquit certitudo. s. cognitionis et ordi-
nis. ponit autem talem certitudinis distinctio-
nem loquens in ꝓposito suo de certitudine pre-
destinationis que vtrūq; modum certitudinis
comprehēdit. s. ordinis et prescientie. nō ꝙ etiā
alijs quibusdam rebus nomen certitudinis nō
sit ex vsu loquentium accomodatus. dicim⁹ nāq;
certum numerum et certam mensuram et sic de
alijs nōnullis. omnibus tamen nomen certitu-
dinis accomodamus propter eorum determi-
nationem et firmitatem. falsum est igitur ꝙ cer-
titudo ꝓprie et formaliter loquēdo falsitati op-
ponatur ꝓut aliq̄ non satis aduertentes opinā-
tur. neq; enim certitudo est idem qđ veritas. nō
solum certitudo alijs rebus accomodata: ſ neq;
ipsa cognitionis certitudo ꝓprie et formaliter ē
veritas. vnde non directe opponitur falsitati sed
magis dubitationi sicut ex parum ante allegat
per. S. Tho. infra distin. 26. deductum fuit. Et
confirmatur. quia si certitudo formaliter eēt ve
ritas: incertitudo que directe opponitur certitu-
dini: idem esset quod falsitas. et per consequens
omnia incerta et dubia essent falsa quod nullus
etiam mediocriter doctus vnq̄ diceret. Dicēdū
est igitur ꝙ certitudo cognitionis nec proprie ꝛ
formaliter est cognitio nec cognitionis veritas
sed firmitas et determinatio ex euidentia cogni
tionis causata. Unde. S. Tho. i precedēte dis.
q. 2. ar. 2. sub. ar. p°. in cor. alio modo inquit po
test considerari intellectus noster ſm ordinem
ad rationem que ad intellectum terminatur oū
resoluendo ꝯclusiones in ꝑncipia per se nota: ea
rum certitudinē efficit et hoc est assensus sciētie.
hec ille. Et sub. ar. 3. in cor. certitudo inquit que
est in sciencia et intellectu: est ex ipsa euidentia
eorum que certa esse dicūtur. Et. 2ª 2ᵉ. q. 4. ar.
8. art. certitudo potest considerari dupliciꝰ. vno
modo ex causa certitudinis: et sic dicitur esse cer
ti⁹ illud quod habet certiorē causam. et hoc mo
do fides est certior tribus predictis. q2 fides in-
nititꝰ veritati diuine: tria autē predicta innitunꝰ
rationi humane. hec ille. hec aūt tria vt parū su
pra ꝑmittit: sunt sapientia sciencia et intellectus
ſm ꝙ ponunꝰ a philosopho virtutes itellectua-
les. patet igitur ex vtrisq; verbis. S. Tho. ꝙ cer
titudo intellectus non est cognitio aut veritas
sed ex cognitione causaꝰ. vnde cum dicitur certi
tudo cognitionis et certitudo inhesionis: geniti
uus cōstruiꝰ trāsitiue vel in vi ablatiui vt sit sen
sus certitudo q̄ ex cognitione et que ex inhesio-
ne causatur. vel in vi genitiui vt sit sensus certi-
tudo. i. firma determinatio cognitionis vel inhe
sionis. Quod aūt. S. Tho. dicit loco ꝓxime al-
legato distin. p̄cedente sub. ar. 3. ad p̄mū ꝙ cer-
titudo sciencie cōsistit in duobus. s. in euidentia
et firmitate adhesionis: debet intelligi aliter et
aliter. nā in euidētia cōsistit causatiue: in firmita
te vero adhesionis consistit substantialiter.

**Sexto** Notandū est ꝙ cum. S. T. dicit fidem esse certiorē sciē-
tia vbi allegatū est ꝓ cōclusione: accipit fidē et
sciētiam ꝓut simpliciꝰ et ſm se considerānꝰ. s. ex
parte cause vtriusq; et quātū ad assensum. nam
vnūquodq; iudicaꝰ simpliciꝰ ſm causam suam.
causa aūt fidei infuse est veritas diuina cui inni-
titur q̄ est firmior ꝛ infallibilior q̄; ratio humana
cui sciencia innitiꝰ. si vero cōsiderenꝰ fides ꝛ sciē
tia ſm quid. s. ex parte subiecti: sciētia certior est
fide eo ꝙ intellect⁹ hominis qui est vtriusq; sub
iectum: plenius. i. intelligibilius apprehendit ea
quorum est sciētia cum nō excedāt facultatē ho-
minis naturalem q̄; ea que fidei sunt q̄ naturale
intellectus lumen excedunt. et inde est ꝙ in cre-
dente potest insurgere motus de opposito eius
quod firmissime tenet: quāuis non in itelligēte
vel sciente ꝓut. S. Tho. notat distinctione p̄ce-
dente. q. 2. ar. 2. sub. ar. 3. ad. 2ᵐ. Et magis ex-
presse de veri. q. 14. ar. p°. in cor. nā quāuis cre-
dens firmissime assentiat hijs que credit: nō ta-
men suo intellectui est satisfactum cū non attin
gat ꝓprium terminū qui est visio obiecti intelli-
gibilis. et ideo mot⁹ eius vt cogitationis vel in-
quisitionis nō omnino est quietatus: licet q̄ⁿ ad
assensum sit p imperiū voluntatis captiuat⁹ ꝓ-
ut apostolus dicit. 2ª. Corin. 10. Sciendū tamē

ꝙ maior certitudo sciētie ꝗ̄ fidei ex pte subiecti pōt intelligi intēsiue et extēsiue. intēsiue ꝫ ꝙ certitudo capit̄ ex parte cognitionis et visionis ꝓut illud dicit̄ certi⁹ apprehēdi ab intellectu: quod pleni⁹ et intelligibili⁹ capit. extēsiue aūt ꝙ certitudo scientie consistit in duob⁹.s. in visione seu euidētia et in firmitate adhesionis. certitudo vero fidei consistit ī vno tm̄.s. in firmitate assensus et inhesionis ꝓut. S. Tho. notat dis. precedēte q.2.ar.2.sub.ar.3.ad ꝑmū. sed si certitudo capiatur ꝫm firmitatē assensus quā magis directe implicat: fides certior est sciētia non solū ex parte cause sed etiam ex parte subiecti. et ꝫm hanc distinctionem intelligi debent verba. S. Tho. supra inducta ex.2ª.2ᵉ.q.s. scientia est certior fide ex parte subiecti. Unde eodē articulo ad.2ᵐ. cōcludit ꝙ homo certior est de eo qō audit a deo qui falli non potest ꝗ̄ de eo quod videt propria ratione que falli potest. Et ad.3ᵐ. dicit ꝙ perfectio intellectus ⁊ sciētie excedit cognitionē fidei ꝗ̄ᵐ ad maiorē manifestationē: non tamen quātum ad certiorē inhesionem. eo ꝙ scientia et intellectus innitūt̄ naturali lumini rationis quod deficit a certitudine verbi dei cui innititur fides. Et distinctione precedente loco proxime allegato in corpore ꝯcludit sic. et ideo fides habet maiorem certitudinem quantum ad firmitatē adhesionis ꝗ̄ sit certitudo scientie vel intellectus quāuis in sciētia et intellectu sit maior euidētia eorū quibus assentit̄. Et ibidem ad.2ᵐ. inquit. sciens quātū ad duo recedit a dubietate magis scilicet extēsiue ꝗ̄ credēs. sed credēs ꝫm firmitatē adhesionis: magis recedit ꝗ̄ sciēs ꝫ illa duo.

Quantuꝫ ad articulū quartū respōdenduꝫ est obiectionibus in cōtrariū. Et quidem ad argumenta Aureoli cōtra primaꝫ cōclusionē dicitur ꝙ ꝓcedunt ex falsa imaginatione q.s. S. Tho. ponat ineuidētiam vel esse nō visum esse formaleꝫ rationem obiecti fidei ex parte ipsius rei qō falsum est sicut in primo notabili patuit. vnde mēs S. Tho. sepe explicata in hac materia est ꝙ veritas prima est formale obiectū fidei inꝗ̄ᵐ ē prima veritas. ꝙ autem sit non visa aut nō apparēs est cōdicio nō ipsi⁹ ꝑme veritatis ꝫ se sed nr̄i intellectus q capere nō pōt in hac vita clare ⁊ euidenter id qō est obiectū fidei. Et si dicatur ꝙ veritas ꝑma nō est obiectū fidei nisi adiūcta priuatione nō visi vel nō apparētis: dicim⁹ ꝙ hoc nullū incōueniēs est cū ipse habit⁹ fidei habeat etiā adiunctā imꝑfectionē et ꝑuationē ac defectuꝫ ex pte subiecti ꝓut deductū fuit in secūdo notabili. obiectū eni ꝓpriū hitus defectiui et ꝑuationē implicātis: oportet ꝙ defectū et ꝑuationē dicat in rōne nominis. vn̄ sicut habit⁹ fidei iplicat aliquid ꝑfectionis inꝗ̄ᵐ est lumē a deo infusum: et aliquid imꝑfectionis inquātū imꝑfecte recipitur in nr̄o itellectu: ita et fidei obiectū implicat ꝑ se et formalit̄ aliqd ꝑfectionis respōdēs ꝑfectioni fidei: et aliqd iperfectionis.s. rōneꝫ nō visi vel nō apparētis respondēs imꝑfectioni fidei. et de his latius fuit dictū in ꝑmo et secūdo notabili. Et ꝑ hec patet respōsio ad.5ᵐ. qō est Durādi. ¶ Ad 6ᵐ. cōcedim⁹ totā deductionē. cōsonat eni doctrine. S. Tho. verūtamē quāuis rō non visi se teneat ex parte fidē habētis: denominat tn̄ obꝫ fidei denominatione extrīseca inquātū terminat actū fidei. quēadmodū esse verū et esse scitū denominat ab extrīseco rē verā et scitā. ¶ Ad.7ᵐ. dicit̄ ꝙ procedit ex dicta falsa imaginatione q.s. nos dicam⁹ rōnem formalē obiecti fidei ꝑ se loquēdo eē rōneꝫ nō visi vel nō apparētis. hoc aūt falsum est vt dictū est supra. imo dicim⁹ ꝙ id qō credit̄ et ipsa veritas ꝑma est per se obiectum fidei. ratio aūt non visi est cōdicio denominās ipsum obiectū ab extrīseco.s. a parte subiecti fidei. ¶ Ad.8ᵐ. dicit̄ ꝙ eo modo q ratio nō visi pertinet ad obiectū fidei: omnia de qbus est fides habent attributionē ad illā. nā omnia q fide credūtur sunt nō visa. Et ꝑ dicta pꝫ responsio ad.9ᵐ. ¶ Ad argumēta Durādi cōtra secūdā cōclusionem Ad ꝑmū patet respōsio ex his q dicta sunt in tertio notabili. ¶ Ad.2ᵐ. dicit̄ ꝙ cōcursum fidei et sciētie in eodē subiecto: impedit incōpossibilitas apparentis seu euidētis et nō apparentis seu nō euidētis. et ad hui⁹ improbationē dicit̄ ꝙ non ē simile d sole et luna: et de fide et de sciētia. quia quāuis lumē lune sit obscurū respectu luminis solis: non tamē est de sui ratione ꝙ terminet̄ ad obscurū. et ideo nō est icōpossibile ꝙ lumē lune simul cōcurrat cū lumine solis ad efficienduꝫ aliquid clarū. sed fides habet de sui rōne ꝙ tendat ꝑ actum suum in obscurū et nō visum. ac per hoc non est compossibile ꝙ simul concurrat cum scientia in eodem subiecto: ita ꝙ actus vtriusꝗ terminetur ad aliquid clarum. nam sicut dictum fuit supra in secundo ⁊ tertio notabili: eo ipso ꝙ aliquod obiectum est clare visum: habet oppositam rationē ad fidei habitū et actū. vnde falsuꝫ est ꝙ clarū et obscurū circa que sunt fides et sciētia: sint diuersi gradus eiusdeꝫ perfectionis quēadmodum lumen solis et lumen lune quorum

vnum est participatio alterius. nã quãuis lumē
fidei aliquo modo illuminet mentem qz facit vi
dere hijs que fidei sunt esse assentiendum: non
tamē hec illuminatio est eiusdē rationis imo di-
uersa specie cum illuminatione scientie: cum hec
sit per medium demonstrationis et clarã rei vi-
sionem efficiat: illa vero sit per medium auctori
tatis rei euidentiam non attingens. vnde respe
ctu euidentie rei quam scientia importat: obscu
ritas fidei priuationez dicit. ¶ Ad. 3m. dicitur q
arguens fallitur putans q idem sit omnino ali-
quid tenere ex auctoritate diuina: et per habi-
tum fidei quod falsum est. nam credere seu tene
re aliqd esse verum ex auctoritate diuina: nõ ne
cessario implicat illud esse credenti non visum.
nam vt in secũdo notabili deductũ fuit ex dictis
S. Tho. nihil ꝓhibet q vn9 homo eandē cõclu-
sionē cognoscat p mediũ ꝓbabile simul et p me-
diũ demõstratiuũ. sed credere aliqd p habitum
fidei: implicat illud esse non visum credenti qđ
est incõpossibile ei quod p scientiaz scitur qđ est
necessario visum. vñ fidelis denuo acqrens sciē-
tiam q de9 est vn9: tenet eandē cõclusionē ex au-
ctoritate diuina simul cum scientia sed non p ha
bitũ fidei cui9 actui repugnat q sit circa aliquid
visum aut scitum. et quãuis assensus ex auctori-
tate diuina fuerit primo causatus p habitũ fidei
potuit tamē acquisita sciẽtia de eadem cõclusio-
ne habitus fidei corrũpi manente assensu ex di-
uina auctoritate simul cum scientia. ¶ Ad. 4m.
dicit pmo q ꝓcedit ex falso supposito q. s. sciẽtia
et opinio differãt ex parte medij tãtũmodo. hoc
autē falsum est, ꝓut deductũ fuit in secũdo nota-
bili. imo differũt etiã ex parte subiecti sicut perfe
ctũ et imꝑfectũ et ideo simul esse non possunt in
eodē subiecto. nõ eni scientia et opinio differunt
tñmodo qz opinio est p mediũ ꝓbabile scientia
vero p mediũ demõstratiuũ: sed etiaz differunt
qz opinio habet ꝓ subiecto ꝓprio intellectũ nõ
omnino determinatũ ad id qđ opinat sed formi
dantē seu dubitãtem de ei9 opposito. sciẽtia vero
habet ꝓ subiecto ꝓprio itellectũ omnino deter-
minatũ et certificatũ ex euidẽtia rei de eo quod
scitur absq3 vlla formidie de opposito. et pari mo
do differunt fides et sciẽtia non solum ex parte
medij sed et ex parte subiecti ac per hoc incom-
possibiles sunt in vno subiecto. Dicitur secundo
falsum esse q assensus dubius et assensus certus
concurrant in vnum assensum certũ euidentie.
nam causalitas huioi assensus certi repugnat du
bio assensui opinionis. nec ex dubio et certo po-
test conflari aliquid certum omnino sicut nec ex
calido et frigido vel tepido potest causari aliqd
simpliciter calidum. vnde argumentum ꝓcedit
ex falsis. ¶ Ad. 5m. dicit q procedit ex falsa ima-
ginatione arguẽtis qua putat idem esse aliquid
cognosci per medium probabile et cognosci per
habitum opinatiuum. hoc autem falsuz est sicut
patuit in responsione ad. 3m. vnde vbi. S. Doc.
cõcedit eandē ꝯclusionē posse cognosci p mediũ
probabile et per mediuz demonstratiuuz: tenet
q scientia et opinio de eadē conclusione esse nõ
possunt simul in eodē subiecto sicut pa. 2e. q. 67
arti. 3. Cum autem arguens dicit q doctrina cõ-
munis que est. S. Tho. alibi tenet q opinio sta-
re potest simul cum scientia demõstratiua: dr q
id nullibi inuenitur in secundo opere in quo. S.
Doc. sentẽtiã suam firmauit. verũ est tamē q in
pmo ope vt in hoc. 3o. infra dis. 31. q. 2. ar. po. sub
arti. po. ad. 4m. illđ videt tenere. sed hijs q scrip
sit in. 2o. ope standũ est. et maxime qz de veri. q.
14. ar. 9. ad. 6m. expresse dicit q nõ videt possi-
bile aliquē de eodē simul hr̃e sciẽtiã et opinionē.
qz opinio est cum formidine alteri9 partis quam
formidinē scientia excludit et q simpliciter non
est possibile q sit de eadē fides et scientia. Verũ
q ad cõcordantiam dictoꝝ posset dici q in pri-
mo ope loco pallegato accepit differẽtiam opi-
nionis et sciẽtie ex parte medij nõ ex parte sub-
iecti ex qua pte hñt icõpossibilitatē sciẽtia et opi
nio ꝓut apparet ex dictis ipsi9 pa 2e. q. 67. ar. 3.
in cor. Vel potest dici q. S. Doc. loquit de opi-
nione et sciẽtia nõ in eodē subiecto sed in diuer-
sis. ita q opinionē et sciẽtiaz stare simul sit nõ in
eodē subiecto sed de eodē cognito. vel si intelli-
gatur in eodē subiecto: debet accipi de eodē sed
non fz idē. Accipiunt isti sensus ex doctrina phi
pmo poste. caplo vltimo. et ex dictis. S. Tho. ibi
in cõmento. ¶ Ad. 6m. dr q procedit ex eodem
falso supposito sicut et. 4m. q. s. scientia et opinio
non aliter differãt q̃z ex parte medij. hoc autem
falsum ē vt ex respõsione ad. 4m. patuit. qđ aũt
arguẽs exẽplificando dicit qđ assentire ꝯclusioni
necessarie p mediũ cõtingẽs quod estimat eē ne
cessariũ est opinari: falsum est quãuis sit cognos
cere p mediũ ꝓbabile. nã opinari nõ solũ dicit as
sentire per mediũ ꝓbabile: sed simul cum hoc di
cit assentire cum formidine de opposito: capiẽdo
formidinē ꝓ dubietate nõ pro timore qui ē pas-
sio appetit9 sensitiui. qui aũt assentit ꝯclusioni ne
cessarie p mediũ cõtingẽs qđ estimatur necessa-
riũ: non assentit cum formidine de opposito imo
absq3 vlla formidine et dubitatione certitudina
liter assentit. et cum arguens querit quo habitu

id assentiat: dicimus q nullo sed sola actuali falsa estimatione. non enim est necessarium q omnis itellectus assensus procedat ex habitu sicut nec omnis operatio. alias nulle actiones precederent habitū et p consequēs nullus habit⁹ generaret ex actibus quod ɔstat esse falsum. ¶ Ad 7^m. patet responsio ex dictis. pcedit enim ex falsa imaginatione arguentis quasi idem sit omnino mediū pbabile et mediū scientificum cōcurre re ad eundem assensum: et sciētiam et opinionē. hoc autē falsum est vt ex supra deductis patet. ¶ Ad argumēta Durādi cōtra tertiā ɔclusionē. Ad pmū dicit q assumptū est falsum. et ad eius pbationē negat maior. imo certitudo stare pōt cum falsitate. certitudo nāq non est proprie et formaliter veritas neq etiam cognitio veritatis sed firma determinatio intellectus ad aliquid. et de hoc dictum est lati⁹ in qrto notabili. ¶ Ad 2^m. respōdet. S. Tho. dis. precedēte. q. 2. arti. 2. sub. ar. 3. ad. 2^m. Et magis expresse d veri. q. 14. ar. p°. in cor. q homo difficilius recedit a sciētia q̄ a fide: nō q2 firmius adheret hijs q̄ sciunt q̄ hijs que fidei sunt: sed quia intelligibili⁹ et euidentер illis adheret. et quia euidentia prouenit q intellectui sit satisfactum pertingendo ad ppuum terminum qui est visio rei intelligibilis. et ideo motus eius vt cogitationis vel inquisitionis est omnino quietat⁹. quia vero firmitas adhesionis in fide non est ex euidentia rei que creditur sed ex iperio voluntatis et ex inclinatione habitus fidei: ideo licet intellectus firmiter adhereat hijs que sunt fidei magis etiā q̄ hijs que sciuntur: motus eius qui est circa intelligentiam rei credite non est ita omnino quietatus quemadmodum intellectus scientis. et propter hoc intellectus inquirens circa intelligentiam eorū que fidei sunt: nonnū q̄ falsis rationibus aut sophistico sylogismo recedit ab his que crediderat. patet igitur q non ex minori firmitate adhesionis ɔtingit q quis recedat ab his que fidei sunt plus q̄ a sciтis: sed propter occasionem dictam que non contingit in intellectu scientis.

¶ Ad. 3^m. dicitur q procedit ex falso intellectu quem arguens habuit in verbis Sancti Tho. nam cum Sanctus Tho. dicit fidem certiorem esse scientia fm se: non intelligit ly fz se idest ratione obiecti: sed ratione cause ex qua procedit infallibilitas fidei. que causa est medium probādi fidei articulos. hec autem est veritas prima cui tanquam medio per se et formaliter innitit fides. et quamuis idem re sit obiectum fidei et causa que est medium probandi certitudinem fidei: non tamen huiusmodi certitudo procedit ex obiecto sub ratione obiecti crediti sed sub ratione medij probandi. et hoc consonat auctoritati phi primo de anima ab arguente inducte. vbi quod dicit fm certitudinem: exponitur fm qualitatem et modum procedendi que dependet ex medio non ex obiecto. vnde. S. Tho. dictum phi exponēs in cōmento inquit. sic ergo si consideret scientia seu actus eius ex obiecto: patet q illa scientia est nobilior que est meliorū et honorabiliorū. si vero consideret ex qualitate seu modo. s. pcedendi: sic sciētia illa est nobilior que est certior. hec ille. et subiungit. sed hoc est in quibusdā sciētijs diuersum. q2 alique sunt magis certe alijs: et tamen sunt de rebus minus honorabilibus. alie vero sunt de rebus melioribus et magis honorabilibus: et tamen sunt minus certe. hec ille. Ex quibus patet q non fuit mens S. Tho. dicere fidem esse scientia certiorem fm se: quia esset certior ex parte obiecti sed quia certior est ex parte cause que est medium infallibile assentiendi. Et hoc manifeste apparet. 2^a 2^e. questione. 4. articulo. 8. Quod autem arguēs in fine concludit q actus vel habitus nullo modo dicitur certior nisi sit certior quo ad nos: dicimus q est verum capiendo quo ad nos subiectiue vt sit sensus q actus vel habitus non dicitur certior nisi quia facit nos certiores. si tamen intelligatur ly quo ad nos causatiue vt sit sensus q certitudo actus vel habitus non causatur nisi ex parte nostra: falsum est. nec hoc sequitur ex auctoritate philosophi quam arguens induxit. Et per hoc patet responsio ad. 4^m. ¶ Ad. 5^m. patet responsio ex his que dicta sunt in quarto notabili. ¶ Ad. 6^m. dicitur q procedit de tendētia intellectus per actum intelligendi quod et nos concedimus sicut ex quarto notabili patet. nihil autem pbat de tendentia intellectus per actum assentiendi fm quem nos dicimus fidē esse certiorem scientia. ¶ Ad. 7^m. respondet. S. Tho. 2^a 2^e. loco proxime allegato ad. 2^m. q ceteris paribus visio est certior auditu. sed si ille a quo auditur multum excedit visum vidētis: sic certior est auditus q̄ visus. sicut aliquis parue scientie magis certificatur de eo quod audit ab aliquo scientifico: q̄ de eo quod sibi fm suam rationem videtur. et multo magis homo certior est de eo quod audit a deo qui falli nō potest: q̄ de eo quod videt propria ratione que falli pōt. ¶ Ad. 8^m. respondet. S. Tho. in forma dis. pce. questione. 2. arti. 2. sub. arti. 3. ad p^m. q certitudo fidei dicatur media inter certitudinē scientie

et opinionis. non intēsiue ꝑ modū quantitatis continue: sed extensiue ꝑ modum numeri. certitudo enim sciētie consistit in duob⁹. s. in euidētia et in firmitate adhesionis. certitudo autē fidei consistit in vno tm̄. s. in firmitate adhesionis. certitudo vero opinionis: in neutro. quāuis certitudo fidei de qua loquimur: quantū ad illud vnū sit vehementior q̄ certitudo scientie q̄ᵐ ad illa duo. Uel dicēdum ꝙ Hugo loquitur de fide q̄ ē opinio firmata rationibus humanis: non autem de fide infusa. hec. S. Tho. ¶ Ad argumentum ante oppositū respōdet. S. Tho. i hac disti. 24. arti. 2. sub. arti. p̄mo ad. 2ᵐ. ꝙ termini pricipiorum naturaliter notoꝝ sunt cōprehēsibiles nr̄o intellectui. ideo cognitio que cōsurgit ex illis p̄ncipijs est visio. sed nō est ita de terminis articulorum. vnde in futuro quādo de⁹ videbitur per essentiam: articuli erūt ita per se noti et visi sicut modo principia demonstrationis. hec ille. Sed 2ª 2ᵉ. q. p̄ma. arti. 4. ad. 3ᵐ. breuius respondet ꝙ lumen fidei facit videre ea que credūtur. sicut enim ꝑ alios habitus virtutum homo videt illō quod est sibi conueniens s̄m habitum illum: ita etiam per habitum fidei inclinatur mens hominis ad assentiendum his que cōueniunt recte fidei et non alijs. hec ille. Quod autē in pricipio dicit ꝙ lumen fidei facit videre ea que credunt̄ debet intelligi vt ipse exponit. arti. sequente ad primum: idest ꝙ facit videre ea esse credēda: nō ꝙ faciat credibilia videri demonstratiue. Et in hoc articulus terminatur.

CIrca vigesimā sextam distinctionem Joannes Capoli mouet questionem vtrum spes sit virtus theologica. sed quia Durandus qui adducitur contra primā conclusionem non aduersatur doctrine. S. Doc. bene itellectis Durandi rationibus. nec iterū obiectiones Scoti contra tertiam conclusionem sunt de mente ipsius imo ab eo soluuntur: ideo placuit nobis hāc questionem ommittere tanquā non necessariā aut minus vtilem.

## ¶ Distinctio. xxvij. xxviij. xxix. et. xxx.

CIrca vigesimā septimā distictionē vsq̄ ad trigesimam inclusiue querit̄ vtrum homo debeat ex charitate diligere deū plusq̄ seipsum. et arguit̄ ꝙ non quia p̄hs dicit. 9°. ethicorum ꝙ amicabilia que sunt ad alterum venerunt ex amicabilibus q̄ sunt ad seipsum. sed p̄mū in quolibet genere est potissimū. ergo amor quem quis habet ad seipsum: est posterior amore quem habet ad alterum. et ita quisq̄ plus se diligit q̄ deum s̄m naturā. et ita etiam s̄m charitatem cum gratia naturam non destruat. ¶ In oppositum arguitur sic. quia finis est magis diligēdus his q̄ sunt ad finē. sed de⁹ est finis oīm diligibiliū ex charitate. ergo ipse ē maxime diligēd⁹. ¶ In hac q̄stione erūt q̄ttuor articuli vt supra.

QUantū ad articulū primū sit prima cōclusio ꝙ charitas est virtus. Hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac 27. disti. q. 2. arti. 2. Et p̄ª 2ᵉ. q. 62. arti. 3. Et. 2ª 2ᵉ. q. 23. arti. 3. Et in. q. de virtu. q. de charitate articulo. 2. ¶ Secunda cōclusio est ꝙ obiectum charitatis est deus inq̄ᵐ ē beatificatiuus vel beatitudinis obiectum. Hāc conclusionem tenet. S. Tho. in multis locis vt p̄ma. p. q. 60. ar. 5. ad. 4ᵐ. Et. 2ª 2ᵉ. q. 23. ar. p̄°. et. 4. in cor. Et. q. 26. arti. p̄°. Itē in de vir. loco preallegato in cor. et in alijs multis locis. ¶ Tertia cōclusio est ꝙ homo ex charitate plus debet diligere deum q̄ seipsum. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. in. 29. distin. hui⁹ tertij. ar. 3. Et. 2ª 2ᵉ. q. 26. arti. 3. et pluribus alijs locis. ¶ Quarta conclusio est ꝙ charitas inclinat ad amandum deum duplici amore. s. amicitie et cōcupiscentie. ad amorem amicitie per se et principaliter. ad amorem vero concupiscentie: ex consequenti. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. in

hac.27.distin.q.2.ar.pᵒ.Et.2ª 2ᵉ.q.26.ar.3ᵒ.ad.3ᵐ. Quinta conclusio est q in dilectione dei pōt haberi quodā modo respectus ad mercedem. Hanc conclusionez tenet.S.Tho.i.29 distin.huius tertij.arti.4ᵒ. ¶Sexta conclusio ē q in dei dilectione nō est modus adhibendus. Hāc conclusionem tenet.S.Tho. in hac distin.27.q.3.arti.3ᵒ.Et.2ª 2ᵉ.q.27.arti.6. ¶Septima conclusio est q non omnes proximi sunt ex charitate equaliter diligēdi. Hanc cōclusionem tenet.S.Tho.29.distin.huius tertij.arti 6.Et 2ª 2ᵉ.q.26.arti.6.Et in de virtu.q.de charitate.arti.9. ¶Octaua conclusio est q charitas feruentius diligit amicos q̄ inimicos et dilectio amici melior est bonitate specifica q̄ dilectio inimici. Hanc conclusionem tenet.S.Tho.distin.30.huius tertij.arti.3.Et.2ª 2ᵉ.q.27.ar.7.Et in de vir.q.de charitate.arti.8.ad vltimum.

Quantuz ad articulum secundum arguitur cōtra conclusiones. Et quidez cōtra aliqua cōtenta in priᵒ pᵐe cōclusionis argut Aureolus p̄bando q amicitia moralis sit vere et proprie virtus. Primo quia habet vicium oppositum puta esse sine federe et infidelitatem que est maximū vicium. ¶2ᵒ. quia omnia actus distinctus ab actibus aliarū virtutum habēs specialem laudabilitatem et proprias circunstantias differentes a circunstantijs aliorum actuum virtutum iteratus et frequentatus: generat actum virtuosum. sic autem est de actu amicitie qui est idētificare sibi alterum in affatu conuictu affectu et effectu. habet vero propriam laudabilitatem ꝛ proprias circunstantias et est distinctus ab actibus aliaꝝ virtutum puta affabilitatem beniuolentiam beneficientiam. igitur et c̄. ¶3ᵒ. arguit Henricus 10.quolibet.q.8.sic dicens. licet amicitia fundetur in virtute: tamen nulla virtᵘ est perfecta q̄ᵐ ad exercitium sine amicitia. vnde Tullius. virtutum enim adiutrix amicitia a natura data est vt quoniam solitaria non posset ad summū peruenire: coniuncta et sociata cum altera perueniret. propter quod q̄ᵐ ad exercitium operis respectu aliarum virtutum: amicitia est quedam virtᵘ generalis reddens vnicuiq quod suum est et implens illud preceptum. quod tibi vis fieri hoc facias alij: quod tibi non vis fieri non facias alij. ¶4ᵒ. quia cōmētator dicit sup.8.ethicoꝝ. vnā virtutū est dicere amicitiam vt fortitudinē temperantiā et moraliū vnāquāq. hec eni est circa actiones et passiones vt relique. sunt actiōes q̄dem: vt amare. passiones autem vt amationes. hec ille. ¶Cōtra secundā cōclusionē arguit Scotus p̄bādo q deᵘ nō sit obiectū charitatis sub ratione qua beatificatiuᵘ nature rōnalis. Primo quia actᵘ charitatis si est pfectᵘ respicit deuz sub ratione pfectissima diligibilitatis. non ē autē pfectissima ratio diligibilitatis in deo cōparatio eiᵘ ad aliquā creaturā: sed aliq ratio eiᵘ absoluta in se. nam absolute melior est in se q̄ posset esse q̄cūq habitudo ad alterum. ¶2ᵒ. quia querit qd sit illud beatificatiuum aut respectus aptitudinalis quo est aptᵘ natᵘ beatificare: aut respectᵘ actualis quo.s.beatificat. si pmo modo: aptitudo nō est ratio terminādi actuz pfectuz perfectius ratione illius cuiᵘ est talis aptitudo sicut nec vniuersaliter est in se aliqua pfectio sed cōplicat necessario secum naturam cui inest. dicere ergo deum vt est beatificatiuᵘ esse obiectum charitatis: est dicere ipsum inq̄ᵐ est talis nature esse obiectum charitatis. si secūdo modo: hoc nō videt probabile. quia illa relatio q̄ est in obiecto inquātum actualit btificat: sequit actū. non eni est differentia in obiecto inter respectum actualem et aptitudinalē nisi qz actᵘ est circa ipsum elicitus. ergo hoc dicere: esset ponere q inquantū terminat actum a charitate elicitum: habet rationem formalem obiecti actus. ¶3ᵒ. quia aperte bonū vt huic: pertinet ad affectionē cōmodi ſm quaz affectionem voluntas non perficitur a charitate. ¶4ᵒ. quia tam beatificatio actualis q̄ aptitudinalis si quid dicat in deo: dicit relationez rationis precise actualem vel aptitudinalem. nulla autem respectᵘ rationis potest esse ratio formalis terminandi actum charitatis. ¶5ᵒ. qz potentia respiciēs aliquod obiectum cōmune adequatum sibi siue in ratione motiui: non potest pfectissime quietari nisi in eo solo in quo est perfectissime ratio obiecti adequati. sed omnis potētia volitiua respicit pro obiecto primo et adeq̄to totuz ens. in nullo igitur ente siue creato siue increato: potest perfecte q̄etari nisi in illo in quo inuenit perfectissime ratio entis. tale autē soluz est hoc primū ens non sub aliqua ratione relatiua: sed sub ratione qua est hoc ens. hec Scotus in forma. ¶Contra tertiā cōclusionē arguit idē Scotᵘ p̄bando q natura nō suffitit ad diligēdū deuz plus q̄ se sine habitu supernaturali. Primo quia natura determinatur ad vnum. determinatur aūt ad appetēdū eē p̄priū ex.2ᵒ.de generatione. igit non pōt appetere nō esse sui: et hoc q̄cūq

posito circa ipsum nisi dicat quod tamen terminetur ad appetendum suum esse condicionaliter: quod non videtur probabile. quecumque ergo natura intellectualis magis determinatur ad appetendum se esse: quam ad appetendum deum esse si non posset vtrumque simul stare. quia ad appetendum se esse: determinatur sicut ad vnum naturale ad cuius oppositum non potest inclinari quacumque suppositione facta vel condicione posita circa ipsam vel aliud: quia tunc non appeteret se esse nisi sub condicione. ¶ 2°. quia appetitus naturalis non videtur esse nisi respectu conuenientis appetenti. et per consequens primo est respectu illius cui appetit conueniens. illud autem est ipse amans. et sic primo respectu eius. ergo non potest esse magis respectu alterius. ¶ 3°. si aliqua res plus inclinaretur ad esse alterius quam sui: hoc esset vt videtur quia pars magis diligit esse totius quam esse sui ipsius. quia manus se exponit ad saluandum caput et aqua deserit suum proprium locum propter bonum vniuersi ad tollendum vacuum. sed ista non valent quia ista et alia solum ostendunt quod totum prediligit esse sui quam partis. non enim manus exponit se: sed homo exponit manum. nec aqua mouet se sursum propter bonum vniuersi sed virtus regitiua totius prediligit bene esse totius quam partis. ¶ 4°. arguunt alii. quia causa dilectionis est vnitas dilecti ad diligentem. modo maior est vnitas alicuius ad se ipsum quam ad deum. ¶ 5°. quia sicut cognitio naturalis precedit supernaturalem: ita naturalis dilectio que est alicuius ad seipsum: precedit supernaturalem que est cum deus diligitur super omnia. ¶ 6°. quia si hoc esset possibile: tunc superflueret charitas que ad hoc ponitur vt deus super omnia diligatur. ¶ 7°. quia Aristotiles. 9°. ethi. dicit quod amicabilia que sunt ad alterum venerunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum. ¶ 8°. patet de heretico qui permittit se comburi propter deum vt videtur: cum tamen non habeat charitatem. hoc tamen facit propter amorem sui quia diligit hominem suum et propriam voluntatem. ideo permittit se comburi non propter amorem dei. et hec videtur esse intentio apostoli prima Corin. 13. si distribuero inquit in cibos pauperum omnes facultates meas: et si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. et hoc est quia non diligeret deum super omnia. quia non potest sciri vtrum diligat deum super omnia. aliquis enim credit se aliquando diligere deum super omnia et putat se exponere morti propter deum: et tamen hoc facit propter propriam voluntatem implendam vt teneat propositum suum. ¶ 9°. arguit Durandus quod similitudo de ciue exponente se morti propter bonum commune non valet. quia ciuis non exponit se pro communitate quasi diligat eam plus quam seipsum nisi includendo in communitate seipsum: sed quia plus diligit bonum virtutis quam salutem corporis. et hec videtur esse intentio Aristotelis. 9°. ethicorum sicut patet ex toto processu illius capituli. dubitatur autem vtrum oportet. vbi tractat istam materiam. vnde dicit ibi quod ciuis exponendo se pro amicis vel patria: optat sibi maxima bona virtutis. amicis autem et communitati: attribuit plus de ceteris bonis. et concludit quod in omnibus laudabilibus: studiosus videtur sibi ipsi plus boni tribuens. vnde non est verum quod aliqui dicunt quod quando Aristotiles dicit quod studiosus exponens se pro amicis vel patria vult sibi maximum bonum et ita maxime diligit se: quod ibi non fit comparatio dilectionis qua homo diligit se ad dilectionem qua diligit bonum commune: sed fit comparatio dilectionis qua homo diligit se vno modo: ad dilectionem qua diligit se alio modo: est sensus quod homo exponendo se morti pro bono communi: magis diligit se hoc faciendo: quam faciendo oppositum vel quodcumque aliud. istud enim non est verum. imo fit comparatio prima et non secunda vt patet ex ordine textus. ¶ 10. ad idem. quia plus deberet aliquis dolere si fecisset contra bonum virtutis: quam si tota alia ciuitas fecisset. ergo plus debet quilibet plus sibi diligere bonum virtutis: quam communitati. quod si exponat se pro communitate: hoc est attribuendo communitati minus bonum scilicet bonum corporale: sibi autem maius bonum scilicet bonum virtutis. ¶ 11°. quia constat quod quilibet debet se diligere plus quam amicum. et tamen sicut dicit philosophus. 9°. ethicorum oportet pro amicis multa pati et mori si oporteat. ergo ex hoc quod aliquis exponit se morti pro aliquo: non sufficienter arguitur quod diligat alium plus quam se quicquid sit illud siue persona priuata siue respublica. propter quod ille modus probandi qui assumitur scilicet quod ciuis diligat plus bonum commune quam se nisi includendo se in bono communi: est insufficiens quia assumit falsum. ¶ 12. quia falsum est quod assumitur in illa probatione scilicet quod charitas eleuat naturam ad amandum deum secundum specialem rationem scilicet secundum rationem beatificantis. quia hoc non facit charitas sed fides que ostendit nobis in ipso esse rationem beatificantis. necnon etiam ad hoc requiritur fides infusa: cum sine ea possumus de eo concipere rationem beatificantis. et dato quod sic eleuaret naturam ad amandum deum amore concupiscentie: oporteret propor-

tialiter ponere q̄ eleuaret naturam ad amādū deum amore amicitie quantum ad aliam specialem rationem que esset in deo amato: et nō q̄m ad modū amādi ex parte nr̄a: hunc. s. q̄ ametur super omnia. quia amor amicitie cōsurgit ex bono apprehēso in eo qui amatur. sicut amam⁹ amicum virtuosum propter bonū virtutis in eo existentis. propter quod si illa ratio bonitatis absolute concipiatur esse in deo per gratiam preter illam qua concipimus esse in eo per naturā: nulla ratio est quare natura eleuetur per gratiā ad amandum deum amore concupiscentie nisi eleuetur ad amanduz eum amore amicitie quo ad modum diligendi predictum. ¶13°. arguunt sic alij. deus diligitur a nobis tam amore concupiscentie: q̄ȝ amore amicitie. sed charitas eleuat voluntatem ad diligendum deuȝ amore concupiscentie vltra id quod posset ex naturalibus. quia cum ex naturalibus diligamus deum inquantū est vniuersale principium productiuum et cōseruatiuum omnium: charitas eleuat ad diligendū ipsum vt est bonum beatificans. ergo similiter charitas eleuat naturam ad diligendum deum amore amicitie vltra id quod posset ex naturalibus ipsum diligere. hoc autem non est aliter: nisi quantum ad modum et ordinationem diligēdi quam attendit charitas qui est q̄ deus propter se et super omnia diligatur. quare et cetera. Confirmatur. quia per gratiam homo eleuatur aliquo modo ad esse diuinum. propter quod sicut dilectio naturalis sequitur esse naturale: sic gratuita gratuitum quod est diuinum. et ideo sicut dilectio naturalis facit q̄ homo diligat se magis q̄ȝ quodcū̄qȝ aliud: sic gratia facit q̄ magis diligat deum ad cuius esse eleuatur per gratiaȝ q̄ȝ seipsum. et sic est ordo cōuersus in dilectione naturali et gratuita. quia sicut in naturali amicabilia que sunt ad alterum veniunt ex amicabilib⁹ que sunt ad seipsum: sic in dilectione gratuita amicabilia ad seipsum et proximum: veniunt ex amicabilibus ad deum. Confirmatur iterum. q2 sicut est de cognitione naturali et supernaturali sic est de dilectione naturali ꝛ supernaturali. sed cognitio naturalis incipit a creaturis ꝛ terminatur ad deuȝ: supnaturalis vero ecōuerso. ergo similit᷑ est de dilectione naturali et supnāli. ¶14. quia Bernardus de diligendo deo: distiguit q̄tuor gradus diligendi. primus est cum homo nihil diligit nisi se. secūdus cum nihil diligit nisi ꝓpter se et propriam vtilitatem. tertius est cum diligit deum propter deum. quartus cum diligit se et omnia alia propter deum. et dicit q̄ tertius et quartus gradus sunt gratuiti. quartus tamē vt dicit a paucis et q̄si raptim in hac vita attingit. et quia diligere se propter deum et diligere deū plus q̄ȝ se non est atribuenduȝ hoc dilectioni naturali: cum ad hec gratuita vix in hac vita possit attingere. ergo amore naturali quilibȝ diligit se plus q̄ȝ deum. sed per gratiam et charitatem eleuatur ad diligendum deum plus q̄ȝ se. ¶Cōtra quartam conclusionem arguit Durandus probando q̄ deus ſm se non possit esse imediatum obiectum amoris concupiscentie ad nos: sed solum aliquis actus quo a nobis attingitur. et arguit sic. Illud quod amatur amore concupiscentie: amatur finaliter propter illum cui concupiscitur sicut amamus vinum propter nos. sed deus ſm se et imediate non est amandus propť quodcū̄qȝ aliud finaliter. ergo deus ſm q̄ est aliquid in se: non est amādus amore cōcupiscentie. amamus tamen amore concupiscentie actum q̊ deuȝ attingimus sicut visionem vel sequenteȝ fruitionem qua diligimus nobis et propter nos. veruȝ quia deus est obiectuȝ talium actuum: ideo per consequens est obiectum remotum amoris cōcupiscentie q2 obiectum obiecti. et propter hoc quandoqȝ dicunt doctores q̄ deus amatur a nobis amore concupiscentie sicut dicim⁹ nos amare vinum quamuis non imediate amemus vinū sed gustare vinum. ¶Contra quintam conclusioneȝ arguit Durandus probando q̄ in aliquo casu ordinare dilectionem dei ad beatitudinem sicut ad mercedem: esset illicitū et per cōsequēs q̄ distinctio ibi facta non est sufficiens. dicit enīȝ sic. si intelligamus q̄ merces sit finis dilectionis et non dei dilecti: adhuc distinguenduȝ est quia vel accipitur vt finis propter quem totaliter diligitur deus et sine quo non diligeretur: et sic nō est adhuc licitum habere oculum ad mercedem quia deum debemus diligere propter se dato q̄ nihil cōmodi ex tali dilectiōe nob̄ eueniret multo amplius q̄ȝ virtuosus quicū̄qȝ debeat diligere alium virtuosum. omnis enim bonus diligendus est circūscripto alio quocū̄qȝ: cum bonuȝ ſȝ latitudinem suam sit obiectum amoris. si autem merces intendatur vt finis dilectionis non totaliter quoniam sine illa diligeretur deus: sed quia per dilectionem qua diligitur deus intendimus consequi beatitudineȝ quamuis diligerem⁹ deū dato q̄ essemus certi q̄ beatitudineȝ non haberemus: sic licitum est in dilectione dei habere respectum ad mercedem. ¶Contra sextam cōclusionem arguit Durandus q̄ dilectio dei debeat habere modum. quia vt dicit in dilectione dei ꝛ

i actu intrinsecus virtutis potest accipi triplex modus. vnus secundum limitationem essentie. alius secundum determinationem circunstantie. tertius secundum proportionem medij ad superfluum et diminutum. si primo modo: sic dicendum est quod dilectio dei habet modum. cuius ratio est quia illud quod est in certo genere et certa specie: habet modum secundum limitationem essentie. sed dilectio dei est in certo genere et certa specie. ergo habet modum secundum limitationem essentie. si autem loquamur de modo quo ad determinationem circunstantie: sic adhuc dilectio dei habet modum. quod patet. quia sicut se habet malicia ad actum viciosum: sic se habet bonitas ad actum virtuosum. sed malicia consistit in actu vicioso propter deffectum determinate et debite circunstantie. ergo similiter bonitas consistit in actu virtuoso propter presentiam vel informationem actus vel secundum debitas circunstantias. si autem accipiatur modus secundum proportionem medij ad superfluum diminutum: sic dilectio dei non habet modum. ¶ Contra septimam conclusionem arguit Durandus probando quod omnibus rationabilibus creaturis ad quas est charitas: debemus optare equale bonum gratie et glorie. cuius rationem esse dicit quia per charitatem optamus creaturis bonum diuinum quatenus eius sunt capaces et per ipsam tendunt in deum. sed omnes creature intellectuales sunt capaces equalis boni gratie et glorie vt communius tenetur et indubitanter verum est de creaturis eiusdem speciei et equaliter possunt tendere in deum. ergo per charitatem equale bonum est omnibus optandum. Confirmatur per illud quod dicitur prima Corin. 13°. charitas non emulatur. esset autem emulatio si non optaretur vnicuique tantum bonum quanti est capax. et maxime quando vnum bonum non est diminutiuum nec impeditiuum alterius sicut est de bonis gratie et glorie que respicit charitas imo videretur esse in preiudicium diuinum. quia cum charitas sit primo et simpliciter quo ad deum nec optet aliquod bonum nisi vt tendat in deum sicut in finem: in preiudicium diuini amoris esset nisi optaretur cuilibet bonum quo efficacius potest tendere in deum. tale autem est summum bonum gratie et glorie cuius pura creatura capax est. et in isto non est gradus vt dictum est. hec autem optatio est condicionata. scilicet supposita ordinatione et voluntate diuina cui primo inheret charitas et secundum quam optat omnia fieri. hec ille. ¶ Contra octauam conclusionem arguit Durandus probando quod dilectio inimici sit melior et magis meritoria quam dilectio amici in aliquo casu vt puta cum dilectio inimici non excludit nec includit dilectionem amici. sicut cum aliquis fertur per actum dilectionis in amicum nihil cogitando de inimico: alius vero econtra fertur per actum dilectionis in inimicum nihil cogitans de amico. in hoc casu videtur quod ceteris paribus. scilicet habitu charitatis in vtroque et intensione actus hinc inde: dilectio inimici est magis meritoria quam dilectio amici. quod patet quia quando duo actus boni sic se habent quod procedunt ex pari habitu et sunt eque intensi: ad vnum tamen requiritur maior conatus ex natura operis quam ad alium: ille ad quem requiritur maior conatus: est magis meritorius. sed ad dilectionem inimici si sit eque intensa vt dilectio amici: requiritur maior conatus ex natura operis. ergo est magis meritoria. maior patet. quia conatus maior quando requiritur solum ex parte operantis qui est male dispositus: non auget meritum aliud. quia plus mereretur continens quam temperatus faciendo simile opus de genere virtutis. quia oportet continentem plus conari propter malam dispositionem quam temperatum. hoc autem non est verum: quia tunc virtutes magis obessent quam prodessent. sed quando maior conatus requiritur non propter indispositionem operantis sed propter difficultatem operis: tunc maior conatus faciens quod actus difficilior sit eque intensus sicut actus facilior: auget meritum. minor patet de se. scilicet quod ad diligendum inimicum eque intense sicut alius diligit amicum requiritur maior conatus. cum hic sint plura repugnantia et pauciora attrahentia. quare et cetera. ¶ 2°. sic. ille actus cuius tota intentio reducitur in charitatem: est magis meritorius quam ille cuius similis intentio non totaliter reducitur in charitatem. et causa huius est quia meritum innititur principaliter charitati. sed dilectio inimici est talis actus quod tota ratio diligendi inimicum est charitas ad deum. tota autem ratio diligendi amicum non semper est charitas sed occurrit alia ratio. scilicet communicatio in aliquo bono consanguinitatis vel ciuili vel huiusmodi. quare et cetera. ¶ 3°. quia bonum includens aliud est melius illo. sed dilectio inimici includit dilectionem amici: vel actu vt cum aliquis diligit propter deum amicum et inimicum: vel habitu ex natura rei et non ex supositione solum. quicumque enim diligit inimicum: sequitur ex natura actus et obiecti quod diligat amicum habitu et diligeret actu affectu et effectu si occurreret et opus esset. non sic autem sequitur econuerso. ergo dilectio inimici est melior ceteris paribus. hec ille.

Quantū ad articulum tertiū pmo notādum ē q pħo in ethi. de duplici amicitia loquitur. vna est q̄ cōsistit in solis exterioribus verbis vel factis que speciali nomine affabilitas nominatur. de qua pħs tractat in quarto libro ethi. et hec pfectā rationem amicitie nō habet: sed quandam eiꝰ similitudinē in quātū aliquis decēter se habet ad alios homines in cōmuni conuersatione. hec aūt amicitia ꝑut. S. Tho. dicit. 2ª 2ᵉ. q. 114. articulo pmo: fundat̃ in quodaꝫ generali amore q̄ omnis homo omni homini naturaliter est amicus ꝑpter nature similitudinē. ſm q dicitur Ecclē. 13º. omne animal diligit sibi simile. alia ē amicitia q̄ cōsistit principalit̃ in affectu quo vnꝰ aliū diligit: et de ista amicitia pħs dterminat in. 8. et 9. ethi. quam dicit esse habitū mētis. ex quo seq̄tur q amicitia nō dicit aliq̄d vnū subiectiue existens in vtroqꝫ amicoꝝ ex amore vtriusqꝫ resultans ꝑut aliq̄ sunt opinati. nā nullus habitꝰ mētis est idē numero in duobꝰ subiectis re et supposito distictis: quēadmodū sunt duo amici. Et preterea cū in duobus amicis duo sint amicitie fundamēta. s. due virtutes numero et etiaꝫ duo termini duo videlicet amici: cōseq̄ns est necessario q in ipsis due numero sint amicitie. dicēdū est igit̃ q amicitia est habitꝰ subiectiue existens in amico. et quia amicitia relationē quādā connotat nam amicus amico est amicꝰ ꝑut pħs. 8. ethicoꝝ dicit: consequēs est q in singulis amicorū amicitia sit habitus distictus numero ab habitu amicitie alterius: ita q duoꝝ amicorūꝫ duo sint numero amicitie habitꝰ et plurium plures. Necqꝫ obstat q amicitia etiam a. S. Doc. vocat̃ vnio: quia et amor ipse: vis vnitiua et vnio appellatur ꝑpter hoc q se inuicē amantes vnit et quodā modo vnum facit. et tamen constat vnū numero amorem non esse in duobus se amantibus sed singulus eorum suo proprio et distincto amore numero: alium amat. sicut ergo amor vel dilectio dicitur vnio se amantium non sicut vnū aliquid subiectiue in vtroqꝫ existēs nec sicut vtriusqꝫ intermedium: sed quia quodā affectu obiectiue non subiectiue cōiungit amatū amanti: ita et amicitia que amorē implicat: dicitur esse vnio amicorū non quasi eadem numero vtrūqꝫ habeat pro subiecto vel sit realiter intermediū vtriusqꝫ: sed quia amoris affectu obiectiue non subiectiue amicum amico coniungit et vnit: illū intra cordis viscera reponens. Ad quorum intellectum sciēduꝫ est q vt accipit̃ post pħm. 8. ethi. ex dictis. S. Tho. in hac dis. 27. q. 2. ar. pº. in. c. amicitia duo addit supra amorem. vnum est societas quedam amantis et amati in amore vt. s. mutuo se diligere sciant. aliud est vt ex electione et non tantum ex passione se inuicem diligāt. vnde ibi philosophus dicit q amicitia assimilatur habitui: amatio autem passioni. complectit̃ ergo amicitia prout. S. Tho. concludit amoreꝫ cum omnibus ad ipm pertinētibus et duo predicta q̄ addit super amorē. Ex quibus inferimꝰ q amicitia q̄ꝫm ad sui essentiam: est amor vt est habitus electiuus nō generaliter quo amās amat amatum: ꝫ quo amicus amat amicum. quia eniꝫ amor iste est in genere amoruꝫ ꝑfectissimus addens ad quēcūqꝫ alium amorem: ideo speciale nomen habuit. in eo autem q amicitia dr̃ amor quo amicus amat amicuꝫ: designatur q amicitia importet mutuuꝫ amorem. non quasi mutuꝰ amor sit essentialiter amicitia: sed quia amicitia cuiuslibet amici requirit et cōnotat amorem alterius ad alterum. quemadmodum relatio similium et equaliū dicitur mutua non quasi vna relatio numero sit vtriusqꝫ similium aut equalium sed quia relatio vnius ad alterum exigit relationem alterius ad ipsum. vnde et pħs. 8º. li. ethi. amicitiam vocat equalitatem.

¶ Secundo Notanduꝫ est q aliqui opinātur sanctū Thomā varie sensisse de amicitia quam pħi describunt vtrū. s. sit virtus moralis an non. dicunt enim q in hac distin. 27. q. 2. articulo. 2. ad primū. Et in de virtut. q. de charitate. ar. 2. ad. 8ᵐ tenet q amicitia non sit virtus moralis sed aliquid consequens ad morales virtutes. Uerum 2ª 2ᵉ. q. 23. arti. 3. ad pmū. Et in cōmēto super 8. ethi. caplo pmo in pncipio. et caplo. 5º. i fine tenet q amicitia est virtꝰ addens aliquid supra virtutes morales. Sed in veritate sic opinantes non satis aduerterūt mentem. S. Tho. in secundo opere et in cōmento sup. 8. ethi. nā in. 2ª 2ᵉ. vbi eū allegāt non id dicit sententialiter et ōmēte ꝑpria: sed magis vel referens alioꝝ opinionē vel vt pmittat quid circa hoc ab aliquo dici posset. vnde verba eiꝰ sunt hec. posset enim dici q est virtus moralis circa operatiōes que sunt ad alium et cetera. sed in eadem solutione sententialiter mentem suā explicans: inquit sic. potest tamen dici q non est virtꝰ per se ab aliis distincta. non enim habet rationem laudabilis et honesti nisi ex obiecto ſm q fundatur super honestateꝫ virtutū. quod patet ex hoc q non quelibet ami-

citra habet rõnem laudabilis et honesti sicut patet in amicitia delectabilis et vtilis. vnde amicitia virtuosa magis est aliquid consequēs ad virtutem q̄ sit virtus. neq3 est simile de charitate q̄ non fundatur principaliter sup virtutē humanā sed sup bonitatē diuinā. hec ille. in quib⁹ verbis aperte colligitur q̄ mens. S. Tho. fuerit amicitiam non esse virtutē moralē: ea ratione q̄m accepta fm totū sui ambitum: nō habet de se rōnē laudabilis et honesti. alias amicitia vtilis et delectabilis que sub ābitu amicitie continetur: essz laudabilis et honesta quod est falsum. si vero accipiatur amicitia magis contracte pro amicitia honesta: nec adhuc vt ipse vult est virtus sed ē aliquid consequens ad virtutem. pretendit eni Doctor. S. hāc rationem. virtus moralis per se et directe generatur ex actibus. sed amicitia etiā honesta non generatur directe et per se ex actibus sed magis acquirit p quandā consequētiam quasi naturalem ex perfectione virtutū. naturaliter enim virtuosus diligit virtuosum et habet illum amicum. vnde suppositis in vno virtutib⁹ statim quadam naturali resultantia innascit illi amicitia ad alium virtuosū. et q̄ ista fuerit mēs Sācti Doc. confirmat cum subiūgit. nec est simile de charitate que non fundatur principaliter super virtutem humanā sed super bonitatē diuinam. vbi per hoc pbat amicitiā que est charitas esse virtutem potius q̄ amicitia honesta de qua philosophus tractāt: q2 non fundat sup virtutem humanā et cui⁹ inclinatione causaret velut q̄dā naturali consequentia resultans: sed ipsa per se a deo infunditur. Et hāc rationem ac differētiā Sanct⁹ Tho. expressit in de virtuti. q. 2. de charitate. ar. 2. ad. $8^m$. dicēs q̄ amicitia nō ponitur virtus sed cōsequens virtutem. quia ex hoc ipso q̄ aliquis habet virtutem et amat bonum rationis: consequitur ex ipsa inclinatione virtutis q̄ diligat sibi similes. s. virtuosos in quibus bonum rationis viget. sed amicitiā que est ad deū inq̄$^m$ est beatus et beatitudinis auctor: oportet presti tui ad virtutes que in illam beatitudinem ordinant. et ideo cum non sit consequēs ad illas virtutes sed preambulum vt ostensum est: oportet q̄ ipsa sit per se virtus. hec ille. Idem in sententia ponit in hac distinctione. 27. q. 2. ar. 2. ad $p^m$. amicitia inquit de qua phs tractat causatur ex inclinatione nature q̄$^m$ ad amicitiam delectabilis et vtilis: vel ex inclinatione habitus virtuosi presupposita inclinatione nature quantum ad amicitiam honesti inquantū omne quod facit similitudinem cum aliquo: inclinat ad amorē illius. et ideo non ponitur aliqua virtus sed q̄ddam consequens ad virtutes. sed amicitia quā habem⁹ ad deū: non pōt habere aliquod h̄moi fundamētum cui nature metas excedat. et ideo oportet q̄ per speciale donum in dictam amicitiam eleuemur. et hoc donum dicimus virtutē. hec ille. quod autem hic dicit vel ex inclinatione habitus virtuosi: debet intelligi non qui sit amicitia: sed habitus q̄ est virtus moralis super quē amicitia fundatur. Patet igitur ex premissis q̄ eandem sententiam de amicitia humana tenuit S. Tho. vbicunq3 scripsit de hac materia. vnde cum dicat in cōmento super. 8. ethi. in fine quinti capituli q̄ amicitia videtur aliquid addere supra rationem virtutis: non debet accipi q̄si mēs eius fuerit dicere q̄ amicitia est virtus addens aliquid supra virtutes morales vt dicti opinantes male intellexerunt. nam sic cum non esset virtus moralis sed illa perfectior: nec virtus heroica nec theologica nec etiā intellectualis vt planum est: esset dare aliud genus virtutis hacten⁹ a philosophis et theologis non inuentum quod certe non facile fingi potest. additio ergo illa accipi d3 q̄$^m$ ad id quod ibi. S. Doc. expressit videlicet q̄ cum in qualibet virtute sufficiant act⁹ ipsius virtuosi: in amicitia vero non sufficit act⁹ vnius: sed oportet q̄ actus duorum concurrant mutuo se amantiū. Et q̄ iste fuerit sensus verborum non primus: constat ex eo quod imediate subiungit dicēs. et ideo philosophus supra nō dixit absolute q̄ amicitia sit virtus: sed addit vel cum virtute quia videtur aliquid addere supra rationem virtutis. hec ille. supra quam. s. fundatur non que sit ipsa amicitia.

**Tertio** Notandū est, put. S. Tho. dicit. $2^a$ $2^e$. q. 23. ar. primo q̄ charitas hominis quedam amicitia est hominis ad deum. omnis autem amicitia fundatur in aliqua amicorū cōmunitate prout phs docet. 8. ethi. vnde et fm diuersitatem cōmunicationum in quibus amicitie fundantur: diuersificātur ipse amicitie fm speciem. alia est enī species amicitie consanguineorum alia conciuium alia peregrinātium et sic de ceteris prout ibi phs distinguit. obiectū vero amicitie directe et per se: est amic⁹ circa quem amicitia versatur. ratio vero formalis obiecti accipitur ex ratione cōmunicationis fm quā species amicitie distinguūtur vt dictum est. vnde p̄pū obiectū amicitie cōprehēdēdo quod et quo: est amicus in aliqua vite cōmunicatione amico cōmunicans. primus enim actus amicitie est cōuiuere amico. cui igitur charitas vt premis

sum est sit amicitia hominis ad deũ: sequit̃ q̈ de⁹ sit obiectũ charitatis ẜm q̈ vitã gratie in p̄senti et vitã glorie seu beatitudinis in futuro homini cõmunicat. In hac eni vite sp̄ũalis cõmunicatione: amicitia charitatis fundat̃ ꝓut. S. Tho. notat loco p̄xime allegato. 2ª 2ᵉ. iuxta q̄ḋ ap̄lus dicit p̄ma Cori. p̄°. fidelis de⁹ per quem vocati estis in societatẽ filij ei⁹. ẜm quã societatem dicebat Phil. 3°. nr̃a conuersatio in celis est. ¶ Ad hoꝝ aũt plenioꝛẽ intellectũ sciendũ est q̈ cũꝫ dr̃ deus est obiectũ charitatis inq̃ꝫm est beatificatiuus creature itellectualis: verbale beatificatiu⁹ p̄õt dupliciter accipi. vno modo in habitudine ad creaturã ꝓut. s. dicit quid p̄fectiuũ et bonum creature. et isto modo si reduplicatiua d̃beat teneri ꝓp̄rie reduplicatiue: charitas nõ debet accipi vt est amoꝛ absolute sed sub ratione qua est amoꝛ amicitie. non enim est sensus illius dicti q̈ ratio qua deus est diligibilis: sit quia est creature beatificatiuus. nã talis amoꝛ creature nõ esset beniuolentie sed cõcupiscẽtie et mercenarius et per consequens non esset amoꝛ amicitie nec charitatis. sed sensus illius dicti est q̈ deus inq̃ꝫm est beatificatiu⁹ creature intellectualis: est obiectũ charitatis sub ratione qua est amicitia que necessario req̄rit cõmunicationẽ dei ad creaturam et cõsistit in beatitudinis vita in qua cõmunicatione de⁹ est beatificãs creaturã. vt eni. S. Tho. dicit p̄ª 2ᵉ. q. 110. ar. p̄°. q2 bonũ creature ꝓuenit ex volũtate diuina: ideo per quãlibet dilectionẽ dei qua vult creature bonũ: ꝓfluit in ipsa creatura aliquod bonũ ẜm modũ dilectionis. vt si ẽ dilectio naturalis: bonũ naturale. et si est dilectio gratificationis in statu vie: prouenit donũ gratie. et si est dilectio beatifica in patria: donũ beatitudinis glorie. vnde inq̃ꝫm deus est bon⁹ et sũme bonus in se: est obiectũ charitatis prout charitas est amoꝛ beniuolentie. et in hoc sensu loq̇tur. S. Doc. disti. 27. q. 2. ar. 4. sub. ar. 2. c. cũꝫ dicit q̈ obiectũ charitatis ꝓp̄riũ et p̄ncipale est bonitas diuina. sed inq̃ꝫm est etiam creature intellectualis beatificatiuus: est obiectũ charitatis vt est q̄daꝫ amicitia hominis ad deũ exigens redamationẽ dei ad creaturã ẜm beatitudinis vitam cui⁹ diuine dilectionis effect⁹: est creaturaꝫ beatificare. vñ. S. Doc. p̄ª 2ᵉ. q. 109. arti. 3°. ad p̄mũ. charitas inq̄t diligit deũ sup̄ omnia ẜm q̈ est obm̄ beatitudinis et ẜm q̈ homo habet quãdã societatẽ sp̄ũalẽ cũ deo. ¶ Alio modo verbale beatificatiu⁹ in supradicta locutione p̄õt accipi nõ in habitudine ad creaturã beatificabilem tanq̃ꝫ ipsi⁹ p̄fectiuũ: sed absolute ꝓut est q̄ddaꝫ dei attributũ eius p̄fectionẽ designãs. et isto modo locutio est vera. est eni sensus q̈ de⁹ sub rõne hui⁹ attributi quod est beatificatiuũ esse: est obiectũ charitatis sicut ẽ obiectũ fidei sub ratione p̄me veritatis. quia eni charitas est amicitia sup̄ beatitudinis cõmunicatione fundata cui⁹ principiũ ẽ de⁹: consequẽs est q̈ de⁹ sit obiectũ charitatis ꝓut habet in se perfectionẽ beatificatiui. et in isto sensu debet intelligi cũ dicit̃ homo diligit deum ex charitate inq̃ꝫm est beatificatiuus creature intellectualis. non enim sensus est q̈ hõ diligit deuꝫ ex charitate ea rõne quia beatitudinis bonũ prouenit aut ꝓuenire p̄õt sibi a deo: nam talis dilectio esset mercenarij. sed ẽ sensus q̈ homo ex charitate diligit deũ q2 est in se habẽs p̄fectionẽ beatificatiui sicut et p̄fectionem summi boni. sic enim diligere deũ: est deum diligere ꝓpter se quia inq̃ꝫm est in se tam perfecte beatus vt etiã creature esse sit beatificatiuus. Ut eni. S. T. dicit. 29. dis. hui⁹ tertij. ar. 3. i. c. amare bonũ alicuius inq̃ꝫm ꝯplacet q̈ illud habeat: ad amorẽ amicitie p̄tinet eo q̈ talis amoꝛ terminat̃ ad amatũ nõ reflectitur ad amantẽ. Et in responsione ad 2ᵐ. dicit q̈ amicitia nõ retoꝛquet ad seipꝫ bonũ quod ad alteꝝ optat. diligim⁹ eni amicos etiaꝫ si nihil nobis debeat inde euenire. dicit̃ aũt deus obiectũ charitatis specialiter inq̃ꝫm est beatificatiuus creature: q2 sub ratione huius attributi habet cõmunicationẽ cũ habente charitatẽ in beatitudinis vita sup̄ quã amicitia charitatis fundatur. Et hijs cõsonat quod. S. Tho dicit de vir. in. q. de charitate. arti. 2. in coꝛ. amare inquit bonum alicuius ciuitatis contingit dupliciter. vno modo vt habeatur. alio modo vt conseruetur. amare autem bonũ alicuius ciuitatis vt habeat̃ et possideatur: nõ facit bonũ politicum. quia sic etiã aliquis tyrãnus amat bonũ alicui⁹ ciuitatis vt ei dominetur quod est amare seipsum non ciuitatem. sibi enim ipsi hoc bonuꝫ concupiscit: nõ ciuitati. sed amare bonuꝫ ciuitatis vt conseruet̃ et defendat̃: hoc est vere amare ciuitatem quod bonũ politicũꝫ facit: in tantũ q̈ aliq̇ ꝓpter bonũ ciuitatis conseruandum vel ampliandũ se periculis mortis exponãt et negligãt p̄uatũ bonũ. sic igitur amare bonuꝫ quod a nobis participat̃ vt habeat̃ vel possideat̃: non facit hominẽ bene se habentem ad beatitudineꝫ: q2 etiã mali illud bonũ cõcupiscũt. sed amare illud bonum ẜm se vt p̄maneat et diffundatur et vt nihil contra illud bonũ agatur: hoc facit hominẽ bene se habẽtem ad illam societatem bonoꝛum. et hec ẽ charitas que deum propter se diligit. hec ille. vnde

distin.29.hui⁹ tertij.arti.3.ad.4ᵐ.ait.habens charitatē multo plura faceret ꝓpt̄ beatitudinē conseruandā deo: q̄ ꝓpter beatitudinē sibi adipiscēdam. Facit ad premissa distictio gaudij spiritualis qđ de deo haberi pōt.quā.S. Tho.ponit.2ᵃ 2ᵉ.q.28.ar.pᵒ.ad.3ᵐ.ait eni. de deo pōt esse spūale gaudiū dupliciter. vno modo ſm q̄ gaudem⁹ de bono diuino in se considerato. alio modo ſm q̄ gaudem⁹ de bono diuino ꝓut a nobis participat̄. ¶ Aliq̄ vero cum dicit̄ deus ē obiectū charitatis vel diligi ex charitate inquātū est beatificatiu⁹: distinguūt q̄ ratio formalis obiecti charitatis dupliciť pōt sumi. vno modo ex pte rei quā p̄ncipaliter diligit charitas. et isto modo formalis rō obiecti charitatis est summū bonū vel bonū diuine btitudinis. alio modo ex parte potētie volūtatis deū diligētis. et hoc modo formalis rō obiecti charitatis ē principiū beatitudinis nature rōnalis vľ rō beatificatiui. Sed certe distinctio ista nō est ad ꝓpositū. nā beatificatiu⁹ non ē denominatio dei ab extrīseco quēadmodū scibile aut reuelabile et huiõi q̄ in deo nō ponūt realē pfectionē sed in itellectu creature. im̄o ē itrīsece denominās deū: in ipso ponēs seu dīsignās realē perfectionē. s. bonitatē et potētiam beatificādi creaturā. sicut esse creatorē esse iustificatorē esse bonoꝝ largitorē et similia. vnde eē beatificatiuū creature: formalē rōnem dicit obiecti charitatis ex parte ipsi⁹ rei quēadmodū summū bonū vel bonū diuine beatitudinis. neq̄ auctoritates quas inducūt ex scriptis. S. T. ꝓbāt eoꝝ ꝓpositū vt clare patet dicta eius intuenti.

¶ **Quarto** Notādum est ꝓut. S. T. deducit. pᵃ.p.q.6.arti.5. et 2ᵃ 2ᵉ.q.109.ar.3.in coꝛ. q̄ diligere deū sup omnia ē cōnaturale cuilibet creature nō solū rōnali sed et irrationali ac etiā inanimate. et hui⁹ ratio ē. q: vnaqueq̄ res magis inclinat̄ suo naturali appetitu in illud cui⁹ naturaliť est: q̄ in seipsam. videm⁹ enī q̄ naturaliť pars se exponit ad cōseruationē toti⁹ corpis sicut manꝰ plerūq̄ exponiť obsq̄ deliberatione ictui pcussionis ꝓ totius corpis vel etiā capitis cōseruatione ex q̊ salus toti⁹ corpis depēdet. et aqua ꝓpter bonum vniuersi quod naturaliť appetit sicut q̄dā ipsius pars: mouet̄ aliquādo sursum ad succurrēdū plenitudini vniuersi ne locus relinquat̄ vacuus vt phs ꝓbat. 3ᵒ.phy. per exēplū clepsedre. et q: rō imitat̄ naturā: id etiā in virtutibus politicis inuenim⁹. est eni virtuosi ciuis vt se mortis periculo exponat ꝓ totius reipublice cōseruatione. et si homo esset naturalis pars ciuitatis: hmõi inclinatio ei inesset a natura. vnde q: omnis creatura naturaliter ſm illud qđ est: est dei cū deus sit vniuersale et summū bonū sub quo omnis creatura cōtinet̄ tanq̄ aliquid ipsius: sequit̄ q̄ naturali dilectione omnis res creata plus et p̄ncipalius diligat deū q̄ seipsam: ſm tamē modū amoris q̄ singulis creaturis cōpetere pōt. nō enim est idē in omnib⁹ sed alius et alius ſm gradū cuiuscūq̄ nature. cuilibet eni rei est naturale q̄ appetat et amet ſm q̄ aptū natū est id sibi inesse. nā vt phs dicit in. 2ᵒ.phy. sicvtū quodq̄ agit: sicut aptū natū est agere. vnde creature rōnales alio et pfectiori modo amāt deū q̄ irrationales. Ad cuius intellectū sciēdū est ꝓut. S. Tho. deducit de veri.q.22.ar.2. q̄ secūdaria causa non pōt influere in suū effectū nisi inq̄ᵐ recipit virtutem prime cause. sicut aūt influere cause efficiētis est agere: ita influere cause finalis est appeti et desiderari. vnde sicut agēs secundariū non agit nisi virtute p̄mi agētis existente in ipso: ita secūdarius finis non appetit̄ nisi per virtutem finis principalis in eo existentē ꝓut. s. est ordinat⁹ in illū vel habet ei⁹ similitudinē. sicut ergo de⁹ ꝓpter hoc q̄ est p̄mū efficiens agit in omni agente: ita ꝓpter hoc q̄ est vltimus finis appetitur in omni fine. verūtamē sic appetere: est deū implicite appetere. sic enim virtus p̄me cause est in secunda sicut p̄ncipia sunt in cōclusionibus. rōnalis vero creatura q: pōt secūdos fines in vltimū qui de⁹ est reducere quēadmodū cōclusiones in p̄ncipia et secūdas causas in p̄mas: pōt deū vltimū finē explicite et in seipso appetere. nec est ei⁹ appetit⁹ rectus nisi p appetitū explicitū dei: actu vel hītu. hec ille. Faciūt ad premissa que scripsit. arti. precedente. dupliciter inquit contingit aliquid ordinari et dirigi in aliquid sicut in finem. vno modo per seipsum sicut homo seipsum dirigit ad locum quo tēdit. alio modo ab altero sicut sagitta que a sagittāte dirigit̄ ad determinatum locū. a se q̄dem in finē dirigi nō possunt: nisi illa q̄ finem cognoscūt. oportet eni dirigens habere cognitionē eius in quod dirigat̄. sed ab alio pōt dirigi in finē determinatū etiam q̄ finē non cognoscūt sicut patet de sagitta. sed hoc dupliciter cōtigit. quādoq̄ enim id quod dirigitur in finē: solūmodo impellitur et mouet̄ a dirigēte sine hoc q̄ aliquā formā a dirigēte consequat̄ per quam ei cōpetat talis directio vel iclinatio. et talis inclinatio est violēta sicut sagitta inclinat̄ a sagittante ad signū determinatū. aliquādo aūt id quod dirigitur vel inclinat̄ in finem: consequit̄ a dirigente vel a mouente aliquā formam per quam sibi

talis inclinatio cõpetit. vnde et talis inclinatio erit naturalis quasi habẽs principiũ naturale. sicut ille qui dedit lapidi grauitatez: inclinauit ad hoc ꝙ deorsũz naturaliter ferret. per quẽ modũ generãs est motor in grauib⁹ et leuibus ſm phz in. 8°. phy. et per hunc moduz omnia naturalia in ea q̄ eis cõueniunt sunt inclinata habẽtia aliquod qd est inclinationis pricipiũ: ratione cuius inclinatio eoꝝ est naturalis ita ꝙ quodãmodo ipsa vadant et non solũ ducant in fines dbitos. violenta enim tm̄ ducunt qꝛ nihil conferunt mouenti. sed naturalia etiã vadũt in finez inq̄ꝫm cooperantur inclināti et dirigenti ꝑ principium eis inditũ. quod aũt dirigit vel inclinat ad aliquod ab alio: in id inclinatur quod est intẽtũ ab eo qui inclinat vel dirigit. sicut in idem signum sagitta dirigitur: quod sagittator intendit. vnde cũ omnia naturalia naturali quadam inclinatione inclinata sint ad fines suos a primo motore qui ẽ deus: oportet ꝙ id in quod vnũquodqꝫ naturaliter inclinatur: sit illud quod volitum est vel intentũ a deo. hec ille. Quod aũt dictũ est in premissis ꝙ quãdo aliquid dirigit in finem sine hoc ꝙ aliqua forma a dirigente consequat per quaz ei competat talis directio vel inclinatio ꝙ est inclinatio violenta: debet intelligi quãdo ipsa directio et motus cõtingit ꝑ actionẽ agentis particularis qui naturã non dedit nec inclinationẽ naturam consequẽtem. sicut quando homo corp⁹ graue mouet sursum vel sagitta dirigitur a sagittãte in signũ ꝑut. S. Tho. notat p^a. p. q. 105. ar. 6°. ad pᵐ. sed si talis directio et motus fiat ab agente qui naturam et inclinationem naturalem dedit: neqꝫ est violenta neqꝫ contra naturaz rei que sic dirigitur et mouetur quãuis sit preter motum naturalẽ ipsius. sicut patet in fluxu et refluxu maris qui non est violentus nec contra naturam aque. est enim ex impressione celestis corporis a quo naturalis inclinatio corpoꝝ inferiorum dependet. Ratio vero dicti est. quoniaz vt S. Doc. ait de potẽ. dei. q. 6. ar. p°. ad. 17ᵐ. in qualibet re naturali ẽ naturalis ordo et habitudo ad causas omnes superiores. que autem fiunt ex naturali ordine rerum: non sunt eis violẽta. naz quãuis ad tales effectus non cõferant quãdoqꝫ ipse res per formã aliquam illis inditam vel impressam: conferũt tamen per naturalem ordinẽ quem habent ad causas vniuersales et ad ea q̄ per vniuersales causas circa res ipsas inferiores fiunt. ac per hoc dici non possunt violenta: licet videantur esse contraria naturalibus motibus inferiorum corporum. cum igitur et natura ⁊ nature ordo sit a deo rebus inditus: si quid preter hunc ordinem deus faciat vel etiam si res a deo moueantur non per formas sibi intrinsecas vel impressas: non est violentum nec cõtra naturã. vnde Augustinus dicit. 26. contra faustum q̄ illud est cuilibet rei naturale: quod ille fecerit a q̄ est omnis mot⁹ numer⁹ ⁊ ordo nature. Et Ro. 11°. super illud contra naturam insertus es: dicit glosa eiusdem Augusti. deus nihil contra naturam facit quia id est natura quod ipe facit. ¶ Ex supra dictis inferimus ad nostrum ꝓpositum ꝙ omnes creature naturaliter appetunt et amant deum: alio tamen et alio modo. naz creature inanimate et irrationales amant deum tanq̄ vltimum finem implicite per hoc. s. ꝙ appetunt et amant fines suos proprios vnicuiqꝫ nature in q̄bus sicut dictum est virtus vltimi finis qui ẽ de⁹ continetur in hoc ipso ꝙ bonitas cuiuslibet finis proprij deriuatur a bonitate finis vltimi et ẽ ipsius quedam participatio. rationales vero creature quia cognitionem explicitã habere possunt vltimi finis. s. dei et resoluere possunt explicite fines ꝓprios in finem vltimum et ipsoꝝ depẽdentiam ac ordinem ad ipsũz: ideo singulariter pre alijs creaturis habent ꝙ naturalit deũ amẽt explicite. i. in seipso tanq̄ vltimũ finem et nõ solum implicite amando fines ꝓximos quẽadmoduz creature irrationales. ¶ Aduertendũ tamẽ circa predicta ꝙ cum dicimus hominez naturaliter diligere deum plusq̄ seipsum ⁊ super oĩa: debet intelligi de homine in statu nature integre qualis fuit in statu inocentie prout. S. Tho. notat p^a 2^e. q. 109. ar. 3. nã in statu nature corrupte vt ipse ibidem dicit: homo ab hoc naturali appetitu deficit ſm appetitum voluntatis rationalis que propter corruptionẽ nature sequitur bonum ꝓuatum nisi sanetur per gratiam dei. vnde in statu nature integre homo non indigebat dono gratie habitualis supaddito bonis naturalibus ad diligenduz deũ naturaliter super omnia quãuis indigeret auxilio dei speciali ad hoc eũz mouentis. sed in statu nature corrupte indiget homo ipso dono gratie naturam sanantis.

¶ **Quinto** Notãduz ẽ ꝙ vt accipitur ex dictis. S. Tho. in locis pro tertia cõclusione allegatis: ratio ꝓpter quã omnis pars naturaliter appetit et amat bonũ totius plus q̄ bonũ suum ꝓpriũ: est qꝛ bonuz partis depẽdet ex bono totius ita ꝙ bonuz totius ẽ magis bonũ partis q̄ bonũ ipsius partis ꝓpriũ. nam bonũ partis non esset nisi ꝑ bonum totius a quo pars inq̄ꝫm huiusmodi suã habet bonitatẽ.

est enim bonū tot⁹ continēs bonū cuiuslibet partis ꝓpriū et insup omniū aliarū. vñ p⁹. p. q. 6. ar. 5. S. Doc. arguit sic primo loco. dilectio naturalis fundat̄ sup naturali vnione. sed natura diuina maxime distat a natura angeli. ergo naturali dilectione angelus minus diligit deū ꝙ̄ se. ecce argumentū. ad quod respondet ꝙ ratio illa ꝓcedit in his que ex equo diuiduntur quorum vnū non est alteri ratio existendi et bonitatis. sed in illis quorum vnum est tota ratio existendi et bonitatis alij: magis diligitur naturaliter tale alterum ꝙ̄ ipsum sicut dictum est ꝙ vnaqueqꝫ pars diligit naturaliter totū plusꝙ̄ se. et quodlibꝫ singulare naturaliter diligit plus bonuꝫ sue speciei ꝙ̄ bonū suum singulare. deus aūt nō solū est bonum vnius speciei: sed est ipsuꝫ vniuersale bonū simplicit̄. vnde vnūquodqꝫ suo modo naturalit̄ diligit deū plusꝙ̄ seipsum. hec ille. His etiā cōsonat quod dicit in. 29ª. distin. hui⁹ tertij. ar. 3. in cor. bonū inquit ipsi⁹ amātis magis inuenit̄ vbi perfectius est. et ideo qꝛ pars quelibet imꝑfecta est in seipsa ꝑfectionē aūt habꝫ in suo toto: ideo naturali amore pars plus tendit ad cōseruationem sui tot⁹ ꝙ̄ sui ipsius. Et parum infra cōcludens ait. quia ergo bonū nr̄m in deo perfectum est sicut in causa vniuersali ꝑma ꝛ perfecta bonorum: ideo bonū in ipo esse: magis naturaliter cōplacet ꝙ̄ in nobisipsis. hec ille. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ amor quē homo naturaliter et ex charitate habet et habere debet ad rem publicā cuius est ciuis et pars: habet similem rationeꝫ suo modo ei sm̄ quā deus a nobis amādus est. amatur enim bonum reipublice sicut bonū tot⁹ ꝛ bonum vniuersale omniū ciuiū et sicut causa a qua dependet bonitas ipsorum politica: inꝙ̄m quilibet ciuis pars quedam est reipublice vel ciuitatis. vnde sicut pars corporis naturalis inꝙ̄m huiusmodi cōseruatur in esse et ꝑfectione ꝑ totius corporis existētiā et cōseruationē: ita et pars ciuilis cōseruat̄ in ꝓpria existentia et bonitate ciuili seu politica per totius reipublice existentiaꝫ et conseruationē. et inde est ꝙ sicut homo tenetur deum diligere plus ꝙ̄ se: ita suo modo tenet̄ diligere rempublicā et bonū ipsi⁹ cuius est pars plusꝙ̄ seipsum. Falsa est igit̄ quorūdā imaginatio dicentiū ꝙ ciuis nō se exponit periculo ꝓ republica vel cōmunitate quasi diligat eam plusꝙ̄ seipsum: sed quia plus diligit bonum virtutis qđ pretendit acquirere tali periculo se exponēs ꝙ̄ salutem corporis. et putant sue imaginationi fauere quod phs dicit. 9. ethi. caplo dubitat̄ autē vtrum oportet amare seipsum. falluntur re vera isti tam in sua imaginatione ꝙ̄ in dictis philosophi. putant enim ꝙ idem modus et eadeꝫ ratio amoris sit qua ciuis amat ciuitatem cuius est ciuis et bonū ipsi⁹: et rō qua amic⁹ homo amat amicū de quorū amore et amicitia phs loquitur vbi allegat̄. hoc aūt falsum est. nam vt ex predictis apparet ratio qua bon⁹ ciuis amat ciuitateꝫ et bonū ipsius: est qꝛ est pars ei⁹ cui⁹ tota bonitas et existētia inꝙ̄m pars est: dependet a bono totius nec cōseruari pōt nisi ꝑ bonitatē et cōseruationem toti⁹. sicut enim man⁹ vel pes aut mēbrū aliud est pars totius corporis naturalis: ita et quilibet ciuis est pars ciuitatis. et propt̄ hāc rationem bonus ciuis naturaliter et ex charitate plus amat ciuitatē cuius est pars ꝙ̄ seipsuꝫ. ꝛ magis optat ciuitatis bonum et conseruationē ꝙ̄ bonum sibi ꝓprium. ratio vero qua amic⁹ homo amat amicum: est nō qꝛ bonum ipsius et cōseruatio dependet a bono et conseruatione amici: sed qꝛ particeps et socius ei⁹ est in bono super quo amicitia eoꝝ fundat̄. vnde qꝛ vnitas et idētitas qua homo amat seipsum est maior et precipua ratio amoris ꝙ̄ societas seu cōsociatio qua amicus amat amicum: ideo homo plus amat seipsum naturaliter et ex charitate ꝙ̄ amicum suum. Et hāc differētiā assignat. S. Doc. 29. dis. hui⁹ tertij. ar. 5. Et. 2ª 2ᵉ. q. 26. ar. 4. ¶ Neqꝫ obstat ꝙ homo aliquādo se exponit etiā mortis periculo et facultatum suaꝝ dispēdio ꝓpter bonum et salutē amici. naꝫ vt. S. Tho. notat locis ꝓxime allegatis: in eo ipso magis homo seipsuꝫ diligit ꝙ̄m ad naturā interiorē mentis sm̄ quam homo est homo: ꝙ̄ amicū. mai⁹ enim et melius sibi tribuit. s. bonū virtutis quod est homini maximū bonū: ꝙ̄ impēdat amico ꝓut etiā phs docet. 9. ethi. vnde plura bona exteriora sunt impendēda amicis ꝙ̄ nobisipsis: qꝛ hoc pertinet ad ꝑfectionem virtutis. sed de bonis spūalibus semper plus nobis impēdere et velle debemus. et per consequēs de malis vitādis. nec debet homo pati detrimentuꝫ in spiritualibus bonis peccando: vt ꝓximū vel amicum liberet a peccato.

¶ Sexto Notādꝫ est ꝙ dilectio dei ex charitate quadrupliciter pōt considerari. vno modo sm̄ rōnem sue essentie: et sic in creatura modū hēt. est eni determinata ꝛ limitata ad certū gen⁹ et spēꝫ. s. actionis. Alio modo pōt cōsiderari in ꝯparatione ad subiectum in quo habet esse: et sic etiā habꝫ modū. tum qꝛ est in determinata potētia vt in subiecto s. in volūtate creata. tū etiā qꝛ recipit̄ i ipso subiecto finite et limitate sm̄ mēsuraꝫ capacitatis re-

cipientis: vel ex natura vt in angelis vel ex co-natu vt in hominib⁹. vnde Matthei. 25. dicit̃ de xp̃o sub parabola peregre ꝓficiscentis ꝙ dedit seruis bona sua vnicuiqȝ ſm ꝓpriã virtutem. tũ etiam qȝ ſm certã mensurã donationis xp̃i ꝓut apostolus dicit Ephe. 4. Tertio modo pōt cō-siderari in respectu ad habitũ cuius est actus: et sic dilectio dei iterũ modum habet. est enĩ actus ab habitu finito et limitato in genere et specie. s. charitate elicitus. Quarto cōsiderari potest di-lectio dei ex charitate in ordine ad ꝓpriũ obie-ctum quod est deus: et sic modũ nō habet cum deus ipse et ratio formalis qua est obiectũ cha-ritatis. s. bonitas diuina sit omnino quid illimita-tum et infinitũ. nō enĩ pōt creatura quãtũcūqȝ charitate perfecta: tantũ deũ diligere quĩ ãplius diligendus nō sit. ¶ Aduertendum tamē ꝙ cũ dicitur dilectionem dei ex charitate modũ non habere in ordine ad obiectũ: duplicē potest ha-bere sensum. vnus est ꝙ ipsa dei dilectio sit cir-ca deum nullis circunstãtijs modificata sed qua-litercūqȝ cōtingat et quocūqȝ fine. et iste sensus ē falsus: nã omnis act⁹ carēs debitis circũstantijs est viciosus. vnde si quis diligeret deũ sine mo-do debito finis vt ꝓpter bona tēporalia acq̃rē-da et nō qȝ est summe bon⁹: vel si deum diligat sine debito modo quantitatis extēsiue vel intēsi-ue vt si deũ diligat min⁹ q̃ȝ seipsum vl' alia a deo diligat non ꝓpter deũ: dilectio esset viciosa atqȝ peruersa. Alius sensus est ꝙ dilectio dei ex cha-ritate non habet ex parte dei modum prefixum in quo sistat vel sistere debeat: vltra quem dile-ctio ipsa progredi non possit intensiue et exten-siue sed sit consistens in medio sup̃abundãtie et defectus quemadmodum virtutes morales. et iste sensus est verus. nam si dilectio dei ex chari-tate modum prefixum inter superabundantiã et defectum haberet: possibile esset viciari per ex-cessum. hoc autem est falsum per se loquēdo. nō enim potest deus nimis amari nec potest tã in-tense aut feruenter vel ex tãto conatu diligi: quĩ multo amplius diligēdus sit. nec tot bona ĩ deo a creatura diligi possunt: quin multo plura sint ſm que sit diligendus. itaqȝ dilectionem dei ex charitate modum non habere: est terminum in plus vel excessum non habere. Unde. S. Tho. 2ª 2ᵉ. q. 27. ar. 6. nō negat simpliciter dilectio-nem dei ex charitate modum habere: sed negat habere modum sicut mensuratum. s. in attingē-do regulam vel mensuram aliquam sibi prefixã inter sup̃fluum et diminutum sicut virtutes mo-rales modum dicuntur habere. ait enim sic con-cludens in respōsione principali. et ideo in dile-ctione dei non pōt accipi modus sicut in re men-surata vt sit in ea accipere plus et minus: sed si-cut inuenitur modus in mensura in qua non po-test esse excessus. Et in responsione ad pᵐ. illud inquit quod est per se: poti⁹ est eo quod est per aliud. et ideo bonitas mensure que per se habȝ modum: potior est q̃ȝ bonitas mensurati qd̃ ha-bet modum per aliud. et sic etiam charitas que habet modũ sicut mensura: preeminet alijs vir-tutibus que habent modũ sicut mensurate. Itē ad. 2ᵐ. allegans Augustinum in libro de mori-bus ecclesie dicit. modus diligendi deum est vt ex toto corde diligatur. i. vt diligatur q̃ȝᵗᵘᵐ potest diligi. et hoc pertinet ad modum qui conuenit mensure. hec ille. His consonat dictũ Bernar-di in libro de diligendo deum cũ dicit causa di-ligendi deum: deus est. modus sine modo dilige-re. s. quem habent actus moralium virtutũ.

¶ Septimo Notãdũ est ꝓ decla-ratione octaue cōclu-sionis ꝙ questio an dilectio amicorũ sit melior et magis meritoria q̃ȝ dilectio inimicorũ: determi-nari non pōt vno sermone sed opus est distictio-ne. sequendo igitur mentem. S. Tho. in vtroqȝ opere distinguēdũ est vtrũ ambe dilectiones p-cedant ex charitate eque perfecta vel non. sup-ponimus enĩ ꝙ vtraqȝ dilectio sit ex charitate vt congruat nr̃o ꝓposito. si ex equali charitate v-traqȝ dilectio ꝓcedat: simpliciter loquendo vna non est alia melior neqȝ magis meritoria ꝓmio essentialis. eo ꝙ radix et efficacia merendi sit ex charitate ſm doctrinam apostoli pª Corin. 13. et tamē ſȝ quid. i. q̃ȝᵗᵘᵐ ad speciem actus et ad ei⁹ intensionē: dilectio amicorũ melior est eo ꝙ ami-cus est obiectũ et materia magis conueniens di-lectioni et amicus ꝓpinquior affectu et magis coniunctus est amico q̃ȝ inimico. vnde et ei⁹ op-positum deterius est. peius enĩ est odio hr̃e ami-cum q̃ȝ inimicũ. vocam⁹ aũt bonitatē simpliciter illam quã act⁹ habet ex habitu charitatis quia charitas per se et formaliter respicit finē vltimũ a quo act⁹ simpliciter loquēdo dicit̃ bon⁹. nã vt S. Tho. deducit pª 2ᵉ. q. 18. arti. 4. sicut esse rei dependet ab agēte et forma: sic bonitas rei de-pendet a fine. Et in. 30. dis. hui⁹ tertij. ar. 3º. ad 6ᵐ. dicit ꝙ bonitas q̃ est ex obiecto: est materia-lis respectu bonitatis q̃ est ex fine quam volun-tas attēdit et penes istam poti⁹ cōsistit meritũ. Neqȝ obstat dictis ꝙ dilectio inimicorũ sit diffi-cilior q̃ȝ amicorũ. quoniã vt. S. Tho. dicit loco p-rime allegato ad. 3ᵐ. difficultas non facit ad me-

ritum nisi inq̄ᵐ facit maiorē inclinationē et conatū voluntatis in aliquid. q2 ergo presupponimus vtraq; dilectionē elici ex charitate eque perfecta: consequēs est q̄ vtrobiq; par sit conat⁹ et inclinatio volūtatis que ad meritū cōfert essentialis premij. Item. 2ª 2ᵉ. q. 27. arti. 8. ad. 3ᵐ. plus inquit facit ad rationem meriti et virtutis bonū q̄ difficile. vnde nō oportet q̄ omne difficilius sit magis meritorium: sed quod sic est difficilius vt etiā sit melius. si vero vtraq; dilectio non sit elicita ab eque perfecta charitate: illa dilectio simpliciter ē melior et magis meritoria: q̄ et maiori charitate procedit. quāuis alia q̄ᵐ ad aliquid possit esse melior et perfectior, put dictū ē. Si autē queram⁹ que istarum dilectionū ex natura act⁹ et obiecti arguat, pbabiliter maiorē charitatē in diligēte vbi incertū est an vtrinsq; charitas sit par vel impar aut q̄ illarum magis arguat a charitate elicitam esse: respondet. S. T. 2ª 2ᵉ. q. 27. arti. 7. in cor. q̄ dilectio inimicorū. Primū pbat quia presupposito q̄ vterq; amicus. s. et inimicus, ppter deū diligatur: fortior ostenditur eē rei dilectio que animum hominis ad remotiora extendit. s. vsq; ad dilectionem inimicorum. sicut virtus ignis tāto ostēditur esse fortior: quāto ad remotiora calorē suū diffundit. tanto ergo ostenditur diuina dilectio esse fortior: quāto propter ipsam difficiliora implemus. sicut et virtus ignis tanto est fortior: quanto cōburere potest materiā minus combustibilem. fortior aūt dilectionis actus: maiorem arguit charitatem a qua elicitur. sed sicut cōtingere potest q̄ idem ignis in propinquiora fortius agit q̄ i remotiora ita et charitas feruentius diligit cōiunctos q̄ remotos. et q̄ᵐ ad hoc dilectio amicorū s̄m se cōsiderata est feruentior et melior q̄ dilectio inimicorum. hec Sanctus Thomas. et videtur pari ratione dicendū q̄ maior charitas quādoq; minus intēse diligit remotiores vt inimicos: q̄ minor charitas diligat sibi ppinquos et cōiunctiores s̄m aliquam aliam amicitiā. non enim charitas nature inclinationem destruit sed magis pficit. Secundum pbat. S. Doc. per hoc q̄ dilectionis amici potest esse alia ratio q̄ deus vt q2 amicus est et beniuolus aliqua amicitia humana et non propter deum. sed dilectionis inimici: solus deus est ratio propter quē charitas diligit. non enī est alia ratio diligendi inimicos: nisi ppter deum. ac per hoc probabilius et magis dilectio inimicorum arguit charitatem in diligēte q̄ amicorum dilectio.

Quantū ad articulū quartū respondēdū ē obiectionib⁹ cōtra ↄclusiones. Et quidē ad pmū Aureoli cōtra pmā cōclusionē dicit̄ q̄ cōsequentia nō est vera nisi sit speciale viciū sicut et virtus cui opponit̄ ē specialis. amicitia aūt nō hēt speciale viciū oppositū sed om̄e viciū sibi repugnat. nā sicut amicitia fundat̄ generalit̄ super virtute: ita omne viciū virtuti oppositū: cōtrariat̄ amicitie. ac p hoc nō est pprie virt⁹ q̄ semp habet speciale vicium sibi oppositū. Huic ↄsonat quod. S. T. dicit. 2ª 2ᵉ. q. 106. ar. pᵒ. ad. 3ᵐ. cū inquit vera amicitia supra virtutē fundet̄: quicqd est virtuti contrariū in amico: est amicitie impeditiuum. et quicqd est virtuosum: est amicitie puocatiuum. vñ Augustin⁹ libro de amicitia enumerat plurīū et diuersarū act⁹ virtutū quib⁹ amicitia cōseruatur. et ecōtra multorū act⁹ viciorū q̄ amicitie aduersant̄. nō enī inqt ad amicitiā sunt idonei iracundi instabiles suspiciosi verbosi detractores conuiciosi supbi secretorū reuelatores. patet igit̄ q̄ amicitie omnia vicia sunt opposita sicut ei qd consequitur omnem virtutem. vnde sine federe esse aut esse infidum amico: omni virtuoso et omni virtuti generaliter aduersatur. ¶ Ad. 2ᵐ. dr̄ q̄ maior non est vera de actu qui cōsequitur generaliter omnē virtutē qualis est act⁹ amicitie: non enim actus distincti et distincta ratio laudabilitatis: arguūt distinctas et speciales virtutes si ad omnes vel ad plures virtutes cōsequātur. nam passiones moderari et mediū in exterioribus opationib⁹ seruare et debitū finē intendere distincti act⁹ sunt. sed quia omnē virtutē consequunt̄: non arguūt speciales virtutes. neq; ē verum q̄ amicitia generat̄ primo et directe ex actibus: sed generat̄ p quandā consequētiā ad virtutes. Unde. S. Tho. i hac dis. 27. q. 2. ar. 2. ad primū. amicitia inqt de q̄ phs tractat: causat̄ vel ex inclinatione nature q̄ᵐ ad amicitiā delectabilis et vtilis: vel ex inclinatione habitus virtuosi presupposita inclinatione nature q̄ᵐ ad amicitiā honesti inq̄ᵐ omne quod facit similitudinē cū aliquo inclinat ad amorem illius. et ideo nō ponitur aliqua virtus sed quiddā consequens ad virtutes. hec ille. Neq; iterum verū est q̄ amicitia habeat ppriā laudabilitatē s̄m se. nā vt. S. Doc. dicit. 2ª 2ᵉ. q. 23. ar. 3. ad. pᵐ. nō quelibet amicitia hēt rōnē laudabilis et honesti sicut pz in amicitia vtilis et delectabilis. d amicitia aūt virtuosa dicit ibidē q̄ nō hēt rōnē laudabilis et ho-

nesti nisi sm q fundat super honestate virtutũ. ¶Ad.3m. quod est Henrici dicitur q veritatẽ habet in eo q dicit amicitiam esse virtutum adiutricem et datam esse a natura. sed quod in fine concludit amicitiam esse virtutem generalẽ falsum est. nec illud ex premissis recte sequitur imo magis q est aliquid cõsequens ad virtutes. ¶Ad.4m. dicitur q si auctoritas cõmentatoris recipiatur: improprie accipit nomen virtutis cũ dicit amicitiam esse vnam virtutem ꝓ eo.s. q cõsequitur ad virtutem. et tamen dictum cõmentatoris sequi non tenemur cũ in multis erraverit. ¶Ad argumẽta Scoti cõtra secundã ꝯclusionẽ ad pmũ dicit q ꝓcedit ex falsa imaginatione arguentis q.s. eadem omnino sit ratio diligibilitatis et amicitie. hoc autem est falsum. vt enim dictum fuit in primo notabili: amicitia ex additione se habet ad amorem et dilectionẽ. vnde Augustinus libro de amicitia caplo.10. amor inqt sine amicitia esse potest: amicitia sine amore nũquam. ratio igitur diligibilitatis magis absoluta et generalis est q̃ ratio amicitie. et ideo in rõne amicitie potest cõnotari comparatio aliqua ad creaturam: que non importatur in ratione amoris vel diligibilitatis. qualiter autem intelligi debeat q deus sit obiectum charitatis inq̃m est btificatiuus creature intellectualis: dictum est diffusius in tertio notabili. ¶Ad.2m. dicitur q ly beatificatiuum dicit deum siue dei naturaz cum aptitudine beatificandi. vnde concedim⁹ totaz deductionem ꝓ prima pte diuisionis nec eni aliquid cõtra nos cõcludit. ¶Ad.3m. dicit q ꝓcedit ex falso intellectu quem arguens habuit i dictis. S. Tho. non eni cum dicit deum diligi vt ẽ obm btificatiuũ: sensus est q deus diligit amore cõcupiscentie ꝓpter cõmodũ qd ex btificatione homini ꝓuenit a deo. sed verus sensus ẽ quẽ in tertio notabili diffuse posuim⁹. ¶Ad.4m. dr q similiter ꝓcedit ex falsa imaginatione arguentis. non eni Doctor. S. alicubi scripsit aut intellexit q relatio vel actualis vel aptitudinalis cõnotata hoc nomine beatificuz: sit ratio formalis terminandi actum charitatis: sed magis de⁹ ipse seu diuina natura sub dicte relationis cõnotatione modo exposito in tertio notabili. ¶Ad.5m. dicit ad minorẽ pmo falsuz eẽ q potẽtia volitiua respiciat ꝓ obiecto primo et adequato totũ ens sub ratione entis vt arguẽs videtur sentire: sed sub ratione boni. sicut eni imaginatio forme sine extimatione conuenientis vel nociui non mouet appetitum sensitiuum: ita nec apprehensio entis aut veri sine ratione boni et appetibilis mouet voluntatem. ꝓpter quod phs dicit in.3. de anima q intellectus speculatiuus voluntatem non mouet. Dicitur secundo q maior posset esse vera loquẽdo de potẽtia volitiua absolute sumpta non contracta per aliquẽ habitũ. sicut enim voluntas per habitum iustitie non respicit pro obiecto adequato totum ens nec totum bonũ sed bonum iustũ et per fortitudinem bonum terribile: ita et voluntas sm habitum amicitie ꝛ charitatis non respicit pro obiecto pmo et adequato totum ens vel quodlibet hoc ens: sed ens beatificatiuũ quod est deus. ¶Ad argumenta Scoti contra tertiã ꝯclusionẽ ad primũ dicatur q eo ipso q appetit⁹ naturalis cuiusq rei determinatur ad esse ꝓpriũ singulare: determinat etiaz principali⁹ et ad esse ipsi⁹ specificum et multo amplius ad id quod est bonum vniuersale simpliciter quod est de⁹. Unde ad hoc argumentũ in sententia respondet. S. Tho. pa. p. q.60. ar.5. ad.3m. arguit eni sic tertio loco. natura reflectit in seipsam. videm⁹ eni q omne agẽs agit ad conseruationẽ sui. nõ aũt reflecteret i seipsam natura si tẽderet in aliud plusq̃ in seipsam. non ergo naturali dilectione diligit angelus deum plusq̃ se ipsum. ecce argumentum. seqtur responsio. Ad.3m dicendum q natura reflectitur in seipsam nõ solum q̃m ad id quod ẽ ei singulare: sed multo magis quantũ ad cõmune. inclinat eni vnũquodq ad conseruandum non solum suum indiuiduũ sed etiã suaz speciem. et multo magis habet naturalem inclinationem vnũquodq in id quod est bonũ vniuersale simpliciter. hec ille. Et cum arguens dicit q si appetitus vtrumq non posset appetere. s. esse suum et esse dei et cetera: dicitur q casus est impossibilis. non enim est possibile q creatura appetat sui esse conseruationem: non appetẽdo cõseruationẽ esse diuini: cum esse creature conseruari nõ possit sine esse diuino. imo est multo melius ac pfecti⁹ saluat in deo q̃ in ipsamet creatura. ita vt posito p ipossibile q esse dei et esse creature simul stare nõ possent: naturalis creatura magis appeteret eẽ dei q̃ esse ꝓprium. ¶Ad.2m. negat cõsequẽtia pma. nã quãuis appetitus naturalis nõ sit nisi respectu cõuenietis appetẽti: nõ inde sequit q pmo sit respectu appetẽtis. vñ appetitus naturalis creature fert i deuz qui est sibi cõueniẽs imo et quid necessariuz: sed non ea intentione finali quia est creature conueniens sed quia est summe bonus in se. Idem in sententia respondet ad simile argumentum. S. Tho. 2a 2e. q.26. ar.3. ad.2m. q bonũ toti⁹ diligit quidẽ pars sm q est sibi conueniẽs: nõ autẽ

ita ꝙ bonū totius ad se referat: sed potius ita ꝙ seipsam refert in bonum totius. vnde argumētū nihil cōcludit. ¶Ad.3m.dicitur ꝙ ratio ibi posita exēplo parti ex bona est.et ad eiꝰ improbationem dicit ꝙ falsum assumit. et ad ꝓbationez assumpti dicit ꝙ licet homo exponat manuz: et tamen motꝰ ille naturalis est manui vt est pars totius.et presertim cum illa expositio manus sit repentina absq; deliberatione hominis. nā vt.S. Tho.dicit p̄mo q̄libet.ar.8°.inclinationes naturales maxime cognosci possunt in his q̄ naturaliter agunt absq; rationis deliberatione. vt enī phs dicit.2°. phy. sic vnūquodq; agit vel agit in natura: sicut aptū natum est agi vel agere. pari etiam modo ascensus aque in locū sursū ꝓpter bonum vniuersi: non est motus violentꝰ sed naturalis aque. fit enim ex naturali ordine inferiorum corporū ad supiores causas. ¶Ad.4m. respondet.S.Tho. in simili p̄ma.p.q.60.ar.5. ad p̄mū.ꝙ ratio dilectionis sumit ex vnione: in his q̄ pari modo se habent ad inuicem quorum vnū non est alteri causa essendi et bonitatis. in talibus enim vnūquodq; diligit naturaliter magis seipsum q̄ alterū. inq̄tm est magis sibi vnū q̄ alteri. sed in illis quorū vnū est tota rō existēdi et bonitatis alii: magis diligit naturaliter tale alterum q̄ seipsū. hec ille. ¶Ad.5m.dicit ꝙ ꝓcedit ex falsa imaginatione.s. ꝙ sola dilectione supnaturali que ē ex charitate: homo diligat deū plus q̄ seipsum. hoc autē falsum est. nam vt supra et p̄sertim in tertio notabili dictum fuit: etiam naturali dilectione homo diligit deuz plusq̄ seipsuz. ¶Ad.6m.negatur consequentia. non enī charitas ad hoc solum iuuat vt deꝰ super omnia diligatur: sed ad plura alia et ad id excellētiori modo. vnde ad hoc ꝓpositū.S.Doc.p̄a 2e.q.109. arti.3.ad p̄mū sic dicit. charitas diligit deum super omnia eminentius q̄ natura. natura enī diligit deum super omnia ꝓut est principium et finis naturalis boni. charitas autem s̄m ꝙ est obiectum beatitudinis et s̄m ꝙ homo habet quādam societatem spiritualem cū deo. addit etiā charitas sup naturalē dilectionem dei: ꝓmptitudinem quandam et delectationez sicut habitꝰ q̄libet virtutis addit supra actum bonum qui fit ex sola naturali ratione hominis virtutis habitum non habētis. hec ille. ¶Ad.7m. respondet S.Tho.2a 2e.q.26.ar.3.ad.p̄m.ꝙ phs loquit de amicabilibus q̄ sunt ad alterū in quo bonum quod est obiectū amicitie inuenit s̄m aliquē particularē modū. non aūt de amicabilibus q̄ sunt ad alterū in quo bonū predictū inuenit s̄z rōnē totius. In hoc vero tertio sentētiarū dis.29.ar. 3°.ad.3m. respōdet ꝙ amicabilia q̄ sunt ad alterum venerūt ex amicabilibꝰ que sunt ad seipsuz non sicut ex causa finali sed sicut ex eo qđ est prius in via generationis. quia sicut quilibet sibi prius est notus q̄ alter et q̄ deus: ita etiā dilectio quā quisq; habet ad seipsum: est prior ea dilectione quā habet ad alterum in via generationis. hec ille. et est eadem sententialiter cum prima solutione. ¶Ad.8m. dicitur ꝙ non est ad ꝓpositum nostrum. nā non aliud cōcludit nisi ꝙ hereticus exponat se morti non ꝓpter deū: sed ꝓpter volūtatem suā implēdaz. hoc aūt in nullo obsistit nostre cōclusioni in qua nō dicimꝰ ꝙ homo nō se exponat aliquādo morti ꝓpter suā volūtatē implēdam vel ne recedat a suo ꝓposito. neq; dicimus ꝙ ꝓ solo amore dei homo se exponit piculo mortis. sed cōclusio dicit ꝙ hō plus diligit deū q̄ seipsuz naturaliter. ex quo bene sequit ꝙ magis aut feruētiꝰ et ꝓmptiꝰ se exponat morti ꝓ deo q̄ ꝓ seipso. ¶Ad.9m.dicit ꝙ assumptū ē falsum imo similitudo de ciue ē satis cōgrua. et ad eiꝰ probationē negat antecedens. nec valet eiꝰ ꝓbatio ex auctoritate phi. p̄mo q̄ philosophꝰ vbi allegatur nō facit cōparationē inter bonū ciuis et bonū ciuitatis vel patrie: sed inter amicū et amicū sicut plane apparet ex lra philosophi vera. Itez secūdo. qz etiā si fieret cōparatio philosophi inter ciuē et patriā vel ciuitatez: ex toto illo capitulo non aliud cōcludit q̄ ꝙ ciuis bona tēporalia ac etiam vitā corporalē pro amicis exponēs: plura et maiora bona sibi acq̄rit q̄ pro amicis exponit scilicet laudem et honorem ac virtutis bonum. sed ex hoc non sequit ꝙ causa finalis ꝓpter quā se exponit p̄dicta subire pericula: sit honorem et cetera bona meliora sibi acquirere: sed amicis. et vt sic dicamus patrie illa bona impendēs: ex cōsequenti ista meliora consequitur. quemadmodum ex eo ꝙ homo per charitatem diligit deuz plusq̄ se et sup omnia qz est summe bonus: cōsequitur retributionem vite eterne quam retributionē non habuit pro fine principali. ¶Ad.10m. negatur cōsequētia. non enī est simile vtrobiq;. nam facere aliquid contra virtutē: est offendere deum supremū dominum et vniuersale totū cuius bonū debet homo magis diligere q̄ bonū ciuitatis et cuꝰ offensam tenetur homo magis fugere q̄ malū ciuitatis: qz plus ē dei q̄ ciuitatꝭ. et ideo plus debet aliqs dolere si faciat cōtra bonū virtutis: q̄ si tota ciuitas illo excepto fecisset. sed in eo ꝙ quis diligit bonum virtutis plus ciuitati q̄ sibi: deum non offendit immo concordat sue

voluntati que legem rebus instituit vt pars magis diligeret bonum totius ꝙ̃ sui ipsius. si autem malum esset in quo deus non offenderetur: magis deberet ciuis dolere de malo ciuitatis: ꝙ̃ de malo ꝓprio. et inde est ꝙ ciuis se exponit nocumento sui etiam morti ꝓ bono et conseruatione ciuitatis. non finaliter vt sibi ipsi maius bonum acquirat vt arguens fingit: sed quia naturaliter et ex charitate ad illud tenetur. ¶ Ad .11^m^. dicit̃ ꝙ non est simile de amicis siue persona priuata et de republica sicut dictum fuit in quinto notabili. ¶ Ad .12^m^. dicitur ꝙ imo est verissimum ꝙ charitas eleuat naturam ad amandum deũ ſm specialem rationẽ beatificantis. neqꝫ valet hui9 improbatio. quoniã licet fides ostẽdat nobis in deo esse talezrationẽ: necessario exigit̃ charitas ad inclinandum voluntatẽ in ipsi9 amorez. sicut enim ad amandum generaliter bonum nõ solũ requiritur ex parte intellectus ostensio et cognitio boni sed exigitur etiam in voluntate inclinatio et tendẽtia in bonũ: ita ad hoc ꝙ natura eleuetur ad amandum bonum supernaturale: non solum requiritur fides in intellectu ostendẽs illud bonum: sed requiritur necessario charitas in voluntate q̃ ipsam eleuet et inclinet in ipsius bonum amorem. non enim sufficit intellectus ad mouendum in opus absqꝫ volũtate. iuxta quod phs dicit. 3^o^. de anima ꝙ intellect9 speculatiuus non mouet. et Augustin9 sup illud psalmi. concupiuit anima mea desiderare ait. preuolat intellectus sequitur tardus aut null9 affectus. Cetera que ab arguente inducuntur pro nobis faciũt. ad vtrũqꝫ certe nos dicimus naturam indigere habitu charitatis et magis ad amorez amicitie. ¶ Ad 13^m^. concedimus prime illationis processuz: sed negamus assumptum secũdi processus. non enĩ modus specialis charitatis quo eleuat naturaz est vt diligatur de9 ꝓpter se et super omnia quia ad hoc voluntas sine charitate sufficit: sed insup vt diligatur sicut obiectũ beatificũ et btificans. Ad primam confirmationem conceditur prima consequentia sed negatur antecedens secunde. est enim falsum ꝙ dilectio naturalis faciat hominem diligere se magis ꝙ̃ quodcũqꝫ aliud. naz vt sepe dictũ est supra et lati9 in q̃rto notabili: homo naturali dilectione plus diligit deuz ꝙ̃ seipſz. vnde nõ est verꝫ ꝙ sit ordo cõuersus in dilectione naturali et gratuita ad intentionẽ arguẽtis. qualiter autem intelligi debeat ꝙ amicabilia q̃ sunt ad alterũ veniũt ex amicabilibus q̃ sunt ad seipsum dictũ est supra. Ad secũdam cõfirmationẽ dicit̃ ꝙ maior est falsa. nõ enĩ est idez ordo in cognitione et in dilectione. vnde. S. Tho. 2^a^ 2^e^ q. 27. ar. 4. i. c. dilectio inq̃t q̃ est appetitiue virtutis act9: etiã in statu vie tẽdit in deũ ꝑmo et ex ipso deriuat̃ ad alia. in cognitione vero est ecõuerso. q2. s. ꝑ alia deum cognoscim9 sicut causam per effect9 vel ꝑ modũ eminẽtie aut negationis vt patet per Dionisiũ in libro de diui. nomi. hec ille. Et in respõsione ad ꝑmũ dicit. quãuis incognita non possint amari: tamẽ non oportet ꝙ sit idem ordo cognitionis et dilectionis. nã dilectio est cognitionis termin9. et ideo vbi dsinit cognitio. s. in ipsa re q̃ per aliam cognoscit̃: ibi stati dilectio incipe põt. Eandẽ sententiã ponit in respõsione ad .2^m^. Et magis in hac dis. 27. q. 3. ar. ꝑ^o^ in cor. ¶ Ad .14^m^. põt respõderi dupliciter. vno modo ꝙ in auctoritate Bernardi gradus gratuiti capiunt̃ nõ solũ qui ex habitu gratie eliciuntur: sed etiã gradus dilectionis cum quibus gratia stare põt. et hi sunt tertius et quart9: non ꝑmus et secũdus. Secũdo põt respõderi ꝙ Bernardus loquit̃ in tertio et quarto gradu de dilectione elicita ex gratia et charitate. qua dilectione pauci attingunt diligere deũ et raptim ꝓpter quãplurimas hui9 vite occupationes et tẽtationes. ¶ Argumenta inducta ex dictis Duradi cõtra quartã quintã et sextã cõclusiones ꝓcedim9. non eniz aduersantur doctrine. S. Tho. si bene itelligant̃. neqꝫ induxim9 illa tanq̃ doctrine ei9 repugnantia vt quibusdam visuz est: sed magis vt hic loco responsionis firmarem9 illa doctrine S. Tho. nõ aduersari. ¶ Ad ea que Durandus obijcit contra septimã conclusionẽ: dicim9 ꝙ ꝓcedũt de equalitate boni in genere qd amico ex charitate optandũ est: et d capacitate remota q̃ cõsequit̃ naturã beatificabilez. nã omnib9 q̃ sunt sic beatitudinis capaces: optamus beatitudinez eternam. conclusio autez nr̃a loquit̃ de bono in speciali et de capacitate ꝓxima que est ꝑ gratiaz et charitatẽ. vt enĩ. S. T. dicit. 2^a^ 2^e^. q. 26. ar. 7. licet bonum qd omnib9 vult charitas. s. beatitudo eterna sit vnũ ſm se: habet tamen diuersos gradus ſꝫ diuersas btitudinis participationes. ad charitatẽ autẽ pertinet vt velit iusticiam dei seruari ſm quam meliores ꝑfecti9 beatitudinez participãt: et hoc pertinet ad spẽm dilectionis. sunt enĩ diuerse dilectionis species ſꝫ diuersa bona que optamus hijs quos diligimus. Ad confirmationẽ dicit̃ ad minorẽ ꝙ habet veritatem loquendo de quantitate capacitatis ꝓxime ordinate ad bonũ quod alicui optat̃. sed si nõ optat̃ alicui tãtũ bonũ quãtũ ẽ capax capacitate remota dficiẽte sibi capacitate proxima et specialiter

requisita ad tantũ et tale bonum: nulla est emulatio inuidie sed magis ẽ amor seruãde iusticie. et loquimur hic de bono premij ad quod puenitur p meritũ. Quod autẽ arguẽs consequenter dicit de preiudicio diuini amoris: nõ est ad ppositum nr̃e cõclusionis q̃ loquit̃ de bono glorie et premij nõ de bono meriti. nã d̃ hoc bono loquẽdo: omnib⁹ optandũ est tantũ bonũ quãti sunt capaces capacitate nature sicut est bonũ gratie et preparationis ad grãm vt inde efficati⁹ possint tẽdere in deũ et puenire ad bonũ glorie cui⁹ sunt p naturã capaces supposita ordinatione et voluntate diuina vt arguens dicit. ¶ Ad argumenta Durãdi cõtra octauã cõclusionẽ ad p^m dr̃ q assumptũ est falsum ꝓut deductũ fuit in septimo notabili. et ad eius ꝓbationẽ dicimus q conatus ad aliquod opus: est duplex. vn⁹ est q̃ innascit̃ ex perfectione charitatis qui alias vocat̃ charitatis feruor. et quãto iste conat⁹ maior est tanto est magis meritori⁹. alius conat⁹ est q̃ ꝓuenit ex difficultate operis. et iste conat⁹ non est meritori⁹ s̃m se sed ratione charitatis cui adiungitur. vnde si duo act⁹ ꝓcedãt ex pari habitu et sint eque intensi: vnus nõ est magis meritorius altero: quãuis ad vnum requiratur maior conatus ex difficultate operis q̃ ad alium eo q tota ratio meriti dependeat ex charitate non ex operis difficultate. Ut enim inquit. S. Tho. 2^a 2^e. q. 27. ar. 8. ad. 3^m. non oportet q omne difficilius sit magis meritorium sed q sic est difficilius vt etiam sit melius bonitate. s. ex charitate deriuata. Idem dicit distin. 30. hui⁹ tertij. arti. 3. ad 2^m. Et in. q. de virtu. q. 2. de charitate. ar. 8. ad 17^m. Ex quibus patet q arguens falsum assumit cum dicit q maior conatus propter difficultatẽ operis: ceteris existentibus parib⁹ sit magis meritori⁹. ¶ Ad. 2^m. dicitur q maior est falsa absolute sumpta sicut iacet. vnde hoc argumẽtũ soluit. S. Tho. distin. 30. huius tertij. ar. 3. vbi arguit sic quinto loco. virtus merendi ẽ ex gratia. sed ad dilectionem inimicorũ mouet tantũ gratia. ad dilectionem vero amicorũ mouet simul natura cum gratia. ergo magis est meritoriũ diligere inimicum q̃ diligere amicũ. ecce argumẽtum. sequitur responsio. Ad. 5^m. dicendum q natura nõ est contraria gratie. vnde admixtio nature ad grãm: non facit remissionẽ in effectib⁹ gratie q̃ causat̃ ex pmixtione contrarij. hec ille. Itẽ. 2^a 2^e. q. 27. arti. 8. ad. 2^m. dilectio inquit amici pro tanto est quandoq minus meritoria quia amicus diligitur propter seipsum. et ita deficit a vera ratione amicitie charitatis que ẽ de⁹. patet igitur q dilectio amici tunc est minus meritoria q̃ dilectio inimici: quãdo amicus diligit̃ principaliter quia amicus est: non propter deum. sed si amicus principaliter diligitur propter deum et cũ hoc etiã diligitur q2 amicus: nõ ẽ mi n⁹ meritoria q̃ dilectio inimici si vtraq dilectio ꝓcedat ex pari charitate. ¶ Ad. 3^m. dicitur q minor est falsa si vtraq dilectio est ex charitate. nã qui diligit amicum ex charitate: diligit etiã inimicum actu vel habitu si casus occurreret et opus esset. verum est tamen sicut deductũ fuit in septimo notabili ex dictis. S. Tho. q dilectio inimicorum ex natura operis et obiecti quodam modo arguit ꝓbabilius maiorẽ charitatẽ in diligẽte inimicum q̃ in diligente amicum. ¶ Ad argumentum ante oppositum patet responsio ex responsione ad. 7^m. contra tertiam conclusionem. Et in hoc articulus terminatur.

## ¶ Distinctio. xxxj. xxxij

CIrca distinctionem trigesimã primã et trigesimã secundam queritur vtrũ fides remaneat in patria et arguitur q sic. cognitio fidei et cognitio glorie differunt s̃m perfectum et imperfectum. sed cognitio perfecta et imperfecta simul sunt. sicut in angelo simul est cognitio matutina cum cognitione vespertina. et aliquis homo simul potest habere de eadem conclusione scientiam per sylogismum demonstratiuum: et opinionem per sylogismum dialeticum. ergo et fides simul potest esse post hanc vitam cum cognitione glorie. ¶ In oppositum arguitur quia dicit apostolus. 2^a. Corin. 5^o. quamdiu sumus in corpore: peregrinamur a domino. per fidẽ enim ambulamus et non per speciem. sed illi qui sunt in gloria non peregrinantur a domino sed sunt ei presentes. ergo fides non manet post hãc vitam in gloria. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.

Quantuz ad articulū primuz sit prima cōclusio q̄ habitus fidei nō remanet sed euacuatur in patria. Hanc conclusionez tenet. S. Tho. in hac disti.31.q.2.arti.p°.sub.ar.p°. Item pª 2ᵉ.q.67 arti.3. ¶ Secūda cōclusio est q̄ actus fidei non remanet nec remanere potest i patria simul cuz actu diuine visionis btīfice. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. vbi supra.

Quantuz ad articulum secundum arguit cōtra cōclusiones. Et q̄dē cōtra pmā ꝯclusionē arguit Durād⁹ pmo ꝓbādo q̄ nō sit hereticū nec cōtra sacrā scripturā ponere q̄ habitus fidei possit remanere in patria. q2 sacra scriptura nihil dicit cōtra possibilitatē remanēdi sicut patet discurrēdo per totū tredecimū capitulū pme epistole ad Corin. vbi hec materia specialius tangit᷑ et expssius q̄ȝ in alijs locis: et ꝑ oia alia loca scripture. q2 nū q̄ȝ inuenietᷣ vnū verbū q̄ddicat expresse vl' ex quo possit efficaciter deduci q̄ habit⁹ fidei nō possit in patria remanere. et si aliq̄s dicat q̄ imo adducat illā auctoritatē quia nō dū est ꝑ aliquez adducta. ergo dicere q̄ habit⁹ fidei possit in patria remanere: nullo modo est hereticum q2 nullo modo scriptura dicit cōtrariū. Itez scriptura recte intellecta nullo modo est cōtra actualem remanētiā habit⁹ fidei in patria. in eodē eni capitulo vbi de hoc agitur: dicit᷑ sic. siue ꝓphetie euacuabunt᷑ siue lingue cessabūt siue sciētia destruet᷑. et subdit similē causam sicut de fide. dicit᷑ eni de scientia q̄m ex parte cognoscim⁹ et ex parte prophetam⁹. cū aūt venerit quod pfectū est: euacuabit᷑ quod ex parte est. sicut ꝺ fide subdit. videm⁹ nūc ꝑ speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. ex quo arguitur tripliciter. Primo sic. sicut scriptura dicit fidē euacuari in patria: sic eadē scriptura et in eodē capitulo dicit donū prophetie ⁊ donum linguaꝝ et sciētiā cessare et destrui. sed ꝭm doctores sciētia nō destruet᷑ ꝭm habitū. donum etiā linguaꝝ in se nō cessabit quin sciāt loqui varijs linguis quicq̄d sit de actu. donū autē ꝓphetie fuit in xp̄o ꝭm doctores. et ipse vocat se ꝓphetam Matthei.13. vbi dicit. non est ꝓpheta sine honore nisi in patria sua. Christ⁹ aūt ꝭm mentez fuit beatus. ergo cum hec nō euacuent᷑ ꝭm habitum: videt᷑ q̄ nec fides. saltē hoc nō pōt ex scriptura cōuinci q2 de pari ratione loquit᷑ de omnibus illis et de fide ꝑ totū capitulum. ¶ 2° sic. q2 apostolus euacuationē fidei et doni linguarū et scientie: cōparat pfectioni etatis dicēs. cum essez paruulus et ē. cū autē factus sum vir: euacuaui q̄ erant paruuli. sed quando ex paruulo fit vir: nec potētia per quā loquebat᷑ sapiebat vl' cogitabat nec habitus bonus si quē habebat ad hos actus euacuant᷑. ergo nec habit⁹ predicti euacuant᷑ in patria. Si dicat᷑ q̄ nō est simile de fide et ꝺ alijs habitibus: q2 de essentia alioꝝ habituū nō ē imꝑfectio: sed ꝺ essentia fidei est imperfectio: ⁊ ideo adueniente pfectione: alia non euacuant᷑ q2 non habēt ad eam oppositionē sed solū fides ei opponit᷑: dico q̄ non valet ad ꝓpositū. q2 ex scriptura non habet᷑ illa differētia. sed si sit: hoc est ex natura talium habituū. quod adhuc non credo verum et patebit infra. cuȝ igit᷑ ex scriptura nullo modo habeat᷑ illa differētia: dicere q̄ nō euacuetur plus habit⁹ fidei q̄ȝ alij de quib⁹ de pari fit ibi mentio: non ē cōtra scripturā. et ideo nō ē hereticū quod solū inquirim⁹ ꝓ nunc quia post inquiremus an sit falsum. ¶ 3°. quia scriptura loquēs de euacuatione istoꝝ: exponit seipsaz ostēdens q̄ hoc intelligitur quo ad actus dicens. loq̄bar vt paruulus sapiebā vt paruulus ⁊ ē. et postea. videm⁹ nūc per speculū et in enigmate et ē. ergo ex sacra scriptura non potest haberi q̄ euacuentur habitus sed actus quod etiā recipit expositionem vt post dicetur. sic igitur patet q̄ nullo modo est cōtra scripturam recte intellectam ꝓut ꝑ circūstātiā scriptura exponit seipsam q̄ est optima expositio ꝭm Augustinū libro.83.q̄stionum: dicere q̄ habit⁹ fidei possit remanere vel remaneat in patria. ¶ Ulterius arguit q̄ habitus fidei possit remanere in patria sine actu. primo quia Paulus in raptu vidit deum: et tamen in eo mansit habitus fidei ꝭȝ doctores. ergo habitus fidei potest stare cum visione. respōdetur ad hoc q̄ nescitur an Paulus in raptu fuerit in corpore vel extra corpus. quia ipsemet nescivit vt dicitur pma Corin.12°. si autē anima ei⁹ fuerit extra corp⁹: tūc non habuit fidem sed solā visionem. sed restituta corpori rehabuit fidem sine visione: et ita nū q̄ȝ fuerunt simul fides et visio. sed illud non valet quia si nescitur an fuerit in corpore vel extra corpus: quare magis ponitur q̄ fuit extra corp⁹ q̄ȝ in corpore et quare nō. responderetur q̄ si fuerit in corpore: stetit fides cū visione sicut si fuit extra corpus non fuit fides cū visione. nisi enim raptus esset possibilis anima existente in corpore: Paulus sciens se raptum nō dubitaret an esset in corpore vel extra corp⁹

sed absolute dixisset q extra corpus. et si raptus est possibilis anima existente in corpore: quare propter raptũ oportet ponere Paulũ mortuũ. et si de facto ponat mortuꝰ fuisse: tamen potuit rapi viuus. nam et moises fuit raptus vel saltem vidit diuinam essentiã sicut Paulus vt dicit Augustinus super Genesim ad litteram: qui tamen non fuit mortuus. doctores etiã tenẽt q Paulꝰ in raptu non fuit mortuus sed solum abstractus ab vsu sensuũ. et sic stat argumentũ. ¶ 2°. quia fides que est habitꝰ acquisitus: stat cum visione corporali et cum assensu intellectus ex visiõe causato. ergo fides que est habitꝰ infusus potest stare cum visione spirituali seu beata. consequentia patet. qz omnino videtur esse simile hinc et inde. antecedens pbatur. si quis habeat habitum fidei acquisite videlicet per quem credat dictis alicuius astrologi de eclipsibus solis et lune: si actualiter videat lunam eclipsari prout predixit astrologus: non propter hoc prior habitus fidei destruetur imo potius cõfirmabitur. quia alias facilius et firmius crederet dictis talis astrologi ex hoc q vidit euenisse illud quod predixerat astrologus. Et si dicat q ad visionem eclipsis nihil facit habitus fidei nec cum ea potest concurrere actus eius: non valet. quia hic non queritur an actus fidei possit stare cum visione: sed solum de habitu. vnde dato q habitus ad illam visionem nihil faceret nec actus fidei cum visione stare posset: non sequit tamen quĩ habitꝰ cũ ea stare posset. ¶ 3°. quia habitus opinionis põt stare cum scientie actu. ergo similiter potest stare cũ actu visionis. et idem est de fide acquisita cum sit habitus opinatiuꝰ. antecedens patet. quia vnꝰ et idem homo potest habere de eadem cõclusiõe media demonstratiua que causant habitum sciẽtie: et media topica seu pbabilia q̃ causant habitum opinatiuum. et cum exit in actum considerandi cõclusionẽ sm media demõstratiua que faciunt eum scire: non oportet q oblicus fuerit mediorum pbabilium seu topicorum quorũ habitus est opinio. et sic simul scit actu et habet opinionem sm habitũ. et sic patet antecedens. consequentia pbatur. quia sicut credere et opinari opponũtur sm euidẽs et non euidens ei quod est videre: sic opponunt ei quod est scire sm certum et dubium. et ideo si non obstante oppositione certi et dubij opinio vel fides põt stare sm habitum cũ actu scientie: eodem modo non obstante oppositione euidentis et non euidentis: opinio et fides sm habitũ possunt stare cum actu visionis. et sicut est de fide acquisita respectu visionis corporalis: sic est de fide infusa respectu visionis beate. Et si dicatur q fides non potest stare cum visione beata non pter oppositionem quã habeat ad visionem sm se sed pter oppositionem quam habeat ad habitũ glorie: sicut habitus viciosus cum actu virtuoso stat: et tamẽ habitꝰ virtuosus non potest stare cum habitu vicioso quia habitꝰ non opponitur actui sed habitui: non valet. quia aut visio beata potest ẽẽ sine habitu glie aut nõ. si potest esse sine habitu glorie: tũc habitus fidei potest esse cum visione beata cui et non opponatur. si autẽ visio beata nõ põt esse sine habitu glorie: cum Paulus in raptu habuerit visionẽ beatam et p cõsequẽs habitũ glorie et cum hoc fidẽ sm habitũ: sequitur q tunc fuerũt simul fides et habitus glorie. ergo nõ opponunt qz opposita nõ possunt simul esse. Nec valet si diceretur q fuerunt simul p modum cuiusdã trãsitꝰ et nõ p modum habitꝰ pmanentis. quia q̃ possunt esse per vnum instãs: possunt semp simul esse. qz simultatem non impedit longitudo vel breuitas tẽporis sed natura oppositionis. vnde si pro illo instãti fuerunt in Paulo simul fides et habitus glorie necesse est q possint simul esse semper. ¶ 4°. qz minꝰ lumẽ non destruit adueniẽte maiori. sed lumen fidei et lumẽ glorie se habent vt lumẽ maiꝰ et lumen minꝰ. ergo et c. ¶ Cõtra secundã cõclusionẽ arguit. et primo dicit q ponere possibilitatem actꝰ fidei cum actu visionis: in nullo est contra sacrã scripturã. quia in nullo loco sacre scripture negat possibilitas: licet i aliquibꝰ locis quãtum ẽ de supficie textus videat negari simultas eorũ de facto. et qui dicunt oppositũ. s. q p scripturam neget cõpossibilitas: adducãt auctoritatem ad hoc sicut adducunt auctoritates cõmentatoris et philosophorum qui cõmuniꝰ et crebrios allegant. qz nõdum adducta est talis auctoritas nec puto q possit adduci. ¶ 2°. dicit q põere q de facto sint simul: adhuc non est ptra scriptura. quia sicut scriptura dicit euacuari fidem: ita et sciẽtiam et donum linguarum. nec in his ponit aliquam differentiam nec quo ad actũ nec quo ad habitum. et eandem rationem assignat. s. cum venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. et iterum. videmus nunc per speculum et in enigmate: tunc autem facie ad faciem. sed sm omnes doctores sciẽtia non euacuatur quo ad actũ sed solũ quo ad modũ impfectionis. donũ aũt linguarũ nescio si euacuabitur ibi quo ad actum vel quo ad modũ: si tamen laus vocalis erit in patria. qz pbabile ẽ si deꝰ laudat ibi vocalit: q btũs hñs donũ liguarũ quãdo q laudabit

eum in vna lingua q̃nq̧ in alia vt sic nihil vacet in eo a laude diuina: euacuabit tamẽ quo ad necessitatem sicut glosa exponit. q2 nõ erit necesse loqui linguis vbi quilibet cognoscet in deo q̃cq̃d ad ipsum ptinet. et hoc modo quãtũ est ex textu scripture: actus fidei euacuabitur in patria: aut quia imperfectio act⁹ tolletur et nõ actus ip̃e sicut dictũ est de actu sciẽtie: aut q2 nõ erit necessari⁹ sicut nec actus linguarum. visio eni beata excludit necessitatẽ fidei et act⁹ eius. sed quãtũ ẽ ex dictis scripture: nõ excludit nec possibilitatẽ nec actualem simultatẽ. Et si dicatꝫ ꝙ imo q2 imperfectio necessario euacuatꝫ adueniẽte pfectione: sed imperfectio est de essentia actus fidei et ideo euacuatur adueniẽte pfectione visionis: nõ sic autem est de actu sciẽtie de cuius essentia nõ est impfectio quãuis sit ei adiũcta pro statu vie: dicendum ꝙ hoc nõ valet. quia ista differẽtia inter actum fidei et actum sciẽtie: in nullo habetꝫ in sacra scriptura q̃ de pari omnino loquitꝫ de vtroq̧ sicut patet ex serie textus illius capituli pma Corin. 13°. et ideo dicere cõtrariũ non ẽ cõtra scripturam. et sic patet ꝙ in nullo ẽ ꝯtra scripturã dicere ꝙ act⁹ fidei ꝛ visiõis possint stare simul. ¶ 3°. dicit ꝙ licet de facto illi duo act⁹ non stent simul: possent tamẽ simul stare. pmum ꝓbat. q2 vel essent duo actus distincti vel vn⁹. nõ duo: q2 beati clare vident in patria illud qđ credũt viatores. propter quod sicut modo credim⁹ scripturã a deo eẽ inspiratã: sic beati vidẽt deũ inspirasse sanctis dicta scripture. et ideo de hoc nõ habẽt actũ fidei sed sciẽtie vel visionis. nec ꝑ consequẽs de veritate dictorum sacre scripture. vnde apud eos quasi tale argumentũ est ex ꝑ se notis. quicq̃d de⁹ dixit vel dicẽtibus inspirauit: est verũ. et hec est per se nota etiã in lumine naturali. sed de⁹ dixit vel inspirauit sanctis ꝓphetis et apostolis dicta scripture. et hec est etiã per se nota beatis. ergo dicta scripture sunt vera. ita ꝙ hec conclusio est scita a beatis et cognitio eius est act⁹ scientie et non fidei q̃ innititur auctoritati e q̃ non est euidens ꝙ sit a deo dicta. et sic actus fidei vt distinct⁹ ꝫm se a beata visione: non est in beatis. Item nec vt concurrẽs in vnum cum alio. quia duo habitus non cõcurrũt ad vnum actum nisi ꝓpter cõcursum mediorum ꝓpriorum illis habitibus. sed ꝓprium medium fidei infuse non potest concurrere cum medio causante visionem beatam. ergo et cẽ. minor ꝓbatur dupliciter. primo quia propium medium fidei infuse est auctoritas scripture de qua non est euidẽs ꝙ sit a deo dicta. si enim esset euidens ipsam esse a deo dictã: magis esset medium scientie q̃ fidei. beatis autem nõ est ineuidẽs immo est euidẽs scripturã esse a deo dictã vel inspiratam. ergo ꝓprium mediũ habit⁹ fidei deficit in beatis in patria. Secũdo q2 dato ꝙ esset ibi tale mediũ: non tamẽ cõcurreret cũ medio causante visionẽ beatã. quia visio beata cũ sit act⁹ precise supnaturalis: cõsurgit totaliter et precise ex causa supnaturali. et ideo totaliter et precise est ab essentia diuina effectiue obiectiue nullo alio concurrẽte. et sic patet pmum. ¶ Secundũ probat dicẽs ꝙ si beati nõ viderẽt nec scirẽt scripturam esse a deo inspiratã ita ꝙ maneret in eis ꝓprium mediũ fidei habit⁹: sic credere et videre si ponerẽtur esse duo act⁹ ꝫm rem: sic possent esse simul. quod patet. quia act⁹ visionis et sciẽtie acquisite et actus fidei: nõ habẽt oppositionẽ nisi ꝫm magis euidẽs et min⁹ euidẽs. act⁹ eni visionis ẽ simpliciter et summe euidẽs. act⁹ vero sciẽtie est mediocriter euidẽs. act⁹ autẽ fidei est ꝫm infimum gradũ euidẽs: et tamẽ est aliquo modo euidẽs. cũ eni sit act⁹ itellect⁹ positiu⁹: est q̃dã visio quãuis obscura. cui cõcordat dictũ apli pma Corin. 13°. vbi sic dicit. videm⁹ nũc ꝑ speculũ et in enigmate: tũc aũt facie ad faciẽ. ecce ꝙ vtrũq̧ actum dicit esse visionem: sed vnam dicit esse claram q2 facie ad faciẽ: aliã vero dicit esse obscurã q2 ꝑ speculũ et in enigmate. tũc arguitꝫ sic. act⁹ scientie et fidei videntꝫ opponi visioni ꝫm magis euidens ꝛ min⁹ euidẽs: licet in hac apparẽti oppositione maior videatꝫ esse oppositio act⁹ fidei ad visionẽ: q̃ act⁹ sciẽtie. sed act⁹ sciẽtie stat in patria cum actu visionis ꝫm doctores. ergo similiter act⁹ fidei poterit stare in patria cũ visione. quãuis eni sit minus euidẽs q̃ act⁹ sciẽtie: tamẽ ex quo act⁹ scientie est cõpossibilis cũ visione: actus fidei poterit esse cõpossibilis cũ eadẽ. visio eni vel vtriq̧ opponitꝫ: vel nulli. si vtriq̧: cũ nullo põt stare. quia omnis oppositio magna vel parua: ipedit simultatẽ. si nulli: qua rõne põt stare cũ vno: põt etiam stare cum alio. puto aũt inquit ꝙ nulli eorum opponitur. q2 oppositio formalis est solum specierum q̃ sunt sub eodẽ genere ꝓximo sicut albedo et ceteri colores sunt sub colore sicut sub genere ꝓximo. vnde sibi opponuntur et inuicẽ sunt incõpossibiles in eodẽ subiecto. sed colores ꝛ sapores q2 non sunt in eodẽ genere ꝓximo: non opponuntꝫ ad inuicẽ nec sunt incõpossibiles in eodem subiecto. visio autem beata non videtꝫ esse eiusdẽ generis proximi cũ quocũq̧ alio actu intelligendi quem habeamus in via siue sit actus scientie siue fidei. quia visio beata est supernaturalis act⁹ non solum q̃tum ad causam suã sicut fuit visus da-

tus ceco nato: sed est act⁹ supnaturalis per essētiam. vñ nullus act⁹ intelligēdi quē possum⁹ hr̄e ex puris naturalib⁹ siue sit scire siue opinari siue credere ad quē nō necessario requirit̄ fides infusa: potest esse eiusdē generis ꝑximi cum beata visione. vnde nullā oppositionē habet ad illaz nec ſm se nec ſm cōdiciones suas intrinsecas q̄cūqȝ sint ille. et ideo possunt stare simul. et sic patet ꝙ act⁹ sciētie et fidei possunt simul stare cū visione beata dato ꝙ essent diuersi act⁹. ¶ Itē quoꝝ rationes precise et formales sunt cōpossibiles: ipsa sunt cōpossibilia. sed formales rōnes ⁊ precise actus credēdi et videndi seu sciēdi sunt cōpossibiles. igitur et cetera. maior patet. minor ꝓbat̄. qꝛ videre est assentire rei p̄sēnti in se. scire vero est assentire alicui ꝓpter causam vel ꝓpter noticiā cause. credere aūt ē assentire alicui ꝓpter auctoritatē dicētis. et in his consistit precisa et formalis ratio eoꝝ. constat aūt ꝙ aliquis pōt assentire alicui cōclusioni qꝛ videt eam in se puta videt lunam eclipsari. et qꝛ scit causam puta ꝙ ex tali motu interponit̄ terra inter solē et lunam. et qꝛ audiuit a perito astrologo cui credere cōsueuit. igitur et c̄. ¶ Vlterius arguit ꝙ imꝑfectio nullo modo sit de essentia act⁹ credēdi nec alicuius alterius act⁹. quia nulla ꝑuatio pōt esse ꝺ essentia alicui⁹ positiui: quia omne positiuū constituit̄ intrinsece et essentialit̄ ex solis positiuis. cum igit̄ actus credēdi et omnis ali⁹ actus sit aliq̄d positiuū: impossibile est ꝙ imꝑfectio ꝓut dicit priuationem: sit intrinsece de essentia act⁹ fidei vel cuiuscūqȝ alterius act⁹. pōt tamē esse cōdicio cōcomitans qꝛ minor ꝑfectio deficit a maiori ꝑfectione. et sic imperfectio cōcomitatur semꝑ et inseparabiliter actū fidei qui est precise ⁊ totaliter a fide. deficit enim a ꝑfectione sciētie ⁊ visionis: qꝛ act⁹ visionis tendit in rē sibi actualiter ſm se p̄sentē. actus vero sciētie tēdit in obiectū presentatum ꝑ mediū certū et euidēs de cui⁹ certitudine constat ipsi sciēti. ab vtroqȝ aūt hoꝝ ꝺficit act⁹ fidei cui nō est presens obm̄ nisi ꝑ auctoritatē dicētis de cui⁹ veritate nō cōstat euidēter credēti. et sic talis imꝑfectio semꝑ cōcomitat̄ actum qui est solius fidei. dico aūt solius fidei: qꝛ medium cui fides innitit̄: pōt cōcurrere cum medio faciēte scire vel cū presentia obiecti. et tūc causat̄ vn⁹ actus ex trib⁹ mediis simul cōcurrentib⁹. qui act⁹ non habet illā imperfectionē quā habet act⁹ qui est a sola fide. ¶ 2°. arguit sic. sicut enigma q̄d attribuitur fidei sonat imꝑfectionez: sic esse ex parte quod attribuitur sciētie ab apostolo ꝑma Cori. 13. sonat in imꝑfectionē. sed imperfectio non ē ꝺ ratione actus scientie ſm doctores. ergo similit̄ non est de ratione actus fidei. hec ille.

Quantuȝ ad articulū tertiū ꝑmo notandū est ꝙ non est idez omnino q̄rere vtrū habit⁹ fidei maneat aut manere possit in patria vel in beatis: et vtrū maneat vel manere possit cū actu visionis clare diuine essentie. nā patria in hm̄oi locutionibus: nominat terminū et q̄etē peregrinationis hui⁹ vite ⁊ celestis regni ꝑpetuā mansionē. vnde Hebre. 11°. cū apostol⁹ enumerasset scōs p̄res iuxta fidē defunctos nō acceptis repromissionibus sed a lōge eas aspiciētes et salutantes ⁊ cōfitētes quia peregrini et hospites sunt sup̄ terrā: subiūgit. qui eni hoc dicunt: significāt se patriam inquirere celestē. s. tanq̄ȝ terminū et q̄etez sue ꝑegrinationis. vnde Augustin⁹ in libro ꝺ penitētia. quia inquit optat ad patriā remeare ⁊ illam speciē q̄ est facie ad faciē cōtēplari: nisi quez peregrinationis sue penituerit. beatitudo autez statū nominat omniū bonoꝝ aggregatione ꝑfectū iuxta diffinitionē Boecij. ad quod requirit̄ ꝙ sit bonū quoddā sufficiēs desideriuȝ hominis implēs et quietās atqȝ omne maluȝ et triste vel etiam afflictiuū excludēs. ex quo sequit̄ ꝙ beatitudo vera securuȝ faciat illā habentē ꝙ nequaq̄ȝ ipsam amissurus sit. ē eni ꝑfectio cōsumata. quaobrē ꝓpheta Dauid dicebat. saciabor cū apparuerit gloria tua. ſm hec igit̄ illi dicunt̄ esse in p̄ria de qua loquimur: qui ad terminū et quietē peregrinationis hui⁹ vite ꝑuenerūt et statū ac mansionē celestis ciuitatis adepti sunt nō vt aduene sed ciues effecti. rursus illi vere dicuntur beati q̄ omne bonū possibile eis adipisci habēt et possident nūq̄ȝ in ꝑpetuū amissuri. act⁹ autē visionis diuine essentie: ex sui rōne formali nō dicit terminū ꝑegriationis hui⁹ vite nec ꝑpetuā celestis regni quietē et mansionē: sed tm̄modo aptam diuine essentie visionē cui nō repugnat stat⁹ vie et peregrinationis sicut manifestuȝ fit in raptu Pauli. Patet igit̄ ex his sicut ꝑmisim⁹ ꝙ aliud est q̄rere vtrū fides maneat vel manere possit in patria aut in beatis: et vtrū manere possit vel maneat cum actu visionis diuine essentie. ac ꝑ hoc aliter respondēdum ē ad ꝑmū q̄situȝ et aliter ad secūdum. Unde ad ꝑmū respōdet cōmunis doctrina sanctoꝝ doctoꝝ negatiue. ad secūdū vero q̄situ respōdet affirmatiue nō solū de possibili: verūetiā de facto prout contigit in raptu Pauli et Moysi ſm Augustinū. 12. sup Gene. ad litterā.

et in libro de vidēdo deū. Et q2 .S. Tho. efficaciter deducit veritatē responsionis ad primū q̄situm in locis ꝓ cōclusione allegatis: et in responsione ad secundū q̄situ omnes doctores theologi consonāt Augustino: restat nobis ꝓsequēdū an sit hereticū dicere ꝙ habit⁹ fidei maneat i patria vel in beatis simul cū visione clara diuine essentie ꝓpter opinionē quorūdā doctorū. ad qḋ dignū duxim⁹ sumatim deducere in sequēti notabili que ꝓpositiones dicēde sunt heretice.

¶ Secundo Notandum est ꝙ vt colligi pōt ex scōrum patrū et cōciliorꝫ decisionib⁹: quinqꝫ sunt genera veritatū catholicarꝫ quas ꝑtinaciter negans hereric⁹ in ecclesia censet. Primū gen⁹ est illarꝫ veritatū que in scripturis sanctis explicite vł implicite continent. vñ Augustinus in epistola ad Hieronimū sic dicit. ego solis eis scriptorib⁹ qui canonici appellant didici hūc timorē honorēqꝫ deferre: vt nullū eorꝫ scribēdo errasse audeā credere. Itē3 idē in libro de baptismo libro. 2°. qs inquit nesciat scripturā canonicā tam veteris q̄ noui testamēti certis terminis cōtineri eāqꝫ posteriorib⁹ omniū episcoporꝫ litteris ita ꝑponi vt de illis omnino dubitari et disceptari nō possit vtrū verū vel rectū sit qḋ in eis scriptū eē cōstiterit. Secūdū gen⁹ veritatū catholicarū ē earum q̄ ex sacris scripturis efficaci ⁊ necessaria cōsequētia iferri possunt licet sacris litteris nō sint inserte. quēadmodū est hec veritas. christus est verus de⁹ et ver⁹ homo. q̄ licet in sacra scriptura in ꝓpria forma nō inueniat: q2 tamē ex cōtentis in sacra scriptura cōsequētia formali ac necessaria inferri pōt: ideo ꝓ veritate catholica tenet sicut patet ꝰ hereticis caplo. Cū christ⁹. Tertiū gen⁹ veritatū catholicarꝫ est earꝫ q̄ ꝑ reuelationem vel ꝑ doctrinā xp̄i ad vniuersalē ecclesiam ꝑuenerūt q̄uis in scripture sancte canone nō contineant. vt eni Joā. vltimo dicit. multa alia fecit Jesus q̄ nō sunt scripta in libro hoc nec etiaꝫ apud alios euāgelistas reperiunt. Paulus etiā in actib⁹ apostolorꝫ meminisse inquit nos oportet verbi dñi nr̄i Jesu xp̄i dicētis. beati⁹ est dare q̄ accipe. quod tñ nullus euāgelistarū descripsit. Illā etiā formā verborꝫ cōsecrationis qua in canone misse romana vtit ecclesia: nullus euāgelistarū a xp̄o traditā esse expressit: et tamē catholica veritas tenet ꝑ apostolos ad vniuersalē ecclesiā ex xp̄i institutiōe ꝑ doctrinā aut reuelationem ꝑuenisse. vnde Innocēti⁹ tertius in caplo. Cū marthe de cele. missarū dicit. sane multa tā de verbis q̄ ꝰ factis dominicis inuenim⁹ ab euāgelistis omissa q̄ apostoli vł suppleuisse verbo vł facto expressisse legunt. Quartū gen⁹ veritatꝫ catholicarū est earꝫ q̄ ab vniuersali ecclesia in cōcilijs plenarijs: vel apostolice sedis iudicio ad fidem christiane religionis diffinite sunt ꝑtinere quāuis in canone sacre scripture expresse non reperiant. iuxta qḋ est illud capitulū. Sicut sancti euāgelij quattuor libros ⁊ c̄ in decretis. 15ᵃ. dis. et. 24ᵃ. q. pᵃ. caplo. Hec est fides. Quintū genus est earꝫ veritatū q̄ ex p̄cedētib⁹ siue immediate siue mediāte aliqua alia ꝓpositione vera de iure vel de facto: cōcludi possunt. sicut est ista. cōtinentia quā religiosi vouent: ꝑfectior est ceteris parib⁹ cōtinētia cōiugali. nā ista mediāte alia ꝓpositione coassumpta. s. ꝙ cōtinētia quā vouēt religiosi est ꝑpetua et ab omni actu venereo abstinens: cadit sub cōsilio apostoli p̄ma Corin. 7. dicētis. qui matrimonio iūgit virginē suā: bene facit. et q̄ non iūgit: melius facit. Per oppositū accipiunt genera heresum et errorꝫ in fide ꝛm repugnantiā ad veritates catholicas p̄notatas. ¶ Ex premissis colligim⁹ ꝙ nō sufficiēter ꝓbat aliquā ꝓpositionē non eē de ꝑtinētib⁹ ad fidem ꝑ hoc ꝙ in sacra scriptura expresse non cōtinet. nec ecōtra ꝓbat efficaciter aliquā ꝓpositionem non eē erroneā vel hereticā: per hoc ꝙ in canone sacre scripture nō expresse negat aut ipsius oppositū nō reꝑitur. vnde volētes ꝓbare nō esse hereticū dicere ꝙ habit⁹ vel act⁹ fidei maneat i patria aut in beatis ꝑ hoc ꝙ nō reꝑitur expresse in sacra scriptura aliqḋ contrariū vel repugnās deficiunt in ꝓbatione q2 insufficiēter ꝓbant.

¶ Tertio Notandū est ꝙ aliq̄ ꝓbare nitunt ꝑ auctoritates sacre scripture dictū esse hereticū ꝙ habitus fidei maneat in patria aut in beatis simul cū visione diuine essentie. ¶ Prima auctoritas ē aplī Hebre. 11°. dicētis ꝙ fides est argumētū nō apparentiū. ex qua illi arguūt sic. Cōstat ꝙ i patria nihil erit nō apparēs de quo fuerit fides in via. et cū3 non sit possibile idē esse apparēs et nō apparēs eidem homini simul; sequit ꝙ ꝛm mētē aplī fides ē incōpossibilis visioni et statui patrie. ¶ Adducūt secundā auctoritatē ex ipsomet aplo Paulo. 2ᵃ Corin. 5. ait eni. dū sum⁹ in corꝑe peregrinamur a dño. per fidē enim ambulam⁹ et nō ꝑ speciem. ex qua auctoritate cū glosis sanctorꝫ habet primo ꝙ fides facit hominē ꝑegrinari a deo. secūdo ꝙ facit ambulare et tēdere in deū quasi in aliqḋ distās. constat aūt ꝙ illa duo sunt incōpossibilia statui beatifico: q2 beati nō ꝑegrinant a deo sꝫ sunt ei p̄sentes et de⁹ est eis p̄sens ꝑ speciē. nec tēdūt

in deū aut ambulāt: sed quiescunt in deo. vñ glosa sup predicto verbo sic dicit. qui peregrinatur et p fidem ambulat: nōdū est in patria sed ī via. ¶ Tertia auctoritas est apostoli pᵃ Corin.13°. ibi nāq3 apostolus cōparat cognitionē fidei: cognitioni speculari et enigmatice. cognitionē vero patrie cognitioni faciali. constat autē q̄ ille due sunt incōpossibiles in codē respectu eiusdē obiecti: potissime per idē mediū quod est ratio assentiēdi. p idē aūt mediū assentit fides et beatifica visio. s. p p̄mā veritatē. Itē ibidē cōparat cognitionē fidei cognitioni paruuli. cognitionē vero patrie: sapientie virili. constat autem has cognitiones esse incōpossibiles. ¶ Quarta auctoritas est aplī Ro. 8. dicētis. spes q̄ videt̄ nō ē spes. glosa. res sperata q̄ videtur non est subiecta virtuti spei q̄ nō est nisi d̄ nō apparētib⁹. sed fides est de his de quibus est spes. est enim rerum sperādarum .put aplus dicit ad Hebreos.11°. Patet igitur vt isti dicūt q̄ dicere habitū fidei manere in patria: sit cōtra auctoritates sacre scripture ac per hoc q̄ sit hereticū. ¶ Sed saluo meliori iudicio predicte auctoritates .ppositū illoꝝ nō satis .pbant. P̄mo q2 ad omnes auctoritates īductas posset respōderi q̄ loquūtur vel de actu fidei vl̄ de habitu fidei habēte seu eliciēte .ppriū actum circa suum obiectū .put ex ipsis auctoritatib⁹ bene intellectis apparet. nō autē loquūtur de habitu fidei absq3 actu. vnde in p̄ma auctoritate que magis videt̄ .p eis facere: argumentū nō apparētium .p actu fidei ponit̄ .put. S. Tho. exponit super dis.23.q.2.ar.p°.ad.5ᵐ. Et.2ᵃ2ᵉ.q.4.ar. p̄mo in cor. In ceteris vero auctoritatib⁹ expssa mētio fit de actu fidei. vt q̄ p fidē ambulam⁹. q̄ peregrinamur a dño. q̄ cognitionē enigmaticam p fidē habeam⁹ et c̄. de habitu vero fidei p̄cise nō loquunt̄ scripture auctoritates. vnde sine preiudicio veritatis sacre scripture teneri pōt vt videt̄ q̄ in patria simul cum visione diuine essentie maneat in beatis habitus fidei ligatus saltem ne exeat in .ppriū actū enigmaticū ex presentia et euidētia diuine essentie clare vise. nam et. S. Tho. ad ipsū3 tenet cōtigisse in raptu Pauli.2ᵃ2ᵉ.q.175.ar.3.ad.3ᵐ. Et d̄ veri.q.13.ar.2. ad.5ᵐ. ¶ Nec3 obstat si dicat̄ q̄ in raptu Pauli visio beata et habitus fidei simul steterūt ī Paulo nō p modū habit⁹ pmanētis sicut sunt in beatis sed raptim et p modū trāsitus: q2 huiuscemodi expositio et distinctio nō habet̄ ex canone sacre scripture vt cogamur fide id tenere. ¶ Secūdo q2 vt bñ arguit Durād⁹ sicut in scriptura sacra repit̄ fidē euacuari adueniēte clara dei visione ea rōne q2 cū venerit qđ pfectū ē: euacuabitur qđ ex parte est: ita et .ppter eandē3 rōnem scriptura sacra dicit q̄ ī pria .pphetie euacuabūtur et donū linguarū cessabit ac sciētia destruet̄ vt patet pᵃ Corin.13°. sed sine repugnātia scripture sacre doctores dicūt cōmuniter auctoritates scripture exponēdo q̄ .pphetia stare pōt simul cū3 clara visione diuine essentie sicut fuit in xp̄o intelligētes verba scripture de .pphetia futuri stat⁹. dicūt etiā q̄ sciētia in statu vie acquisita et donū linguaꝝ manebūt in beatis quātum ad habitū et actū licet nō q̄3ᵐ ad modū quo sunt in viatorib⁹: s̄m quem modū scriptura sacra loquitur. itē et quantū ad necessitatē q2 nō erit necesse vti sciētia acq̄sita nec loq̄ varijs linguis vbi quilibet ī deo cognoscet quicquid ad ipsū3 pertinet. ergo pari ratione absq3 repugnantia sacre scripture imo ipa3 exponēdo potest dici q̄ fides q̄3ᵐ ad habitū 7 quātū ad actū manebit in btīs 7 q̄ euacuabit̄ q̄3ᵐ ad modū quem habet in via. s. quātū ad ei⁹ impfectionē et q̄3ᵐ ad ipsius necessitatē. quātū ad impfectionē: q2 ei⁹ cognitio non erit p speculū et in enigmate nec assentiet nō visis quēadmodū hic in via. s̄m quē statū apostolus describit fidē Hebre.11. quātū vero ad necessitatē: nā nō erit opus credere hijs q̄ nūc sunt fidei .ppter auctoritatē dicētis aut illa reuelantis vbi clara visione cōspiciunt̄. quēadmodū opus non est credere eclipsim lune vel solis .ppter dictū astrologoꝝ: si eclipsis in seipsa oculis inspiciat̄. vñ nō videt̄ libero ore asserendū esse q̄ hereticū aut erroneū sit ponere q̄ beati in patria simul cū visione clara diuine essentie habeāt habitum vel actū fidei: cū3 hoc nō satis .pbari possit repugnare catholice veritati s̄m aliquē modum vel spēcē veritatū catholicarū quas in p̄cedenti notabili premisimus. et maxime q2 doctores catholici et magni illud opinati sunt. verūtamē quāuis dictū illđ hereticū nō sit aut erroneū: reijciendū tamē videt̄ tanq3 falsum eo q̄ multꝭ sanctorū doctoꝝ auctoritatib⁹ aduerset̄. vñ Gregorius exponēs illđ Joā.20. q2 vidisti me thoma credidisti: ait. cū apostolus dicat fides est substātia sperandarū rerū argumentū nō apparētium .pfecto liquet q2 q̄ apparēt: iam fide3 nō habēt s̄ agnitionē. Itē Augustin⁹ sup Joānem tractatu 68. fides inquit qua eoꝝ q̄ dcū visuri sunt quādiu pegrinant̄ corda mundant̄: quod non videt credit. nā si vides: nō est fides. credēti colligitur meritū. videnti reddit̄ premiū. Idē tractatu. 79 sup illud Joā.14. et nūc dixi vobis priusq3 fiat. hec est inq̄t laus fidei: si qđ credit̄ nō videt̄. Itē

in libro de perfectione iusticie. fidei inquit ⁊ spei
iam res ipsa nō q̄ credaṫ et spereṫ: sed q̄ videaṫ
teneaturq̨ succedet. charitas aūt q̄ in his tribꝰ
maioꝛ est: nō auferēṫ sed augebiṫ et implebitur.
Idē in libro de doctrina christiana exponēs il
lud apli p̄ᵃ Corin. 13. nūc aūt manent fides spes
charitas tria hec: maioꝛ horum est charitas ait.
qꝛ et cū quisq̨ ad eterna ꝑuenerit duobꝰ istis de
cedētibꝰ: charitas altioꝛ ⁊ certioꝛ ꝑmanebit. Itē
libro. 8°. de trini. caplo. 4°. ait. cū ꝑ fidē adhuc
ābulamꝰ nōdū vtiq̨ videmꝰ deū. Itē libro. 14.
capitulo. 2°. iquit. mēs quippe humana cū fidem
suā videt qua credit qꝺ nō videt: nō aliqꝺ sem-
piternū videt. nō eni semꝑ hoc erit. qꝺ vtiq̨ nō
erit qn̄ ista peregrinatione finita q̄ ꝑegrinamur
a dn̄o vt ꝑ fidē ambulare necesse sit: species illa
succedet per quā videbimꝰ facie ad faciē. Et in-
fra. neq̨ eni iam fides erit qua credanṫ q̄ nō vi-
denṫ: sed spēs qua videanṫ q̄ credebanṫ. Itē ser
mone. 24. § inquit. q̄ eni merces est aut qꝺ om-
nino vel nomē fidei: si modo vis videre qꝺ tene
as. ergo credamꝰ dū tēpus est fidei anteq̨ sit tē-
pus speciei. sic eni dicit apostolus. quādiu sumus
in hoc coꝛpe: ꝑegrinamur a dn̄o. ꝑ fidē eni ambu
lamus. ergo ꝑ fidē ambulamꝰ quādiu credimus
qꝺ nō videmꝰ. Item Joānes Crisosthomꝰ ex-
ponēs illud Joā. 20. beati q̄ nō viderūt et cre-
diderūt inquit. hoc eni fidei est: accipe q̄ non vi-
denṫ. est enim fides substātia sperandarū rerū
argumētū nō apparētiū. Idē hanc ipsam descrip-
tionē fidei exponēs Hebre. 11°. ꝓinde inqt neq̨
circa ea q̄ videnṫ credulitas vel incredulitas di-
ci pōt. neq̨ iterū fides dici pōt nisi cū circa ea q̄
non videnṫ amplius q̄ circa ea q̄ videnṫ satisfac
tionē quisq̨ habuerit. Et infra. si igiṫ fides ē cō-
iunctio coꝝ q̄ nō videnṫ: quid est q ea vultis iā
videre vt excidatis a fide et desinatis iusti esse.
¶ Sed cōtra p̄missa videṫ facere qꝺ Augustinꝰ
dicit de q̄stionibꝰ euāgelioꝝ libro. 2°. caplo. 39
exponēs illud Luce. 17°. dn̄e adauge nobis fidē.
pōt inqt intelligi hāc fidē sibi augeri postulasse q̄
credunṫ ea q̄ non videnṫ. sed tn̄ dicitṫ etiā fides
rerū qn̄ nō verbis sed rebꝰ ipsis p̄sentibus crediṫ
quod futurū est: cū iā p spēm manifestam se cōtē
plādā p̄bebit sanctis ipsa dei sapientia per quā
facta sunt omnia. de q̄ fide rerū luciq̨ illius pre
sentate: forsitā Paulꝰ apostolꝰ dicit. iusticia eni
dei reuelatur ex fide in fidē. Dicit enim ex alio lo
co. nos autem reuelata facie gloriā dn̄i speculan
tes: in eandē imaginē transfoꝛmamur de gloria
in gloriam tanquā a dn̄i spiritu. sicut eni hic ait d
gloria in gloriā: ita et ibi de fide in fidem. de glo
ria. s. euangelij quo nūc credētes illuminanṫ: in
gloriā ipsius incōmutabilis et manifeste verita-
tis qua tūc cōmutati perfruenṫ: ita ex fide ver-
boꝛum quibꝰ nūc credimus quod nōdū videmꝰ
in fidem rei ū qua in eternū qꝺ nūc credimus ob
tinebimus. Et infra. quid hec ꝑtineant ad id qꝺ
dictum est dn̄e adauge nobis fidē: difficile appa-
ret nisi intelligamꝰ ex fide in fidē. i. ex fide ista q̄
ministratur deo: in illam fidē eos significasse trā
ferendos vbi fruantur deo. augebitur enī fides
cū p̄mo verbis p̄dicantis: deinde rebus ap-
parentibus crediṫ. hec omnia Augustinꝰ. vbi ex
presse videṫ ponere fidē rerum visarum in bea-
tis deo iam fruētibus qꝺ est cōtra p̄missa. ¶ Sed
ad hoc respōdet. S. Tho. Hebre. 11°. in cōmen-
to q Augustinꝰ loquiṫ hic de fide cōmuniter di-
cta ꝓ omni certa et firma cognitione. nō de fide
ꝓprie dicta que est habitus a deo infusus et quā
apostolus describit Hebre. 11°. de qua fidem p̄-
senti questione agimꝰ. et hūc intellectū probat
ipsemet Augustinꝰ suꝑ Joā. tracta. 79. exponēs
illud Joā. 14. et nūc dixi vobis p̄usq̨ fiat: vt cū
factū fuerit credatis. ait enim. nescio vtrū crede
re dicendus est quisq̨ quod videt: nā ipsa fides
in epistola q̄ scribiṫ ad Hebreos ita est diffinita.
est aūt fides sꝑandaꝝ sub̄a et cōuictio rerū q̄ nō
videntur. quapropter si fides est reꝝ q̄ credunṫ
eadēq̨ fides earū reꝝ est q̄ non videnṫ: qꝺ sibi
vult qꝺ dn̄s ait et nūc dixi vobis p̄usq̨ fiat: vt
cū factum fuerit credatis. hec Augustinꝰ. Et res
pōdet parū infra dicēs. sed et si dicunṫ credi que
videntur sicut dicit vnusquisq̨ oculis suis se credi
disse: non tn̄ ipsa est q̄ in nobis edificatur fides.
¶ Patet igitur ex supra dictis auctoritatibꝰ fal-
sā esse opinionē dicētiū habitū fidei manere in
patria seu in beatis. sed et id ip̄m rōne probatur
p̄mo. qm̄ sicut apostolꝰ argumētatur Ro. 8°.
qꝺ videt quis qꝺ sperat: quasi dicat nequaq̄: ita
et argumētari possumꝰ. quod videt q̄s p̄sencialit
ter: quid iā auctoritate dicētis credit: vn̄ et Joā.
4°. samaritani qui in xp̄ꝫ crediderāt ꝓpter ver-
bum mulieris testimoniū perhibētis: postea q̄
sermonē xp̄i audierūt: mulieri dicebāt. quia iam
non ꝓpter tuā loquellā credimꝰ. ipsi eni audiui
mus et scimꝰ qꝛ hic est vere saluatoꝛ mūdi. quod
Origenes exponēs ait. impossibile nāq̨ est eā-
dem circa intellectū fieri passionem videntꝫ et ei
qui ꝑ videntē instruiṫ. ¶ Secundo. quia in ope-
ribus dei sicut est fides infusa: nihil in cassū ꝑu-
tandū est fieri. sed frustra in beatis et ad celestē
patriam ꝑuenientibꝰ habitus fidei poneretur: cū
ex clara visione diuine essentie mentes beatoꝛū

multo euidenti⁹ ac certi⁹ perficiantꝫ ꝓ habitū
fidei instrui potuissent. ergo fidei habitus in bea
tis ponendus non ē. ¶ Tertio. q2 status patrie
et beatoꝝ non ē status laboris et meriti: sed est
status recipiēdi premiū ꝓ merito. sed visio diui-
ne essentie se habet ad fidē sicut premiū ad meri
tū. inqt eni August. 22°. ꝺ ciuitate dei capitulo
penultimo. apostol⁹ ait. videm⁹ nunc ꝑ speculū
in enigmate: tūc autē facie ad faciē. premiū itaq3
fidei: nobis visio ista seruatur de qua et Joānes
loquēs: cum apparuerit inquit similes ei erimus
tate. nec omne matrimoniuz benedicitur sed solum primū: et tamē secundum est sacramentum sicut et primum. nec ecclesia pōt statuere aliqua q̄ sint essentialis sacramento et c. ¶ Item q non omnia sacramenta noue legis consistant in verbis et rebus sed solum quedam patet. sacramētū enim matrimonij sm̄ suum potissimū esse consistit in verbis exprimentibus consensum de p̄senti. sacramentū etiam penitētie prout est sacramētum noue legis hoc est put includit confessionē penitentis et absolutionē sacerdotis: consistit in solis verbis. nec requirit̄ in aliquo predictorum sacramentorū aliqua res preter verba. ergo predicta sacramenta nō consistunt in verbis et reb⁹. Et si dicat̄ q in matrimonio verba vnius coniugum tenent locum forme et verba alterius tenēt locū materie: in penitentia verba sacerdotis absoluentis tenent locū forme et verba penitentis tenent locū materie: non valet. q2 nos non dicimus quin in quolibet sacramēto sit aliquid p forma et aliquid pro materia: q̄uis in matrimonio sit difficile assignare hoc q2 quilibet coniugum de pari se habet ad matrimoniū: et ideo verba vnius cēsenda sunt sicut verba alteri⁹. sed querimus an omnia sacramenta noue legis cōsistāt in verbis et rebus: et constat q non q̄z[m] ad predicta duo sacramenta. q2 cū dicatur sacramentū cōstare ex verbis et rebus: res et verba sunt duo separata ita q nec verba possint accipi pro rebus nec res pro verbis si illud dictum debeat verificari. et ideo q̄uis in matrimonio et penitentia sint verba: non est ppter hoc dicēdū q consistant in reb⁹ et verb. nec psone ɔcurrētes ad matrimonium aut ad sacramētū penitentie possunt dici res prout nunc loquimur. q2 suscipientes sacramētū non sunt de intrinseca rōne sacramenti. et sic patet q non omnia sacramēta noue legis consistūt in reb⁹ et verbis saltē penitentia et matrimoniū. hec durandus. ¶ Cōtra tertiam ɔclusionē arguit idem Durandus pbando q preter gratiā non debeat poni dispositio aut ornat⁹ causatus i anima per sacramenta. constat enim inquit q sine dispositione vel ornatu quem ponis: potest haberi gratia vt in illis qui sanctificantur in vtero: vel in adultis qui iustificantur ante susceptionez baptismi: et in illis qui vere conteruntur ante cōfessionem et absolutionem. gratia etiam habita sine illis sufficientissime ornat animaz. quare poneret talem dispositionem vel ornatum: videtur esse pura adinuentio ad palliandum q sacramēta aliquid causant in anima. de nullo enim alio seruit predicta dispositio vel ornatus. vel dicas de quo et non erit facile fingere. hic autem nō includimus characterem quia de illo fiet inferius mentio specialis. ¶ Item matrimonium verum et ratum potest contrahi inter absentes quātumcumq3 distantes. si ergo per tale matrimonium conferretur ɔtrahentibus bene dispositis gratia que est a solo deo qui est presens omnibus q̄tumcumq3 inter se distantibus: qualiter tamen p verba matrimonij prolata in hispania potest cōferri alteri coniugum existenti in francia aliquis ornatus vel dispositio ad gratiam non apparet pbabile. ¶ Item vere contritus habet gratiam anteq̄z confiteatur vel absoluatur. si ergo per sacramentalem absolutionem causatur aliq̄s ornatus in eo: ille nō poterit esse dispositio ad gratiam que precessit nec ad augmentum gratie. q2 sicut dicit se ostendisse libro primo distin. 17. forma augmentabilis potest augeri ex parte solius agentis sine noua dispositione subiecti. igitur nulla necessitas est q per sacramentuz imprimatur talis dispositio vel ornatus. nec apparet vtilitas quare nec probabilitas. ¶ Item per sacramenta que dicuntur characterem imprimere non ponitur causari talis dispositio vel ornatus. character ergo excludit necessitatem et etiam congruitatem cuiuscū q3 alterius dispositionis ad grām. cum ergo baptismus confirmatio et ordo dicantur imprimere characterem indelibilem: sequitur vt videtur q baptizatis confirmatis et ordinatis recipientibus alia sacramenta: non imprimatur per ea aliqua dispositio vel ornatus: et sic illa sacramenta nihil causabunt. Et si dicatur q character baptismi non excludit necessitatez nec congruitatem alterius dispositionis ad gratiam absolute sed solum respectu gratie baptismalis: et consimiliter est de charactere confirmationis et ordinis: non valet. quia eadem est gratia sm̄ speciem per quam in baptismo tollitur culpa originalis et in penitentia culpa actualis et per quaz meritorie exercem⁹ actus ad quos deputamur per confirmationem et ordinem et alia sacramēta. et ideo si character tollit necessitatem vel cōgruitatem dispositionis vel ornatus respectu vnius: tollit etiam respectu cuiuscū q3 alterius. et sic non videtur q sit ponenda talis dispositio vel ornatus. hec durandus in forma. ¶ Contra eandem conclusionem arguit Scotus probando q nullum sacramentum etiam in virtute dei attingat ad characterem vel dispositionem ad gratiam vel ornatum effectiue inducendo. Primo sic. creatura non potest agere instrumentaliter ad terminum creationis sm̄ te, et hoc vt tu di-

tis alibi maxime est verum de substantia corpo-
rea cuiusmodi est sacramentum. dispositio aūt ꝑ
ma vel previa ad gratiam qualem ponis: est ter
minus creationis. ergo et cetera. hoc probatur.
quia illa dispositio est forma simpliciter superna
turalis: et quelibet talis est eque ineducibilis de
potentia naturali subiecti recipientis. eque etiaz
subiectum est in potentia obediētiali ad quam-
cumqꝫ talem formam. ¶ 2°. quia ista dispositio
cum sm te sit necessitas respectu gratie: quando
non est impedimentum in suscipiente: sequitur
ꝙ simul fiant in anima non indisposita ista dispo
sitio et gratia. igitur fit in instanti sicut ꝛ gratia.
quia non est successio in inductione alicuius for-
me: nisi penes partes mobilis vel forme. neutrū
autem est hic. non primum quia subiectum est in
divisibile. non secundum quia tunc gradus for-
me non possent esse nisi talis dispositio continue
fieret maior et maior. sed possibile est in aliquo
suscipiente sacramentum minimam dispositionē
induci sicut ꝛ minimam gratiam infundi. ad illaz
autem gratiam non requiritur nisi minima dispo
sitio. non est igitur ibi successio penes gradus sm
quos dispositio successive inducatur. patet etiaz
tertio illa propositio. quia instrumentuz non a-
git nisi in virtute principalis agentis. igitur si in-
strumentum potest agere in tempore ad illā dis-
positionē: sequitur ꝙ deus agat in tempore vel
successive ad eandem. consequens videtur incō-
veniens. tum propter infinitatem potentie agē-
tis. tum propter summam capacitatem suscipien-
tis non habentis contrarium. sic ergo supponitur
ex istis tribus rationibus ꝙ illa dispositio previa
ad gratiam quam tu ponis: inducatur vel indu-
ci possit in instanti. sacramenta autem cōmuni-
ter non possunt habere actionem suam in instā-
ti. primo quia cōmuniter in sacramentis requi-
runtur multa verba. illa autem non possunt ha-
bere esse in instanti: igitur in tempore. quare nec
agere actione sua naturali: igitur nec supernatu-
rali. quia sm te quando instrumentum habet a-
ctionem excedentem suam virtutem: habet etiā
actionem propriam. si etiam fingatur vna illarū
syllabarum totius orationis sacramentalis ha-
bere esse in instanti quod ideo fictio est quia for-
matio huius syllabe est cum motu locali aeris et
motus non est in instanti: adhuc non salvatur
propositum. quia aut illa esset prima syllaba aut
ultima aut intermedia. quecūqꝫ ponatur ex quo
hēt actionē ad illā dispositionē q causatur in istā
ti et nulla alia: sequitur ꝙ illa sola sufficeret ꝛ illa
sola inter alias haberet rationē sacramēti: qꝛ om

nes alie preter illam nec instrumentaliter nec q̄-
cumqꝫ modo agunt illam dispositionem previaz
quod est inconveniens. quia in tali oratione sa-
cramentali vna: non illa syllaba ponitur sacra-
mentum sed tota oratio. ꝙ si vltra fingas vlti-
mam syllabam esse sacramentum completive et
habere actionez que attribuitur sacramento nō
in virtute propria sed in virtute omnium prece-
dentium sicut vltima gutta in virtute omnium ꝑ
cedentium cavat lapidem. 8° physicoꝝ: hoc ni-
hil est. numq̄ꝫ enim in talibus vltimum comple-
tive causat effectum in virtute precedentium: ni
si quia precedentia dereliquerunt aliquam dis-
positionem previam ad illum terminum. hee au-
tem syllabe precedentes nullam talez dispositio
nem derelinquūt ante vltimam. igitur ꝛ cetera.
¶ 3°. quia in aliquo sacramento. s. in eucharistia
non videtur ista causalitas esse possibilis. et hoc
sive loquamur de sacramento pleno sive eucha-
ristia iam consecrata: vel de ipsa consecratione
sacramentali que est via ad sacramentum. nam
primo modo loquendo: illa species panis non vi
detur esse causa instrumentalis attingendo effe
ctum. s. existentiam realem corporis christi hic.
neqꝫ etiam aliquam dispositionem ad illum effe
ctum. De consecratione etiam patet ꝙ illa ver-
ba prolata non attingunt transubstantiationez
que est terminus principalis illius consecratio-
nis: cum illa transubstantiatio non fiat nisi virtu
te dei infinita quod eque vel magis patet q̄ꝫ de
creatione. neqꝫ attingit aliquam dispositionem
previam ad illam transubstantiationem: quia
aut illa dispositio esset ī pane aut in corpore chri
sti. neutruz potest dici. non enim in corpore chri
sti: quia iam non esset dispositio. nec in pane: qꝛ
cum illa dispositio esset necessitas ad transubstā
tiationem: in eodem instanti cum transubstan-
tiatione esset. et tunc in illo instanti esset panis.
quia quando est dispositio: est eius subiectum. sic
ergo panis in illo eodem instanti est in quo est il
la dispositio et transubstantiatio quod includit
contradictionem. Similiter pura fictio videtur
ꝙ per ista verba hoc est corpus meum magis al
teretur panis q̄ꝫ per alia verba prolata puta iste
panis est panis et huiusmodi: cum sonus non ha
beat virtutem activam ad causandum realez al
terationem vt apparet in pane. Potest etiaz ar-
gui hic vt prius. quia illa verba sacramētalia ha
bent esse in tempore: igitur ꝛ actionem suam in
tempore. illa autem dispositio ad eucharistiam
si fingatur: non potest causari in tempore ꝑpter
ea que supra dicta sunt. In proposito etiam est

ratio specialis quare verba cōsecrationis hostie
non possunt habere actionem respectu transub-
stantiationis seu dispositionis necessarie ad illā
transubstantiationem. quia non prius agūt cir-
ca passum ꝙ tāgāt illud ſm te ⁊ ſm phm. 2. phi
sicorum de simultate agentis ⁊ passi. nec autem
in instanti complete prolationis nondū species
huiusmodi obiecti verborum tangunt spēm pa-
nis. quia multiplicatio soni non fit nisi in tempo
re ſm phm in de sensu et sensato obiectione pe-
nultima. igitur per tempus post vltimum instās
complete prolationis: nondum transubstantia-
tio facta est nec dispositio preuia ad ipsaꝫ. igitur
panis per totum illud tempus permanet. quod
est contra cōmunem opinionem de eucharistia.
¶ 4°. arguitur. quia ista opinio ponit pluralita-
tem sine necessitate quod est contra doctrinam
philosophorum vt patet pmo phy. de opinione
mellisi ⁊ eius cōmentatoꝛ contra anaxagoram.
et. 7°. phy. et. 3°. de anima. quia natura nihil fa-
cit frustra. semper enīꝫ paucitas si sufficiat ad sal-
uandum apparentiam: est magis ponēda. sed ta
lem dispositionem fieri vniuersaliter in sacramē
tis: omnino videtur superfluum. nec huiusmodi
pluralitatis videtur esse aliqua necessitas vt pa
tet in eucharistia. quia fictio purissima videt̄ esse
ponere aliquam dispositionem precedentē vel
inter species panis que fiunt sacramentum et in
ter existētiā corporis christi que est res signata.
in alijs etiam sacramentis hoc probatur. nam in
illis que non imprimunt characterem: nulla ne-
cessitas videtur ponendi talem dispositionem q̄
dicitur ornatus ſm te imo hoc videtur cōtra cō-
munem doctrinam theologoruꝫ. in quibuscūqꝫ
enim sacramentis imprimitur dispositio ad effe
ctum principalem si propter obicem in suscipien
te non causatur tunc effectus finalis: cessante o-
bice sufficit dispositio ad illum effectuꝫ principa
lem. apparet etiam in sacramentis imprimenti-
bus characterem que propter hoc sunt initerabi
lia. sed in ficte penitente cessante fictione: nihil ē
quod sufficiat ad effectum vere penitentie alio-
quin non oporteret talem ficte confessum de eis
dem peccatis iterum confiteri. alias igitur in tali
sacramēto nulla imprimitur dispositio que sit dis
positio necessitans ad effectum sacramenti. hec
Scotus in forma. ¶ Contra eandem conclusio-
nem arguit Aureolus multipliciter. Primo sic.
si sacramentum haberet talem efficaciam et vir-
tutem: hoc deberet poni in sacramento dignissi-
mo puta eucharistie. sed talem efficaciam ⁊ vir-
tutem impossibile est poni in sacramento eucha

ristie. igitur non oportet ponere in alijs ad saluā
dum eorum dignitatem. hoc probatur. quia trā-
substantiatio est actio incomprehensibilis intel-
lectui creato. puta ꝙ aliquid transeat in aliud et
nihil ponat in eo nec maneat in se nec annihile-
tur. hoc videtur incōprehensibile omni creato in
tellectui. et ratio est quia passio in secūdo modo
dicendi per se hic separatur a subiecto: cū tamen
subiectum in natura sua determinet sibi hāc pas-
sionē. Dicetur forte ꝙ istā transubstātiationē du
pliciter possumus cōsiderare. s. q̄ꝫtum ad termi-
num ad quē. s. corpus xpi et terminū a quo puta
sbam panis. licet ergo sacrm non habeat effica
ciam circa terminū ad quem: habet tamen circa
terminū a quo. omnia aūt illa miracula sunt cir-
ca terminum ad quē. Cōtra istā respōsionē argu
itur sic. quia non intelligo ꝙ ista opinio velit dicere
ꝙ virtute trāsubstantiationis fiat aliquid in pa-
ne puta dispositio aliqua sicut aliq̄ mollicies vel
aliqua alia qualitas vel respect⁹ quo panis apt⁹
transeat in corpus xpi. si enīꝫ mille tales qualita
tes fiāt: non ppter hoc apparet panis magis ap-
tus ad transubstantiationē in corpus xpi. ¶ 2°.
quia illa qualitas ⁊ dispositio induceretur in pa-
ne in vltimo instanti ꝓlationis verboꝝ sacramē
talium. sed in vltimo instāti ꝓlationis verborū
panis non est sed desinit esse. et sic illa dispositio
⁊ qualitas fieret in nō ente. sic igit̄ intelligo istaꝫ
responsionē non ꝙ sacramēta sic agant in trāsitū
panis in corpus xpi: quia sic agerent in termino
ad quem: sed quia agunt in panem non positiue
causando dispositionem aliquam in pane sed ꝓ-
uatiue agendo in desitionem panis ita ꝙ virtu-
te eorum desinit esse panis. et si opinio sic intelli-
gatur: arguitur contra eam ⁊ probo ꝙ si sacramē
ta agunt ad desitionem panis: necessario agunt
ad transitum in corpus christi et arguitur sic. Ea
dem actione ⁊ motu quo quis recedit a termino
a quo: accedit ad terminum ad quem. nam nihil
aliud est recessus ab hoc: ꝙ̄ accessus ad hoc. per
hoc enim ꝙ accedo ad hoc: recedo ab hoc. sed
per te virtute verborum fit recessus a substantia
panis: igitur virtute eorum fit accessus ad corp⁹
christi. ¶ 2°. quia si verba sacramentalia agunt
ad desitionem panis: igitur actio eorum erit an-
nihilatiua. sed impossibile est ꝙ annihilare con-
ueniat alicui creature. tum etiaꝫ quia per hoc do
ctores euadunt ꝙ panis in transubstantiatione
non annihilatur quia transubstantiatio non ter
minatur ad non esse panis sed ad esse corp⁹ chri
sti. quia panis non desinit esse sed conuertitur in
corpus christi. ¶ 3°. quia desitio esse panis: nihil

aliud est q̃ subtractio influxus de inesse panis. igitur agere ad hoc est agere ad hoc q deus subtrahat influxum respectu panis. et tunc si illa virtus potest agere ad hoc q deus subtrahat influxum respectu panis: ita et posset agere ad hoc q subtrahet influxū respectu alterius creature. ergo illud sacramētum nō potest agere ad desitionem panis. ¶ Confirmat quia panis sic desinit esse q totum esse panis .s. materia et forma desinit eē. tunc sic. impossibile est aliquam creaturam sic agere ad desitionem alicuius. igitur etc. assumptū probatur. qr nullum accidens primo agit ad desitionem sui subiecti. omnis autē actio creature est accidens habens creaturā pro subiecto. ergo nullius creature actio est primo ad desitionē materie. ¶ 4°. sic supposito p̄mo q omnis actio creature est accidens: secundo supposito q in transubstantiatione sunt duo signa. primū est non entitas panis: secundū est corpis xpi entitas. quero igitur de actione verborū sacramētalium in quo est subiectiue: aut in primo signo substantie ipsius panis aut in signo substantie corporis xpi aut est actio sine subiecto subsistens. nō potest dici p̄mū quia in illo signo est nō entitas panis. probat qr in instanti in quo est transubstātiatio: primo nō est panis qr tunc primo conuersus est in corpus xpi. nec pōt dici secundū quia per te actio procedens virtute illorum verborū: non attingit terminum ad quem. relinquit igitur tertius modus q actio illa sit subsistēs: vel oportet dicere q talis actio est impossibilis. Dices q actio illa est in substantia panis que desinit esse. substantia enim panis est in aliquo ~~ultimo~~ toto tempore p̄cedente cōuersionem: et actio est in pane pro instāti desitionis ad quod imediate sequitur totū tēpus in quo panis habet non esse. Contra istā responsionē arguitur sic. supposito q panis non desinit esse per motū sed in instanti complete prolationis verborum in quo primo ē actio diuina respectu termini ad quem tūc sic. aut actio illorū verborū est in eodē instanti in quo est actio diuina et tunc cum actio illa per te sit subiectiue in pane: habeo q in eodem instanti erit ibi substantia panis et esse corporis christi. aut actio diuina et actio verborum est in alio et alio instanti: et tunc vel inter illa duo instantia est tempus mediū: et tūc cadit medium inter esse panis et esse corpis christi ita q est tempus in quo nec ēibi panis nec corpus christi. vel inter illa duo instantia non cadit tempus medium: et sic erunt duo instantia immediata. igitur oportet dicere q actio illorum verborum sit in instanti in quo est actio diuina circa corpus christi: et per consequens quando panis primo non est. et sic nō est subiectiue in pane. igitur vel est subiectiue in termino ad quem .s. i corpore christi vel est subsistens. vtrūq3 autem est impossibile. sic igitur patet q in sacramento eucharistie non potest esse aliqua actiuitas respectu cuiuscūq3 dispositionis in pane nec respectu desitionis panis nec respectu termini ad quem. quia tunc actio creature haberet in termino ad quem multa miracula que sunt possibilia soli diuine virtuti. ¶ 2°. principaliter arguit sic. ad saluandum veram efficaciam sacramentorum respectu gratie et sanctificationis quam attribuunt eis sancti: non oportet ponere talem virtutem inherentem per quam attingant ad aliquā dispositionem preuiam ad gratiam puta characterem vel ornatum. igitur conclusio falsa. cōsequētia tenet sed assumptum probatur. quia illi de alia opinione ita bene saluant efficaciam et actiuitatem sacramentorum sicut tu. quod probatur dupliciratione. prima est quia quando due dispositiones ita se habent ad aliquam formam sic q vna non est magis dispositio vel necessitas ex natura rei q̃ alia imo neutra est dispositio ex natura rei sed vtraq3 est dispositio tm̄modo per voluntatem agentis: eque bene saluat causalitatem dispositiuam qui ponit q inducitur tm̄modo per secundam dispositionem sicut ille qui ponit q inducitur per primam. probatio istius est. nam per te causalitas sacramentorum non ē nisi dispositiua per hoc q inducunt dispositionem ad gratiam. si igitur hoc quod tu ponis non est magis dispositio ex natura rei q̃ illud quod ponitur ab alijs sed vtrūq3 est dispositio quia placet principali agenti: sequitur q ita bene agit aliquid inducendo aliam dispositionem quecunq3 sit illa: sicut agit inducens preuiam dispositionem quam tu ponis. sed character vel ornatus q per te ponitur dispositio ad gratiam inanima non ē magis dispositio vel necessitas ex natura rei q̃ sit illa extrinseca operatio naturalis sacramenti puta ablutio vel aliquid huiusmodi imo vtrūq3 est dispositio quia placet diuine volūtati: et eque bene placet diuine voluntati q sola ablutio sit dispositio sicut ponunt alij sicut character vel ornatus quem tu ponis. ergo non magis tua positio saluat efficaciam sacramentorum q̃ illi qui ponunt in sacramentis tantum naturalem operationem exteriorē. maior nota est. minor probatur .s. q character non est magis dispositio ad gratiā ex natura rei q̃ sit naturalis operatio extrinseca sacramentorum. primo quia dato oppo-

fito sequitur ꝙ habens summã gratiam: deberet habere summũ characterem. probatur quia habẽs formam aliquam in summo: necessario habet dispositionem que necessitat ad illam formã in summo. verbi gratia habens formã ignis in summo habet dispositionem que ad illã necessitat in sũmo. sed consequens est falsum quia in christo fuit gratia in summo quia non est ei datus spiritus ad mensuram: et tamen xp̃s non habuit characterem quia character est spiritualis potestas a xp̃o determinata. hec autez potestas spũalis nõ est in xp̃o. ¶ 2°. ad idem quando aliquid est dispositio ex natura rei: vbicũq; est forma ibi est dispositio. si igitur character esset dispositio ad gratiam ex natura rei: tũc esset character in quocũq; esset gratia. sed consequens est falsuz nam in antiquis patribus puta Abrahã et aliis non est dubium quin fuit gratia: et tamen in eis nullus ponitur ornatus aut character. ¶ 3°. ad idem quia gratia precedit characterem. nulla autem forma precedit suam dispositionem. assumptum patet quia in cathetizato adulto contrito est gratia: et tamen non est character nisi postq̃ est baptizatus. tamen quia cõmuniter tenetur ꝙ ex contritione cordis diminuatur culpa: ergo tunc datur gratia quia de facto nullus est sine culpa nisi sit in gratia. et tamen character non datur ei ex sola contritione sed post susceptionem sacramenti. ¶ 4°. ad idem. eque immediate anima est susceptiua gratie sicut glorie. sed anima ſm solam essentiam suam est susceptiua glorie ſm Augustinum. eo enim anima est capax beatitudinis quo est imago trinitatis. ergo similiter ſm suam substantiam est capax glorie. ¶ Confirmatur. quia quãdiu manet dispositio que ẽ necessitas ad formam: manet forma. sed non tãdiu manet gratia q̃diu manet character. patet de malo sacerdote quo cadente in peccatum mortale: manet character non tamẽ manet gratia. sic igitur apparet ꝙ character non est dispositio ad gratiam nisi sola diuina voluntate quia placet deo. sed eque bene sola ablutio vel quecũq; alia operatio naturalis sacramenti potest esse dispositio. vt puta si placeret deo ꝙ cuicũq; fuerit talis op̃atio applicata detur gratia. igitur non magis sacramenta erũt causa dispositiua gratie per hoc ꝙ fuerint actiua respectu characteris: q̃ hoc ꝙ habẽt proprias operationes naturales. ¶ Secũda ratio ꝑ principali assumpto est talis. ille modus qui saluat efficaciam sacramentorum cum pluribus pactis et pluribus inconuenientibus: non saluat eque bene efficaciam sacramentorum sicut ille modus qui saluat cum paucioribus pactis et nullis inconueniẽtibus. sed ponentes sacramenta agere tales characteres et ornatus preuios ad gratiam per virtutes infusas: ponunt plura et superflua pacta. quod probatur. nam ad minus oportet ꝙ ponãt quattuor pacta. primum est de infusione virtutis puta ꝙ deus accedente verbo ad elementuz pepigerit infundere huiusmodi virtutem. secundum pactum est in electione. nam si sacerdos habeat tres hostias coram se et proferat verba sacramentalia dirigendo actionem suam ad vnaz illarum: illa sola conuertitur in corpus christi. ergo oportet ꝙ hic sit nouum pactum vt deus pepigerit ꝙ virtus quam infundit verbis non agat nisi in illud ad quod dirigitur intentio proferentis. tertium pactum est in expectatione. nam in sacramento baptismi quod integratur ex ablutione et verbo: non oportet ꝙ idem instans sit finis ablutionis et prolationis verborum. igitur si prius finiantur q̃ ablutio: oportet ꝙ deus pepigerit quod expectabit quousq; sit facta ablutio et finita. vel si prius sacerdos ablueret puerum q̃ verba finiãtur si finita ablutione puer habet characterem: igitur nihil faciunt vlterius verba illa. si vero nondum habet characterem et gr̃am xp̃i igitur deus expectat ita ꝙ pepigit ꝙ nõ dabit gratiam quousq; verba finiantur. quartum pactum est quia deus pepigit ꝙ habenti characterem dabit gratiam: quod pactum aliud est a predictis. iste modus similiter ponit multa inconuenientia que superius sunt adducta. ¶ Confirmatur. quia aut illa verba causant characterem ad prolationem vltime syllabe: aut per omnes simul. non secundum quia impossibile est ꝙ omnes syllabe simul proferantur. nihil autem causat quando nõ est. nec primum potest dari quia tunc prime fuerunt superflue nec fuerunt digne. et si non per primam: eadem ratione nec per vltimam. ꝙ si dicas ꝙ per vltimam in virtute precedentium: iam venis ad aliud pactum quia oportet te dicere ꝙ sic est quia deus sic statuit. cur igitur deus non posset sic statuere ꝙ cui fuerit applicata exterior ablutio imediate conferat ei gratiam. ¶ Confirmatur adhuc. quia non apparet si ponatur talis virtus in verbis: vbi sit subiectiue. non enim in voce aut sono quia est quedam qualitas: qualitas autem non est subiectum qualitatis. nec in aere fracto vel gutture aut toto spacio: quia omnia ista sonant in quandam inconuenientiã. non igitur ista sacramenta plus faciunt per virtutem infusam q̃ per solam ablutionẽ exteriorem. ¶ 3°. principaliter arguit probando ꝙ distinctio facta de

causa principali et instrumentali non inuet. quia instrumenta non aliter agunt nisi quia recipiunt primũ effectũ ipsius agentis principalis qui non est alius ꝙ motus localis. nec habent aliquã virtutem impressam a principali agente sed solum motũ localẽ. ponere autẽ sacramẽta illo modo agere est inconueniens. assumptũ probatur quia sicut est in alijs motib⁹: sic suo modo in motu locali. sed in alijs motibus puta in motu ad formã agens actiue expellit formam per se et per suum principium intrinsecum. forma autem inducta ab agente: non expellit illam formam actiue: sed actio agentis terminatur ad inductionem albedinis qua inducta propter incompossibilitatem sequitur non esse nigredinis quod quidem ẽ ab agẽte effectiue: formaliter vero ab ipsa albedine. ergo sic est in motu locali ꝙ per illud quod mouet ad vbi non expellitur aliud corpus actiue sed tñ ꝓpter incompossibilitatem subiectiuam qua impossibile est eundem situm numero esse in duab⁹ dimẽsionibus. actiue autem expellit per mouentes tale mobile. imaginandũ est enim ꝙ in omni actione artis per instrumentũ: prim⁹ effect⁹ agẽtis est motus localis ordinat⁹ ad vlteriorem effectum. iste autẽ motus localis recipit in instrumento ꝑ quem acquirit instrumento aliquis sit⁹ et ex consequenti excluditur ab eodem situ aliud corpus eodem modo quo acquisita aliqua forma alicui subiecto: ex consequenti fit exclusio effectus formalis alterius forme ab illo subiecto. et sic per hoc in corpore fit alius et alius situs et per consequens alia et alia figura. quia alietas figure sequitur ad alietatem situs partium. quia figura non est aliud ꝙ terminatio ꝗtitatis. terminatio vero variatur ad variationem situalem partium ꝗtitatis. et quia partes variant situm actiue ab agente ex quadam autem repugnantia et incompossibilitate subiectiua ab instrumento quod primo recipit motum localem ab agente: ideo alia et alia variatio situs partium exigit aliud et aliud instrumentum. cum ergo sacramenta non agant sicut instrumenta artificialia per hoc ꝙ recipiunt motum localem et causant ex quadam incõpossibilitate alium et alium situm: nec per modũ instrumentorum naturalium: nam talia non sunt aliud ꝙ qualitates complexionales facientes cõsimiles qualitates ad quas necessario sequit forma substantialis: non sic autem potest poni de sacramentis: sequitur ꝙ improprie dictum est ꝙ agant ad gratiam instrumentaliter. sed si agant: hoc est aplicando actiua passiuis. hec Aureolus in forma. ¶ Contra quartam arguit Durandus probando ꝙ nec in rebus nec in verbis sacramẽtalibus sit ponẽda aliqua virt⁹ spiritualis a deo infusa que causet instrumentaliter dispositionẽ vel ornatum in anima. ꝙ enim inquit in rebus spiritualibus sicut est anima rationalis cum suis potentijs separabilibus possit esse dispositio spiritualis: consonum est rationi. sed ꝙ in rebus pure corporalibus quales sunt res sacramentales possit esse virtus seu qualitas spiritualis: non videtur consonum rõni. non enim quodlibet accidens natũ est esse in quolibet subiecto: sed determinatũ in determinato. actus enim actiuorum sunt in patiente disposito. subiectũ autem receptiuum virtutis spũalis non est res corporalis sicut subm receptiuum accidẽtis corporalis nõ est res spũalis. vnde sicut angelus non põt esse subm quantitatis corporalis vel coloris: sic res corporales sicut sunt res sacramentales nõ sunt susceptiue actiuitatis seu virtutis spũalis. Ad hoc dicũt ꝗdam ꝙ licet res spiritualis vt angelus non posset esse subm quantitatis vel albedinis vel alteri⁹ qualitatis corporalis: denominatur tamẽ a condicione corpali rõne effectus quẽ facit in corpore. dicimus enim angelũ esse in loco ratione effect⁹ quẽ facit circa corp⁹ existẽs in loco. et similiter vt dicunt ꝗuis virtus q̃ est in sacramẽto nõ sit spũalis ꝑ essentiã nec rõne subi: põt tñ dici spũalis rõne effectus quem facit in anima que est spiritualis sicut etiã herba dicitur sana ratione sanitatis quã facit. sed hoc non valet. quia rõni bene consonat ꝙ corpus agat in corpus et spũs in corpus et ꝙ denominent ab effectu quẽ faciũt. sed nõ ꝯsonat rõni ꝙ corpus agat in spũm nec per consequens habet ibi locũ denominatio ab effectu. ¶ 2°. arguit. quia q̃ ratione esset aliq̃ virt⁹ in verbis: eadem ratione esset in alijs reb⁹ sacr̃alibus et in ministro quia hec omnia sunt de necessitate sacr̃i. sed hoc non põt esse vt ꝓbat. igit et cetera. ꝓbatio minoris. qꝛ si in quolibet predictorum sit aliq̃ virt⁹ tunc multiplicabunt virtutes sm multiplicationẽ eorum. hoc aũt non videt cõueniẽs quia in genere cause efficientis plura non occurrũt imediate ad vnũ effectũ nisi ꝓpter imꝑfectionẽ cuiuslibet eorum. supplent enĩ omnia vicẽ vni⁹ ꝑfecti agentis. si ergo sunt plures virtutes sm pluralitatem eorum que concurrunt ad necessitatem sacramẽti: sequitur ꝙ quelibet sit imperfecta et de se insufficiens ad ꝓducendũ effectũ sacramenti. et sic deus daret plures virtutes rebus sacr̃alibus qꝛ nõ possz esse vnica que totum produceret quod ẽ ficticiũ. vel si posset esse aliqua vna talis: melius esset ꝙ illa daretur sacramẽtis ꝙ ꝙ alie imperfecte mul-

tiplicarentur. ¶ 3°. arguitur sic ꝙ nec in ipsis verbis videtur esse talis virtus. quia cum oratio sit quantitas discreta: impossibile est vnam virtutē numero esse in tota oratione. oportet igit̄ ꝙ vel sint tot virtutes quod sunt syllabe in oratione: vel ꝙ solum in vltima syllaba sit virtus illa. non potest dici ꝙ in qualibet syllaba sit specialis virtus: quia cum sacramenta non habeāt efficaciā suam nisi in vltimo instāti quo verba complent̄ ante quod instans precedentes syllabe desierūt esse et per consequens virtutes existentes in eis sequitur ꝙ ille virtutes nihil faciunt ad effectuꝫ sacramenti: nec in inducendo ipsum quia tūc nō sunt. nec in disponendo sicut dicitur ꝙ guttis precedentibus cauatione lapidis que disponunt ad illud quod vltima perficit: qꝛ ante characterem vel ornatum quē sacramenta efficiunt: nulla dispositio precedit in anima que fiat per sacramenta. Item nec talis virtus est solum in vltima syllaba quia per eandē rationem virtus q̄ est in aq̄ baptismi: esset solum in vltima parte aque q̄ tangit corpus baptizati quod satis assimilat̄ fictitio ¶ 4°. arguitur sic. nullū instrumentū agit in virtute alterius circa aliquam materiā nisi exercendo circa eandem suā propriā actionem. licet enī deus posset immediate facere lectum: si tamen fiat mediante dolabra vt instrumento: necesse est ꝙ dolabra suam propriā actionē exerceat circa materiam de qua fit lectus. sed res sacramētales cū sint corporales suam propriā actionem non possunt habere circa animā in qua recipitur effectus sacramenti vt ꝓbat Augustin⁹. 6°. musice. igitur impossibile est ꝙ res sacramentales agant aliq̄d in anima nostra in virtute alterius. Ad hoc respondent aliqui ꝙ res sacramētales agūt de se circa totum compositum sicut aqua baptismi corp⁹ animatū abluit ⁊ oleum vngit ⁊ per consequens agūt in qualibet partem. ꝓpter quod vt instrumentū dici possunt agere in animā que est pars totius compositi. sed istud non valet. quia illud quod agit in totū compositum: non pōt agere in qualibet partē nisi q̄tuꝫ ad id in quo partes sibi inuicem cōmunicant in cōposito qꝛ actio ⁊ passio cōmunis requirūt aliquā causam cōmunem. sed anima vt est susceptiua gratie vel characteris vl̄ alterius dispositionis causate per sacr̄m: in nullo cōmunicat cum corpore q̄ꝫ ad aliquā conditionem pertinentem ad compositū. igitur res sacramētalis q̄ agit in totū cōpositum: non ꝓpter hoc agit in animā vt est susceptiua gratie vel alteri⁹ sp̄ualis effectus et sic idē quod prius. ¶ 5°. arguit contra illud qd̄ dicitur ꝙ omne instrumentum dū mouetur a principali agente: recipit ab eo aliquam virtutem. aduertendū est inquit ꝙ instrumentuꝫ vocatur aliq̄d dupliciter. vno modo id quod non agit nisi motū localiter sicut est instrumentū artis vt dolabra vel securis respectu artificis: et in talib⁹ recipitur proprie nomē instrumenti: ⁊ tale instrumentū nō agit nisi motum et per virtutem receptā a principali agēte vocādo virtutē receptam motū localē in eo causatum et non aliq̄d aliud: quia per motū localē nulla forma fit in mobili vt dicit̄. 8°. phy. ipse tamē mot⁹ localis potest dici virt⁹ qꝛ motus localis vni⁹ est ratio mouendi aliud sicut motus localis baculi ē causa motus localis lapidis vel aeris. et qꝛ pura forma artificialis vt ē forma domus vel scāni potest acq̄ri per solū motū localeꝫ cum nō sit aliud q̄ꝫ ordo vel cōpositio: in talibus instrumētū agit motū localiter ⁊ per virtutē receptaꝫ que est ipsemet mot⁹ localis. nec est q̄renda alia rōne iam dicta. virtus autē q̄ est motus localis vel per talem motū acquisita: nō est sacramentis a deo influxa. qꝛ omnis motus localis qui est in reb⁹ sacramētalib⁹ fit precise a virtute pure naturali ipsius ministri. alio modo capit̄ instrumentū min⁹ ꝓpe pro agēte secūdario siue cōiuncto sicut calor naturalis dicitur instrumentum anime ⁊ omnis qualitas actiua naturalis dicitur esse instrumentū forme substantialis siue separate sicut agentia naturalia inferiora dicuntur instrumenta superiorꝫ agentiū a quibus habēt formas suas et virtutes operādi. instrumentū autem coniunctū vt calor anime nō mouetur localiter a principali agente vt de se patet. nec recipit ab eo aliquaꝫ virtutem. quia eadē ratione virtus illa reciperet quandā aliaꝫ ad hoc vt attingeret ad eductionē forme substātialis cū ipsa sit accidens sicut ⁊ prima nec agat vltra suā speciem nisi virtute alteri⁹ et sic esset processus in infinitū in virtutibus receptis quod est inconueniēs. dicitur igitur istud instrumentū agere in virtute alterius: quatenus est ei coniunctū ⁊ actio eius ordinatur sub actione principalis agentis vt disponens. instrumentum autem separatuꝫ quod est secundariū agēs recipit a principali agente formā ⁊ virtutē operandi: non tamē oportet ꝙ quando agit d̄ nouo ꝙ recipiat nouam virtutē sed agit per virtutem prius receptam s̄m cursuꝫ nature. et per hoc nō potest dici ꝙ res sacramētales recipiant aliquaꝫ virtutē a deo quādo applicant̄ ad vsum. nō tn̄ est negādū quin de⁹ possit eis aliquā virtutē influere illam dūtaxat cu⁹ a natura sunt capaces. sed nulla necessitas aut ꝯgruitas apparet ꝙ ita sit d̄ sacro

¶ 6°. arguit sic. sacramēta noue legis dicunt̃ esse
signa ⁊ cause. et ꝙ sint signa nō habet calūniam
sed de causalitate ⁊ modo causalitatis: dubita-
tur. arguit igitur sic. sicut rebus sacramentalibus
cōpetit ratio signi: sic ⁊ ratio cause ⁊ nō plus. sed
res sacramētales nō sunt signa gratie nisi ex pa-
ctione ordinatione seu institutione ⁊ nō per ali-
quā virtutē eis inherētem vel in eis existentem.
¶ 7°. sic. fm omnes circūcisio in veteri lege con-
ferebat grām. sed hoc fuit solum ex quadam pa-
ctione diuine ordinationis sicut habet̃ Gene. 17
hoc est pactū meū quod obseruabitis. circūcide
tur in vobis omne masculū. ⁊ ibidē. masculus cu
ius caro preputij circūcisa non fuerit: delebitur
anima eius de populo suo qꝛ pactū meū irritū fe
cit. et similiter videt̃ ꝙ in alijs sacramētis nō con
ferebatur gratia nisi ex pactione diuina. ¶ Confir-
matur p Bedā qui dicit in homelia de circūcisio
ne dñi ꝙ idē salutifere curationis auxiliū circūci
sio in lege cōtra originalis peccati vuln⁹ agebat
quod nūc baptismus agere reuelate gratie tem
pore consueuit. ecce ꝙ etiā similē actionē attribu
it circūcisioni ⁊ baptismo. si ergo circūcisio nihil
agebat nisi ex pacto ⁊ vt causa sine qua nō: sequi
tur ꝙ nec baptism⁹ nec alia sacramēta. ¶ 8°. sic.
sicut se habet lex vetus ad legē nouā: sic sacramē
ta noue legis ad sacramēta veteris legis. sed lex
vetus sic se habet ad nouā legē ꝙ illud quod ꝓ-
mitebat̃ in lege veteri: soluitur in noua nō p legē
sed a deo in lege. igitur similiter est in sacramen-
tis ꝙ gratia in sacramētis veteris legis promissa
vel figurata exhibetur in sacramētis noue legis
non quidem per ipsa s̃ a deo in ipsis. et in hoc suf
ficienter excellunt sacramēta noue legis sacramē
ta veteris legis sicut lex noua legem veterē. nec
est querenda maior excellentia quia ista sufficit.
¶ 9°. quia ratio in qua videtur potissime funda
ri contraria opinio est qꝛ. s. causa sine qua non sit
nihil faciat ad effectum inducendo disponendo
vel meliorando q̄ꝫm ad rationem causandi: nihil
habet supra causas per accidēs. sicut albedo do-
mificatoris non est causa domus nisi per accidēs
nec pactio dat aliquid de ratione cause sed solū
de ratione signi vt patet in exemplo de denario
plumbeo. quod autem est per accidēs omititur
ab arte nec ponitur in diffinitione vt dicit̃ in. 6°
metha. vnde videtur ꝙ si sacramēta non essent
nisi causa sine qua non: in diffinitione sacramenti
non poneretur ista causalitas: nec sancti fuissent
ita soliciti ponere istam causalitatem in diffini-
tione sacramenti. sed hoc non valet quia nullus
sanctus posuit in diffinitione sacramenti ꝙ esset
causa gratie: sed solum magister sententiarum q
accepit ab Augustino ex. 2°. libro Augustini de
doctrina christiana ꝙ sacramentum est inuisibi-
lis gratie visibilis forma. et addidit de suo illud
quod sequitur. s. vt eius imaginem gerat ⁊ causa
existat. nullus autē potest melius exponere ma
gistrum q̄ꝫ ipse semetipsum. ipse autem exponit
seipsum in littera dicens ꝙ homo non querit sa-
lutem in sacramentis quasi ab eis: sed per illa a
deo. nec videtur valere illud quod aliqui dicunt
ꝙ in illis verbis magistri hec prepositio. a. deno
tat principale agens sed hec prepositio. per. de-
notat causam instrumentalem. quia talis causa
instrumentalis accipienda est de causa sine q̄ nō
fm descriptionem beati Augustini dicentis ꝙ sa
cramentū est in quo sub tegumento rerum visibi
lium diuina virtus salutem nr̃am secretius ope-
ratur. quod autem additur ꝙ illud quod est per
accidens dimittitur ab arte nec debet poni in dif
finitione vel descriptione: dicendū est ꝙ duplex
est accidens. vnum accidens per accidens quod
est separabile et nihil penitus facit nec ad opera
tionem rei nec ad eius notificationem sicut est d̃
albedine respectu edificatoris d̃ quo accidente
procedit argumentum. aliud est accidens prop-
rium vel ex natura rei sicut risibile est propriū ho-
mini. vel ex ordinatione humana sicut denarius
plumbeus accipit rationem signi ⁊ cause sine qua
non respectu elemosine regis. vel ex ordinatio-
ne diuina sicut res naturales accipiunt rationē
signi ⁊ cause sine qua non respectu gratie. et tale
accidens multum facit ad notificationem rei. et
ideo debet poni in descriptione notificante rem
precipue q̄ꝫm ad quid nominis sicut est descriptio
sacramenti. ¶ 10. quia auctoritas Augustini vel
Bede in qua fundatur contraria opinio non iu-
uat. non quidem Augustini quia non est eius in-
tentio ꝙ in aqua baptismi sit aliqua virtus inhe-
rens ei: sed ꝙ ibi est sola virtus diuina assistens si
cut ipse dicit in notificatione sacramenti dicēs ꝙ
sacramentum est in quo sub tegumento rerū sen
sibilium virtus diuina salutem nostram secreti⁹
operatur. vnde verba sua sunt ista. vnde est hec
tanta vis aque vt corpus tangat et cor abluat
nisi faciente verbo non quia dicitur sed quia cre-
ditur. ecce ꝙ non dicit aliquam virtutem esse in
aqua nisi quam facit fides verbi quo baptismus
confertur hoc est fides qua credimus patrem et
filium et spiritum sanctū in cuius inuocatione cō
fertur baptism⁹ remittere peccata in baptismo. ⁊
sic dicitur esse virtus in aqua per verbū quia ve
re credimus ꝙ virtus patris ⁊ filij et spiritus san-

cti inuocata per verbum sanctificat baptizatum in aqua. nec oportet imponere aliam virtutem inherentem nec vnq̄ hoc intellexit Augustinus. Item auctoritas Bede non iuuat quia est contra tenētes aliam opinionem. dicunt enim ꝙ illa virtus est a deo sicut a principali agente ⁊ a passione xp̄i sicut a causa meritoria ⁊ ex fide ecclesie sicut ex continuāte instrumētum principali agenti. sed caro xp̄i vel eius contact⁹: neutrum predictorum est. igit̄ ex contactu cū aquis in suo baptismo nulla vis data est aquis. Itē si ex tactu carnis xp̄i esset data aliqua vis aquis: esset data tūc ⁊ illis aquis quas caro xp̄i tetigit. ⁊ tūc ille aque habuissent in se talem virtutē: quod iterū est cōtra eos quia dicūt ꝙ illa virtus nō est in sacramētis nisi quando applicant̄ per vsum ad illum qui recipit sacramentū. et ideo dicendū est ꝙ Beda non intelligit ꝙ aliqua virtus inheserit aquis ex contactu carnis xp̄i cum ipse expresse dicat ꝙ idē agebat circumcisio quod nūc agit baptismus: et tamē nullus tenet ꝙ circumcisio haberet aliquaz virtutem inherentē. sed intelligit ꝙ baptismus xp̄i in quo caro xp̄i aquā tetigit: fuit signū ⁊ representatio ꝙ per xp̄m effectiue inq̄ᵐ deus ⁊ meritorie inq̄ᵐ homo: baptismus per ip̄m institutus esset sacramentū regenerationis sp̄ūalis que fit per aquā sub prescripta forma verborūz tanq̄ ꝑ sacramentū ⁊ per solū deum tanq̄ ꝑ causam immediate efficiētem quicq̄d ad sp̄ūalem regenerationē ꝑtinet. Et istud satis insinuatur Joan. 3°. vbi xp̄s loquēs d̄ baptismo dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ sp̄ū sancto: nō pōt intrare regnum dei. vbi postq̄ fecit mētionē de aqua baptismi nomine aque: postea totā eius efficaciā attribuit spiritui sancto ⁊ nullā aque dicens. quod natū est ex carne caro est: ⁊ quod natū est ex spiritu sp̄ūs est. hec Durandus in forma. ¶ Contra eandem cōclusionē arguit Scotus ꝓbādo ꝙ nulla virtus sup̄naturalis sit in sacramento. Primo sic. quia si illa virtus sup̄naturalis est in sacramēto aut est ibi indiuisibiliter aut diuisibiliter idest tota in toto ⁊ in qualibet parte: aut tota in toto ⁊ pars in parte. nō primo modo quia inter omnes formas perficientes materiam corporalem sola intellectiua ponitur talis. nec secundo modo quia tunc extenderetur per accidens in subiecto quod est contra rationez virtutis sp̄ūalis. ¶ 2°. quia in sacramentis requirunt̄ multa verba. vel ergo in qualibet syllaba esset eadem virtus omnino: vel in alia ⁊ alia syllaba esset alia et alia virtus. si primo modo: tunc oportet dicere ꝙ idem accidens migraret et remaneret postq̄ subiectum desinit. si secundo modo: sequit̄ ꝙ sacramentum consistēs in tota oratione non haberet aliquam virtutē vnam. et si dicas ꝙ habet aliquam virtutē aggregatam ex multis virtutib⁹ partium: hoc non valet. quia non esset dare que istarum esset principium causandi illum effectuz spiritualem in anima. nec videtur ꝓbabile ꝙ sacramentū vnum formaliter cum huiusmodi formalis ratio sit ex ratione: habeat tot virtutes supernaturales aggregatas. ¶ 3°. q̄ro q̄n ista virtus sup̄naturalis causatur in isto sensibili pertinēte ad sacramentum. aut enim ante applicationē eius ad actuz siue vsum: aut in ipsa applicatione. si ante: igitur eius creatio est pure miraculosa q̄z est per actum diuinum ⁊ non per aliquā pactionem ꝑpetuam cū ecclesia. nam non sequitur ad aliquid propter quod possit dici quasi cōsequēs naturaliter sine miraculo sicut est de animatione hominis. si vero causetur in applicatiōe ad vsum sequitur inconueniēs. nullum enim instrumentū ideo est formaliter aptum ad vsum: quia aliquis vtitur eo vt instrumento. patet inductione ⁊ ratione. nam idoneitas instrumenti precedit naturaliter vsum instrumenti vt instrumētuz est. igit̄ non quia immergo puerū siue vtor aliquo sensibili ad actum sacramenti: ideo recipit illam virtutem sp̄ūalem. non est ergo dare quādo recipiat. ¶ 4°. quia hic ponitur pluralitas sine necessitate. non enim patet necessitas talis virtutis que fingitur in sacramento. neq̄ ſm rationem naturalem manifestum est neq̄ ſm fidem. quia sicut sequendo rationē naturalem nō sunt ponenda plura nisi que ratio naturalis cōcludit: ita sequēdo fidem non sunt plura ponenda q̄ veritas fidei requirat. veritas autē fidei nō requirit ponere talem virtutem supernaturalem in aqua vel in verbis: nec aliq̄ ratio cogit ad huiusmodi pluralitatem. presertim quia si poneretur talis virtus: ipsa non crearetur regulariter nisi ex pactione diuina cum ecclesia. et ita sine tot superfluis in aqua et anima intermediis: potest saluari ꝙ pactio diuina sit immediata causa respectu effect⁹ conferendi recipienti sacramēta. ¶ 5°. quia exēpla que adducuntur de virtute recepta in instrumento non concludunt. non quidem illud exēplum de sensibili sermone nam accipit manifeste falsum. nam sermo audibilis non habet formaliter in se aliquam intentionem anime. quod probatur quia sermo nō iṗositus ad significādū: nullam talem formā habet in se. patet omnib⁹. ꝑ im positionem autem non recipit aliquam absolutam formam nec relationem nisi forte rationis.

¶ 5°. etiam probatur aliter. qr eodem existente agente principali et instrumento sufficienti: sequitur eadem actio. sed si latinus proferat verba latina greco: idem est agens principale ⁊ instrumentum: quod esset si loqueretur alicui latino. et tamen effectus non sequitur. quia nullus conceptus causatur in greco audiente. igitur sermo non erat instrumentũ ex se sufficiens ad causandum anime conceptum in audiẽte. fallit ergo exẽplũ pro tanto quia sermo audibilis est signũ remotum respectu conceptus ita ꝙ facta immutatione sensus ab ipso sermone ⁊ vlterius intellectus inquantum talis nature est: intellectus cognoscẽs ipsum esse impositum ad significandum talem naturam ex collatione eius ad illud aliud: intelligit illud aliud. non ita ꝙ sermo per aliquam formã causet conceptum de aliqua re: sed eius conceptus est previus ad conceptũ de re que causatur per propriam spẽm rei vel fantasma in anima. quod patet. quia quantumcũqꝫ sermo proferretur si audiens non haberet in se spẽm rei prolate: nõ causaretur in eo conceptus de illa re. vnde ꝑ voces non intelligimus res nisi quarum species habemus. sed ꝙ eas actualiter consideremus: hoc est propter collationem signi ad signatum. Itẽ exemplum de instrumento artificis non concludit. valde enim impossibile videtur ꝙ aliqua forma spiritualis totiens causaretur in serra quotiens moueretur ab artifice: ⁊ totiens desinat esse quotiens desinit actu moueri. Item exemplum de motu non cogit. quia quocũqꝫ modo substantie causentur a celo: motus localis celi non põt esse formale principium producendi eas. igit ⁊c. ¶ 6°. quia instrumenta artificialia non sunt formaliter actiua sed tñ receptiua vnius effectus prioris ordinati ad effectum vltimum. serra enĩ non habet in se nisi quantitatem figuram ⁊ motum localem de quibus omnibꝰ patet ꝙ nõ sint forme actiue. et probatur. quia aliter mathematicus considerans quantitatem ⁊ figuram: non abstraheret a motu. Si autẽ ponatur ꝙ duricies sit qualitas actiua: hoc non valet. quia si deus de potentia sua absoluta aliquod quãtũ molle conseruaret ⁊ in eadem quantitate ⁊ figura mouendo ipsum localiter: eque divideret aliquod corpus sicut modo instrumentum durum illud diuidit. ergo duricies que est qualitas non est formale principium agendi. apparet tamen esse pro eo ꝙ est quedam incompossibilitas resistens corrũpenti. manente autem quantitate corporis et figura non mutato alio nec corrupto si localiter mouetur: oportet ꝙ expellat aliud proportionatum quãtitati sue ⁊ figure. quod nõ oporteret si eius quãtitas nõ maneret sed cederet. probatur etiam propositum. quia vbicũqꝫ est formalis incompossibilitas inter aliqua: vnum eorum non expellit aliud actiue sed tãtũmodo formaliter. agens autem quod inducat vnũ effectiue: expellit aliud effectiue. corpora autem videntur habere incompossibilitatem respectu eiusdem vbi: sicut qualitates contrarie respectu eiusdem subiecti. sicut igitur aliud agens effectiue inducit calorem: ita frigus expellit. non autẽ effectiue calor expellit frigus: sed tantũmodo formaliter. ita in proposito de expulsione vnius corporis ab vbi per aliud corpus. diuisio autem ligni per serram vel securim non est nisi quedam expulsio partiũ ab vbi ad quod mouetur securis ab ipso artifice cedendo. tenendo ergo ꝙ instrumẽta artificialia non sunt formaliter actiua sed tantũ receptiua cuiusdaꝫ prioris effectus ordinati ad effectũ vltimum: apparet quomodo sacramẽtum potest dici instrumentum licet non habeat proprie virtutem actiuam respectu termini: sed sic ꝙ sit effectus prior ordinatus ad gratiaꝫ. Et si dicat ꝙ nõ est simile quia sacramẽtũ non suscipit illum effectum priorem sicut securis recipit motionẽ: hoc non obstat. quia sicut totum quod recipit effectũ priorem potest dici instrumentum: ita ⁊ quodaꝫ modo effectus ipse receptꝰ potest dici instrumẽtum. vere enim potest dici ꝙ per motuꝫ serre lignum diuiditur. sacramentum autem siue susceptio sacramenti: est effectus ille prior in proposito. igitur ⁊c. ¶ 7°. arguit Aureolus. quia in sacramento matrimonij nulla est talis virtus possibilis poni: igitur nec in alijs. assumptum patet. quero enim vbi est illa virtus infusa in sacramento isto subiectiue. quia aut in coniunctione mutua: aut in verbis vel i signis. et patet ꝙ in nullo istorum. quia sola copula carnalis cum verbis de futuro quãdoqꝫ causat matrimoniũ. Itẽ posito ꝙ talis virtus sit in aliquo predictoꝝ: quero quid causabit. aut enim causat primã rem sacramẽti. s. obligationẽ: et hoc non potest dici cum illa sit relatio rationis: et respectu talium nõ oportet ponere virtutẽ actiuã. nec etiã causat secundãrem sacramenti. s. gratiam. igitur nihil. hec ille.

racter est dispositio directe ad gr̄am sacr̄alem ⁊ hec nūq̄ precedit characterē: q̄uis possit illum precedere gr̄a absolute gratum faciens. ¶ Ad quartā dicitur ad minorē q̄ si intelligatur exclusiua sola: ita vt excludat quācunq̄ dispositionē ad gloriā: falsa est. nā vt Apostol⁹ dicit. Ro. 6°. gr̄a dei vita eterna. licet enim anima in eo q̄ est imago trinitatis sit capax beatitudinis: indiget tamē gr̄a ad illā optinēdā: quoniā est ei⁹ capax gr̄a adiuuāte ⁊ disponente. quēadmodum licet homo sit naturaliter capax disciplinę: non ideo sequitur q̄ illā absq̄ doctrina doctoris vel alio auxilio consequi possit. ¶ Ad confirmationē dicitur q̄ maior hēt veritatē quādo dispositio est necessitās adequate ⁊ conuertibiliter ad formā et q̄m ad fieri ⁊ q̄m ad esse. sed character non est dispositio ad gratiā ex necessitate sed per quandā congruitatis dignitatē prout. S. Tho. dicit infra dis. 4. q. p̄a. ar°. p̄°. ad. 5m. Itē neq̄ est dispositio ad gratiā q̄m ad esse. vnde obiectio nō militat in proposito. Patet igitur ex p̄missis q̄ non eque bene sola ablutio vel quecunq̄ operatio naturalis sacramēti potest eē dispositio ad gr̄az sicut character ⁊ ornatus sacramētalis. ac p̄ hoc q̄ sacr̄a noue legis magis sunt causa dispositiua ad gratiā per hoc q̄ sunt causatiua characteris ⁊ ornatus: q̄ per hoc q̄ hn̄t proprias operationes naturales sine illis. Neq̄ valet secunda ratio ad probādum idē assumptum. primo q̄r maior hēt veritatē tunc p̄ase quādo cum paucioribus pactis seruatur tāta ⁊ tā p̄fecta efficacia sacramētorum qd̄ tn̄ non est in p̄posito. nā maior ⁊ perfectior efficacia sacr̄orum est eorum q̄ per virtutez quā continēt causant effectus sacr̄ales ⁊ disponūt ad gratiā: q̄ illorum sacr̄orum q̄ nec virtutē nec causalitatē effectiuā hn̄t ad effectus sacr̄ales sed sunt tātūmodo signa. p̄fectior siquidē est efficacia eius quod est et signū ⁊ causa alicuius: q̄ eius quod est signum tātūmodo. Secundo q̄r eque plura pacta requiruntur si sacr̄a non habeāt virtutem ⁊ causalitatē respectu gr̄e vt arguens ponit: q̄ si illā habeāt vt nos ponimus. primum pactum est q̄ verbo accedēte ad elemētum: diuina virtus assistat ad effectum sacramēti causandum. secundum pactum est q̄ in casu de tribus hostijs positis corā sacerdote: diuina virtus causet sacr̄alē effectum circa hostiā quā sacerdos intēdit ⁊ non circa aliā quasi deus pepigerit intētionem sacerdotis verba proferētis sequi. tertium pactum est quod ipse arguēs contra nos adducit. quartum pactum est q̄ ad ablutionem aque in baptismo diuina virtus cōferat gratiā. patet igitur q̄ eque multa pacta sequūtur ad opinionē arguētis quēadmoduz ad nostrā positionē. Incōuenientia aūt nulla sequūtur ex nr̄a positione vt partim supra declaratuz est ⁊ magis infra apparebit. ex opinione vero arguētis plura sequuntur inconuenientia contra dignitatez ⁊ efficaciā sacramētorum noue legis q̄ ex dictis. S. Tho. colligi p̄nt in probatione cōclusionis. ¶ Ad primā confirmationē dicitur sicut ibi responsum est q̄ p̄ vltimā syllabā virtute precedētium. et cum arguēs infert q̄ tunc iā venitur ad aliud pactum: respondemus q̄ vana ⁊ puerilis est talis querela: quādo tota virtus et efficacia sacramētorum noue legis prouenit ex voluntate ⁊ institutione diuina ac p̄ hoc ex pacto diuine prouidētie beneplacito. neq̄ minus est puerilis questio qua arguēs querit cur igit̄ deus non posset sic statuere ⁊c̄. dicimus sane q̄ posset de⁹ si voluisset. sed sicut colligitur ex auctoritatib⁹ sctōrum doctorum noluit ad dignitatem ⁊ excellētiā insinuādā sacramētorum noue legis. Ut enim. S. Tho. respondet in hoc p̄posito de veri. q. 27. ar. 4. ad. 16m. deus nō vtitur instrumētis vel causis medijs in sua actione propter sui indigentiā: sed propter effectuū cōuenietiā. conueniēs enim est vt nobis diuina remedia exhibeātur scd̄m moduz nr̄m. i. per sensibilia vt dicit Dionisius. p̄°. ca°. eccles. hierar. ¶ Ad secundā confirmationē dicit̄ q̄ virt⁹ illa ē in verbis subiectiue. ⁊ ad huius improbationē dicim⁹ q̄ licet vnū accidēs vel vna q̄litas non possit eē p̄se solum subm̄ alterius das ei complete sustētamētum: pōt tn̄ esse imediatum subm̄ alterius virtute subē que vtrumq̄ sustētat. quemadmodum superficies est subm̄ coloris ⁊ potētia anime est subiectum virtutis. sic etiam verba ratione primi subiecti vel proferētis verba vl' lingue vel gutturis vel aeris pōt esse imediatum subiectum virtutis sacr̄alis. ¶ Ad. 3m. principale dicitur q̄ assumptum est falsum. ⁊ ad eius probationē dicitur q̄ argumētum magis ē ad nr̄m p̄positum q̄ ad oppositū. nā sicut in alijs motibus licet forma inducta per agēs in passum expellat formā contrariā formaliter ⁊ propter incōpossibilitatē: virtus tn̄ agētis q̄ talē formā inducit in passum: effectiue se hēt sicut ⁊ agēs ad talē effectum. et pari modo q̄uis id quod mouetur ad vbi expellat aliud corpus propter incompossibilitatē vtriusq̄ in eodē vbi: virtus tamē ipsius agētis mouētis vnū corpus ad vbi alteri⁹ effectiue se hēt ad talez effectum sicut ⁊ ipsum agēs ⁊ mouens: non sicut qd̄ sed sicut quo. ex quo se-

quitur in proposito nostro ꝙ licet ornatus vel character aut gr̄a formaliter ⁊ p incompossibilitatē expellat a suscipiēte sacramētum formā vel dispositionē contrariā: virtus tn̄ sacramēti derivata a deo principali agēte effectiue se habet siue attingēdo siue disponēdo ad sacr̄alē effectū. vnde arguēs videtur falli putās ꝙ idē numero sit virtus agētis vel principalis vel instrumētalis cum forma inducta in passum quod verum non ē. non enim virtus existēs in semine est idē numero cum forma vel dispositione causata in fetu. nec calor ignis quo agit in lignum: est ipse calor numero quē ligno ignis immittit. ¶ Ad argumēta durādi contra q̄rtā conclusionē: ad primum respōdet. S. Tho. in hac dis. lec. pª. ar. 4. sub. ar. 2. ad. 4m. ꝙ in re corporali non pōt esse virtus spiritualis s̄m esse completum: pōt tn̄ ibi esse p modū intētionis sicut in instrumētis motis ab artifice est virtus artis. ⁊ sermo audibilis existēs causa discipline vt dicitur in libro ꝺ sensu ⁊ sensato: continet intētiones anime quodāmodo. in motu ēt est virtus sube separate mouētis s̄m philosophos. ⁊ semē agit virtute anime vt dicitur in. 16. de animalibus. Idē in sententia respondet. 3. p. q. 62. ar. 4. ad. pm. Et in de veri. q. 27. ar. 4. ad. 4m. Et in responsione ad 5m. dicit ꝙ virtus illa nec pōt dici corporea nec incorporea proprie loquēdo. corporeum enim ⁊ incorporeum sunt differentie entis completi. sed proprie dicitur virtus ad incorporeū. sicut etiam motus magis dicitur ad ens q̄z ens. obiectio autē procedit ac si ista virtus esset completa forma. ¶ Ad. 2m. respondet Sāctus Tho. in hac dis. loco proxime allegato ad. 5m. ꝙ sicut virtus absoluta nō est complete in quolibet cōgregatorum ad vnā actionē quā nullus per se pficere potest sicut est de tractu nauis sed est in omnibus simul inq̄ntum sunt omnes loco vni9 agētis ⁊ sic virtus in eis existēs sui ā retinet vnitatē: ita etiā est de instrumētis quādo vnum non sufficit. ⁊ sic etiam est in aliis multis q̄ exiguntur ad sacramētum: q2 in omnibus simul acceptis ē illa virtus complete: in singulis autē incomplete. Idē in sententia respondet. 3ª. p. loco proxime allegato ad. 4m. ¶ Ad. 3m. patet solutio supra ex responsione ad. 2m. scđ contra tertiā cōclusionem. cum autē arguēs dicit ꝙ ante characterē vel ornatum nulla dispositio p̄cedit in anima que attribuatur syllabis vel partibus orationis precedētibus vltimā quēadmodum fit aliq̄ dispositio in lapide ex guttis precedentibus vltimā: dicitur ꝙ est falsum. quoniā immo p̄cedit

scilicet dispositio ad complemētum orationis ⁊ significationis verborum quā faciunt syllabe et dictiones ex ipso ordine successionis quā significationē virtus sacr̄alis consequitur. hāc autē dispositionē vltima syllaba non h̄ret sine precedētibus. nā vt Sāctus Tho. inquit infra dis. 8. q. 2. ar. 3. ad. 6m. de verbis sacr̄alibus eucharistie: virtus conuersiua q̄ est in verbis cum sit sacramentalis: sequitur significationē. significatio autē existētis conuersionis cum importet ordinem vnius ad alterum: non potest fieri p dictionē sed oportet ꝙ per orationem fiat cuius partes q̄uis successiue proferātur: tn̄ significatio est tota simul quod tūc complet vltima orationis particula. Cum autē arguēs vltimo infert ꝙ p eādē rationē virtus sacr̄alis esset in vltima parte aque q̄ tāgit corpus baptizati: respondemus dupliciter. primo ꝙ non est simile ꝺ aqua que ē res permanēs q̄ztm ad omnes sui partes in quib9 omnibus simul pōt recipi ⁊ stare virtus: ⁊ ꝺ verbis sacramētalibus que consistūt in successione quorū partes vt dictiones vel syllabe simul stare non possunt sed sibi inuicem succedunt: ita ꝙ eadē forma vel virtus in omnibus simul recipi non possit. Respondemus secundo ꝙ nullum inconueniēs nobis est ꝙ virtus in sacramēto baptismi sit in illa tātum aq̄ parte q̄ tangit corpus baptizati. immo multū rationabile id putamus ¶ Ad. 4m. dicitur ꝙ minor ē falsa loquēdo dispositiue ⁊ instrumētaliter. ⁊ de hoc latius dictū est supra in responsione ad pm contra hāc quartam conclusionem ⁊ in fine sexti notabilis. Augustin9 autē loquitur de actione rei corporalis quā h̄et ex sua natura non vt instrumētum alterius principalis agētis. Responsione autē quā arguēs introducit non ē opus nobis. ¶ Ad. 5m dicitur ꝙ sicut deductū fuit in sexto notabili argumētum procedit ex falsa imaginatione arguentis q̄si. s. q2 instrumētum non agit nisi motū a principali agēte: ideo nō recipit ab eo aliā virtutē vel formā nisi tātūmodo motum. hoc autē falsum est sicut ibi patuit. neq̄ ideo erit p̄cessus in infinitum q2 stādum est in virtute principalis agētis a q̄ virtus quedā participata deriuatur ad instrumentum. ita ꝙ instrumentum agit per hanc virtutem sibi communicatā. hec autē virtus agit per virtutem agentis principalis a qua deriuatur. virtus autem principalis agētis agit non per aliam sed ex sua natura. ¶ Ad. 6m. dicitur ꝙ consequētia quā arguens infert ex minore propositione nulla est. non enim sequitur ex premissis. nam plus requiritur ad rationē cause

q̃ʒ ad rationem signi. vnde sacramenta licet non
habeant virtutem illis inherentem inq̃ʒtuʒ sunt
signa: habẽt tamẽ illam inq̃ʒtũ sunt cause. ¶ Ad
7m. dicitur ꝙ similitudo non valet. quia circunci
sio in veteri lege non cõferebat gratiam ex ope-
re operato quemadmodum eam conferunt sa-
cramenta noue legis. et de hoc latius dicetur in
questione sequente. ¶ Ad. 8m. dicitur ꝙ minor ẽ
falsa in eo ꝙ dicit promissa in lege veteri solum in
noua: non per legem nouaʒ sed a deo in lege. nã
vt de ceteris taceamus: iustificatio hominis ad
vitam eternam quam lex vetus non dabat sed
promittebat: non solum est a deo data in noua le
ge: sed ⁊ per legem nouam. nam datur per grãm
per quam homines iustificãtur ꝫm illud Ro. 3°.
iustificati gratis per gratiam. gratia autem gra-
tum faciens est proprie et principaliter ipsa lex
noua prout Sanct⁹ Doc. pulchre deducit prima
2e. q. 106. arti. pmo. et arti. 2° probat ꝙ ipsa lex
noua iustificet homines ad differentiam legis ve
teris que non iustificabat. vnde Augustinus in li
bro de spiritu ⁊ littera exponens illud Hiere. 31.
dabo leges meas in mentes eoruʒ ⁊ in corda eo-
rum superscribam eas: que sunt inquit leges dei
ab ipso deo scripte in cordibus: nisi ipsa presentia
spiritus sancti que. s. est per gratiam. ¶ Ad. 9m.
dicitur primo ꝙ conclusio nostra non fundatur
potissime in ratione quam arguens recitat q̃uis
et illa satis eaʒ probet: sed fundatur in auctorita
tibus sanctorum doctorum. ait enim Augustin⁹
super illud Joan. 15. iam vos mundi estis prop-
ter sermonem quem locutus sum vobis. vnde
ista tanta virtus aque vt corpus tangat ⁊ cor a-
bluat nisi faciente verbo: non quia dicitur sed qꝛ
creditur. nam ⁊ in ipso verbo aliud est sonus trã
siens aliud virtus manens. hec ille. in quibus ver
bis expresse dicitur ꝙ in aqua baptismi est virt⁹
que cor abluit. item ꝙ in verbis sacramentalib⁹
baptismi est virtus manens. Item in de baptis-
mo paruulorum. paruuli inquit baptizati inter
credentes reputantur per sacramenti virtutem.
Item Ambrosius de sacramentis. aliud inq̃t est
elementum aliud cõsecratio. non sanat aqua nisi
spiritus sanctus descendat in eam. Item Chriso
stomus super illud Joan. 5°. angelus autem do-
mini descendebat ꝫm tempus ait. sicut enim et
in baptizatis non simpliciter aqua operatur: sed
cum spiritussancti acceperit gratiam: tũc omnia
soluit peccata. et multe alie sanctorum auctorita
tes ad duci possent. vnde licet sãcti doctores dif-
finientes sacramentum non ita expresse hãc vir
tutem tetigerint: id tamen fecerunt sepe loquen

tes de sacramentis noue legis. et quorum dictis
magister sententiarum collegit diffinitionem in
qua expresse posuit sacramenta noue legis cau-
sam esse gratie. Distinctio autem arguẽtis de ac
cidente proprio et separabili: friuola est et ad su
gam cõficta. nam vt clare patet recte intelligen
tibus: diffinitio posita a magistro non ad hoc est
introducta vt quid nominis precise notificet. nõ
enim circa quid nominis sacramenti fuisset ma-
gister tam solicitus tractans de sacramentis ec-
clesie prout curationi adhibentur contra origi-
nalis et actualis peccati vulnera vt ipse in prefa
tione hui⁹ quarti libri premittit. ¶ Ad. 10m. dici
tur ꝙ arguens assumit falsum imo vtraqꝫ aucto-
ritas multum iuuat. et ad assumpti probationeʒ
dicitur ꝙ glosa quam dat verbis Augustini est cõ
ficta. non enim propter solam assistentiam diui-
ne virtutis Augustinus diceret vim esse aque vt
corpus tangat et cor abluat. esset enim non tam
improprie q̃ʒ false dictum. nam cause per accidẽs
vel sine qua non: non vere attribuitur ꝙ sua vi
effectum causet. Necqꝫ obstat quod sequitur: nisi
faciente verbo non quia dicitur sed quia credit:
nam huius dicti sensus verus est ꝙ verbum. s. sa-
cramentale non habet vim cor abluẽdi propter
exteriorem sonum quo a baptizante profertur:
sed quia creditur quia. s. ad predictum effectum
requiritur fides in baptizato vel propria vt in a-
dultis vel interpretatiua vt in ĩfantibus que est
fides parentum vel ecclesie: pro eo ꝙ per fidem
huiusce modi: sacramẽta continuant sicut instru-
menta principali agenti. s. deo tanq̃ʒ efficiẽti cau
se: et passioni xpi tanq̃ʒ meritorie. put. S. Doc.
ait in hac dis. lec. pa. ar. 4. sub. ar. 3. Et huic vero
sensui consonat quod in auctoritate Augustini
sequitur cum dicit. nam et in ipso verbo aliud est
sonus transiens: aliud virtus permanens. vbi
etiam dicit virtutem in verbo permanentẽ. Huic
etiam vero sensui fauet auctoritas supra posita
Augustini in de baptismo paruulorum cum di-
cit. paruuli baptizati inter credentes reputantur
per sacramenti virtutem et offerentis responsio
nem. s. fidei. vbi vtrũqꝫ tangitur. s. virtus sacra-
menti existens in verbis: et fides offerentiũ que
per eorum responsionem ĩnotescit. Quod autẽ
arguens adducit ex auctoritate Bede cõtra no
stram opinionem: dictum est puerile. nã licet ca-
ro xpi vel eius cõtactus nõ sit principale agẽs. s.
deus nec sit ipsa passio xpi: certum tamẽ est ꝙ di-
uinitas xpi per eius carnem operata est nr̃am sa
lutem. et passio christi ad idipsum vĩ habuit quia
erat passio carnis christi. ita ꝙ virtus et efficacia

passionis: carni christi tanq̄ instrumento coniūcto ascribēda est. vnde Damascenus dicit in tertio libro q̄ humana natura in christo erat velut organum diuinitatis. et ideo vt Sanctus Thomas notat in de veritate. q. 27. arti. 4. in corpore: sicut humana natura in christo cōmunicabat diuine virtuti instrumentaliter in corporalibus effectibus: ita etiam in spiritualibus. vnde sanguis christi pro nobis effusus habuit vim ablutiuam peccatorum sm̄ illud Apocalipsis primo. lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo Et Romanorū. 3°. iustificati in sanguine ipsius. sic igitur humanitas xp̄i est instrumentalis causa iustificationis nr̄e. que quidem causa nobis applicatur spūaliter per fidem: et corporaliter per sacramēta. vnde illud est perfectissimū sacramētū in quo xp̄i corpus realiter cōtinet̄ .s. eucharistia et est omnium aliorum conseruatiuū vt Dionisius dicit in ecclesiastica hierarchia. alia vero sacramenta participant aliquid de virtute illa qua humanitas xp̄i instrumētaliter ad iustificationē operatur. ratione cui⁹ baptismus sanguine xp̄i sanctificatus dicitur ab apostolo Hebre. 10. vnde et passio xp̄i in sacramentis noue legis dicitur operari. hec. S. Tho. patet igit̄ ex dictis q̄ irrationabiliter et minus docte arguens dixerit auctoritatem Bede sentētie Sācti Tho. repugnare. Cum aūt arguens obijcit q̄ si ex tactu carnis xp̄i esset data aliqua vis aquis: tunc data esset et illis aquis q̄s xp̄s tetigit: et tunc ille aque habuissent in se talē virtutem quod iterū est contra eos qui dicūt q̄ illa virtus nō est in sacramentis nisi quādo applicantur p vsum ad illum q̄ recipit sacramentū: respondet. S. Tho. in hac dis. lec. p̄a. ar. 4. sub arti. 2. ad. 2m. q̄ instrumēto datur virtus agēdi istrumentaliter dupliciter. vno modo quasi inchoatiue quando instituitur in specie instrumenti. alio modo dat̄ complete quādo actu mouetur a principali agēte sicut quādo carpētarius vtitur serra. et similiter cōplete dat̄ virtus sacramētis in ipso sacramētorum vsu. hec ille. vbi quod dicat inchoatiue: congrue intelligitur quasi deputatiue. nā quādo dolabra vel serra cum tali materia et sub tali figura cōstituitur: propter sui aptitudinē quasi deputatur vt sit instrumentum artificis. et con simili modo aqua sm̄ speciem suam fuit deputata baptismali ablutiōi ex tactu carnis christi quādo baptizatus est. in vsu tamen baptismi quando .s. accedit verbum ad elementum: accipit cōplete idest actu virtutem regeneratiuam. Et ex his patet q̄ sensus quem ipse arguens dat dictis Bede sit fictitius: cum ipse dicat aperte q̄ christus vim regeneratiuam contulit aquis. hoc certe non est idem dictu q̄ dicere tactum aque p carnem christi esse signum tantūmodo regenerationis fiende per dei virtutem aquis assistentem. talis enim sensus nimis extortus et confictus est. Quod autem arguēs vltimo adducit ex verbis christi. Joan. 3°. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto et cetera: pro nobis facit cum expresse ibi dicatur renatus ex aqua simul et spiritu sancto. ex quo sequitur q̄ aqua vim habeat regeneratiuam. Neq̄ obstat quod postmodum mētionem de aqua baptismi non fecerit sed de spiritu sancto: tum quia sufficiebat illud in eodem cōtextu littere iam dixisse: tum etiam ad significandam differentiam efficiendi inter aquam et spiritum sanctum sicut inter causam principalem et instrumentalem. ¶ Ad argumenta Scoti contra eandem conclusionem ad primum dicitur q̄ illa virtus supernaturalis est in sacramento indiuisibiliter idest tota in toto et tota in qualibet eius parte. neq̄ valet hui⁹ improbatio. quia assumptum habet veritatem de formis perficientib⁹ materiam sm̄ esse reale ratum et permanens. virt⁹ autem sacramētalis non habet tale esse in sacramentis sed esse intentionale. et ideo argumentū non est ad propositum. ¶ Ad. 2m dicimus q̄ sicut dictum est supra: virtus verborum sacramētalium est subiectiue in vltima syllaba in ordine tamen ad precedentes. vnde diuisio argumentis est insufficiens. nam neq̄ est actu eadem virtus in omnibus syllabis: neq̄ est alia et alia in alia et alia syllaba: sed est tota in vltima syllaba prout dictum est et sic cessat obiectio. ¶ Ad. 3m dicitur q̄ ista virtus supernaturalis actu et complete ē in ipsa applicatione ad vsum et non ante. habet tamen quandam aptitudinem saltem deputationis ex institutione sacramenti quod alias dicitur esse inchoatiue. et sic cessat impugnatio hui⁹ partis. nam sicut instrumentum anteq̄ aplicetur ad vsum est aptum ad illum: ita ex ipsa sacramentorum institutione sacramenta habent quandam velut aptitudinem ad vsum sacramentalē. ¶ Ad 4m. dicitur q̄ licet talis pluralitas non habeat absolutam necessitatem: habet tamē congruitatem multum rationabilem propter dignitatem sacramentorum noue legis vt non tm̄ sint signa effectus sacramentalis quemadmodum sacramenta veteris legis: sed et sint quodāmodo cause. vnde falsum est q̄ veritas fidei non requirat ponere talē virtutem supernaturalem. non tanq̄ sit absolute necessariū: sed quia congruum est et multum rationabile. et cum arguens infert

q2 talis virtus nō crearetur regulariter nisi ex pactione diuina: dr q est verū ⁊ tamē ideo nō supponit vt arguens obijcit. q2 licet pactio diuina potuerit esse imediata causa effectus sacramētalis noluit tamen deus ꝑpter rationes sepe assignatas. ¶Ad. 5m. dicit q assumptū est falsum. nec3 valet ꝓbatio cōtra exēplum d sensibili sermone q̃ iterū arguēs assumit falsum. et ad eius ꝓbationē primā dicitur q sermo nō solū habet vim spūalem excitādi ⁊ edocendi audientes a prima impositione ad significandum: sed etiā et magis quādo profertur a dicēte ad instruendū audientem circa aliquē conceptum ipsius proferentis. ¶Ad secundā probationē dicitur q sermo audibilis non est per sesolum instrumētum sufficiens ad causandū anime cōceptū in audiente: sed requiritur in ipso aliqua terminorū noticia p quā deueniat in cognitionē eorum que sensibili smone illi proponuntur. et propter defectū hui9 noticie si latinus proferat verba latina greco ignoranti latinum: nō causat in eo animi sui conceptum. nō quia in tali sermone nō sit vis causatiua conceptus: sed quia audiens nō est disposit9 ad illam recipiendā. quia act9 actiuorū sunt in patiēte disposito. et d hoc satis dictū fuit in vltimo notabili. ¶Nec3 valet improbatio secundi exempli nam falsū est quod assumit nec arguēs probat. vt enī3. S. Tho. dicit in hac dis. lec. pa. ar. 4. sub ar. 2. ad. 3m. nullū inconueniēs est si virtus que motui ꝓportionatur: datur rei stati vel post motū desiture. ¶Nec3 valet improbatio tertij. q̃m et si motus localis celi nō possit esse formale principium subaꝝ inferioꝝ sub ratione qua talis motus est: pōt tamē esse causa ratione virtutis celestis q̃ per motum localē defluit ⁊ deriuat ad ista inferiora. et pari modo dicim9 q ratione virtutis collate in vsu sacramētoꝝ: pōt causari effect9 sacramētalis. ¶Ad. 6m. dicit q assumptū est falsum si instrumēta capiātur ꝓut mota sunt a principali agente. et ad ei9 ꝓbationem dicit q q̃uis serra vel aliud instrumētum nō habeat actiuitatem vel causalitatē ad artificiū construendū ex quantitate vel figura vel motu locali: habet tamen illam ex virtute principalis agentis. s. ex arte sibi per motum intētionaliter cōmunicata. vñ totus processus argumēti supradict9 est eo q fundatur in hoc q instrumēta non hñt actiuitatē ad effectū principalis agētis per formas sibi ꝓprias ⁊ cōnaturales quod ⁊ nos concedimus: sed dicimus q habēt illā vim ex superiori forma. s. agentis principalis. ¶Ad. 7m. negatur assumptum. et ad eius probationem dicimus q loquendo d sacramēto matrimonij noue legis: virtus illa infusa est in verbis aut in signis vel actibus equipolentibus. et in casu arguentis d copula carnali cum verbis de futuro: dicimus q ipsa virt9 datur vel in eorum consensu qui tunc repetitur: vl' in aliquo alio signo equipolente verbis. Et cum vltimo arguens querit quid causabit talis virt9: dicimus q dispositionem ad gratiam que dicitur ornatus: et potestatem vtēdi corpore coniugis ac fidem seruandi et si qui alij sunt effectus sacramentales matrimonij. ¶Ad argumentum ante oppositum respōdet Sanct9 Thomas in hac distinctione lectione prima arti. 4. sub. arti. 2. ad 5m. q sicut virtus absoluta non est complete in quolibet congregatorum ad vnam actionē quā nullus per se perficere potest sicut est d tractu nauis: sed est in omnibus simul inq̃ntū sunt omnes loco vnius agentis et sic virtus in eis existens suam retinet vnitatem: ita etiam est de instrumentis quando vnum non sufficit. et sic etiam est in alijs multis que exiguntur ad sacramētum. quia in omnibus est illa virtus complete simul acceptis: in singulis autem incomplete. Et in hoc articulus terminatur.

Teruz circa eandez distinctionem queritur vtrum sacramēta veteris legis causent gratiam et arguitur q sic. quia dicit Beda in homelia circumcisionis. idē salutifere curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat: quod baptismus agere reuelate gratie tempore consueuit. sed baptism9 nūc cōfert gratiam. ergo et circumcisio gratiam conferebat. et pari ratione alia sacramenta legalia. quia sicut baptismus est ianua sacramentorū noue legis: ita circumcisio erat ianua sacramentoꝝ veteris legis. propter quod apostolus dicit Gala. 5. testificor omni circumcidenti se q̃m debitor est vniuerse legis faciēde. ¶In oppositum arguitur quia dicit Gala. 4. conuertimini iterum ad infirma elementa ⁊ egena. Glosa. i. ad legē que dicitur infirma quia non perfecte iustificat. ergo sacramenta veteris legis non conferebant gratiam. ¶In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.

Quantum ad p̄-
mũ articulum sit prima conclu
sio ꝙ sacramēta veterꝭ legis gra
tiam nō cōferebāt ex aliqua vir
tute in eis existente: quēadmo-
dum sacramēta noue legis illam cōferunt. Hanc
conclusionē tenet. S. Tho. in hac dis. lec. p̄ª. arti.
5. Et. 3ª. p. q. 62. arti. 6. ¶ Secunda conclusio
est ꝙ in sacramento veteri circũcisionis nō con-
ferebatur gratia ex opere operato. Hanc conclu
sionem tenet. S. Tho. in hac dis. lec. 2ª. arti. 4.
sub. arti. 3. Et. 3ª. p. q. 70. arti. 4.

Quantum ad ar
ticulum secundum arguitur con
tra conclusiones. Et quidē con-
tra primam arguit Aureolus ꝓ
bando ꝙ differentia inter sacra
menta veteris ⁊ noue legis inconuenienter assig
netur per hoc ꝙ sacramēta noue legis causāt gra
tiam per virtutē eis inherentem alia vero non.
Primo sic. nobilitas instrumēti ⁊ cuiuslibet ordi
nati in finem sumitur ex rōne vtilitatis: qm̄ q̄to
instrumentum est vtilius tanto est nobilius. sed
tāte vtilitatis esset circũcisio sicut ē baptismus si
ꝑ vtrũqꝫ daꝛ grā in eq̄li q̄titatecunqꝫ deꝛ alio ⁊ alio
modo: siue ꝑ vnũ sacr̄m deꝛ grā ꝑ virtutē inherē
tem et ꝑ aliud ex solo pacto diuino: siue ꝑ vnum
detur principaliter ⁊ per aliud ex cōsequēti. q̄tũ-
cũqꝫ eni fiat variatio de modo dũ tñ vtrobiqꝫ de
tur eq̄lis grā in eodē gradu erũt eque vtilia. igiꝛ
sacrā noue legis ⁊ veteris erũt eq̄lis nobilitatis
si tm̄modo differāt vt tu ponis. ꝓbaꝛ minor du-
pliciꝛ. p̄mo inductione secũdo rōne. p̄mo sic. dato
ꝙ in circũcisione nulla sit virt⁹ īfusa: in baptismo
aũt sit vt⁹ infusa deide grā cōferaꝛ vtrobiqꝫ in eo
dē gradu: q̄d ad me de tali virtute inherēte. ver-
bi grā in simili si ista medicina cōferat mihi sani-
tatem in eodem gradu et eque faciliter sicut illa:
quid ad egrũ vel medicũ si ista medicina non a-
git ꝑ aliquā virtutē a tota specie sicut alia sed a-
liunde. vndecũqꝫ veniat talis operatio equalis v-
tilitatis iudicabunꝛ. Ratione ꝓbaꝛ sic idē. nobi-
litas illi⁹ q̄d nullā habet appetibilitatē ꝓpter se
sed ꝓpter aliud: debet pēsari ex nobilitate illius
a quo habet totā suā appetibilitatē. sed tota ap-
petibilitas sacramētoꝝ est ex rōne effect⁹. s. grē
quā cōferũt. ergo si ꝯferāt grām in eq̄li gradu da
to ꝙ eam cōferāt differēter q̄tũ ad modũ puta ꝙ
vnũ ꝑ virtutē infusā aliud ex pacto: vnũ p̄ncipa
liter aliud ex cōsequēti: erũt eq̄lis nobilitatis in
rōne instrumēti. Cōfirmaꝛ q̄ꝛ vbi vnũ ꝓpter al-
terum: vtrobiqꝫ tñ vnũ. 2°. Topi. sed nobilitas
sacramenti est propter nobilitatem effectus. igi-
tur et cetera. Confirmatur quia virtus infusa nō
est ponibilis in sacramentis. si etiam ponatur ta
lis virtus: illa nō est propter se diligibilis. nō eni
sacramenta diligo propter virtutem: sed ꝓpter
effectum. et si coꝝ effectus est equalis: nobilitas
erit equalis. non ergo ꝑ hoc saluatur differentia
sacramētoꝝ veteris et noue legis q̄tũ ad eorum
dignitatē. Diceretur forte ꝙ differunt quia sacrā
noue legis conferunt grā in maiori gradu puta
baptismus q̄ꝫ circuncisio: contra q̄ꝛ hoc non suffi
cit. quia maior debet poni differentia inter bap-
tismum ⁊ circuncisionē: q̄ꝫ inter baptismũ ⁊ bap
tismum. sed inter baptismum ⁊ baptismum ē dif-
ferentia maioris ⁊ minoris gradus a parte effe-
ctus. s. gratie ⁊ aliarũ virtutum in baptismo infu
sarum. probatio. quis enim dubitat quī Paulus
receperit maiorem grām ⁊ virtutem habundan
tius quando baptizatus fuit: q̄ꝫ vnus paruulus
quādo baptizatur. ¶ 2°. quia in illis que sunt al-
terius rationis in sanctificando: oportet assigna
re effectus alterius rationis. sed sacramenta ve-
teris ⁊ noue legis sunt alterius rationis in sancti
ficando. igitur eis correspondet effectus alteri⁹
rōnis in sanctificādo. sed grē maioris ⁊ minoris
gradus nō sunt alteri⁹ rationis. magis eni ⁊ mi-
nus nō diuersificāt spēm. igiꝛ ⁊c. hec Aureolus in
forma. ¶ Cōtra secũdā cōclusionē arguit Scot⁹
probando ꝙ de potentia dei absoluta possibile
est culpam originalem deleri sine gratie infusio-
ne. cuius cōtrariũ innuitur in ꝓbatione dicte cō-
clusionis. p̄mo sic. quecũqꝫ sibi inuicē repugnant
circa aliquod subm̄: mutuo se excludũt circa illō.
ergo cui repugnant plura circa aliq̄d subm̄: illud
pōt per quodlibet illoꝝ expelli vel excludi ab il-
lo subiecto. sed culpe originali repugnat rectitu
do in puris naturalibus etiā sine grā. patet ꝺ sa-
cto ſm magistrũ ponentē hoiem a deo sic condi
tum. patet etiā de possibili ꝑ rationē. q̄ꝛ si nō pos
set natura fieri recta rectitudie naturali sine grā
tunc gratia esset naturalis licet non nature lapse
tñ nature in sua ꝓpria rectitudine institute. illud
enim est naturale quod consequiꝛ naturā ſm se.
ergo sequitur ꝙ per solam rectitudinē naturalē
⁊ sine gratia potest culpa expelli. Si dicaꝛ ꝙ re-
ctitudo absolute potuit esse in natura absqꝫ grā
tñ post culpam non pōt restitui absqꝫ grā colla-
ta. ¶ Contra illud ⁊ simul ad principale arguiꝛ.
forma nō hñs esse alteri⁹ rōnis: nō hēt aliā irre-
parabilitatē a quocũqꝫ. q̄ꝛ eni est talis forma et

tale esse habēs: ideo est reparabilis vel irrepara
bilis a quocūq;. sed forma non habet esse alteri⁹
rationis in subiecto ex hoc ꝙ eius oppositum pre
cessit in eo vt patet ð frigore ⁊ calore circa aquā.
ergo forma non habet aliam irreparabilitatē a
quocūq; per hoc ꝙ eius oppositum precessit i sub
iecto vt patet. sed rectitudo naturalis si nō pre-
cessisset sui oppositū: posset reparari per te. ergo
⁊c. ¶ 3° sic. qualēcūq; fm formam absolutā pōt
deus hominem creare: et fm talem formam ab-
solutam pōt post culpaȝ reparare. sed in pura re
ctitudine naturali pōt deus hominē creare: igit
et cetera. maior patet quia culpa non facit natu
ram in se esse aliā nec quin sit capax illius cui⁹ pri
us fuit capax. agens aūt diuinum pōt illi impri-
mere quodcūq; cuius est capax ⁊ hoc sine alio q̄-
cūq; qđ non includitur in ratione illius impressi.
sed grā est huiusmodi respectu iusticie vel rectitu
dinis naturalis. ergo ⁊c. Sed si instet contra ma
iorem. qȝ deus non potest de non virgine facere
virginem fm hieronimū et tamē a principio po
test creare hominē virginem: nō valet instantia.
quia in maiori dictū est qualēcūq; fm formā ab-
solutam: et sic nō est instantia. qȝ quodcūq; abso
lutuȝ importatū per virginitatē siue sit perfectio
in mēte siue dispositio in carne: totū pōt deus re-
parare. sed vltra ista virginitas dicit quandā ne
gationē actus preteriti vt. s. nūq̄ cecidisse mēte
vel carne in peccatū carnis. ex quo aūt actus p̄-
terijt: non pōt de⁹ facere quin preterierit. vnde
phs. 6. ethi. capi. 3°. cōmendat dictū agathonis
dicentis. hoc solo priuatur de⁹: ingenita facere q̄
facta sunt. et ratio est quia nulla factio pōt eē nō
entis vel de non aliquo ente. qȝ maxime exten
dendo factionem quelibet est vel entis de non
ente vel nō entis de ente vt in āiuhilatione. pre
teritum aūt non est ens et ipsum non preteriisse
est aliud non ens. ergo nō potest ex preterito fie
ri nō preteritū. ¶ 4°. quia grā non opponit for-
maliter peccato originali nec modo dimittit il-
lud peccatū per collationē gratie nisi quia grā in
ducit equiualēter vel principaliter in acceptatio
ne diuina iusticiā originalem que formaliter op
ponitur peccato originali. hec Scot⁹ in forma.
¶ Contra eandem arguit Aureolus sic. quādo-
cūq; aliquod subiectū est tale ꝙ ipsum est suscep
tiuum oppositorum et medij inter illa opposita
non īmediata: non videtur repugnantia quin a-
liquod agens possit illud reducere de vno extre
mo opposito ad medium reducendo ipsum ad
aliud extremum. sed status puroruȝ naturalium
est status medius inter culpam ⁊ gratiam quia
alias gratia esset ex puris naturalibus et sequere
tur error Pelagij vel peccatum inesset ex puris
naturalibus ⁊ sequitur error Manichei. ergo cū
anima sit susceptiua culpe ⁊ gratie et similiter sta
tus medij: sequitur ꝙ non est repugnantia ꝙ de⁹
omnipotens faciat animam trāsire de statu cul-
pe ad statum naturalē non deducēdo ipsam ad
grām. ¶ 2°. arguit probando ꝙ baptismus ⁊ cir
cuncisio nō differant penes hoc ꝙ baptism⁹ pri-
us delet culpam ⁊ circūcisio pri⁹ remittit obliga-
tionem ad penā. Primo quia vbi vnū sequitur
⁊ inest propter aliud vt propter causam. ppriaȝ
non cōuenienter aufertur secūdū nō ablato pri-
mo. verbi gratia medicus volens curare morbū
conatur prescindere prius causam. nec possibile
est morbum curari causa relicta. sed culpa in ha-
bente originale erat causa obligationis ad carē-
tiam visionis. ergo deus qui est medicus ordina
tissime sanans animam: prius curat causam mor
bi. ergo prius delet culpam. ¶ 2°. quia si circun-
cisio prius deleret obligationem q̄ȝ culpam: seq-
tur ꝙ in aliquo instanti rationis esset aliquis dig
nus visione et in peccato originali. per te enim q̄
dam ordine rationis est prius absolutus ab obli
gatione ad carentiam visionis q̄ȝ sit deleta cul-
pa originalis. et tunc in instanti quo culpa esset:
inesset simul vtrūq;. s. culpa ⁊ spes diuine visiōis
quod est impossibile. igitur ⁊ cetera. ¶ Contra
eandem conclusionem potissime contra aliqua
contenta in probatione arguit Durandus. Pri
mo quia vt dicit culpa originalis vel actualis nō
est priuatio gratie formaliter ⁊ directe sed solum
meritorie. quia propter meritum culpe vel po-
tius demeritum: deus aufert gratiam si peccans
eam prius habeat. propter demeritum etiaȝ ade
deus abstulit gratiam ab omnibus de stirpe eius
descendentibus per viam naturalis generatio-
nis. quam gratiam deus omnibus illis infudisset
si adam non peccasset. sed ipsa culpa originalis
vel actualis non est formaliter priuatio gratie
vt tua ratio assumit. ¶ Preterea priuatiue oppo
sitoȝ alterum necesse est inesse subiecto apto na
to. sed deus posset facere ꝙ aliquis esset sine cul-
pa originali et actuali et sine gratia. sicut si quis
miraculose formaretur de limo terre vt adam: ta
lis enim non haberet culpam originaleȝ neq; a-
ctualem neq; esset necesse ꝙ deus daret ei grati-
am quod etiam aliqui estimauerunt in sua crea-
tione. gratia ergo ⁊ culpa originalis vel actualis
non opponuntur priuatiue vt necesse sit semper
alterum inesse subiecto. hec ille.

Quantuz ad tertium articulum primo notãduz est prout. S. Tho. deducit pma pte. q. 5. ar. 5. Et de veri. q. 21. ar. 6. Et. pª 2ᵉ. q. 85. ar. 4. q ratio boni creati in tribus consistit. s. in modo i specie z ordine. est enim ratio boni inqꝫᵐ huiusmodi ratio perfectiui. perfectiuum autem cum sit aliquid natum perficere: presupponit esse perfectũ. vnũquodqꝫ vero pfectũ est pmo p suam formaz p quam res in specie constituitur. secundo per suum esse. est enim vnũquodqꝫ pfectum fm q hẽt esse actu ex cuius diuersitate diuersus modus pfectionis accipitur. tertio per ordinem vel inclinationẽ ad propriam opationem z finem. ex tribus predictis accipi debet diuersus gradus bonitatis in rebus creatis. vnde Augustinꝰ dicit in libro de natura boni. hec tria modus species z ordo tanqꝫ generalia bona sunt in rebus a deo factis. z hec tria vbi magna sunt: magna bona sũt. vbi parua: parua bona sunt. vbi nulla: nullũ bonum est. ¶ Ex qbus inferimus q qꝫuis plura aut diuersa bona siue honesta siue vtilia aut delectabilia ordinem habeant ad vnum finem: nõ ideo sequitur q sint omnino eiusdem gradus in bonitate z perfectione. nam poterunt seinuicẽ precedere fm gradus bonitatis que sumitur ex specie z modo z iterum ex ipso ordine. nam ad vnuz finem quedam ordinanꝛ per se z quedam per accidens aut ex consequenti. et quedam directe et quedam indirecte. et quedam imediate vel de ppinquo z quedã mediate et a remotis. et quolibet istorum modorũ contingit fm magis et minus. vnde in proposito nostro qꝫuis sacramenta veteris legis vtilia essent ad eundẽ effectum et ad eundem finem ad quem vtilia sunt sacramẽta noue legis: non inde satis pbatur q sacramẽta veteris legis sint omnino equalis bonitatis z perfectionis quẽadmodũ sacramẽta noue legis etiã fm rõnez q instrumẽta sunt diuine potentie z virtutis z sunt nobis vtilia. nam etiam posito qꝫuis non cõcesso q equalis grã in vtrisqꝫ dareꝛ z tamẽ sacramẽta noue legis pfectiora sunt sacramẽtis veteris legis. Ad quod sciẽdũ est q sacramẽta cõsiderari possunt z inqꝫᵐ signa z inqꝫᵐ sacramẽta z inqꝫᵐ instrumẽta diuine virtutis et inqꝫᵐ sunt mediante quedam. et fm oẽs has cõsiderationes sacramẽta noue legis pcellũt veteris legis sacramẽta. pmo quidẽ inqꝫᵐ signa. tũ qr sacramẽta veteris legis signa fuerũt futurorum. sacramẽta vero noue legis signa sunt iã factorũ. quãobrẽ signa dicunꝛ z rememoratiua z demonstratiua put. S. Tho. notat in hac dis. lec. pª. ar. pº sub. ar. pº. ad. 4ᵐ. et ideo cõparãtur hec sacramẽta ad illa sicut veritas ad vmbrã z figuram. fz quod dꝛ Joã. pº. gratia z veritas p Jesum xpm facta est. omnia enim vt apostolus inquit. pª Corin. 10. in figura cõtingebant illis. s. patribus veteris testamẽti. et Hebre. 10º. vmbrã habẽs lex futurorũ bonorum. tum etiam qr sacramenta noue legis sunt signa magis determinata z expressius significantia qꝫ sacramenta veteris legis. sacramẽta nãqꝫ quedam fidei ptestationes sunt. vnde sicut maior determinatio z explicatio articulorum fidei facta est post aduentũ xpi in noua lege qꝫ in veteri: sic z sacramentoꝝ maior z expssior est significatio in noua lege qꝫ in veteri. ppter quod Gregorius dicit q qꝫto sancti patres viciniores aduentui saluatoris fuerũt: tanto sacramenta salutis plenius perceperunt. Huic consonat quod apostolus dicit Hebre. 11º. iuxta fidẽ defuncti sunt omnes isti. s. antiqui patres nõ acceptis repromissionibus sed alõge eas aspicientes z salutãtes. qꝫto autẽ aliquid a longe videtur: tãto minus distincte z expresse videꝛ. vnde prout S. Tho. inquit in hac dis. lec. pª. ar. 3. in cor. speciale fuit in sacramentis noue legis q rebus verba adderenꝛ. quia non sunt signa futurorũ quẽadmodũ sacramẽta veteris legis: sed presentiũ z preteritoꝝ q z certius cognoscuntur z expressius significari possunt. verba aũt inter homines principatũ optinẽt significãdi put Augustinꝰ dicit in. 2º de doctrina xpiana. ¶ Itẽ z inqꝫᵐ sacramenta preeminẽt sacramẽta noue legis veteris legis sacramẽtis. vt eni. S. Tho. dicit in hac dis. lec. pª. ar. pº sub. ar. pº. sacꝛz fz ppetatẽ vocabuli importat sanctitatez actiue. vt dicaꝛ sacꝛm q aliquid sacraꝛ sicut ornamẽtũ quo aliqd ornaꝛ. sacramẽta aũt noue legis pfectiꝰ participãt rõnem sanctificãdi qꝫ veteris legis sacramẽta. vt eni. S. Tho. deducit in hac dis. lec. pª. ar. 5. ad pmũ. sanctificatio quãdo qꝫ iportat emũdationẽ z cõsecrationẽ spũalẽ q fit per grãm. et sic sacramenta veteris legis non dicebanꝛ sacra nisi qꝫsi signa sacramentoꝝ sanctificãtiũ. s. noue legis quoꝝ ẽ p grãz quã causant: spũaliter sctificare. alio modo sanctificatio iportat mãcipationẽ z deputationẽ alicuiꝰ ad aliquod sacrũ: et sic sacramẽta veteris legis dicebanꝛ sacra z quasi sanctificãtia: quia per ea fiebat quedã idoneitas ad sacros vsus et in templo et in vasis et in populo et in ministris. tanto ergo verius z pfectiꝰ sacramẽta noue legis dicuntur sacra qꝫ sacramẽta veteris legis: quãto veriꝰ

et perfect⁹ homines sanctificāt sanctitate spūa-
li q̃ᵐ ad animas que vere et proprie sanctitatis
susceptiue sunt. vnde aplūs hebre. 9°. vtrorūq̃
sacramētoꝝ sanctificationem tangens inquit. si
enim sanguis hircoꝝ ⁊ taurorū ⁊ cinis vitule asp
sus inquinatos sanctificat ad emūdationem car
nis: quāto magis sanguis xp̄i qui ꝑ spūm sanctū
semetipsum obtulit īmaculatū deo emūdabit cō
scientias vr̄as ab operib⁹ malis ad seruiēdū deo
viuenti. ¶ Rursus et inq̃ᵐ instrumēta diuine vir
tutis ac potentie: sacramēta noue legis p̄cellunt
legis veteris sacramenta. instrumentuꝫ nāq̃ q̃to
magis participat virtutem ⁊ efficaciā principa-
lis agētis: tanto pfectiori modo rationeꝫ habet
instrumēti. vnde cū virtus dei principalis agen-
tis ad causandū effectus sacramētales sit ⁊ cōti-
neatur suo modo in sacramentis noue legis non
solū vt eis assistēs sed vt vim causatiuam ⁊ opa-
tiuā illis tribuēs, put in precedēte questione fuit
determinatū: in sacramētis autem veteris legis
erat tm̄ vt assistens nullā vim opatiuā illis acco-
modās, ppter quod apostolus Gala. 4. vocat
ea infirma ⁊ egena elemēta: consequens est q̃ p-
fectiora ⁊ nobiliora instrumenta diuine potentie
sint sacramenta noue legis q̃ veteris legis sacra
menta. vnde ⁊ sm̄ doctrinā cōmunē sacramēta
noue legis gr̄am cōferunt ex ope opato. i. ex vir-
tute in eis existēte. sacramenta aūt veteris legis
vel gr̄am nō conferebāt: vel si in aliquib⁹ gr̄a cō-
ferebatur vt in circūcisione: id non erat ex opere
operato. i. ex vi circūcisionis sed ex virtute fidei
passionis xp̄i cui⁹ signum erat. vnde ⁊ apostolus
dicit. Ro. 4. q̃ abraā accepit signū circūcisionis
signaculum iusticie fidei. q̃. s. iusticia erat ex fide
significata non ex circumcisione significāte prout
S. Tho. exponit. 3ᵃ. p. q. 70. ar. 4. ¶ Denique et
inq̃ᵐ sacramenta sunt medicine quedā: sacramē
ta noue legis sunt potiora ⁊ pfectiora q̃ sacramē
ta veteris legis. illa enim medicamenta potiora
sunt: que pfectiorē sanitatē afferunt. huiuscemo-
di aūt sunt sacramēta noue legis q̃ morbos pec-
catorū ⁊ penalitatū ⁊ reatuū qui ex peccatis re-
linquūtur directe sanāt per gr̄am quaꝫ ex opere
opato cōferunt. sacramēta aūt veteris legis nō
sic peccatorum morbos ~~non~~ curabant sed a qui
busdam carnalibus imundicijs ⁊ irregularitati-
bus emundabant.

¶ **Secundo** Notandum est q̃ vt pōt accipi ex pluribus locis doctrine. S. Tho. presertiꝫ. pᵃ 2ᵉ. q. 86. et 87. et. q. 109. ar. 7. Itē. 4. sen. dis. 18. q. pᵃ. ar. 2. in tribus subarticulis. Et de veri. q. 28. ar. 2. in
peccato mortali primo considerandus est ipse
actus peccati qui etiam vocatur culpa inq̃ᵐ vo-
luntarius est ⁊ culpabilis. secundo auersio mētis
creature ab incōmutabili bono quod de⁹ est. ter
tio conuersio ad cōmutabile bonū. quarto priua-
tio gratie. quinto macula anime ex gratie priua-
tione causata. sexto offensa dei. septimo reat⁹ pe
ne. Cum aūt querit̄ vtrū peccatū mortale remit
ti possit absq̃ gratie infusione: questio nō intelli-
gitur de ipso actu peccati qui factus trāsijt et per
nullam virtutē aut potētiam fieri pōt vt non trā
sierit. hoc enim solo de⁹ priuat̄ vt philosoph⁹ di
cit. 6. ethi. que facta sunt: infecta facere. implicat
enim cōtradictionē. questio ergo referenda ē ad
alia q̄ circa peccatū considerant̄ vt dictuꝫ est. Et
vt plenius pcedamus: de singulis prenotatis q̄
in peccato cōcurrunt: queram⁹ an sine gratia gra
tum faciente remitti vel auferri possint. et quidē
de auersione mētis ab incōmutabili bono q̄ fit ꝑ
peccatum mortale: dicendū videtur q̃ absq̃ gra
tia dei remitti aut deleri non pōt. qm̄ talis auer-
sio nō dicit priuationem qualiscūq̃ cōuersionis
ad deū: sed cōuersionis ad deū quā peccatū mor
tale abstulit. huiuscemodi autē conuersio erat ꝑ
gratiam gratū facientem. ergo ipsaꝫ peccati mor
talis auersionem a deo deleri vel remitti: nō po
test intelligi nisi restituta conuersione mentis ad
deum per peccatum sublata. hec aūt sicut dictuꝫ
est: fuit ꝑ gratiam gratū facientē qua mens amo
re ⁊ cognitione ferebatur in deū. ergo peccatuꝫ
mortale q̃ᵐ ad auersionem a deo remitti nō po
test sine gratia. ¶ De peccato vero q̃ᵐ ad tertiū
in ordine supra posito. s. q̃ᵐ ad conuersionem in
bonum cōmutabile: videtur dicendum q̃ absq̃
gratia habituali remitti aut deleri pōt sm̄ viam
S. Tho. nam vt ipse deducit li. 2. dis. 28. ar. 2.
Et. pᵃ 2ᵉ. q. 109. articul. 7. et. 8. Et de veri. q. 24.
ar. 12. homo existens in peccato mortali potest
absq̃ gr̄a vitare singula peccata mortalia sm̄ a-
liquod tempus ⁊ pōt cessare ab actu peccati cō-
missi. hoc autem est retrahi a conuersione ad cō-
mutabile bonū sm̄ quā peccauerat. Et preterea
pᵃ 2ᵉ. q. 113. ar. 2. ad. 3ᵐ. expresse dicit q̃ cum ali
quis a peccato vnius vitij transit in peccatuꝫ vi-
tij contrarij sicut ab illiberalitate in pdigalitatē
desinit quidem habere actum preteriti vitij licet
non desinat habere reatum. huiuscemodi autem
desitio: est desinere conuerti ad cōmutabile bo
num in quod homo fuerat conuersus. ex quo pa
tet q̃ conuersio ad cōmutabile bonum que fuit
in peccato cōmisso: pōt cessare vl̄ remitti aut dele
ri non solū absq̃ gratia: sed et per aliud pctūm,

¶ De peccato aūt q̄tū ad quartū qđ est ꝑuatio gratie: manifestū est ꝙ remitti aut deleri non pōt absq̄ grē infusione. implicat eni cōtradictionem ꝙ sine posita gratia: remittatur vel auferat ꝑuatio gratie. sicut implicat cōtradictionem ꝙ absq̄ virtute visiua auferatur ab oculo cecitas vel priuatio visus. et ratio ē quia habit⁹ ꝛ priuatio sunt opposita imediata quorum vno posito: alterum āmouetur ꝛ ecōtra in subiecto apto nato. ¶ De peccato q̄tū ad quītū qđ est macula ex priuatione gratie consecuta: pari ratione dicendū est ꝙ absq̄ gratia deleri nō pōt. vt enim. S. Tho. dicit. p̄ 2ᵉ. q. 86. ar. p̄°. et. 2. macula anime est priuatio quedam nitoris seu fulgoris luminis grē. vnde remitti aut deleri nō potest nisi appositione fulgoris gratie. hoc eni generaliter verū est ꝙ remotio habitus fieri non pōt nisi per ei⁹ ꝑuationem: nec ecōtra āmotio priuationis fieri pōt nisi per habit⁹ positionē. ¶ De peccato vero q̄tū ad sextū quod est offensa dei: videt̄ dicendū iuxta mentē. S. Doc. ꝙ siue accipiat̄ offensa ex parte peccatoris siue ex parte dei fm ꝙ est peccatori offensus: remitti nō potest absq̄ gratia loquendo de potentia dei ordinata. cui⁹ ratio est qꝛ vt. S. Tho. notanter dicit infra dis. 15. q. p̄ª ar. 2. ī cor. et. ar. 3. sub. ar. p̄° in cor. et ad. 2ᵐ. vbi est offensa nō solum est inequalitas iusticie opposita ſ etiā amicitie. inequalitas aūt huiusmodi: non tollit̄ nisi per oppositā equalitatē amicitie. oportet ergo ad hoc ꝙ offensa ꝑ peccatum mortale cōmissa tollatur: ꝙ fiat restitutio amicitie hominis ad deum ꝛ ecōtra. huiuscemodi aūt amicitia fieri nō pōt nisi per grām ꝛ charitatē q̄ nos deo affectu cōiungit. ꝑut Augustin⁹ dicit in libro de morib⁹ ecclesie. et super illud: vt exilaret faciem in oleo psalmo. 103. dicit glosa Augus. ꝙ grā est nitor anime sanctū cōcilians amorē. ¶ Et preterea offensa dei qua offensus est peccatori: causat odiū dei ꝛ indignationem fm illud psalmi odisti omnes q̄ operant̄ iniq̄tatē. non odio quod opponitur amori quo diligit omnia: sic eni nihil odit eorum q̄ fecit vt dicit̄ Sapiē. 11. sed odio qđ opponitur amori quo diligit sanctos ad vitā eternam. oportet ergo ꝙ per huiusmodi amorē ꝛ benignitatem dei: ipsa dei offensa tollatur. dilectio autē ꝛ beniuolentia dei fm cōmunē cursū ordinationis diuine semper causat in homine dilecto donū gratie dei ꝑut. S. Tho. deducit p̄ª 2ᵉ. q. 110. ar. p̄° et. 2. et. q. 113. ar. 2. ad. 2ᵐ. Et multū expresse de veri. q. 28. ar. 2. ad. 6ᵐ. ¶ Rursus de peccato q̄tū ad septimū quod est reatus pene distinguendū est. nam remissio vel ablatio reatus pene dupliciter potest itelligi. vno modo ex mera dei liberalitate nulla precedente satisfactione et sic deus de potentia absoluta absq̄ infusione grē posset peccatori reatū pene remitere. secus ē de potentia dei ordinata. nā vt. S. Tho. dicit p̄ª 2ᵉ. q. 113. ar. 2. ad. 2ᵐ. sicut dilectio dei nō solū cōsistit in actu volūtatis diuine sed etiā importat quendā gratie effectū: ita etiam et hoc quod est deū nō imputare peccatū homini: importat quendā effectū in ipso cui peccatū non imputat̄. ꝙ enim alicui nō imputet̄ peccatū a deo: ex diuina dilectione ꝓcedit. Idem dicit de veri. q. 28. ar. 2. ad. 6ᵐ. vbi illum effectū dicit esse gratiam. Alio modo reatus pene ablatio vel remissio potest intelligi per satisfactionē condignā. et qꝛ satisfactio condigna fieri nō potest deo ꝑ peccatis cōmissis absq̄ gratia ꝑ quā act⁹ satisfactorij sunt deo accepti ex qua acceptatione vim habēt satisfaciendi: ideo isto modo reatus pene remitti vel tolli non pōt absq̄ gratia. ꝑsertiū qꝛ vt. S. Tho. deducit de veri. q. 28. ar. 2. in cor. reat⁹ pene tolli vel remitti nō potest isto modo: nisi detur homini vnde possit ad eternā gloriā ꝑuenire quā reatus pene dāni priuabat. id aūt est gratia qꝛ gratia dei ē vita eterna ꝑut apostolus dicit. Ro. 6. ¶ Et preterea priuatio gratie postq̄ semel fuit culpabilis ꝓpter peccatū cōmissum: semper est culpabilis quādiu est. nec possibile est ꝙ desinat esse culpabilis: nisi omnino desinat esse. quia qđ factum est: infectū esse non pōt. desinere aūt esse nisi per gratie infusionem fieri non pōt: sicut nec generaliter priuationis ablatio esse potest nisi ꝑ habitus positionem ꝛ econtra.

¶ **Tertio** Notādū est ꝙ aliqua sunt que fm ꝓprias rationes formaliter nō opponūtur: que tamē sunt formalit̄ opposita q̄tū ad ꝓprios effectus. vitia enī carnalia non opponūtur directe ꝛ formaliter dono intellectus: ꝛ tamē formalē habēt oppositionē q̄tū ad ꝓprios effectus. nam effectus carnaliū vitiorū sicut gule ꝛ luxurie: est cecitas mentis que formaliter ꝛ priuatiue opponitur mētis illustrationi que est effect⁹ proprius doni intellectus. Et similimodo culpa vel peccatū mortale ꝛ gratia fm proprias rationes nō opponunt̄ formalit̄ et directe sicut habitus ꝛ priuatio. tum qꝛ nō sunt circa idem subiectū ꝓximū. tum etiā qꝛ se habēt sicut actus ꝛ habitus. opponit̄ tamē peccatū gratie demeritorie. ex eo enim homo meretur gratia priuari: quia peccat mortaliter. verūtamen q̄tū ad quosdā effect⁹ qui ex peccato mortali cōsequuntur: peccatū mortale priuatiue opponitur gratie.

gratie. hi autē effect⁹ vel magis proprie defect⁹ sunt sicut priuatio gratie q̄ formaliter gratie opponitur priuatiue: ⁊ macula anime q̄ vt in precedenti notabili dictū fuit est priuatio nitoris seu fulgoris luminis gratie. item effect⁹ peccati mortalis est auersio et separatio hominis a deo q̄ priuatiue opponitur cōuersioni et coniunctioni hominis ad deum q̄ fit p gratiam. peccatū etiam mortale facit hominem deo inimicū et odiosū: gratia vero facit hominem deo amicū et charū. rursus peccatū mortale dei offensam parit: gratia vero honorem ⁊ reuerentiā deo tribuit. qui effectus sicut habitus et priuatio opponūtur. denique peccatum mortale reatum inducit pene eterne: gratia vero vite eterne meritū causat. et in quibusdam alijs effectibus vtriusque assignari potest dicta oppositio priuatiua. Ex quib⁹ inferimus ꝙ etsi non sequatur formali consequentia ꝙ vel culpa mortalis vel gratia gratum faciens semp insit anime consideratis earū formalibus rationibus: id tamen consequitur consideratis effectibus vtriusque. nam necessaria consequētia sequit ꝙ vbi non est priuatio gratie ꝙ sit gratia et econtra. et vbi non est priuatio fulgoris gratie: sequit ꝙ lumen gratie insit et sic de ceteris que sicut habitus et priuatio opponunt. cum ergo. S. Tho. dicit ꝙ quia peccatū mortale ⁊ gratia priuatiue opponuntur ideo alterū illorum necessario anime inest: debet intelligi q̄tū ad illorum effect⁹ nō fm rationes vtriusque formales.

Quantum ad articulum quartū respondendum est obiectionibus cōtra conclusiones. Et quidem ad primum Aureoli contra p̄mā conclusionem dicit ꝙ minor est falsa. et ad eius ꝓbationē primā per inductionē: dicit ꝙ q̄tūis nihil ad illū sit de tali virtute inherente: nō ideo sacramētū baptismi non erit nobilior circumcisione cum habeat in se virtutē quā nō habet circūcisio. sicut et in exēplo arguētis si medicina amara et abominabilis infirmo causet sanitatē non minus q̄ medicina dulcis ⁊ suauis: non inde sequitur ꝙ medicina dulcis non sit melior et eligibilior. Ad ꝓbationem p rationem dicit ꝙ minor est falsa. nā vt in primo notabili deductū fuit: sicut quelibet res ita ⁊ sacramēta nō solū habēt bonitatē ex ordine ad finē fm quē dicuntur vtilia: sed etiā ex propria specie ⁊ modo in quib⁹ sacramenta noue legis p̄cellunt veteris legis sacramēta. imo ⁊ q̄tū ad ipsū ordinem in finē ꝑut in primo notabili latius fuit deductū. Et p hec patet responsio ad primā confirmationem naz secunda ꝓpositio non est vera simpliciter. Ad secundā confirmationē dicitur ꝙ assumptū est falsum. et cū vlterius arguit si ponatur talis virt⁹ infusa: dicit ꝙ prima ꝓpositio ē falsa. et ad eius ꝓbationē dicim⁹ ꝙ licet arguēs non diligat sacramēta propter virtutem in eis existētem cū illam ipse neget: nō ideo sequit ꝙ ipsa non sint ꝑpter talē virtutē magis diligibilia q̄ sacramēta in quib⁹ virtus ipsa non existit nā propter nostrū velle sicut nec ꝑpter nrm affirmare vel negare nihil mutatur in re. Solutio autē quā arguens inducit: sustineri pōt sed illa nō indigem⁹ cū sufficiant q̄ dicta sunt presertim in primo notabili. ¶ Ad. 2m. dicit ꝙ procedit ex falso supposito. s. ꝙ effectus sacramētorū noue legis nō differāt a sacramentis veteris legis nisi fm maiorē ⁊ minorē gradū gratie. hoc aūt falsum est imo differunt in pluribus alijs q̄ arguunt vtraque sacramēta esse alterius ⁊ alteri⁹ rationis put latius deductū est in p̄mo notabili. ¶ Ad argumenta Scoti cōtra secundā conclusionē: ad primū dicitur ꝙ p̄ma propositio non habet veritatē nisi quando sibi inuicē ex toto repugnant: et tunc ad minorem dicitur ꝙ rectitudo in puris naturalibus sine gratia: repugnat culpe originali non q̄tū ad totū qd culpa originalis implicat et causat et ad illaz cōsequitur. solum enim illi repugnat directe secundū gratia q̄tū ad obliquitatem viriū anime et ad inuicem ⁊ ad deū. sed sunt multa alia quibus rectitudo in puris naturalib⁹ non directe ⁊ p se repugnat. sicut illa vel illorum multa que in secundo notabili posita sunt tanq̄ peccati mortalis sequela. vnde nō dicim⁹ ꝙ rectitudo naturalis esse non potest absque gratia: sed dicimus ꝙ nō potest peccatū mortale expellere sine gratia pro eo ꝙ absque gratia non habet repugnantiā ad totū id quod est in peccato ⁊ ex peccato causatur ⁊ derelinquitur. vnde respōsio ibi data bona est. Et ad eius impugnationē que est secundū argumentū dicim⁹ ꝙ maior ꝓpositio est falsa quādo irreparabilitas vel reparabilitas prouenit non ex parte ipsius forme fm se aut fm esse quod habet in subiecto: sed ex parte dispositionis subiecti sicut est in ꝓposito. per hoc enim ꝙ peccatū originale vel mortale precessit in subiecto ex quo tales dispositiones ⁊ egritudines ac inhabilitates causate sunt in anima: rectitudo naturalis efficitur irreparabilis nisi per gratiam. ¶ Ad. 3m. dicitur ꝙ maior prout iacet est falsa. et ad eius probationem negatur assumptū m̄q̄tū dicit ꝙ culpa mortalis non facit naturā incapacem illius cuius fu-

it prius capax: loquendo de capacitate proxima immo hoc est vnũ precipue causatum in anima ex culpa mortali ꝙ absq3 auxilio gratie nec potest a casu peccati resurgere nec operationes habere aut bona consequi que poterat prius. ¶ Ad 4m. dicitur ꝙ q3uis gratia fm se et propriã rationem non opponat formaliter peccato originali: opponitur tamẽ illi q3m ad plures eius effect9 ꝓut dictum fuit in tertio notabili. et talis oppositio sufficit ad hoc ꝙ peccatum originale vel etiaz actuale remitti aut expelli absq3 gratia non possit. ¶ Ad argumenta Aureoli cõtra eandez conclusionem: ad primũ respondet. S. Tho. in de veri. q. 28. arti. 2. ad. 4m. ꝙ nihil prohibet aliqua cõtraria esse mediata respectu alicui9 subiecti: que sunt imediata q3m ad tempus determinatum. sicut cecum et videns sunt mediata in cane: non tñ post nonũ diem. similiter et homini respectu stat9 nature condite gratia et culpa cõparantur vt cõtraria mediata: sed post illud tempus quo adã gratiam accepit vel accipere potuit ita ꝙ etiam in omnes eius posteros transierit: nullus caret gratia nisi per culpam originalem vel actualem. ¶ Ad. 2m. dicitur ꝙ arguens non habuit mentez S. Tho. in verbis illis. mens enim. S. Tho. fuit ostendere id quod per prius et magis appropriate circuncisio significabat prout in membro generationis fiebat. ex hoc enim significabatur ꝙ circuncisio ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiscentie que precipue in membris illis viget prout. S. Tho. inquit. 3a. p. q. 70. ar. 3o. ad ꝑmum. non autem fuit eius intentio ordinem ponere in reali causalitate vel inter effectus circuncisionis q3m ad eorum fieri et esse. vnde et differẽtia quam tangit de baptismo q3m ad ipsam significationem attenditur pro eo ꝙ ablutio exterior que fit in baptismo significat ablationez culpe ac per hoc dicitur illam ꝑus destruere. Et ꝙ ista fuerit mens. S. Doc. patet ex eo ꝙ articulo sequenti. l. 5o. sub. ar. ꝑo. in cor. assignans differentiã circuncisionis ad baptismũ sicut imperfecti ad perfectũ: dicit ꝙ differt primo q3m ad significationez. quia circuncisio nõ ita significabat expresse emũdationẽ totius hominis ab imundicia totius culpe origĩalis sicut ablutio baptismi. hec ille. quod dicit quia circuncisio fiebat particulariter in vno membro corporis: ablutio vero baptismi fit ĩ toto corpore. et tamẽ certũ est ꝙ in effectu tota culpa originalis auferebat in circuncisione sicut et in baptismo. Et ꝑ hec patet solutio ad illð qð secũdo inducit quod ꝓcedit ex eodẽ falso fundamẽto. ¶ Ad argumenta Durãdi cõtra eandẽ cõclusionẽ patet responsio per eã q̃ dicta sunt in tertio notabili. ¶ Ad argumẽtũ ante oppositũ respondet. S. Tho. 3a. p. q. 62. ar. 6o. ad. 3m. et. q. 70. ar. 4. in cor. ꝙ inter sacramẽta veteris legis circuncisio cõferebat grãm et q3m ad effectus positiuos et q3tũ ad effect9 priuatiuos et q3m ad repressionẽ concupiscẽtie. verũtamẽ nõ cõferebat gratiam ex opere operato. i. ꝑ virtutẽ in ipso circuncisionis sacramẽto contentã: sed ex opere operante. i. ex fide passionis xp̃i future cuius circuncisio erat signũ. fm illud Ro. 4. Abraã accepit signũ circuncisionis signaculũ iusticie fidei. homo enĩz accipiens circuncisionẽ vt adultus pro se vel ali9 pro paruulis: profitebatur se suscipere talez fidẽ. Et in hoc articulus terminatur.

# Teruz cir

ca primã distinctionẽ quarti sentẽtiarum et duas sequentes queritur vtrũ sacramẽta veteris legis possint post passionez christi sine peccato mortali obseruari et arguitur ꝙ sic. non enim credẽdum est ꝙ apostoli post acceptionẽ spũssancti mortaliter peccauerunt. eius enim plenitudine sunt induti virtute ex alto vt dicitur Luce vltimo. sed apostoli post aduentuz spũssancti legalia obseruauerũt. dicit enĩ Actuuz 12. ꝙ Paulus circuncidit Thimoteũ. et Actuuz 21. ꝙ Paulus fm cõsiliũ Jacobi assumptis viris purificatus est: cũ eis intrauit tẽplum annuncians expletionẽ dierũ purificationis donec offerretur pro vnoquoq3 eoruz oblatio. ergo sine peccato mortali possunt post xp̃i passionem legalia sacramenta obseruari. ¶ In oppositũ arguit quia dicit aplũs Gala. 5o. si circuncidimini xp̃s nihil vobis ꝓderit. sed nihil excludit fructũ xp̃i nisi peccatuz mortale. igit circũcidi et alia sacramenta legalia obseruare post xp̃i passionẽ est peccatũ mortale. ¶ In hac q̃stione erunt q̃ttuor articuli vt supra.

# Uantum ad ar

ticulum ꝑmũ sit ꝑma cõclusio ꝙ sacramẽta veteris legis et alie cerimonie legales cessauerũt stati post passionẽ xp̃i et quo ad vim obligãdi et q̃ ad eoꝝ vtilitatẽ. Hãc cõclusionẽ tenet. S. T. in hac dis. ꝑa. lec. 2. ar. 5. sub. ar. ꝑo. et. 2.

Et.3. Item pᵃ 2ᵉ.q.103.ar.3.et.4. ¶ Secunda cõclusio est ꝙ sacr̄a veteris legis pro nunc obseruari non possunt sine peccato mortali. Hanc cõclusionē tenet. S. Tho. vbi supra. ¶ Tertia conclusio est ꝙ baptism⁹ non cadebat sub precepto sed sub cõsilio ante passionē xp̄i. Hanc cõclusionē tenet. S. Tho. in hac dis. 2.q.pᵃ.ar.4.sub.ar.3. Et.3ᵃ.p.q.66.ar.2. ¶ Quarta conclusio est ꝙ gratia sacramētalis est alterius rationis a gratia virtutū ⁊ donoꝝ. Hāc cõclusionē tenet. S. Tho. in hoc.4°.distīctiōe p̄ma lec.pᵃ.ar.4.sub.ar.5. Et.3ᵃ.parte.q.62.articulo.2.

Quantum ad secūdū articulū arguitur cõtra cõclusiones. Et quidē cõtra p̄maꝫ ⁊ secundaꝫ conclusiones arguit Scotus. ipse nāqꝫ primo vult ꝓbare ꝙ circuncisio nō aliter obligauit post mortem xp̄i q̄ȝ ante: ⁊ ꝙ iudei nō aliter tenebant̄ vel non tenebant̄ vsqꝫ post xp̄i ascēsionē. Primo qꝛ nullus aliter se habet ad aliquā legē nisi qꝛ est sibi aliter ꝓmulgata. sed post passionē xp̄i anteq̄ȝ apostoli p̄dicassent baptismū: nō fuit baptismus aliter ꝓmulgat⁹ q̄ȝ ante. ergo ꝑ consequēs nō habuerūt se alit̄ ad circūcisionez q̄ȝ ante. ¶ 2°. quia ab eodē habēt precepta vim obligādi et medendi et curādi. patet ꝑ Bedā sup illud Joā.3. et ponitur in littera dis. p̄ma. nisi quis renat⁹ fuerit ⁊c̄. qui eni nūc ꝑ euāgeliū suūꝫ terribiliter ac salubriter clamat nisi quis renat⁹ fuerit et c̄. terribiliter dicatur propter arctam obligationem: salubriter ꝑpter efficacem medelam: ille dudūꝫ clamabat ꝑ legem: masculus cu⁹ caro preputij circūcisa nō fuerit peribit anima ei⁹ de populo suo. sed circūcisio habuit vim medēdi vsqꝫ ad eius reuocationem. sed ꝑ solā xp̄i mortē non est aliter reuocata q̄ȝ prius. patet ex ratione p̄cedenti quia non erat aliter ꝓmulgata. ¶ 3°. post mortē xp̄i vsqꝫ ad tēpus ꝓmulgationis: iudei tenebant̄ circuncidere paruulos suos quia nullo modo cõstabat eis de reuocatione circūcisionis. nō autē cõtulit eaꝫ paruulo nisi vt vtile ⁊ necessariū ad salutē: quia tenebantur ponere spem in ea sicut prius tenebantur necessario habere firmam opinionem de circuncisione. quod nihil est dictu quia de⁹ nullum decipit nec obligat necessario ad decipiendū. ¶ 4°. nūq̄ȝ fuit homo relict⁹ sine remedio certo de quo esset cert⁹ ꝙ erat remediū certū. sed illo t̄pe post passionē ante publicationē euangelij nullum fuit certū remediū iudeis datū de nouo quia nec publicatū. ergo remāsit idem quod p̄us eque certuꝫ remediū sicut pri⁹. hec Scotus. ¶ Ulteri⁹ vult ꝓbare directe cõtra secundā ꝯclusionē ꝙ post publicationē euāgelij poterant sine peccato legalia obseruari. quia Actu.21. legit̄ de Paulo ꝙ ascendit in hierusalē et ibi de consilio Jacobi et alioꝝ fratrū post quartā sinodū habitaꝫ hierosolymis purificatus f̄m legē ascēdit templū et obtulit sacrificiū pro se. ꝙ aūt esset ibi solēniter euangeliuꝫ publicatū patet Actuum.21. dixit Jacobus vide quot milia hominū in iudea crediderūt ⁊ omnes emulatores sunt legis. ergo stante tāta publicatione euangelij ibi et ipso Paulo ⁊ iudeis cõuersis approbat̄ obseruatio legis. et ipse Paulus ibi inter tot christianos opus legis impleuit: q̄ autē tempore fuerit ista Pauli cõuersio purificatio et oblatio f̄m legē: cõuinci potest partim ex ꝓcessu actuū: partim ex magistro historiaꝝ. istud eni fuit ante captionem Pauli per sex dies sicut patet Actu.21. ista aūt captio fuit circa principiū regis Neronis: quia tertio āno neronis venit romam f̄m magistrū historiarū. Nero aūt incepit regnare circa vigessimū annū post passionē xp̄i. in tanto aūt tempore videt̄ euangeliū satis publicatū vbi tamen Paulus maxime seruauit legalia. hec Scotus. ¶ Cõtra tertiā cõclusionē arguit Scotus ꝓbando ꝙ si ante passionez xp̄i baptism⁹ fuit sub ꝯsilio: tūc circūcisio nō fuit sub precepto. Primo quia si vnū preceptū impositū reuocat totaliter aliud: cõsiliū seu monitio de vno facit aliud nō necessariū quia cu⁹ act⁹ preceptū est alterius ꝓhibitio eiusdē act⁹ cõsiliū est licentia de nō obseruando reliquū. ergo si preceptū de baptismo erat ꝓhibitio circuncisionis quantū ad fructū: sequitur ꝙ consiliū de baptismo erat reddens circuncisionem nō necessariā. ¶ 2°. quia si ante passionem aliquis iude⁹ ad predicationē xp̄i vl' Petri paruulū baptizasset ⁊ nō circuncidisset: si paruulus fuisset mortu⁹ fuisset saluat⁹ quia recepisset gratiam in baptismo. a prima enim institutione baptismus cõtulit gratiam. si dicatur ꝙ paruulo suffecisset baptismus sed pater peccasset non circuncidēdo illum: contra pater ante octauū dieꝫ potuit paruulum suū baptizare; et ex quo ille habuit remediū cõtra originale et hoc pater credidisset nam credidit baptismū efficacē ad hoc: tūc videtur ꝙ nō tenebat̄ necessario ꝓuidere paruulo de alio remedio. hec Scotus in forma. ¶ Cõtra quartā cõclusionē argui᷑ a nõnullis quoꝝ dicta recitat Petrus d̄ palude sic primo. sicut se habet sanitas per artem restituta ad sanitatem per naturam: sic gratia sacramentalis ad virtutes qꝛ sacramenta sunt quedam medicine. sed illa ēca=

dem.7°.methaphisice. ergo et cetera. ¶2°.per idem tollitur malum inquātū priuat bonuz oppositum et inq̄ʒm ledit subiectū diminuendo habilitatē ad aliud. vnde τ visus miraculose restitutus qui tollit cecitatem τ indispositionē: est vnus et idem cū visu naturali. sed peccatū vnū τ idem est quod priuat grām τ corrūpit potentias anime per maculā. ergo eodē tolleret formaliter quātū ad vtrūq;. ¶3°. quia eodē tollit defectus potentie τ pficit potētia. cū enī defect⁹ potētie dicat puram priuationē pfectionis primo quidē ex parte materie: secūdo pficit potētia. sicut eodē lumine expellitur tenebra τ illuminat aer. ¶4°. q2 licet vni fm diuersa opponant plura vt equali maius et minus.10.metha. tamē sicut vnū est peccatuz quod habet inordinationē act⁹ et imperficit potentias anime: ita vna est virtus que habentem perficit τ opus ei⁹ bonum reddit. ¶5°. quia per idē recedit aliquid ab vno termino et tendit ad oppositū vt per leuitatem a centro sursuz. nec valet solutio qua dicit q vt opponit virtuti τ vt vulnerat. quia si oppositio ad virtutez esset formalit per aliud q̄ per vulnus: bene requireret aliud τ aliud remediū. sicut in vulnerato qui cū hoc habet febrē duplex requirit sanitas. sed qn vtrūq; est per idem: vtrūq; tollitur p idem. verbi gratia aer est tenebrosus per absentiā luminosi τ per interpositionē opaci. vnde requirit lux formaliter expellēs tenebrā τ remouens opacum interpositum quod causat inhabilitatē ad lucē. sed si sola absentia lucis causat tenebram: sola restitutio eius tollet vmbrā quātū ad omnē ei⁹ effectum. et sic est in pposito quia peccatū non corrumpit potentiā anime p habitū aliquē vel priuationez differentes ab habitu τ priuatione oppositis virtuti. et ideo sola virtus restituta sufficit quo ad vtrūq; et c. Nec valet quod dicit q grā sacramētalis non erat necessaria in statu innocentie sed gratia virtutū tunc erat necessaria: et sic videtur q nō sint idē. quia licet grā sacramētoꝝ et virtutum sit vna: tamen fuit necessaria hec τ nō illa in statu innocētie inq̄ʒm huiusmodi: fm tamē id qđ in vtraq; fuit necessariū. sicut sanitas per medicinam restituta non est necessaria ei qui nūq; fuit infirmus: est tamen necessaria infirmo: et tamen non differt a naturali nisi penes causam extrinsecam et accidentalem. vel dicendum q gratia sacramentalis non fuit necessaria in statu innocentie inq̄ʒm confertur per sacramenta nec inq̄ʒm ordinatur ad sanandū: sed inq̄ʒm ordinatur ad bene operandum fuit necessaria. Nec obstat secūdo illud quod dicitur q.s. non contritus recipit gratiam sacramentalem si non fictus accedat. nō contritus autem non habet virtutem penitentie nec per consequens alias virtutes et sic videtur q non sunt idem. quia licet nullus adultus recipiat gratiaz nisi non fictus: tamen non fictus potest carere grā τ virtutibus vt si sit attritus et non contritus nec tunc erit sine peccato et gratia imo erit in peccato mortali sed virtute sacramenti attritio mutabitur in cōtritionem et suscipiet grām virtutū et sacramēti. sic enim dicit frater Tho. super. 4. senten. distin.6. arti.3.q. prima in vltimo argumento q sufficit attritio precedens ad excludendum fictionem. si autem sit contrit⁹ tunc suscipiet grām sacramentalem nō per infusionē noue gratie sed per augmentū preexistentis: sicut in illo qui bis vere penituit de eodem peccato. nam in secunda susceptione sacramenti constat q nulla gratia noua sibi infundit sed sola preexistēs augeτ: quia nouiter infusa essz eiusdez rationis cum prima. Nec valet quod tertio dicitur q virtutes sunt cōnexe sed gratie sacramentales non: ergo non sunt idem quia non est simile. virtutes enim habēt cōnexionem quia fluunt ab vna gratia que sine eis esse non potest sed sacramenta non fluunt a gratia que sine eis esse potest. Nec valet quod quarto cōsueuit argui quia diuersorum effectuū sunt diuerse cause. sed effectus sacramētales sunt diuersi. ergo a diuersis gratys et sic non est vna. et dicenduz q diuersa sacramēta habent diuersos effectus q sunt characteres vel ornatus: non autē gratie. vel dicendum q diuersitatem causarū formaliū sequit diuersitas effectus: nō autē ad diuersitatē efficientium maxime instrumentalium. sicut enim vna ē sanitas que diuersis infirmitatibus potest tolli τ sic diuersis medicinis reparari: ita vna est gratia que diuersis peccatis tollitur et diuersis sacramētis reparatur. hec ille Petrus recitans dicta contrarie opinionis.

QUantum ad articulū tertiū primo notandū est q sicut ex verbis apostoli Gala. 4°. accipitur: in aduentu xpi lex vetus et obseruantia legis finez habuit. ait enim apostolus. at vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum factū ex muliere factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. redempti autem sunt per hoc q a legis onere sunt absoluti veteri lege cessante. quo autem tempore post aduentum christi lex vet⁹ cuz obseruantys suis finem habuerit: ipse apostolus

determinat Hebreorum. 9°. dicēs. ideo noui testamenti mediator est scilicet christus vt morte intercedente in redemptionem earum preuaricationum que erant sub priori testamēto repromissionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. vbi enim testamentum est: mors necesse est intercedat testatoris. testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondū valet dum viuit qui testatus est. ex quib⁹ verbis apparet q̄ nouum testamentū idest lex noua christi vim et robur habuit morte christi interueniēte et non prius. nouo autē testamento firmato: testamentum vetus deletum est. vnde Apostolus. 8°. capitulo eiusdem epistole dum cōmemorasset verbum domini Hieremie. 31. dicentis. ecce dies veniunt dicit dominus ⁊ consumabo sup domum israel et super domū iuda testamentum nouum non s̄m testamentum quod feci patrib⁹ eorum: subiungit. dicendo autē nouum: veterauit prius. quod autem antiquatur et senescit: ꝓpe interitum est. ex quibus concluditur q̄ virtus noui testamenti cepit post passionem et mortē christi et virtus et obligatio legis veteris ex tūc cessauit. ¶ Sed considerandum est q̄ ad virtutē ⁊ efficaciam legis non solum requirit̄ ipsius institutio per legislatorem: sed exigitur cum hoc ⁊ legis promulgatio. Ut enī Sāctus Thomas deducit ꝑma secūde q̄stione. 90. articulo. 4. lex īponitur aliquibus per modum regule ⁊ mensure que tunc intelligitur imponi rebus mēsuratis q̄n illis applicatur. lex igitur tunc imponitur his qui sub lege sunt virtutem habens obligandi: quando illis applicatur. huiuscemodi autem applicatio fit per hoc q̄ in noticiam eorum deuenit quadā legis promulgatione. Unde ad hoc q̄ lex imposita vim ⁊ robur habeat: necessario requiritur legis promulgatio. inquit enim Augustinus libro de vera religione. leges instituūtur cum promulgantur. quod intelligendū est de institutione efficaci idest vim coactiuam ⁊ obligatoriā habente. non de institutione tantūmodo ordinatiua ⁊ directiua qua leges instituuntur quando primo a legislatore condunt̄. ad destitutionem autem seu abrogationem legis min⁹ requiritur. sufficit enim ad id: legis reuocatio per eum qui potest. neq̄ exigitur ad legis destructionem vel ad tollendam legis virtutem ac eius vim obligatoriā q̄ reuocatio promulgetur quemadmodum exigitur ad legis virtutem atq̄ vim coactiuam: ei⁹ institutionis promulgatio. plura enim requiruntur ad rei constitutionem q̄ ad eius destitutionem. ¶ Ex quibus inferimus q̄ quāuis lex noua non habuerit vim obligandi ita vt illam non obseruantes transgressores legis censeātur vsq̄ ad ipsius promulgationem per apostolorum predicationem factam s̄m Augustini sententiam contra Hieronimū quā cōmuniter sequūtur theologi: et tamen lex vetus mox vt per christi passionē et mortem reuocata fuit iuxta apostoli documēta supra posita: virtutem suam et obligandi vim amisit: ita vt ex tunc nec vim preceptiuam nec virtutem salutiferam aut alicuius vtilitatis efficaciam habuerit. vnde et statim passione christi parata ad ipsius mortem: lex ipsa vetus mortua esse dicitur nihil virtutis aut vite amplius retinens. vnde ex tunc iudei neq̄ circumcisionem recipere nec alias legis veteris obseruantias tenebantur seruare q̄tum est ex ipsius legis et obseruantiarum vi: quicquid fuerit ex iudeorum erronea cōscientia qua forte putabant legem veterē adhuc durare ⁊ vim preceptiuam ac obligatoriam pro tunc habere. conscientia nāq̄ erronea ligat vt Sanctus Thomas deducit ꝑma secūde q̄stione. 19. articulo. 5.

¶ Secundo Notandum est q̄ de institutione sacramēti baptismi non omnino idē videtur sentire Sāct⁹ Thomas in ꝑmo opere et in secundo. nam in ꝑmo opere in 4. distinctione. 3. articulo. 5. sub articulo. 2. dicit q̄ sacramētum baptismi primo fuit institutum q̄tum ad materiam in baptismo christi. tunc enī vim regeneratiuam contulit aquis. q̄tum ad formam vero fuit tunc quodā modo prefigurata per presentiam trium personarum in signo visibili. apparuit enim pater in voce. filius in carne. spiritussanctus in columba. fructus etiam baptismi ibi fuit prefiguratus quando celi aperti sunt super eum in signum q̄ per sacramentum baptismi ianua celestis patrie aperienda foret. necessitas autem suscipiendi baptismum declarata fuit quāuis non imposita Joan. 3°. vbi dominus dicit. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto et cetera. efficaciam autem habuit ex passione christi quantū ad vltimū effectum qui est apertio ianue. sed diuulgatio eius q̄tum ad omnes nationes precepta fuit Mathei vltimo. Et sub articulo. 3. in corpore inquit. ante passionem nullus obligabatur ad baptismum quia tunc nō erat institutus ad obligandum sed ad exercitandum. post passionem vero obligatorium fuit q̄n circumcisio mortua fuit quantū ad omnes ad q̄s institutio potuit peruenire. hec Sanctus Tho. in primo ope. In secundo vero opere tertia parte questione. 66. articulo. 2. in corpore tenet q̄

baptismus q̃m ad ipsum sacramentum vere fuit institutus quando christus baptizatus est. et q2 sacramenta ex sui institutione habent ꝙ conferunt gratiam et accipiunt virtutem ad causandū effectum suum: adeo baptismi sacramentū ex ipsa institutione a tempore baptismi christi habuit virtutem ad effectus baptismales. sed necessitas vtendi hoc sacramēto indita fuit hominibꝰ post christi passionē ꝛ resurrectionem. Unde i duobus videtur ꝙ aliter fuerit locutus in secūdo opere q̃ in primo. vnum est circa institutionē baptismi. nam in secundo opere simpliciter dicit sacramentum baptismi institutum fuisse in baptismo christi: non declarans q̃m ad materiam sicut in primo opere. nomine autem sacramenti ꝛ materia et forma designari videtur. Aliud est circa effectum sacramenti. nam in primo opere dicit ꝙ fructus baptismi prefiguratus fuit in baptismo christi. in secūdo vero opere expresse dicit ꝙ sacramentum baptismi accepit virtutem producendi suum effectum quando christus est baptizatus. Possumus tamen vtrūq; dictum trahere ad concordiam. primū sic ꝙ in primo opere Sāctus Doctor locutus est de institutione baptismi q̃m ad eius expressionem. fuit enim ibi materia baptismi expressa. s. aqua in ipso carnis xpi cōtactu. non autem fuit forma verborum expressa sed designata in apparitione trium personarum patris in voce filii in carne et spiritussancti in columba. perficitur enim forma baptismi in nomine patris et filii et spiritussancti. In secūdo vero opere locutus est de institutione baptismi simpliciter absq; expressione materie ꝛ forme. Secundum dictum potest etiam ad concordiam trahi sic ꝙ in primo opere Sanctus Doctor locutꝰ est de vltimo fructu baptismi scilicet de apertione ianue celestis. quē effectū habuit baptismus post passionem christi prout paulum infra subiungit. vnde ꝛ hunc fructum baptismi prefiguratum fuisse dicit in eo ꝙ celi aperti sunt super christū. nō autem fuit mens eius ꝙ totus fructus vel effectꝰ baptismi fuerit prefiguratus et non institutus ante passionem christi. nam ꝛ supra distinctione 2ª. articulo. 4º. sub articulo. 3º. expresse dicit ꝙ a tempore predicationis christi vsq; ad eius passionem sacramenta noue legis simul currebāt cū legalibus et vtraq; ad salutem operabantur et exemplificat de baptismo. In secūdo vero opere non distinguens inter effectus baptismi: simpliciter dicit ꝙ sacramentum baptismi virtutem accepit ad causandū suum effectū quando christus est baptizatus.

¶ Tertio Notandum est prout Sanctus Thomas deducit tertia parte questione. 62. articulo. 6. ꝙ virtus passionis christi copulatur vel continuatur nobis et per fidem et per sacramenta differenter tamen. nam continuatio que est per fidem fit per actum anime qui est credere. corde enim creditur ad iusticiam vt apostolus dicit Romanorum. 10. continuatio autem que est per sacramenta fit per vsum exteriorum rerum in quibus sacramenta cōsistunt. nihil autē prohibet id quod est posteriꝰ tempore anteq̃ sit actu in rerum natura mouere sm ꝙ precedit in actu anime. sicut finis qui est posterior tempore mouet agentem sm ꝙ est apprehensus per intellectū et desideratus ab ipso. sed illud quod nondum est in rerum natura: nō mouet per vsum exteriorum rerum scilicet existētium in rerum natura. vnde causa efficiens non potest esse posterior effectu in esse ordine durationis quemadmodum est causa finalis. hinc ergo est ꝙ a passione christi que est causa humane iustificationis: deriuatur virtꝰ iustificatiua ad sacramenta noue legis: non autem ad sacramenta veteris legis. naz quia passio christi fuit prior duratione q̃ sacramenta noue legis que de latere christi fluxerunt dormientis in cruce: potuit efficaciam habere super illa et effectiue ea mouere et ad ipsa deriuare seu transfundere virtutem iustificatiuam sm ꝙ in vsu sunt exercita in rerū natura. sacramenta autem veteris legis precesserūt duratione passionem christi et ideo ipsa christi passio existens illis posterior non potuit efficaciam seu effectiuam causalitatem habere super illa nec illa mouere vel ad illa effectiue agere aut virtutem suam ad illa deriuare sm ꝙ erant in vsu exteriorum rerum. habuit tamen causalitatem per modum finis in suscipientibus sacramenta veteris legis per fidem qua credebāt christi passionem futuram in redemptionē generis humani quam protestabantur in ipsis veteribus sacramentis que illam prefigurabant. vnde sacramēta veteris legis non ex ipsis aut per virtutem ad illa deriuatam ex passione christi iustificabant: ſ per fidem passionis christi quā accedētes ad sacramenta illa habebant: iustificabant. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ baptismus ꝛ alia sacramēta noue legis ante passionem ꝛ mortem christi nō habuerunt virtutem ꝛ efficaciam ad suos effectus a christi passione nisi per fidem ꝛ protestationē ipsius quemadmodum sacramēta veteris legis eo ꝙ passio christi nondum actu esset tunc in rerum natura sed esset ipsis posterior. veruntamē

ipsam virtutem et efficaciam quam sacramenta noue legis nunc habent: tunc habuerunt. non ex passione christi propter dictã rationem: sed ex ipso christo illa instituente et virtutem et efficaciam illis realiter et efficienter conferente. nam licet passio christi fuerit illis posterior si qua exercita sunt ante christi passionem: christus tamen illa instituens: duratione in rerum natura illa pcessit. Et hec videtur fuisse mens Sancti Thome tertia parte questione. 66. articulo. 2. ad pmum cum diceret q etiam ante passionem christi baptismus habebat efficaciam a christi passione inqm cam prefigurabat: aliter tamen q sacramenta veteris legis. nam illa erant figure tm: baptismus autem ab ipso christo virtutez habebat iustificandi per cuius virtutem ipsa etiam passio salutifera fuit. hec ille. In quib9 verbis duo que annotauimus satis ipse expressit. vnum est cum dicit baptismum ante passionem christi habuisse efficaciam a xpi passione inqm eam prefigurabat. vnde non dixit inqm ab ea virtutem habebat. ex quo accipitur q respectu passionis christi signum tãtũmodo erat prefiguratiuum quẽadmodum sacramenta veteris legis. Aliud est cũz dicit q baptismus tunc ab ipso christo virtutem habebat iustificandi. vnde non dixit a passione christi que tunc futura erat: sed a christo in rerũz natura iam existente et ipsum baptismum instituente. Et facit ad istum sensuz quod sequitur. per cuius scilicet virtutem ipsa etiam passio salutifera fuit. quasi respõderet Sanct9 Doctor tacite qstioni qua fortasse aliquis qreret quomodo baptismus tunc habuit virtutem iustificandi et non a passione christi. respondet siquidem q illam a christo potuit habere qui propria existentia presens erat. a quo etiam ipsa passio virtutem iustificandi habet.

**Quarto** Notãdum est q tẽpus diuulgationis euãgelij post quod sm Augustinum et cõmuniter omnes doctores theologos legalia non soluz mortua sunt sed et mortifera: non est satis certuz cum de eo tẽpore non fiat expssa mentio in canone sacre scripture nec numerus annorũ requisitus ad euangelij publicationem nobis determinatus est nec in quanta orbis porte predicatio euangelij sufficiat ad ipsius diuulgationẽ qua vim habeat ad sui obseruantiam omnes gentium nationes obligãdi. nam viginti fere annorum tempus non videtur sufficere cum legamus Actuũ. 21. q vigĩti annis post passionem christi transactis in principio scilicet imperij Neronis sm magistruz historiaz credentes ex iudeis emulatores erant legis nõ pauci sed multa milia eorum prout Iacob9 episcopus hierosolymitanus refert Paulo. quo tempore et ipsemet apostolus Paul9 assumptis qtuor viris votum habentibus purificatus est more legali intrans in templum sinagoge iude orũz annuncians expletionem dierum purificationis donec offerretur pro vnoquoqz eoz oblatio sm legis obseruantiam. Duo tamẽ nobis certa sunt. vnum est q post aliquantulam promulgationez euangelij adhuc legalia non fuerunt mortifera. hoc patet ex ĩmediate dictis. aliud certum est q diu iam preterierit tempus aptum et necessariũz ad legitimam euangelij publicationem post qd legalia non solum mortua sed et mortifera cẽsenda sunt. Aduertendum tamen q tempore intermedio a passione christi vsqz ad diuulgationem euangelij circumcisio et cetera legalia simpliciter mortua fuerunt quia nec vim preceptiuam et obligatoriã neqz aliquid virtutis aut efficacie tũc habebant. ita q illo tempore iudei nec tenebantur illa obseruare nisi forte propter erroneam cõscientiam nec obseruantibus aliquid illa prodesse poterant. habuerunt tamen iudei sicut et cetere omnes gentes pro tunc remedium contra originale peccatum scilicet baptismuz qui a passione christi habuit sue institutionis complementuz et virtutem iustificandi et vniuersaliter effectus baptismales causandi. habuit preterea vim preceptiuaz et obligationis necessitatem saltẽ postq christo resurgente precepit discipulis suis dicẽs. euntes docete omnes gentes baptizãtes eos in nomine patris et filij et spiritussancti. Mathei vltimo. Unde opinio dicentium q tempore intermedio a passione christi vsqz ad diuulgationem euangelij paruuli iudeorum saluabantur in sola fide parentum absqz circumcisione que iam cessauerat et absqz baptismo qui nondum fuerat sub precepto: tenenda non est. nam post institutionem completam baptismi: solus baptismus fuit remedium a deo datum contra originale peccatum iuxta verbuz domini Ioannis. 3°. dicentis. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Neqz obstat q tempore illo ante diuulgationem euãgelij baptismus non fuerit de necessitate precepti cũ tale preceptum nonduz esset diuulgatum. quoniã licet non fuisset tũc de necessitate precepti ita vt nouum peccatuz incurreret pro transgressione q baptismum non susciperet: fuit tamen de necessitate sacramenti: quia sine ipso nullus pro tũc saluari poterat. non enim virtus passionis christi q

peccata delentur et homines iustificantur poterat post christi passionem cõtinuari ac copulari aliquid ad salutem nisi ꝑ sacramẽtum baptismi ad quod erat institutum cessante circuncisione cum ceteris legalibus omnib⁹. Neqꝫ iterũ obstat ꝙ iudei nondum euangelio diuulgato nõ crederẽt aut ignorarẽt sacramentum baptismi ad salutez hominũ et ad peccatũ delendũ fuisse institutum. nam illorum incredulitas vel ignorãtia virtutez baptismi et eius institutionẽ ac necessitatem nõ euacuaret. sicut nec modo post euangeliũ per orbem diffamatũ: iudeorũ et infideliũ incredulitas aut ignorantia vim baptismi ꝛ eius necessitatez non euacuat. neqꝫ ideo saluari possunt sine baptismo quia illud non credunt aut ignorant. nam et quod plus est nec illi ad quos sermo euangelij et necessitas baptismi nõ adhuc ꝑuenit: absqꝫ baptismo ꝛ fide euangelij saluari possunt. immo vt. S. Tho. tenet. 6°. quolibet. ar. 4°. puer nat⁹ in deserto vbi aqua ad illuz baptizandum haberi nõ potest si moriatur sine baptismo saluari nõ potest: nec valeret ei sine sacramento baptismi fides parentum. et ratio est quia post passionem xp̄i ex diuina institutione remedium salutis humane ad solum baptismi sacramentum est coartatum. ita ꝙ sine illo vel in re vel in voto suscepto nemo potest fieri saluus iuxta verbuz domini supra allegatum ex euangelio Joan. 3°.

Quantuz ad articulum quartũ respondendum est obiectionibus in contrariuz. Et quidẽ ad primũ Scoti cõtra primã cõclusionẽ dicit̃ ꝙ prima ꝑpositio non habet veritatem nisi de lege obseruanda ad cuius vim obligatoriam exigitur legis promulgatio: que tamẽ non requirit̃ ad legẽ nõ obseruandam ꝑut deductũ fuit in primo notabili. et ideo nõ est idẽ iudiciũ de obseruatione baptismi et de cessatione vel nõ obseruatione circuncisionis. quãobrem deficit argumentũ quia conclusio de nõ cessatione circuncisionis non sequitur ex premissis probantib⁹ baptismi obseruationem. qm̃ vt ibi dictũ fuit: plus requiritur ad legis obseruationẽ q̄ꝫ ad legis cessationem vel obseruationem. ¶ Ad. 2^m. dicitur ꝙ quicquid sit ḋ maiori ꝑpositione nam nõ est vsqꝫquaqꝫ vera: ꝛ tamen minor ꝑpositio qua dicitur ꝙ per solaz xp̄i mortẽ non aliter reuocata est circũcisio q̄ꝫ prius est falsa. neqꝫ valet eius ꝓbatio. nam vt deductũ fuit in primo notabili: ad legis reuocationẽ non requiritur reuocationis ꝓmulgatio. ¶ Ad. 3^m. dicitur ꝙ assumptũ non est verum. nec valet eius probatio qm̃ vt dictũ est nõ exigit̃ nisi legis reuocatio ad hoc ꝙ lex vim nõ habeat obligãdi. nec ad id requirit̃ aut reuocationis promulgatio aut ꝙ de ipsius reuocatione cõstet. nec ideo circuncisio erat vtilis et necessaria paruulis iudeorũ ꝙ ipsi iudei id existimabant: nam erat ipsorũ ꝓ tempore illo erronea cõscientia. vnde nec tenebant̃ iudei pro tunc firmã opinionẽ tenere de circuncisione obseruanda. nec tenebantur spẽ salutis in ea ponere. neqꝫ in hoc deus illos decepit vt arguẽs obijcit cum nõ obligasset eos ad circuncisionis obseruãtiã nisi vsqꝫ ad mortẽ xp̄i. ¶ Ad. 4^m dicit̃ ꝙ maior ꝑpositio est vera q̄ꝫ^m ad primã sui partẽ. sed est falsa q̄ꝫ^m ad secũdã qua dicit ꝙ nũq̄ꝫ fuit homo relictus quin cert⁹ esset ꝙ haberet certum remediũ. hoc aũt falsuz est. nam etiã modo in desertis vel insulis nõnullis sunt multi ad quos noticia euangelij nõdum ꝑuenit. qui quãuis habeant remediũ sue salutis: non tñ certi sunt ꝙ fuerit tale remediuz. vnde tẽpore a passione christi vsqꝫ ad euãgelij diuulgationẽ: iudei omnes certũ habuerũt remediũ sue salutis. s. fidẽ xp̄i ꝛ fidei sacramẽta q̄ omnib⁹ in salutẽ omniũ gentiũ et nationũ data fuerunt a xp̄o. q̄ꝫq̄ꝫ non omnes ꝓ illo tempore certã haberẽt noticiam de tali remedio habito. vnde in omnib⁹ predictis obiectionibus arguẽs deceptus est putãs ꝙ ad legis reuocationem ꝛ cessationem esset necessaria reuocationis ꝓmulgatio sicut ad legis obligationẽ ꝛ obseruãtiam qḋ falsum est. ¶ Posset autẽ ad omnia supradicta non incõgrue respõderi ꝙ tẽpore mortis xp̄i fuit corã multis gentibus ꝓmulgata legis reuocatio cũ dñs diceret Joã. 19. cõsumatũ est. siue intelligat̃ vetus testamentum quod ex tunc cõsumatũ. i. finitũ est ꝛ terminatuz. siue intelligatur cõsumatũ nouũ testamentũ. i. perfecte et cõplete dispositũ iuxta ꝓphetiam Hiere. 31. prout apostolus intellexit Hebre. 8°. nam vt ibidẽ apostolus arguit dicẽdo nouũ testamẽtum esse cõsumatũ id est ꝑfecte dispositũ et institutum: pri⁹ testamẽtũ. s. legis veterauit. quod autem veterascit et senescit prope interitũ est. ¶ Ad argumentum eiusdẽ Scoti contra secũdã conclusionẽ patet responsio ex his que dicta sunt in quarto notabili. concedimus enim ꝙ non statim post quãtãcumqꝫ euangelij publicationem legalia fuerũt mortifera ac per hoc ꝙ pro tunc poterãt sine peccato obseruari: dumtamen obseruantes non ponerent spem in eis ita vt reputarẽt ea esse sibi necessaria ad salutem. ¶ Ad argumenta eiusdem Scoti contra tertiam conclusionem: ad primum

dicit ꝙ maior propositio non est vera nisi postq̄z vnum preceptum impositū reuocat alterū. sed in proposito nostro tempore ante passionē christi quando baptismus erat sub consilio: nondum circuncisio fuerat reuocata per preceptū baptismi. vnde potuit pro tunc consilium de baptismo non tollere aut infirmare vim preceptiuam et obligatoriam. ¶ Ad. 2m. concedimus primā consequentiam. et responsionem ibi positam admittimus. et ad eius impugnationem dicitur ꝙ in casu illo non excusabat patrem paruuli a precepti transgressione de circuncisione obseruāda: ꝙ paruulo originale peccatum fuisset per baptismum āmotum. nam preceptum de circuncisione obseruanda non solum datum fuit propter originale peccatum delendum: sed etiam in signum protestatiuum redemptionis fiende per christum, vt Sanct⁹ Thomas notat in hac distin. lec. 2a. ar. primo sub arti. primo. Et prima secūde. q. 103. ar. 3. ad. 4m. vnde ⁊ abrahe cum preceptum circūcisionis datum est fuit dictum. in semine tuo benedicētur omnes gētes. in semine tuo .i. in christo, vt apostolus exponit Galatarū. 3°. quia ergo ante christi passionem adhuc redēptio futura erat ac fienda per xp̄z: oportebat iudeis pro tunc signo circuncisionis protestari redemptionē esse fiēdā per xp̄m. ¶ Ad argumenta cōtra quartam cōclusionem ad primū dicit ꝙ maior est falsa. nō enim est simile quod adducitur pro simili. quia grā sacramentalis est medicinalis respectu quorundā morborum ⁊ defectuū ad quos gratia virtutū ex sui ratione non se extendit. ars autē medicine et virtus naturalis ordinantur ad eandem sanitatem. Unde ad hoc argumentum et ad omnia sequentia est responsio ꝙ procedunt ex falso supposito. s. ꝙ gratia gratum faciēs inq̄ztm huiusmodi que dicitur gratia virtutum ⁊ donorum ex sui ratione ordinatur ad omnes effectus causandos ⁊ ad omnes defectus reparandos qui vel ex defectu nature vel ex commissis peccatis proueniunt quod est falsum. nam gratia gratum faciēs ex sui ratione non plus habet q̄z facere habentem deo gratum ⁊ acceptum amore quodam amicitie. et facere actus suos dignos ⁊ meritorios vite eterne. ac per hoc ⁊ ea que his effectib⁹ aduersantur remouere. gratia autem sacramentalis ordinatur directe ⁊ per se ad quosdam effectus inducēdos quibus homo perficitur non tam ad opera meritoria vite eterne q̄z ad quedam singulariter pertinentia ad cultum dei. s. religionē christiane vite: ⁊ etiam in remedium contra defectus quosdā ex peccatis prouenientibus ad quos gratia virtutum ⁊ donorum non per se ordinatur. Qui autem sint hi effectus ⁊ defectus: docet pulchre Sāctus Thomas melius q̄z alibi tertia parte q̄stione. 65. articulo primo. ¶ Neq̄z valet obiectio arguentis contra id quod dictum est de defectibus quos tollit gratia sacramentalis qua arguēs supponit ꝙ peccatum nō corrumpit potentiam anime per habitum vel priuationem differentes ab habitu et priuatione oppositis virtuti. nā hoc suppositum est falsum. quoniam quidam defect⁹ huiuscemodi sunt qui per se non opponuntur virtutibus imo sunt illis cōpossibiles. quemadmodum reatus pene temporalis. difficultas quedam ad penitētie opera. ignorātia qua homo nescit vas suum id est vxorem propriam possidere et sic d̄ similibus. Et preterea gratia sacramentalis vt dictum est: non solum se extendit ad reparandos defectus: sed ad causandos effectus quosdā speciales ad quos gratia gratū faciens ex seipsa nō se extendit. Ad cuius intellectum sciendū est ꝙ sicut dictum fuit in questione precedente: capiendo gratiam sacramentalem non pro ipso effectu sacramenti sed pro gratia que effectum sacramē ti causat: habet se ex additione ad gratiam gratum facientem sicut ratio speciei ad genus prout Sanct⁹ Thomas dicit tertia parte questione 62. articulo. 2. ad. 3m. ita ꝙ gratia sacramentalis est gratia gratum faciens habēs ex virtute sacramenti efficaciam ad quosdam effectus ad q̄s per seipsam sine sacramentorū vsu regulariter non se extendit. Responsiones autem alie quas arguēs introducit non sunt nob̄ necessarie ideo eas non prosequimur. ¶ Ad argumentum ante oppositum respondet Sanctus Thomas in hac distinctione lectione secunda articulo. 5. sub articulo tertio ad secundum. Et prima secunde q̄stione 103. articulo. 4°. ad primum. ꝙ tempore illo quo apostoli quedam legalia obseruauerūt: nondum erant mortifera q̄uis essent mortua. et ita sine peccato poterant obseruari non ponē do in eis spem salutis. post plenam tamen euangelij diuulgationem: absq̄z peccato obseruari nō possunt. Et in hoc articulus terminatur.

## ¶ Distinctio quarta.

Circa q̃r- tam distinctio- nez queritur v- trum baptism⁹ imp̄mat aliquē characterem in anima et arguit̄ q̄ non. q: vt di- cit ph̄s secundo ethicorum om- ne quod est i a- nima vel est potentia vel habitus vel passio. sed character non est potentia. quia potentie omni- bus hominibus cōmunes sunt. character autem non cum sit signum distinctiuum sicut ipsum no- men ostendit. et preterea potentie sunt a natu- ra non autem character. nec iterum est passio q: passiones anime contingunt cum aliqua trāsmu tatione corporali vt dicitur. 4°. ethicorum. et p- tinent ad sensitiuam partem vt dicitur. 7°. physi corum. nec iterum est habitus quia habitus ordi natur ad agendum vt patet per diffinitionē Au- gustini: habit⁹ est quo quis agit cum tempus fue- rit. ergo character non est aliquid in anima. & sic baptismus nullum characterem imprimit in ani ma. ¶ In oppositum arguitur. quia Damascen⁹ in diffinitione baptismi ponit sigillum. sed sigillū impressuz in aliquo est character quidaz. ergo in baptismo imprimitur character. ¶ In hac que- stione erūt quattuor articuli vt supra.

Quantum ad ar ticulum primū sit prima conclu- sio q̄ character q̃z^m ad id quod est est forma absoluta et poten- tia quedaz supernaturalis. Hāc conclusionem tenet Sanct⁹ Thomas in hac di- stinctione questione p̄ma articulo primo. Et ter tia parte questione. 63. articulo. 2. ¶ Secunda conclusio est q̄ aliquis character est potētia acti ua vt character confirmationis et character or- dinis. Hanc conclusionē tenet Sanct⁹ Thomas in hac distinctione questione prima articulo. 4. sub articulo. 3. Et tertia parte loco supra allega- to. et eadem questione articulo. 6. ¶ Tertia cō- clusio est q̄ character est subiectiue nō imediate in essentia anime sed in potētia eius intellectiua. Hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac distin. q. prima arti. 3. sub articulis p̄mo. 2. et. 3. Et tertia parte. q. 63. articulo. 4. ¶ Quarta cōclusio est q̄ per sacramētū baptismi imprimitur character suscipiēti. Hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac disti. q. p̄ma. ar. 4. sub. ar. 3. Et. 3ª. p. q. 63. ar. 6.

Quantum ad se- cundum articulum arguendum est contra cōclusiones. Et qui- dem contra primaz arguit Sco tus probando q̄ character non sic forma absoluta. Primo quia si sic: cōtradicis tibi ipsi. naz s̄m te diffinitio characteris est talis. character est signum cōmunionis fidei & ordina tionis datum a hierarcha. vel q̄ est signum com munionis diuinorum et sacre ordinationis fide- lium. et quocū q̄ modo sic vel sic diffiniatur: sig- num ponitur in diffinitione characteris tanq̄ ge nus. ex hoc arguitur q̄ character non potest esse forma absoluta. quia ad quidditatem forme ab- solute non pertinet aliquis respectus: quia tunc illa q̄dditas esset ad se et non esset ad se. nec etiā potest dici q̄ relatio ponatur ibi tanq̄ gen⁹ & nō sit vere genus: quia hoc modo ponitur subiectū in diffinitione accidentis. patet enī q̄ relatio nō est subiectum absoluti nec etiam relatio est susce ptiua. ¶ 2°. quia sicut non sunt ponenda plura sine necessitate; ita quando aliquid ponitur pre cise propter aliud: non est illud ponendum per- fecti⁹ q̄ requiratur ad illud aliud vel q̄ possit ex illo alio concludi. nam illa perfectio vlterior que poneretur frustra poneretur. sed propter omnia illa propter que ponit̄ character: non est necesse q̄ sit perfectio absoluta. possunt enim omnia illa sufficienter saluari si ponatur q̄ sit forma respecti ua. ergo superflue & sine causa ponit̄ eē p̄fectio abso luta. ¶ 3°. q: falsum accipit̄ q̄ nulla relatio noui- ter adueniat sine nouitate absoluti. huiusmodi enī falsitas patet multipliciter. p̄mo sic. illa non pōt magis intrīsece aduenire fundamēto q̄ q̄ neces- sario sequit̄ ip̄z posito termīo. q: omnino nō pōt inesse fundamento circūscripto termino. q: tunc nō essz respect⁹ sed forma absoluta. ergo si aliq̄s respect⁹ pōt extrīsec⁹ aduenire fundamēto: seq̄t̄ q̄ nō necessario seq̄t̄ fūdamētū posito termino. ergo iste respect⁹ pōt esse nou⁹ sine nouitate fun- damēti vel termini. ergo ad e⁹ eē nouū potest eē mutatio q: nō est ad aliqđ absolutū. Quod si dicas aliquē respectū extrinsecū aduenire subiecto nō fundamēto: hoc nihil est. q: relationes intrīsece vt pote similitudo q̄ ↄseq̄t̄ albedinē & huiusmodi possunt extrinsecus aduenire subiecto q: funda-

mētū de nouo aduenit. ergo si ille sunt intrinsece et alie sunt extrinsece: erit differentia earum in comparatione ad fundamentum. Item agens naturale non potest de nouo agere nisi ponatur aliquid nouum in ipso vel in passo vel habitudo noua illorum. hoc apparet. quia omnibus istis vniformiter se habentibus: vniformiter erit actio cum tale agens agat de necessitate nature. ergo si aliquod agens naturale habet nouam actionē vel est aliqua forma absoluta ante illam actionē noua in agente: vel aliqua noua in passo vel noua habitudo agentis ad passum. sed nec primum nec secundum est necessarium. potest enim ignis de nouo agere in lignum absq3 hoc q ante illam actionem ignis recipiat nouam formam vel lignum. quia prima forma absoluta quam recipit lignum est per illam actionem. ergo ibi est noua habitudo ignis ad lignum absq3 omni nouitate forme absolute. Hoc etiam patet experimentaliter. quia actiuo eodem modo se habēte fm formā actiuā: et passiuo eodem modo se habēte fm potentiam passiuam proximam: si fuerit aliquod impedimentum etiam inter illa interpositu3: nō aget illud agens in passu3. amoto autem illo impedimēto siue obstaculo aget. ergo ibi noua habitudo agentis ad passum sine noua forma absoluta erit. Item hoc probatur ex intentione philosophi. 5°. phisicorum. quia licet neget motum esse in ad aliquid prout ad genus ad aliquid pertinent relationes intrinsecus aduenientes: non negat tamen motum vel mutatione3 esse in ad aliquid extrinsecus aduenientes immo concedit. concedit enim in genere vbi esse motum proprie et tamen vbi non est nisi respectus quidam corporis circumscripti ad locum vel corpus circumscribens. ¶ 4°. principaliter arguit. quia vt dicit aliud falsum ibi assumitur scilicet q relatio non possit fundare relationem. quia fm Euclide3. 5° geometrie in principio: proportionalitas duarū proportionum est similitudo. ergo super proportionem que dicit formaliter relationem vel sup vnitatem eius fundatur similitudo. Et si dicas q similitudo est vnitas in q̄litate fz philosophū. 5° methaphisice: nō valet. quia et si vno modo qd appropriatur substantie et eodem modo idem τ diuersu3 que consequitur aliquid inq̄3m quid fundatur in vnitate substantie et equale in vnitate quantitatis stricte accepte τ simile in vnitate q̄litatis: tamen alio modo accipiendo quid τ quale et simile in omni genere inuenitur quid accipiē do rationē alicuius generis precise ad se. et inuenitur quale accipiendo formam in illo genere in ratione forme. et inuenitur quantitas virtutis. τ sic in omni genere inuenitur vnum simile et equale. hoc modo enim possunt relationes vnius speciei dici similes fm vnitatem illius relationis: sicut habentes vnam formam substantialem sunt similes fm substantiam. Item quod additur de relatione fundata in charactere scilicet signi: illa potest fundari in alia quod preter noticiam quā sensibus ingerit aliud in cognitionem venire facit. quod est verum non solum de signo sensibili: sed etiam verum est de signo intelligibili accipiē do sensum generaliter pro quacūq3 potētia cognitiua. nihil autē est ex cuius cognitione non possit deueniri in cognitionem alterius salte3 vt ex cognitione posteriorum in prius. et sic illud posterius potest dici signu3 prioris. et sic cōceditur q super aliquam relationem realem potest fundari relatio signi ad aliquid prius: sed talis relatio non tantū ducit in cognitione3 sui sed alteri⁹. et hoc modo si quis videret paternitatem in suo fundamento: posset esse signum rememoratiuū actus generationis preterite. et illo modo in proposito et maxime hic non est inconueniēs: quia illa relatio signi non est nisi relatio rationis loquendo de signo instituto ad placitum cuiusmodi est character respectu sacramēti suscepti. Itē illud quod dicitur de relatione configurationis vel obligationis non valet. potest enim religiosus per votum religionis obligari ad seruiendu3 religioni. et qui facit homagium per actum faciendi homagium obligari domino suo. et vniuersaliter in talibus per promissionem precedente3 et tamen non est ibi aliqua forma absoluta super quam fundetur illa obligatio nec forte alia relatio nisi rationis. et ita bene posset saluari ratio obligationis. sicut si poneretur relatio realis sicut in filio posset esse relatio alicuius habitudinis ad patrem puta obligationis ad dilectione3 naturalem: et si possibile esset filiationem esse solam. Nec valet probatio de processu in infinitu3 in relationibus realibus: quia aliqua est vltima relatio realis in qua nō potest fundari aliqua relatio realis. sicut aliquod accidens est vltimum in entibus quod non potest vlteri⁹ esse subiectu3 alicuius alterius accidentis. et ideo non sequitur si accidens est in accidente: q in accidentib⁹ esset processus in infinitum. De relationibus tamen rationis bene conceditur q ibi potest esse processus in infinitum. quia quelibet relatio siue realis siue rōnis pōt vlteri⁹ fundare aliā relationē. ergo et c. ¶ 5°. principaliter. q2 aliud falsū assumit in probationib⁹. s. q character sit potentia isto

modo q habens characterẽ possit in aliquẽ actũ in quo sine illo nõ posset. nam baptizatus in nullum actum simpliciter potest in quez non posset non baptizatus. et hoc siue loquendo de actu in quem potest actiue: siue de actu quẽ quodã modo ab alio recipit. ita enim posset nõ baptizatus vngi chrismate sicut baptizatus. et ita posset ablluere sicut baptizatus. Si autem loquamur de potestate ministri hoc est per quam fit conueniens minister alicuius principalis agentis et sine illa potestate non esset conueniens minister talis principalis agentis: talis potestas non oportet q sit forma absoluta; immo sufficeret in multis q sit tantũmodo relatio rationis. ꝓbatur fmte. nam dicis episcopatum non esse ordinem vltra sacerdotium: et tamen episcopus habet talẽ potestatem ministerialem quam non habet nõ episcopus. est enim conueniens in aliquo actu cui deus assistit vt in actu ordinandi: et non similiter assisteret si aliquis non episcopus exequeretur similem actum. consimiliter cõstitutus iudex si ferat sententiam: sententia tenet. prius autem non tenuisset: quia sententia a non suo iudice lata nulla est. nec tamen ille iudex sed nec ille episcopus habet aliquam formã absolutam realem sed respectiuam forte nisi rationis tm̃. per illam enim relationem rationis qua ille a principe constituitur iudex voluntas principis ratificat sententiam ab eo latam et vult eam obseruari. non autem vult seruari sententiam alterius non constituti iudicis nec ratificat illam. et ita iste per aliquam habitudinem ad voluntatez principis: habet potestatem ministerialem respectu principis et illius principalis agentis ad aliquem actuz cõuenienter exequi. et multo minus posset relatio realis poni si inesset talia potestas ministerialiter exequendi conuenientet in domo patris quam non habet non filius. et iterum nepos aliquẽ alium actum sed inferiorem. et potestas illa sic vel sic in auctoritate precipiendi vel imperandi: nõ est nisi cognatio vel filiatio. sic etiam apparet istas potestates de quibus arguitur in speciali. nã potestas ordinati ꝛ confirmati si est actiua: non est nisi ad ministrandum cõuenienter in tali actu diuino vt ipse ad talem actum ministerialem assistat operanti principaliter eo modo quo non assisteret similiter ministerio exhibito ab alio. Si autem character baptismalis ponatur potentia passiua: neq vt receptiua neq vt ratio recipiendi poni potest. nihil enim potest absolute recipere anima baptizati: quod nõ posset recipere anima non baptizati. sed est potestas quedaz receptiua de congruo a principali agente disponente agere in passum habens talem formam et nõ in aliud passum. talis autem ratio receptiua de congruo respectu principalis agentis volũtarie: potest esse sola relatio. sicut aliquis disponit aliqd agere in aliquem quia filius vel consanguineus: nolens aliquid simile causare in non habente talem relationem. hec Scotus in forma. ¶ Cõtra secundam conclusionem arguit Aureolus probando q character non sit potentia actiua. Primo quia si sic: huiusmodi esset character sacerdotalis. sed nulla potentia actiua potest esse in sacerdote respectu consecrationis. non enim aliq actio creata attingit terminum ad quem trãsubstantiationis vt etiam tu concedis: quoniã ibi fiunt multa miracula ad que nullum ordinez potest habere virtus creata. nec etiam aliqua virtꝰ que sit in sacerdote attingit ad terminum a quo scilicet panem. vel enim attingeret disponendo vt transeat in corpus christi facilius: vel faciẽdo ad ipsius desitionem. non primo modo: quia illa dispositio induceretur i fine prolationis. pro illo enim instanti est precisa actio verborũ. in illo autem instanti: panis non est. et tunc illa dispositio esset non entis. tum quia illa dispositio cum sit creatura: eque distat ab illo transitu sicut panis. tum quia non apparet qualis dispositio esset illa vtrum rarefactio vel calefactio vel huiusmodi. similiter nec secũdo modo. nulla enim actio creature est sine subiecto nec etiam corruptiua: quelibet enim requirit in quid agat. tunc q̃ro vbi esset illa actio que ageret ad desitionem panis. non potest dici q in pane quia panis non est quando est illa actio. nec in corpore christi qz corpus christi non est terminus illiꝰ actionis nec subiectum cum sit nobilius nec illa actio attingit terminuz ad quem. item actio illa esset absq termino ad quem. ad ipsam enim sequeretur non esse panis simpliciter absq aliquo termino vltra et sic illa actio esset annihilatiua quod non potest competere creature. ¶ 2°. quia si deus infundit partem illius virtutis in anima et partem in verbis vt tu dicis: quare oportet q illa que ponitur in anima sit permanens et non sufficit q sit virtus quedam transiens. quare etiam ponitur duplex talis virtus vna immanens alia transiẽs. Si dicas q propter nobilitatem sacramenti contra. nobilitas nõ ponitur ex aliquo inherẽte sed ex termino nobiliori inducto sicut patet de medicina posito q induceret sanitatem non a tota specie sicut alia: eq̃ nobilis essz si iduceret sanitatẽ sicut alia distĩ eque pfectã sanitatẽ induceret.

¶ 3°. quia illa qualitas in verbis et in anima aut est eiusdem rationis aut alterius. si eiusdem rõnis: cõtra si sint eiusdē rõnis ita q̃ quelibet sit im perfecta et ambe cõstituāt vnam pfectā virtutē tunc altera poterit tantum intendi q̃ sufficeret sine alia ad illam actionem. dices q̃ hoc deus bene posset facere sed non ordinauit ⁊ cetera: contra quia iam venis ad pactum. ¶ 4°. idem inq̃t aparet de potestate diaconi et subdiaconi. non enim oportet in eis ponere qualitatem a qua pfluat operatio simpliciter quia sufficit ad hoc intellectus dictans voluntas imperans et potentia exequens nec quia faciliori modo eliciatur operatio quia eque bene et faciliter leget epistolā non subdiaconus sine manipulo. similiter pbatum est prius q̃ nulla est dispositio in baptismo respectu gratie que sit dispositio ex natura rei. ¶ 5°. quia si character baptismi esset potētia susceptiua: non deberet dici potentia sed impotentia. nam potentia facile patiendi que ponitur in secunda specie qualitatis in predicamentis: est impotentia ad resistendum. ¶ 6°. quia secundū dicta sanctorum character non est aliud q̃ quedam qualitas existens in anima que est similitudo et propria species anime christi sic q̃ nullius alterius essentie sit similitudo. quia enim christ⁹ est princeps et caput fidelium: placuit deo instituere characterem agni qui daretur omnib⁹ venientibus ad fraternitatem christi et familiam p quam apareant filij et coheredes agni. Assumptum probatur primo per apostolum Galatarum 3°. omnes inquit q̃ in christo baptizati estis christum induistis. aut ergo baptizatus dicitur christum induere quia induit gratiam et virtutes q̃ in baptismo infunduntur: et hoc non videtur bene dictum eo q̃ multi suscipiunt sacramentum q̃ non suscipiunt rem sacramenti. aut quia induit christum essentialiter: et hoc est impossibile. ergo non ex alio videtur nisi quia induit similitudinem anime ipsius christi. Item Romanorū. 8°. quos presciuit hos et predestinauit conformes fieri imagini eius. ergo aliqua imago christi formatur in nobis ex diuina predestinatione. Itē primus Corinthiorū. 15°. sicut portauimus imaginem terreni: sic portemus imaginē celestis. Itē Dionisi⁹ secūdo d' ecclesiastica hierarchia vocat characterē lumē quo signamur. istud autē lumen non videtur esse aliud q̃ pulchritudo et assimilatio. similiter ibidem vocat characterem sigillum quoddā. Potest autem talis ratio ad hoc induci. sicut omnes qui assumuntur ad familiam principis portant signum ⁊ arma milicie vel politie principis ⁊ ciuitatis vt per hoc protestentur se esse de tali domino: sic est rationabile q̃ in eis q̃ assumuntur ad christi familiam: sit signum siue qualitas conformans christo capiti. et sicut ī politia exteriori quanto magis quis appropinquat ad principem et dignitatem sicut milites ⁊ barones signis specialioribus distinguntur: sic infra christi familiam milites cuiusmodi sunt qui receperunt sacramentum confirmationis ac principes scilicet qui receperunt sacramentum ordinis diuersis similitudinibus designantur. ac per hoc alius et alius character in sacramentis infunditur. ergo character non est aliud q̃ species ⁊ imago predicta et signum distinctiuum familie christi. Hec aureolus in forma contra secundam cõclusionem. ¶ Contra eandem conclusionem arguit Durandus et primo contra hoc q̃ cõclusio ponit characterem esse potentiam actiuam: dicens q̃ in ministro sit aliqua virtus sicut in verbis ⁊ rebus sacramentalibus licet habeat aliquā pbabilitatem q̃tum ad characterē ordinis per quē ordinatus dicitur operari diuina per ministeriū. tamen nullā pbabilitatē habet de charactere baptismi: quia per baptismum non efficitur aliquis minister sacramentorum sed solum receptiu⁹ eorum. vnde cum virtus que ponitur ab aliquibus in sacramento sit actiua ad producendum aliq̃d in altero: character qui ponitur pportionaliter in ministro debet esse potentia actiua ad producendum aliquid in altero. quod non potest dici de charactere baptismali. De charactere autem ordinis qui s'm hanc positionem dicitur esse potentia actiua licet sit maior probabilitas: tamen instantiā habet etiam supposita predicta opinione. quia virtus que ponitur in sacramentis s'm positores huius opinionis: non est permanens sed transiens. solum enim ponitur esse in rebus sacramentalib⁹ pro tempore actualis exhibitionis sacramenti. ergo consimiliter virtus que ponitur in ministro debet esse transiens et non permanens post exhibitionem sacramenti. hoc autē s'm eos non conuenit characteri ordinis quē dicunt indelibiliter permanere. Et cõfirmatur. q2 non baptizatus potest baptizare dumtamē seruet ritum ecclesie et habeat intentionem faciendi quod facit ecclesia. et tamen non baptizat⁹ nō habet aliquem characterem. aut ergo habet aliā virtutē sibi pro tempore quo baptizat exhibitā: aut non. si non: ergo in ministro nō requiritur aliqua virtus proportionaliter correspondēs virtuti quam dicunt esse in sacramentis. si autem habet: cum illa non sit character vt dictum est

sequitur q̄ virtus que in ministro correspondet virtuti existenti in sacramētis non est character sed alia trāsiens si tamen aliqua sit. quod ꝓ tāto dico q꞉ non videt̄ q̄ aliqua virtus transiens aut permanēs actiua vel passiua sit in ministro vel in suscipiente sacramentum per modum quo isti ponunt. dicunt enim q̄ sicut gratia est principiū vite spiritualis: sic talis virtus vel potentia est principiū operationis sp̄ualis. quia quādocūq꞉ in eodē supposito sunt formaliter principiū quo viuitur ⁊ principiū quo operatur opera vite siue manēs in ipso siue transiens in alterum: īpossibile est q̄ corrupto principio quo viuitur formaliter remaneat in ipso principiū operationis vitalis actiuū vel passiuum. q̄uis enim in semine equi quod nō est viuens sit virtus instrumentalis vitalis operationis puta generandi alium equum: tamen in equo viuente ⁊ habente vim generatiuam alterius eq̄ impossibile est q̄ corrupta anima per quam viuit remaneat in eo potentia generatiua. et idem est de potentia receptiua operationis vitalis vt est visus vel auditus. cum ergo sm̄ istos gratia per quam homo viuit spiritualiter possit corrumpi aliquo remanente in eo charactere ordinis vel baptismi: impossibile est q̄ gratia et character sic se habeant sicut principium vite spiritualis et principium spiritualis operationis. quia principiū vitalis operationis non potest esse vbi non est vita si subiectum sit capax vtriusq꞉. hec Durandus in forma. ¶ Contra tertiam conclusionem arguit Scotus probando q̄ inconuenienter ponatur character subiectiue in potentijs anime. Primo quia dispositio ad formā nūq̄ debet poni in posteriori susceptiuo forme. patet discurrendo per singulas formas et dispositiones earum. sed character est sm̄ te dispositio ad gratiam ⁊ gr̄a per te est in essentia anime. ergo character non potest poni in aliquo susceptiuo posteriori q̄ essentia anime sicut est potētia quia est accidens ei⁹. ¶ 2° quia ratio tua non valet cum sic arguis. gratia ē in essentia anime: ergo potētia vel dispositio ad gratiam est in potētia anime. imo sequitur oppositum. s. q̄ vel ipsummet susceptiuū gratie sit susceptiuū potentie vel dispositionis. vel saltem si est dispositio: illa non potest esse in aliquo posteriori illo in quo est forma. hoc etiam patet in alijs. quia habitus supernaturalis non est in habitu naturali sed in potentia naturali in qua est habitus naturalis. et hoc ideo quia potentia naturalis est prior vtroq꞉ habitu. ¶ 3°. quia probatio q̄ probatur gratia esse in essentia anime non concludit. quia perfectio naturalis pri⁹ inest alicui q̄ potentia supnaturalis. nam potentia naturalis et intrinseca statim sequit̄ naturā sui perfectibilis. potentia autē et si sit accidens sm̄ te: tamē est perfectio intrinseca ipsius anime. ergo prius naturaliter inest sibi potentia q̄ gratia. et per cōsequēs posse habere rationem subiecti receptiui. ¶ 4°. quia illud quod additur de vita non concludit. quia vita spiritualis primo inest anime vt est cōiungibilis deo. vnde sm̄ Augustinum de ciuitate dei: deus propter hoc dicitur vita esse: quia anime non inest vita nisi in coniunctione ei⁹ ad deum vt ad obiectum. anima autem non est coniūgibilis deo in ratione obiecti nisi per potentiam. ¶ 5°. quia illud quod additur de voluntate q̄ ipsa oritur ex intellectu non valet. quero enim aut intellectus habet talem prioritatem ante voluntatem generationis siue originis et ex hoc nō ꝓbatur perfectio in intellectu respectu voluntatis sed imperfectio. vniuersaliter enim imperfectiora precedūt perfectiora ordine generationis. 9° methaphisice. si autem intelligis q̄ intellectus sit prior vel radix voluntatis tanq̄ eminenter vel virtualiter continens voluntatem: hoc improbatur ex dictis. quia ordinatum ad alterum vt ꝑ⁹ origine non continet ipsum virtualiter vel eminenter. actus autem intellectus ordinatur essentialiter ad actum voluntatis vt probabitur inferi⁹. ¶ 6°. quia si character est signum vt fundamentum obligationis anime ad deum: rationabile est q̄ ponatur in illa potentia cuius est p̄mo obligari vel esse rationem obligandi. talis autem est voluntas quia precipue per eius actum aliq̄s se obligat principaliter. illa enim que concurrūt ex parte intellectus vel alterius potentie in homine: non sunt nisi preambula ad futurum velle vt quedam signa manifestantia illud esse futurum. hec Scotus in forma. ¶ Contra eandem conclusionem arguit Durandus probādo q̄ character non sit in potentia intellectiua tanq̄ ī subiecto. quia illa virtus que non perficit hominem q̄m ad cognoscere nec q̄tum ad appetere sed solum q̄m ad operari non est ponenda in potentia cognitiua nec appetitiua sed solum in potentia executiua. sed character non perficit hominem quantū ad cognoscere vel appetere sed solum ordinatur ad operari. ergo non potest poni in potentia cognitiua vel appetitiua sed in potētia executiua per quam minister applicat formam ⁊ materiam sacramenti ad suscipientem. maior patet. ars enim ponitur in potentia intellectiua q꞉ pficit hominem ad veram cognitionem factibilium. et virtus moralis ponitur in appetitu q꞉ inclinat

ad appetendum, put recta ratio determinat. sed potentia factiua est in manib⁹ artificis. minor de se manifesta ē. quia character nō perficit ad cognoscere nec ad appetere sed solū ad administrationē sacramentoꝝ. vnde ꝯuenienti⁹ poneretur esse in manibus sacerdotis quibus tenet hostiaꝫ consecrādam et ad hoc consecrate sunt vel i ore vel in lingua proferente verba consecrationis ꝙ̄ in intellectu. vt sic virtus que ponitur in verbis ⁊ virtus ministri que dicitur character simul vnite concurrent ad effectū sacramenti. ¶ 2°. arguit. quia dispositio ⁊ forma ad quam disponit: debent esse in codē subiecto. sed fm te character ē dispositio quedā ad grām. ergo debet esse in vno subiecto cum grā et non in alio. ad hoc dicunt q̄daꝫ ꝙ duplex est dispositio. vna que disponit subiectum in cōparatione ad vlteriorem actum siue ille actus sit forma siue operatio: et talis dispositio est in eodem subiecto cum actu ad quē disponit. character autē non est talis dispositio ad gratiam. alia est dispositio cōgruitatis. sicut si diceretur homo prudens dispositus est dispositione q̄dam congruitatis ꝙ cōmitatur sibi regimē alioꝝ et sic est vt dicūt de charactere. quia cū per characterem efficiatꝰ aliquis dispensator sacramentorum: congruū est ꝙ sibi detur gratia sine qua non posset ea bene ⁊ digne ministrare. et talis dispositio non oportet ꝙ sit in eodem subiecto cum eo ad quod disponit. Sed hoc non valet propter duo. primū est quia dictū eorum ⁊ exēplū ꝑ eos adductum magis est ad oppositū ꝙ̄ ad propositum. congruū enim est ꝙ digno detꝰ potestas. et quia per prudentiam efficitur aliquis disposit⁹ et dignus ad regendū alios: ideo prudentia est dispositio cōgruitatis ad regimē aliorum. qui vero non est prudēs expectare debet ꝙ efficiatur prudens vel bonus. cū ꝫ ergo character sit potestas administrādi sacramēta ⁊ grā sit aliquid ꝑ quod digne administrantur: rationabile esset dicere ꝙ gratia esset dispositio congruitatis ad characterem sicut prudentia vel virtus est dispositio congruitatis ad habendū regimē aliorum ⁊ nō ecōuerso. s. ꝙ character sit dispositio cōgruitatis ad gratiam. sicut non est dicendum ꝙ potestas vel auctoritas regendi sit dispositio ad prudentiaꝫ. Secundū ꝫ est ꝙ isti videntꝰ diuertere a dicto suo de causalitate sacramentorum. dicunt eni ꝙ virtus quā ponunt esse in sacramētis attingit instrumentaliter ad ꝓductionē characteris et hoc attingit dispositiue ad gratiā. sicut virtus que est in semine hominis attingit instrumētaliter ad aliquam dispositionē corporis: et per consequens attingit dispositiue ad formam fiendam in eodē subiecto. igitur character vel quecūq ꝫ dispositio quam faciūt sacramēta instrumētaliter in anima si sunt dispositiones ad grām causandaꝫ: sunt in eodem subiecto aliter non valet eoꝝ similitudo seu comparatio. ¶ 3°. arguit sic. sicut numus sortitur rationem precij ⁊ merlus rationem signi ex humana institutione: sic res naturales sortiūtur rationem sacramēti ⁊ homo rationē ministri ex diuina institutione. sed numus efficitur preciuꝫ ⁊ merlus signū per solā relationem rationis humane sic instituentis. ergo res sacramentales sortiuntur rationem sacramēti et homo rationeꝫ ministri per solā relationē rationis diuine sic instituentis. cū ergo character sit aliquid quo homo efficitur minister sacramētoꝝ vel susceptiuus eoꝝ: patet ꝙ character non est nisi relatio rationis ex ordine vel pactione diuina. ¶ 4°. quia cū scriptum sit Eccle. 24. qui elucidāt me vitā eternaꝫ habebunt: ad ea q̄ sunt fidei cū sint satis obscura de se: non est conueniens adducere vias obscuras et que plus habent obscuritatis ⁊ difficultatis ꝙ̄ propositum principale. sic autem est ď virtute que ponitur in sacramentis ⁊ de charactere qui ponitur in ministro. dicere autem ꝙ res naturales habent rationem sacramēti ⁊ homo rationem ministri ex sola institutione et ordine dei q̄ solus dat gratiam ⁊ omnem effectū spiritualem quem recipit suscipiens sacramenta: nihil difficultatis continet apud fideles. ergo ⁊ cetera. ¶ 5°. quia beatus Dionisius a quo prima traditio characteris apud nos aduenit: videtur idem sentire cum eo quod dictum est ď charactere. recitat enī quendam ritum qui obseruabatur in primitiua ecclesia quando adulti baptizabantur. tunc eniꝫ accedenti ad baptismuꝫ: hierarcha. i. pōtifex manum imponebat et signabat eum signo crucis et precipiebat eum ascribi inter nomina christianorum vt de cetero cum alijs admitteretur ad diuina. ⁊ iste ritus exterior cum baptismo erat characterizatio sua. nec de alio charactere locutus est Dionisius. hec Durandus in forma. ¶ Contra quartam conclusionem arguit Scot⁹ probando ꝙ baptismus non imprimat aliquam formam q̄ dicatur character. Primo quia sicut sequēdo rationem naturalem non sunt ponēda plura quorum necessitas non apparet ex notis fm rationē naturalem: ita de creditis vel de sacramentis nō sunt ponenda plura quoꝝ necessitas nō apparet fm fidē. sed necessitas talis forme impsse nō apparet etiā fm ea q̄ credita sunt ď baptismo. ergo ⁊c. minor ꝓbatꝰ. q2 nec scriptura sacra illā exprimit

esse necessarium in baptismo nec sancti explicite nec sequitur euidenter ex veritate baptismi credita. quia tota veritas baptismi consistit in sacramēto visibili et in effectu inuisibili. et effectū inuisibilē Augu. cōmuniter vocat vbiqȝ gratiā vbi illū specificat. Hic respōdetur ꝙ sancti satis tradūt de charactere secundum illum modū quo loquimur vt patet de Dionisio et de Damasceno. sed iste auctoritates videntur esse vocales et nō ad intentionē sanctorum. sicut enim respiciendo trāslationem et expositionem vercellensis capituli secundi ecclesiastice hierarchie in parte sexta in libro quem vidi sunt ista verba que allegantur vt dicit secundum istā translationē. in sursum actū diuina beatitudo ad sui ipsius participationē recipit et de proprio lumine sicut quodā signo ipsi tradit diuinū faciēs et cōmunicatorē in deo manentiū. et sequitur ibidem. sanctum signum a hierarcha accedēti data assignatio. vbi adducūt aliqui de alia translatione talia verba ꝙ venienti ad baptismū donatur a summo sacerdote sacrū signaculū. Similiter de Damasceno libro. 4°. capitulo p°. sic adducitur ꝙ per baptismum datur nobis regeneratio et sigillū per sigillū intelligitur secundum eos character. ibidē etiam dicitur ꝙ illud est sigillū. Quod autē iste auctoritates non adducūtur ad intentionē doctorū patet de prima quia sic continet planū littere et vercellensis exponit in prima parte capitulo. 6°. secundo declarat de quodam preambulo ad baptismū secundum ritū grecorum. in primitiua enim ecclesia baptizandus primo in ecclesia inducebatur: cui hierarcha manū capiti imponens signabat eum precipiens sacerdotibus ꝙ tam ipsum quam eius susceptionem describant. illud autē fiebat lōge ante baptizationē sicut apparet ex processu littere ibi quia de actu baptizandi determinatur parte illa sub littera. p. vnde vel textus ille Dionisij secundum intētionē illius vercellensis trūcate adducitur. premisso enim de proprio lumine sicut quodā signo ipsi tradit et cōmunicationē in deo manētiū. et tū de istis subdit quorum est sanctū signū a hierarcha accedēti data signatio et sacri salutaris descriptio. quorum vnumquodqȝ redde singula singulis. s. illuminationis tradite sctūm signū et a hierarcha data signatio. s. impositio manuū in capite quod sit cōmunicator diuinorum signū est sacerdotū salutaris descriptio que. s. describūt eū et eius susceptionē tanqȝ in cōmunionē xpianorum receptū. illa autē impositio manuum et descriptio fiebat lōge ante baptizationem. ergo nullo modo illa hic dicta possunt intelligi de aliquo signo impresso in baptismo. quare etc. Similiter auctoritas Damasceni valde inepte adducitur. quia pars vnius orationis adiungitur cum parte alterius sequētis pretermissa sentētia cōcipiēda cū parte precedente. iacet enim sic littera in Damas. per baptismū primitiua spūs sancti assumimus et est ibi versus. et sequitur alius versus et principiū alterius vite fit in nobis regeneratio et tunc sequitur stati custodia et sigillū et illuminatio. ergo nullo modo vult ipse dicere ꝙ per baptismū fit in nobis sigillū: sed ꝙ per baptismū sumimus primitiua spūs sancti in primo versu. et in alia clausula ꝙ regenratio est principiū vite et sigillū etc. ergo ex illa auctoritate non pōt haberi nisi ꝙ baptismus siue regeneratio sit sigillū: non autē ꝙ per baptismū fiat in nobis sigillū. Alia autē auctoritas Damasceni nihil valet. nam expresse ibi loquitur de cruce dicens. illa nobis signatio in fronte data est quemadmodum israeli circumcisio. per ipsam enim fideles ab infidelibus distinguuntur. et sequitur de eadem cruce. illa scutum est arma et tropheum aduersus diabolum. illud est sigillum vt non approximet nobis vastator. non plus dicere vult nisi ꝙ impressum est nobis sigillum contra inimicum et cōstat hoc non esse ad propositum. ¶ 2°. principaliter arguitur. quia Augustinus qui tantum tractat de intentione baptismi vt pote in libro sexto de baptismo cōtra donatistas: et in vno volumine de baptismo paruulorū: et in tertio volumine de vnico baptismo: et cū hoc multa super Joā. et in aliquibus capitulis libri de fide ad petrū: non tacuisset de charactere si ipse fuisset immediatus et necessarius effectus baptismi. Et si dicas ꝙ non negat: dico ꝙ ad propositum sufficit ꝙ non affirmet. quia tāte inuestigationis supponitur ꝙ si character fuisset res proxima baptismi: alicubi expressisset. nūc autem in baptismo nō distinguit nisi sacramētum hoc est aliquid visibile: et rem sacramenti. s. gratiam. nec vnqȝ dicit fictū recipere rem sacramenti. nec vnqȝ initerabilitatē baptismi ostendit per talem characterem impressum. ¶ Confirmatur. quia de consecratione dist. 4ª. colliguntur auctoritates sanctorū de baptismo. nec videtur verisimile ꝙ nullus eorū locutus esset de charactere si ipse fuisset necessarius effectus baptismi. et quod videtur magni ponderis magister sententiarum nunqȝ de illo charactere secundum illam intētionē locutus est: cum tamē ipse diligēter auctoritates sanctorū de materijs quas tractat copilauerit. ¶ 3° quia nihil frustra ponendū est in operibus dei quia deus et natura nihil faciūt frustra. sed character secundum illum intellectū positus frustra ponitur. quod probatur dupliciter. primo comparando ad effectū principalem baptismi qui est gratia. secundo ad illos effectus qui attribuuntur characteri. s. assimilare

milare distinguere rc. Q̄tum ad primum arguitur sic. si character requirit̄ vt dispositio ad gratiā: aut ergo ex parte suscepti aut ex parte agētis. non ex parte suscepti: q2 anima non habens actu peccatum est summe disposita ad suscipiendum gratiā. nec ex parte agētis: q2 agēs est infinite virtutis. Et si dicas q2 requiritur vt dispositio p̄manēs ad effectum inducēdū quādo q2 posterius tempore qui non statim inducitur vt pote ad hoc q2 fictus baptizatus postea recipiat effectum baptismi: contra hoc autem arguitur. aut pro illo posteriori quando recipit vltimum effectuz baptismi requiritur character vt dispositio ex parte suscepti: aut ex parte agentis et stat ratio vt prius. arguitur etiā hic specialiter. quia sine tali signo posset deus assistere baptizato ad causandum effectum baptismi recedente fictione sicut assistisset in ipso baptismo si non fuisset prius fictus. ¶ Confirmatur. quia effectus baptismi non datur illi qui ponitur habere characterem nisi peniteat vere. sed per verā penitētiam sine tali forma daretur gratia q̄tum ad alios effectus. probatur propositum q2 sine forma inherēte posset baptizatus assimilari baptizato r distingui a non baptizato per hoc q2 recipit baptismum sicut patet in multis alijs q2 professus in aliqua religione assimilatur alteri professo r distinguitur ab altero non professo non per aliā formā sibi inherentem post professionē sed quia talem actuz habuit in preterito. Eodē modo de tertio effectu q2 ponitur signum configuratiuum christo sine obligatiuū. potest eniz aliquis esse obligatus alicui r ita configuratus illi q̄tum ad obligationē configurādi sine omni forma inherente. sicut ille qui facit homagiuz obligatur alteri ad fidelitatem seruandam r ita ad quandam configurationem vel confederationem: r professus ex professione tenetur conformari seu configurari prelato suo: r tamē nec faciens homagium nec profitens recipit aliquā formā absolutaz que sit signum profitendi. De quarto effectu scilicet q2 ponitur signum cōmemoratiuum ipsius sacramenti arguitur: q2 aut respectu sacramenti ponitur tale signum rememoratiuum propter excellentiaz sacramēti in se aut propter aliquā habitudinez ad alios qui ex signo cognoscant signatum. non primo modo quia excellentiora sunt fides r charitas q̄3 suscepisse baptismum: r tamē illa non habēt aliquod signum rememoratiuum postq̄3 fuerit. nec secūdo modo: q2 vel in comparatione ad deum vel ad proximum. non ad deum q2 deus sine omni signo inexistente cognosceret illum suscepisse sacramentum. non ad proximuz: quia vel ad baptizatum in gratia ad maiorem gloriā in habēte signum: vel ad dānatum in inferno ad maiorem confusionem habentis tale signum. neutrum est dare quia maior gloria est beato habuisse actuz charitatis q̄3 suscepisse baptismū: r maior confusio est dānato cecidisse a charitate q̄3 a susceptione baptismi: r tamē charitatis seu act⁹ meritorij nullum ponitur signum rememoratiuum in beato vel dānato. Specialiter autez arguo de beatitudine. quia si illud signum esset in habente ad excellentiā in gloria: sequitur q2 solus sacerdos inter omnes christianos posset habere talem excellētiā in gloria quia solus sacerdos habet omnes characteres. sequeretur etiā q2 christus careret illa excellentia in gloria quia ipse non est sic baptizatus baptismo christi. nec baptismus Joannis impressit characterem. nec fuit ordinatus ita vt confertur in ordine sacerdotali: quia non fuit ab aliquo ordinatus pari ratione nec confirmatus cōfirmatione sacramētali. etiaz q2 sancti patres r beata virgo non haberent illā excellentiam in gloria. ¶ 4°. principaliter arguit sic. quia non videtur probabile q2 alicui qui non tātum est in peccato mortali sed etiā actu peccat mortaliter: deus conferat suuz donum. r huiusmodi probatio est quia dei perfecta sunt opera Deutero. 32. et ideo nullū curat quem non perfecte curat. impium enim est a deo dimidiam sperare salutem vel imperfectaz veniā. nullum ergo donum suum dat alicui peccāti mortaliter. sed fictus in suscipiendo baptismum peccat mortaliter quia facit irreuerentiaz sacramento. sed deus ex virtute hui⁹ actus quo peccat mortaliter: non dat sibi aliquod donum speciale. ergo quia omne donum dei datum homini aut est gratia gratum faciēs vel actualiter vł dispositiue. quod breuius dici potest: q2 de⁹ nullum donum dat homini nisi vel propter bonum eius vel propter bonum ecclesie cuiusmodi est donum linguarum vel illa de qua loquit̄ apostolus. p̄ª. Corin. 9°. sed talis character nō potest poni nec dici gr̄a gratis data propter bonum ecclesie: quia illud nulli valet in ecclesia nisi tātum habenti. patet quia nullus effectus vtilis ecclesie sequitur. sed nec est donum gratum faciens: quia per istud donum non constituitur persona in aliquo gradu acceptionis respectu dei. nec etiam tale confertur sine gratia r charitate quia deus perfecte sanat. ¶ 6. arguitur ex modo ponendi characterem quia scilicet ponit̄

indelibilis ꝛ hoc sic. nulla forma iest anime quā non possit delere deus. quia minus est delere ꝙ̄ creare. saltem non includeret contradictionem formā creatam in anima deleri ab anima. ergo si character sit indelebilis: nulla talis forma est in anima baptizata. ¶ Confirmatur istud. quia si character est indelibilis: ergo eadē ratione illa virtus quam ponis in sacramentis est indelibilis quod tu negas. ¶ 7°. tu ponis ꝙ circūcisio non imprimebat characterem. contra quia secū dum te circūcisio non erat causa gratie nisi ꝙ imprimebat dispositionem ad gratiam. illa autem dispositio videtur character. hec Scotus in forma.

QUantū ad tertium articulum primo notādū est prout Sāctus Thomas dicit. 3ª. p. q. 63. arti. 2. ad. 4m. ꝙ character ꝙ̄tum ad id quod est in se est potentia quedā seu potestas vel principium actiuum vel passiuum secunduz diuersas species characteris. habet tamē rationem signi per comparationē ad sacramētum sensibile cuz quo reputatur vt vnum sacramētum. sacramētum enim signum est. signum autem vt Augustinus dicit in secundo de doctrina christiana speciem ingerit sensibus. quod intelligēdum est capiendo proprie signum. improprie tamē ꝛ per quādā similitudinem: omne quod figurat alicui vel distinguit ab alio: dici potest signum etiā si non sit sensibile. et hoc modo character etiā sine respectu ad sacramētum exterius sensibile: dici potest signum inqn̄tum configurat habētez christo ꝛ distinguit fideles ab infidelibus ꝛ ipsos etiā fideles secundum rationem ministerij. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ nomen characteris rem absolutā significat de principali significato. consignificat autem vel magis cōnotat respectum quēdā prout dicitur signum. vnde character relatiuum est secundum dici quēadmodum virtus ꝛ scientia. res autē absoluta quā principaliter significat est potentia seu potestas supernaturalis collata homini per virtutem sacr̄alē. ac per hoc potestas instrumētalis est quēadmodum ꝛ virtus sacramenti a qua depēdet. huiuscemodi autem potestas est qua homo potest vel recipere vel efficere actiones quasdā hierarchicas. character nāqꝫ baptismalis est potestas spiritualis collata baptizato in sacramento baptismi per quā efficitur potens suscipere cetera alia sacramēta. sine q̄ potestate nullum eorum posset recipere ꝙ̄uis aliquādo effectus sacramēti habere possit diuina virtute que sacramētis non est alligata. potest enim cathecuminus publice ꝛ firmiter et coraꝫ persecutore nomen christi confiteri ꝛ pro eius confessione supplicia perpeti: qui effectus ē sacramenti confirmationis. ipsum tamen sacramentū confirmationis suscipere non potest. ita vt si episcopus frontem nōdum baptizati chrismate consignaret: nihil esset actum ad ipsius sacramenti receptionem. quod ꝛ beatus dionisius expresse dicit. 2°. ca°. eccle. hierar. qui oddam inquit est principium sanctissimorum mādatoruꝫ sacre actionis scilicet sacramentum baptismi ad aliorum diuinorum eloquiorum ꝛ sacraꝝ actionum susceptiuā oportunitatem. ꝛ infra. si enim esse diuinitus est diuina generatio: nequaꝙ̄ aliquādo quid nouerit deo traditorū neqꝫ quidē opatus sit q̄ nec subsistere diuinitus habuit.

¶ Secundo Notandum est ꝙ qꝛ character ē potestas seu potentia vt predictum est: consequēs est ꝙ sit principium agendi vel patiēdi simpliciter nō determinato modo scilicet vel bene vl' male aut facile vel difficile quemadmodum habitus. vnde character ē quo habens illum potens est vel recipere vel efficere aliquid quod non pōt simpliciter characterem non habens. et quidem de charactere baptismali ꝛ de charactere sacerdotali id manifestum est. baptizatus nāqꝫ secundū formā ecclesie per potestatem characteris fit potens suscipere alia sacramenta quorum nullum sine baptismali charactere posset recipere ꝙ̄tuꝫ cunqꝫ res et verba aliorum sacramētorum etiā per ministros ecclesie illi applicarentur. item habens characterem sacerdotalem potens est aliquid efficere scilicet cōficere verum corpus domini ꝛ absoluere ꝛ ligare in foro penitētie. quos actus nullo modo efficere potest non habēs characterem sacerdotalem. veruntamen de charactere sacramēti confirmationis ꝛ aliorum ordinum a sacerdotali: non est ita manifestum ꝙ habentes huiuscemodi characteres aliquid efficere possint quod nullo modo possint illos nō habentes. nā confiteri fidem christi constāter corā persecutore ꝛ pro fidei confessione etiā mortem subire quod est effectus sacramēti confirmationis: potest homo nonduꝫ confirmatus nec etiā baptizatus sicut chatecuminus prout legitur ī quibusdā in legendis sanctorum. deniqꝫ legere epistolā in ecclesia ꝛ euāgelium et actus exercere inferiorum ordinū: videtur posse qui nulluꝫ ordinem habet vt mere laicus et aliquādo me-

lius ac expeditius q̄ ordinat⁹. Propter quod
sciendum est q̄ necessitas characteris baptisma-
lis ꝛ characteris sacerdotalis respectu propzio-
rum effectuū: magis absoluta est q̄ necessitas
characteris confirmationis ꝛ characteris alioꝝ
ordinum a sacerdotali. naꝫ vt premissum est nō
habens characterem baptismalem nullo modo
habere potest propziū ipsius characteris effe-
ctum qui est susceptibilem esse aliorum sacramē-
torum. vnde ꝛ baptismus ianua dictus est om-
nium sacramentoruꝫ eo q2 sicut non est aditus
ad interiora domus nisi per ianuā: ita ad cetera
omnia sacramenta nec ad illorum aliquod: adi-
tus est nisi per baptismum. nec ē instātia de ma-
trimonio quod ante institutioneꝫ baptismi fuit
ꝛ nunc absq̄ baptismo est inter infideles: q2 tale
matrimonium licet sit in officium: non tamē est
sacramentum. ¶ Necessitas autem characteris
confirmationis et aliorum ordinum a sacerdo-
tali: non est tā absoluta q̄ non habēs istos cha-
racteres habere nō possit eorum propzios effe-
ctus saltem q̄tum ad substantiam actus. sed est
necessitas quodāmodo coartata ad rationem
debiti ex officio. q̄uis enim non habens chara-
cterem confirmationis possit constāter nomen
christi ꝛ fidem catholicā etiam coraꝫ persecuto-
re confiteri ꝛ mortem pro sua confessione susti-
nere: non tamē id potest ex debito sue professio-
nis ꝛ officij. constituitur nāq̄ confirmatus ex ra-
tione characteris confirmationis: debitor et in
officio positus fidem christi catholicā etiaꝫ cum
mortis periculo confiteri constāter non solum
pro salute anime sue: sed ꝛ pro aliorum fideliuꝫ
salute quādo necessitas occurrerit illos confor-
tādi et ad fidei confessionem cohortādi. Unde
Sanctus Tho. infra. dis. 7. q. 2. ar. p°. sub. ar. 3.
ad. pᵐ. ad ea inquit que sunt necessitatis: homo
admittitur etiā si hoc nō competat ei ex officio.
sicut patet q̄ etiam non habēs ordinem in casu
necessitatis baptizare potest licite: q̄uis hoc nō
competat sibi ex officio. similiter etiā quia con-
fiteri nomen christi vbi confessio exquiritur est
necessitatis: ideo etiam non baptizatis hoc com-
petit q̄uis hoc non habeāt ex officio characte-
ris in sacramento confirmationis suscepti. hec il-
le. Et ad ista facit quod supra scripsit eadeꝫ. dis.
q. pᵃ. ar°. 2°. sub. ar°. 2°. in coz. ait enim. hoc sa-
cramētum scilicet confirmationis initium sump-
sit ab aduētu spiritussancti in discipulos. qui q̄-
uis prius spiritum sanctum habuissent in mune-
re gratie quo perficiebātur ad ea que ad singu-
las personas eorum pertinebāt: tamen in die pē-
thecostes susceperunt spiritum sanctum in mu-
nere gratie quo perficiebātur ad promulgatio-
nem fidei in salutē aliorum. ꝛ ideo facta est appa-
ritio spirit⁹ sancti in linguis igneis vt verbis es-
sent proniu ad diuulgādam fidem christi: ꝛ cha
ritate feruidi aliorum salutē querentes. ꝛ propt
hoc dicitur actuum. 2°. repleti sunt spiritu sctō
ꝛ ceperūt loqui. hec ille. Itē eadem. dis. q. 2. ar.
p°. sub. ar. p°. arguit sic p° loco. character est sig-
num distinctiuum. sed pugna spiritualis omni-
bus indicitur. cum ergo confirmationis sacra-
mentum detur ad roborandum in pugna spiri-
tuali: videtur q̄ in ipsa non fiat aliqua distinctio
alicuius ab altero per impressionē characteris.
ecce argumētum. sequitur responsio. ad primū
dicēdum q̄ pugna spiritualis qua quis pugnat
contra impedientes salutem sui ipsius: omnibus
indicitur. sed ad hoc non datur sacramētum cō-
firmationis: sed ad persistēdum fortiter in pug-
na qua quis nomen christi impugnat: ꝛ vt inui-
ctus confessor christi permaneat. et huic pugne
non omnes exponantur sed solum confirmati.
hec ille. Item sub. ar. 2. ad. 3ᵐ. ait. q̄uis cuiusli-
bet baptizati ꝛ credentis sit confiteri quādo cō-
fessio ab eo expetitur: non tamen est cuiuslibet
se libere exponere sed tantum confirmati. ꝛ hoc
etiam patet in apostolis in quibus hoc sacramē-
tu initium sumpsit. quia ante aduentum spiri-
tussancti confirmātis eos erāt clause fores cena-
culi propter metum iudeorum: postea repleti
spiritu sancto ceperunt loqui cum fiducia ꝛ pu-
blice verbum dei predicare. hec ille. Item. ar. 2.
sub. ar. 2. arguit sic tertio loco. maior est distin-
ctio virtutum q̄ gratie. sed ad eandem virtutē
pertinet credere ꝛ confiteri scilicet ad fidem. er-
go ꝛ multo fortius pertinet ad eandem gratiā.
ergo gratia baptismalis que perficit ad creden-
dum: ꝛ gratia confirmationis que perficit ad cō-
fitendum est eadem gratia. ecce argumentum.
ad quod respondet q̄ confiteri vbi ex confessio-
ne imminet mortis periculum: non est tantum
fidei: sed indiget auxilio alteri⁹ virtutis scilicet
fortitudinis. et similiter etiam indiget alia gra-
tia sacramentali que remoueat effectum opposi-
tum fortitudini. hec ille. Eadem in sententia cū
premissis tenet. 3ᵃ. p. q. 72. ar. 5. in coz. ꝛ ad pri-
mum. Et in respōsione ad. 2ᵐ. sicut inquit bap-
tizatus accipit potestatem spiritualem ad pro-
testandam fidem per susceptionem aliorum sa-
cramentorum: ita confirmatus accipit potesta-
tem publice fidem christi verbis profiteri quasi
ex officio. Et quod dictum est de charactere cō

firmationis ꝙ per ipsum accipit homo potestatem vt ex officio et ex officij debito possit exercere aliquos actus ad quos non posset ex debito officij non habens ipsum characterem: est intelligendum de charactere ordinum aliorum a sacerdotali. Unde Sãctus Thomas infra. distin. 24. q. 2. articu°. 2. ad. 9m. dicendum inquit ꝙ habens ordinem ostiarij suscipit potestatem vt ex officio arcere possit aliquos ab introitu ecclesie: ꝗ̃uis etiã ⁊ hoc ab alijs fieri possit sed non ex officio. ⁊ ita est in omnib⁹ actibus minorum ordinum. Unde sm premissa dicere possumus ꝙ si accipiamus actus hierarchicos nõ solum ꝗ̃tum ad eorum substãtiã sed simul cum hoc prout ex debito officij exerceri debent: character confirmationis ⁊ character ordinis etiam ꝗ̃tum ad ordines inferiores sacerdotio: omnimodã habent necessitatẽ ad actus proprios ad quos sunt: ita vt a non habentibus characteres ipsos expleri non possint. ¶ Ex preallegatis verbis Sancti Doctoris videtur posse inferri ꝙ nondum confirmatus etiã si baptizatus sit: non peccat mortaliter si pro conseruãda vel roborãda aut etiã promouenda fide christi in alijs hominibus a se non se exponat periculo mortis corã persecutore fidem constãter profitendo ⁊ alios ad tenendam fidem cohortãdo. probatur hoc. nã idem dictu videtur ꝙ aliquis ex officio aut ex officij debito ad aliquid teneatur vel non teneatur: ⁊ dicere ꝙ si id non fecerit mortaliter peccat vel nõ peccat ⁊ econtra. quoniã nullus peccat mortaliter si non faciat id quod facere ex debito nõ tenetur. ⁊ quisq; mortaliter peccat: est non faciẽs id quod facere tenetur ex debito. Cum autem ex preallegatis verbis Sancti Doctoris nullus non confirmatus etiã si baptizatus fuerit teneatur ex debito officij ad fidem christi in alijs a se promouendã vel conseruãdã aut defendendã ⁊ roborãdã: sequitur ꝙ si id non faciat non ideo peccat mortaliter.

¶ Tertio Notãdum est ꝙ tã character ꝗ̃ ornat⁹ qui per sacramenta suscipiẽtibus confertur: ponitur dispositio ad gratiã diuersimode tamen. nã ornatus sm ꝙ ex dictis Sãcti Doc. colligi potest: est dispositio ad gratiã sicut via vel motus est dispositio ad terminum et sicut q̃litas est dispositio ad formã velut calor ad formã ignis. sicut enim in naturalibus formã substãtialem precedit in materia quedã dispositio qua fit apta ad talem formam q: actus actiuorum sunt in patiẽte disposito vt ait philosophus secundo libro de aĩa: ita diuina ordinatione per virtutẽ sacramentis collatã imprimitur suscipiẽti sacramentum quedã dispositio supernaturalis ad gratiã suscipiendã que vocatur ornatus. et quia huiuscemodi dispositio directe et immediate disponit ad gratiã que est subiectiue in essentia anime: consequẽs est ꝙ ipsa etiã dispositio ornatus sit in essentia anime subiectiue. character vero est dispositio ad gratiã nõ sicut qualitas disponens ⁊ preparans subiectum ad formã velut quedã ipsius inchoatio: sed est dispositio ad gratiã quasi meritorie ⁊ per modum dignificationis. habẽs enim characterem qui est potentia qua homo potest in actiones que sunt ministrationes ⁊ receptiones sacramentorum et aliorum que ad cultum dei pertinent: eo ipso meretur de congruo ⁊ dignus est recipere gratiã gratum facientem qua ipsas actiones bene ⁊ idonee possit exercere. sicut si dicamus ꝙ habens potẽtias naturales intellectus ⁊ voluntatis: est dispositus ad habit⁹ quibus bene exeq̃tur earum potentiarum operationes. Unde Sãctus Thomas in hac. disti. q. pª. arº. pº. ad. 5m. character inquit est dispositio ad gratiã per quãdã cõgruitatis dignitatem. ex hoc enim ipso ꝙ homo per characterem mãcipatus est diuinis actionibus et inter membra christi connumeratus: fit ei quedã congruitas ad gratiã suscipiendã q: deus perfecte in sacris homini prouidet. vnde simul cum charactere q̃ datur homini vt possit exercere spirituales actiones fidelium vel passiones seu receptiones: datur gratia qua hec bene possit. hec ille. vbi cum dicat simul cum charactere gratiã dari: satis innuit ꝙ character nõ est dispositio preparãs subiectum ad gratiã suscipiendã sed magis per modum consequentie quasi gratiam sibi vendicãs ad bene operãdum ex diuina ordinatione. Idẽ in sententia scribit. 3ª. p. q. 63. ar. 4. ad. pm. character inquit directe quidem ⁊ propinque disponit animã ad ea que sunt diuini cultus exequenda. ⁊ q: huiusmodi nõ fiunt idonee sine auxilio gratie nam vt dicitur Ioã. 4°. eos qui adorant deũ: in spiritu ⁊ veritate adorare oportet: ideo ex consequenti diuina largitas recipiẽtibus characterem largitur gratiã per quã digne impleãt ad que deputantur. ⁊ ideo characteri magis est attribuẽdum subiectum sm rationem actuum ad diuinum cultum pertinẽtium ꝗ̃ sm rationem gratie. hec ille. vnde q: potentia anime ẽ immediatum principium operationis non ipsa anime essentia: ideo character non ponitur subiectiue in essentia anime sed in ei⁹ potẽtia. est enim cha-

racter immediatū ꝑncipiū agendi vel patiendi .i. tradēdi vel recipiendi quasdā actiones hierarchicas. Et ex hoc cōsequūtur quedā alie differētie inter characterē ⁊ ornatū. q2 .s. ornatus cōfertur anime in omnibus sacramētis peractis omnib⁹ rite q̄ sunt de essentia sacramēti: q̄uis in sacramēto extreme vnctionis nō semꝑ hic effectus sequat̄. put Sāct⁹ Doctor sentire videt̄ infra. dist. 23. q. p̄a. ar. 4. sub arti. 2°. in. cor. et ad. p̄m. ⁊ de hoc aliquid ibi dicetur. character vero in tribus tātūmodo. s. baptismo confirmatione ⁊ ordine. q2 enī cōmune est omnibus sacramētis gratiā cōferre nisi impedimētū sit ex parte sacramētuz recipientis: ideo in omnibus ornatus imprimitur disponēs ⁊ preparās ad gratie receptionē. character vero quia p se et directe ordinatur ad q̄sdā operationes vel receptiones ꝑtinētes singulariter ad diuinū cultū constituēs ⁊ deputās hominē in quodā gradu ad aliquid sacrū agendū vel recipiēdū quod singulariter conuenit in tribus sacramētis enumeratis: ideo character non in omnib⁹ sed in trib⁹ tātūmodo sacramētis imprimitur. Et fm premissa videtur q̄ in sacramētis in quib⁹ character imprimitur: nihilominus etiā imprimatur ornatus. neq3 enim vnum alterū excludit cum sint i diuersis subiectis. neq3 vn⁹ horū altero existēte superfluit: eo q̄ nō ad idem sed ad diuersa directe et ꝑncipaliter ordinentur nā ornat⁹ ad actū primū. s. ad esse gratie: character vero ad actū secūdum qui est opatio. ⁊ q̄uis vterq3 dicatur dispositio ad gratiā: verūtamen nō eodē modo s3 aliter et aliter vt ꝑmissum est. Alia differētia est quia character est indelebilis sicut et eius fundamētū vel causa. s. sacerdotiuz xp̄i quod est eternū. ornatus vero est dispositio quedā delebilis queādmodū et gr̄a sacramētalis ad quā disponit. imo nec manet q̄diu manet gr̄a eo q̄ sit dispositio ad receptionem gr̄e sacramētalis nō ad eius conseruationē.

**Quarto** Notādum ē q̄ characteri tria ꝑcipue attribuūtur. s. q̄ est signū distinctiuū: q̄ est signū configuratiuū ⁊ q̄ est ꝑncipium opatiuū actionū ad cultum diuinū ꝑtinentiū. ⁊ ex horuz quolibet conuincit̄ q̄ character sit in potētia anime intellectiua subiectiue. Ex ꝑmo quidē q2 ꝑma distinctio in vita christiana ad quā ordinatur character est p fidē que subiectiue est in intellectu. vnde et character ꝑmo distinguit fideles ab infidelib⁹ ac p hoc rationabiliter ponitur subiectiue in intellectu. Ex secūdo vero q2 cōfiguratio q̄ est p characterē est fm imaginē. put ex diffinitione characteris magistrali accipitur. subiectū autē imaginis: mēs est cuius ꝑma et nobilior potētia est intellectiua. in qua est ⁊ memoria ⁊ intelligentia que sunt due ꝑtes imaginis ex q̄bus et oritur volūtas. vnde tota imaginis ratio est in intellectiua ꝑte sicut i radice. ex quo fit vt q̄d attribuitur homini ratione imaginis: ꝑncipaliter respiciat partē intellectiuā. Idē consimiliter patet ex tertio. nā actiones ꝑmo ꝑtinētes ad cultū diuinū: sunt actus fidei p quā est ꝑmus accessus ad deū fm illud Hebre. 11°. credere enim oportet accedētē ad deū. fides etiā est q̄ p dilectionez opatur vt apostol⁹ dicit Gala. 5°. Deniq3 cultus diuin⁹ ad cui⁹ actiones character ordinat̄: est quedam fidei ꝓtestatio p exteriora signa. rationabiliter igit̄ character ponitur in potētia anime intellectiua q̄ est subm fidei. Neq3 obstat q̄ character non ordinat̄ directe ⁊ ꝑncipaliter ad intelligere vel cognoscere s3 ad suscipiēdum vel cōferēdū sacramētuz: qm̄ talis collatio ⁊ susceptio ꝑsupponit intellectū dirigētem ⁊ intētionē ⁊ opationē eo q̄ homo est instrumētū dei animatū ⁊ rationale. vnde nō solū mouet̄ ⁊ applicat̄ ad opus a ꝑncipali agēte: sed etiā q2 est liberi arbitrij: ip̄e se mouet ⁊ applicat ad illud. cuius mot⁹ ꝑncipiū est intellectus qui dirigit intentionē ⁊ opationē suscipiētis vel conferentis sacramētū. vnde character est potentia seu potestas homini imp̄ssa qua se potest applicare ex intētione ꝓp̄a vel aliena sua tn̄ interpretatiue ad recipiēdum vel conferēdum sacramēta ecclesie ⁊ hierarchicas actiones. q2 enim in suscipiēte vel conferēte sacramētū exigitur intētio suscipiēdi vel conferēdi q̄d tradit ecclesia: intētio aūt ꝑsuppoponit tāq3 sui ꝑncipium cognitionē ⁊ directionē intellectus p quē ꝓponitur voluntati id q̄d intendit: ideo caracter qui in suscipiēte vel cōferente est spiritualis potētia suscipiendi vel conferendi sacramētum q̄d tradit ecclesia cōueniēter ponitur in potētia intellectiua subiectiue tāq3 in ꝑmo ꝑncipio operis.

Quantum ad q̄rtum articulum respondēdum ē obiectionibus aduersariorum. Et quidē ad ꝑmum Scoti contra ꝑmam conclusionē negatur assumptū. et ad eius ꝓbationem p diffinitionez characteris dicitur q̄ ꝓcedit ex falso supposito. s. q̄ signum q̄tum ad id q̄d est: sit relatiuum fm esse. hoc autem est falsum. q2 vt Aug⁹ dicit secūdo libro de doctrina xp̄iana in ꝑncipio: signum ꝑter formā quam ingerit sensibus vel intellectui

facit aliquid in cognitionē venire. ex quo patet ꝙ signum preter respectum quem importat ad signatum: formā absolutā dicit quā ingerit seu imprimit sensibus vel intellectui. vnde signum relatiuum est ſm dici ac per hoc de principali significato rē absolutā dicit qꝫuis cōnotet respectum quendā ad signatum. ¶ Ad. 2ᵐ. dicitur ꝙ minor est falsa neqꝫ illā arguēs probat. esse enim potentiā vel principium agendi vel recipiendi quod quidditatiue dicit character: p formā pure relatiuā saluari non posset: cum relatio non sit principium agendi vel patiendi prout philosophus dicit. 5°. phisicorum. ¶ Ad. 3ᵐ. dicitur ꝙ licet verum sit ꝙ nulla relatio nouiter aduenıat sine nouitate alicuius absoluti: et tamē non est opꝰ illa propositione ad probationē nostre conclusionis. neqꝫ Sāctꝰ Tho. illo fundamento vtitur ad probādum characterem esse rem absolutā ꝛ ideo argumentū non militat in proposito nostro. Veruntamen ad declarationē dicte propositionis videndum est quod Sāctꝰ Tho. notat secundo libro. dis. pᵃ. q. pᵃ. ar. 5°. in responsione ad. 8ᵐ. duplex inquit est relatio. quedā est relatio absoluta sicut in omnibus que sunt ad aliquid ſm esse vt paternitas ꝛ filiatio. et talis relatio non efficitur noua nisi per acquisitionē illiꝰ in quo relatio fundatur. vnde si acquiratur per motum: talis relatio sequitur motum. sicut similitudo vnius ad alterum sequitur alterationem in q̄litate supra quā fundatur relatio. si autē acquiratur per creationem. sequitur creationem. sicut similitudo creature ad deū fundatur super bonitatem que per creationem acquiritur per quā creatura deo assimilatur. quedā autem relatiua sunt que simul importāt relationem ꝛ fundamētum relationis. nouitas autem talium relationum exigit acquisitionem illius rei que significatur per nomen: sicut ipsius habitus qui est scientia. et similiter est de relatione quā importat nomen motus que efficitur noua per acquisitionē ipsius motus a mouente in mobili. hec ille. Ex quibꝰ accipitur ꝙ etiā si nouitas mutationis ex parte fundamēti vel ex parte termini non sequeretur necessario ad nouitatem relationis: necesse est tamen ꝙ sit aliq̄ nouitas saltē ex parte motus vel actionis per quā noua relatio acquirit. ¶ Ad. 4ᵐ. q̄ntum ad primā sui partem consimiliter respondetur ꝙ non militat contra conclusionem: cum non probetur a nobis eo fundamēto quod arguens fingit. de quo si ad propositū occurreret alias diceretur latius. Ad illud autē qd arguens dicit relationem signi posse fundari in alia relatione: respondemus ꝙ quicquid sit de hoc si possibile est an nō: ꝛ tñ relatio signi quod est character sacramentalis non fundatur nisi in re absoluta prout deductum fuit in primo notabili. eo ꝙ character est relatiuum ſm dici nō ſm esse. Item quod arguens dicit de relatione configurationis vel obligationis non est ad propositum. nam q̄uis illud verum reperiatur in quibusdā configurationibus ꝛ obligationibus: et tñ veritatem non habet de configuratione characteris sacramentalis qui est potentia ꝛ principium recipiendi vel tradēdi actiones hierarchicas que sunt vere res in rerum natura q̄rum p̄ncipiū esse nō potest relatio rationis. Quod autem arguens inducit de processu in infinitum in relationibus realibus: non est ad propositū cū nostra conclusio tali fundamēto non innitatur. ¶ Ad. 5ᵐ. dicitur ꝙ assumptum est falsum. quoniā immo est verum quod assumitur in probatione conclusionis. neqꝫ valet eius improbatio nā arguens falsum assumit. q2 baptizatus aliq̄d potest quod nullo modo potest non baptizatꝰ scilicet suscipere cetera ecclesie sacramenta. ꝛ ad ꝑbationē arguentis dicitur ꝙ est puerilis: nā vngi chrismate non est suscipere sacramentum cōfirmationis. posset enim brutum animal ꝛ lapis vngi chrismate: sed non ideo diceretur recipere sacramentum confirmationis. nec etiā in homine vngi chrismate est recipere sacramentum cōfirmationis. ꝛ quod plus est: posset quis effectū confirmationis recipere sine sacramento baptismi: ꝛ tamen sacramentum confirmationis non reciperet. vnde Sāctus Tho. 3ᵃ. p. q. 72. ar. 6°. ad. 3ᵐ. audientes inquit p̄dicationem Petri acceperunt effectum confirmationis miraculose: non tamen confirmationis sacramentum. dictū est autem ꝙ effectus confirmationis potest alicui conferri ante baptismū: non autem sacramētū confirmationis. hec ille. Ad illud autē quod arguēs obijcit de potestate ministri sacramentorum: dicitur ꝙ assumit falsum. nō enim huiuscemodi potestas esse posset relatio rationis: q2 talis non potest esse principium realium actionū qualium minister sacramēti est p̄ncipium. Neqꝫ valet probatio arguentis sumpta ex episcopatu: quoniā falsum impōit Sācto Thome. nusqꝫ enim ille dixit episcopatum non esse ordinē ſm ꝙ ordo est officium quoddā respectu quarundā actionum sacrarum. immo contrarium dicit infra. dis. 24. q. 3. ar. 2. sub. ar. 2. i corpore. Verum est tamen ꝙ negat episcopatum esse ordinem superadditum sacerdotio: capiendo ordi-

nem fm q est sacramentum. sed hoc proprie et directe est dicere q episcopatus non est sacramētum superadditum sacerdotio. vnde episcopatus vere ordinem dicit ꝛ realem potestatē in sui ratione implicat q̄ episcopus potens est ad aliquas actiones hierarchicas ad q̄s sacerdos non episcopus nullo modo est potens, put Sanct⁹ Doc. expresse dicit loco proxime allegato. Falsum ergo est quod arguens dicit episcopum supra sacerdotem non habere aliquā formā absolutam realem quemadmodum iudex. nam vltra potestatem iurisdictionis quam habet iudex que esse potest ens rationis: habet episcop⁹ potestatem ordinis que esse non potest ens rationis tātummodo. cuius euidens probatio est qr potestas ordinis semel collata episcopo auferri non potest ab eo etiam a papa conferente: sicut potest auferri potestas iurisdictionis. et pp̄ter hoc non est simile de potestate episcopi ꝛ de potestate iudicis. Ad id autem quod arguens dicit de potestate ordinati ꝛ confirmati: patet responsio ex his que dicta sunt in secūdo notabili. Quod autē arguens obijcit de caractere baptismali si ponatur potentia passiua: non valet quoniā falsum assumit. nam vt dictum est in hac solutione ꝛ latius in secūdo notabili: anima baptizati aliquid potest recipere quod non potest recipere anima nō baptizati scilicet characterem ꝛ reliqua sacramenta. vnde arguens fere in omnibus procedit ex falsis. ¶ Ad argumenta Aureoli contra secundā conclusionem ad p̄mu3 dicitur q minor est falsa. et ad eius probationem dicitur q virtus que est in sacerdote attingit ad terminum a quo faciens ad desitionem panis. ꝛ concedimus q talis dispositio inducitur in fine prolationis verborum. et cum arguens querit vbi est illa actio que agit ad desitionem panis: dicimus q actiue ꝛ ministerialiter est in sacerdote ꝛ in verbis: passiue autem est in pane. et cum arguens dicit contra quia panis non est quādo est illa actio: dicimus q est falsum. nan si ponatur talis actio in tempore: planum est q in ipsa actione adhuc panis est licet i termino actionis desinat esse panis. si aute3 actio illa ponatur instātanea: simul est ꝛ actio ꝛ panis desinens esse ꝛ non esse panis. ita q actio illa passiue cum sit p̄uatiua: posset esse in pane desinēte esse. Quod autem arguens vltimo obijcit q actio illa esset annihilatiua: non valet nā assumit falsum. quoniam licet existentia corporis christi non sit terminus ad quem directe ꝛ per se actio illa attingat: est tamē vltimatus terminus ad quem disponit desitionem causando. vnde videtur q arguens non satis mentem Sācti Thome in hac parte acceperit. ¶ Ad. 2^m. dicitur q procedit ex falsa imaginatione scilicet q nos dicamus q virtus existens in sacerdote ꝛ in sacramento sit diuisibilis habēs partem ꝛ partem. hoc autem est falsum. immo dicimus q vna ꝛ eade3 virtus est tota in sacramēto ꝛ tota in sacerdote sed in neutro totaliter. Unde Sāctus Thomas infra distinctione octaua questione secūda articulo tertio ad nonum respondet ad simile argumentu3 q quādo aliquod opus perficitur pluribus instrumentis: virtus instrumentalis non est complete in vno sed incomplete in vtroq3. sicut manu ꝛ penna scribitur. ꝛ similiter contingit in proposito quia virtus instrumentalis ad faciendā predictam conuersionem: non tātum est in verbo vel in sacerdote sed in vtroq3 incomplete qr nec sacerdos sine verbo nec verbum sine sacerdote cōficere potest. hec ille. Simile dicit tertia parte questione sexagesima secūda articulo q̄rto ad quartum. Et cum arguens querit quare ponitur duplex talis virtus vna imanens ꝛ alia transiens: respondemus q quia christus sacramentorum institutor sic ordinauit propter nobilitatem sacramēti. Et cum arguens obijcit q nobilitas non prouenit ex aliquo inherente: dicitur q est falsum et non satis docte dictum. qr immo perfectio ꝛ nobilitas rei magis accipitur ex his que sibi insunt. Neq3 verum est quod in exemplum adducit de medicina. nam nobilior est medicina que a tota specie efficaciam habet sanitatem causandi: q̄3 alia que ad id virtutem non haberet a tota specie. vt enim deductū fuit in questione precedente perfectio et nobilitas rei non solum accipitur ex ordine ad finem vel effectum: sed ex propria specie ꝛ ex modo. Cum autem arguens querit quare virtus que ponitur in anima scilicet ministri est immanens ꝛ nō sufficit trāsiēs: respondet Sāctus Thomas loco proxime allegato q quia sacerdos est similior principali agēti q̄3 verbum quia gerit eius figuram: adeo simpliciter loquēdo sua virtus instrumentalis est maior ꝛ dignior. vnde etiā permanet et ad multos huiusmodi effectus se habet. virtus autem verbi transit cum verbo ꝛ ad semel tātum est. ¶ Ad. 3^m. dicitur q virtus que est in verbis et in anima ministri potest dici eiusdem rationis ex eo q ad eunde3 effectum ordinatur. ꝛ potest dici alterius rationis eo q perfe-

ctioꝛi modo est in ministro ꝙ̃ in sacramēto. vn-
de ⁊ a ministro deriuatur quodam modo ad sa
cramentum. Ut enim Sanctus Thomas dicit
tertia parte questione sexagessima secunda arti
culo quarto ad tertium: sicut virtus instrumen
talis propꝛie loquendo acquiritur instrumen-
to ex hoc ipso ꝙ mouetur ab agente principali
ita et sacramentum consequitur spiritualem vir
tutem ex benedictione christi ⁊ applicatione mi
nistri ad vsum. hec ille. Et cum arguens contra
obijcit ꝙ altera poterit tantum intendi ꝙ suffice
ret sine alia: respondemꝰ sicut ibi responsum est.
et cum arguens obijcit ꝙ sic dicendo venimus
ad pactum concedimus. neq̃ enim qꝛ nos po-
nimus virtutem instrumentalem in sacramen-
tis: negamus ꝙ efficacia sacramentoꝛum sit ex
diuino pacto. immo dicimus ꝙ ex diuina oꝛdi-
natione ⁊ institutione ⁊ si libeat dicere ex diuina
pactione est in sacramentis noue legis ⁊ virtus
⁊ efficacia. ⁊ certe puerilis est talis obiectio.
¶ Ad. 4^m^. dicitur ꝙ assumptū est falsum. ⁊ ad
eius probationē dicimus ꝙ potentia exequens
non solum est corpoꝛalis: sed exigitur superna-
turalis. non vt faciliori modo eliciatur opera-
tio: sed vt ex debito officij eliciatur. ⁊ de hoc la-
tius dici habet infra distinctione vigesima quar
ta. Quod autem arguens vltimo dicit proba-
tum esse ꝙ nulla est dispositio in baptismo ⁊ ce-
tera: dicimus ꝙ est falsum. immo contrarium p
nos est probatum. ¶ Ad. 5^m^. dicitur ꝙ q̃uis ma
ioꝛ propositio haberet aliquid probabilitatis d
potentia coꝛruptiua: nullā tamen habet de po-
tentia passiua perfectiua qualis est potentia sus
ceptiua in sacramento baptismi. ¶ Ad. 6^m^. dici-
tur ꝙ capiendo speciem ⁊ similitudinem pro po
tentia agendi vel recipiendi deriuata a potesta-
te christi sm̄ quam anima nostra illi confoꝛma-
tur et configuratur: concedimus totum argu-
mentum quod non aliud concludit ex longo
suo processu vt arguens ipse colligit nisi ꝙ cha-
racter est spēs ⁊ imago christi ⁊ signum distincti-
uum familie christi qđ nos non negamus. Un-
de Sāctus Thomas tertia parte questiōe sexa-
gesima tertia articulo tertio in coꝛpoꝛe. totus
inquit ritus christiane religionis deriuatur a sa-
cerdotio christi. ⁊ ideo manifestum est ꝙ chara-
cter sacramētalis specialiter est character christi
cuius sacerdotio configurātur fideles secūdū sa
cramentales characteres qui nihil aliud sunt ꝙ̃
quedā participationes sacerdotij christi ab ipso
christo deriuate. hec ille. Et in responsione ad
secundum dicit. sicut milites qui deputantur ad
pugnam insigniuntur signo ducis qui quodam
modo ei configurantur: ita illi qui deputantur
ad cultum christianum cuius auctoꝛ est christus
characterem accipiunt quo christo configuran-
tur. ¶ Ad ea que durandus adducit contra eā
dem conclusionem dicitur ꝙ procedunt ex fal-
so supposito scilicet ꝙ nos ponamus omnē cha
racterem esse potentiam actiuam. hoc certe fal-
sū est. immo ponimus ꝙ character baptismi sit
potentia receptiua non actiua. baptizatus enim
per characterem quem recipit potens est recipe
re cetera sacramenta. neq̃ est necesse ꝙ si virtus
que est in sacramētis sit aliquo modo actiua: ꝙ
ideo character sit potentia actiua: cum non oꝛ-
dinetur directe et per se ad idem. Ad id autem
quod arguens obijcit de charactere oꝛdinis ꝙ
sit virtus transiens sicut ⁊ virtus que est in sacra
mento: patet responsio ex solutione supra posi-
ta ad secundum Aureoli contra secundam con-
clusionem. ¶ Ad confirmationem dicitur ꝙ pro
cedit ex premisso falso supposito scilicet ꝙ nos
ponamus characterem baptismi esse potentiam
ad conferendum baptismum vel ad aliquid a-
gendum. hoc autem est falsum vt sepe dictum
est. Neq̃ iterum opoꝛtet ꝙ caracter aut virtus
que est in ministro ⁊ virtus que est in sacramen-
tis: sibi inuicem in omnibus coꝛrespondeant et
presertim in proposito arguentis. quia sacramē
tum baptismi non habet ministrum propꝛium
ad agendum simpliciter q̃uis bene ad agendū
ex officio. Ad id autem quod arguens subiun-
git volens probare ꝙ nulla virtus vł potentia
sit in ministro vel in suscipiente sacramentum q̃
sit principium operationis spiritualis: dicimus
falsum esse ꝙ gratia sit per quā homo viuit quo
cunq̃ modo spiritualiter. licet enim vita perfe
cta hominis ⁊ meritoꝛia gloꝛie eterne sit p gra-
tiam: ⁊ tamen quedam vita spiritualis est per fi-
dem etiam absq̃ gratia. vel potꝰ per sacramen
tū fidei quod est baptismus p quē regeneramur
in vita et esse spirituali et respectu huius vite
tanq̃ principij essendi: character dicit poten-
tiam operandi actiue vel passiue et non respe-
ctu vite perfecte que est per gratiam. hijs cōso-
nat qđ S. Tho. rn̄det in hac. dis. q. p^a^. ar. primo
sub ar. pmo ad p^m^. et. ar. 2^o^. sub ar. pmo. ad. 3^m^.
vnde et manente vita regeneratis p baptismū
manet character. ¶ Ad argumēta Scoti cōtra
tertiam conclusionem ad pmum dicitur pmo ꝙ
maioꝛ non est vniuersaliter vera. nam actus li-

deri arbitrij qui sunt in potentia anime subiecti-ue et visus membrorum in obsequium christi ex-hibiti quum corpore sunt subiectiue: sunt dispo-sitio ad gratie receptionem que est in essentia a-nime et est illis prior. Dicitur secundo q sicut de-ductum fuit in tertio notabili: character non est dispositio ad gratiam sicut ad eam preparans quasi quedam ipsius inchoatio de qua disposi-tione posset verificari propositio arguentis. sed est dispositio ad gratiam per modum conseque-tie et per quandam congruitatis dignitatem. et talis dispositio nihil refert q ponatur in priori vel posteriori susceptiuo eius ad quod disponit. ¶ Ad. 2m. dicitur q ratio Sancti Doctoris false allegatur ab arguente. non enim Sanctus Do-ctor sic argumentatur vt arguens refert. sed ar-gumentatur sic in hac distinctione questione pri-ma articulo tertio sub articulo primo in corpore Et tertia parte questione sexagesima tertia ar-ticulo quarto ad secundu. sicut gratia que est spi-ritualis vite principium est in essentia anime si-cut in subiecto: ita et character qui est spiritualis potentia est sicut in subiecto in naturali potentia anime. Unde no ideo Sanctus Thomas ponit characterem in potentia anime quia est disposi-tio ad gratiam vt arguens falso illi imponit. sed quia character est potentia spiritualis: ideo pro-portionabiliter debet esse subiectiue in potentia anime naturali. sicut gratia que est vita spiritua-lis est subiectiue in essentia anime que est vita ho-minis naturalis. patet ergo q argumentu funda-tur super falso. Quod autem vlterius obijcit de habitu supernaturali: non valet. quia subiectum habitus non est habitus sed potentia: siue habi-tus sit naturalis siue supernaturalis. potentie au-tem naturali conuenit esse subiectum potentie supernaturalis. ¶ Ad. 3m. dicitur q argumentu non militat contra nos. non enim aliud conclu-dit q potentia naturalis prius inest anime q gratia cum potentia sit perfectio anime intrinse-ca. hoc autem nos non negamus. et certe argu-ens inepte procedit. nam cum ex premissis non aliud habeatur nisi q potentia naturalis prius inest rei q potentia supernaturalis: cocludit in-de q prius naturaliter inest anime potentia q gratia quasi gratia fuerit potentia anime quod est falsum. ¶ Ad. 4m. dicitur q si in maiori pro-positione coniugibilis deo intelligatur tanq ob-iecto: maior est falsa. neq illud dicit Augustin9. si autem intelligatur de coniunctione sicut prin-cipium spiritualis vite: vera est sed non militat contra nos. nam isto modo anima non est con-iungibilis deo per potentiam sed per essentiam scilicet gratie. ¶ Ad. 5m. dicitur q intellectus est prior voluntate non solum prioritate origi-nis sed etiam perfectionis prout Sanctus Tho-mas deducit prima parte questione octoagesi-ma secunda articulo tertio. et ad huius impro-bationem negatur assumptum. non enim intel-lectus ordinatur ad voluntatem sicut ad finem. immo se habet ad illam sicut motiuum ad mobi-le. bonum enim intellectum mouet voluntatez. ¶ Ad. 6m. dicitur q non militat contra Sanctu Thomaz qui nusq ponit characterem esse fun-damentum obligationis anime ad deum in quo fundatur hec argumentatio. ¶ Ad argumenta Durandi contra eandem conclusionem ad pri-mum patet responsio ex his que dicta sunt in q-to notabili. ¶ Ad. 2m. dicitur q responsio ibi po-sita bona est et est fm mentem Sancti Thome vbi allegatum est in tertio notabili: q ipse non vtatur exemplo arguentis. et ad huius respon-sionis improbationem: dicitur ad primam q po-tentia et habitus adinuicem possunt dici disposi-tiones aliter tamen et aliter. nam potentia dici-tur dispositio ad recipiendum habitum sicut ac-tum primum per modum cuiusdam significatio-nis et quasi meriti de congruo. habens enim po-tentiam ad aliquid agendum: dignus est vt reci-piat habitum quo bene et conuenienter opere-tur. habitus autem est dispositio potetie non qsi disponens ad illam recipiendam vel acquiren-dam sed sicut potentiam disponens ad rectam et conuenientem ipsius operationem. character vero est dispositio ad gratiam primo modo. gra-tia autem est dispositio characteris secundo mo-do. et vterq modus tangitur in verbis Sancti Thome supra allegatis in tertio notabili. vnde cum dicit characterem esse dispositionem ad gra-tiam: est dictum ad eius propositum fm primu modu dispositionis. et cu dicit gratiam esse dis-positionem ad rectam operationem characte-ris: est etiam dictum ad eius propositum qm ad modum secundum. vnde neutrum dictuz est ad eius oppositum sane intellectum. arguens au-tem non aduertit in sua argumentatione nisi ad secundum moduz dispositionis. et ideo argume-tatio sua est insufficiens. Ad secundam improba-tione responsionis dicitur q assumit falsum cum dicit. S. Tho. diuertere a dicto suo de causalita-te sacrametoruz. neq valet eius probatio. nam consequetia est neganda qua infert q dispositio

debeat esse necessario in eodem subiecto cum eo ad quod disponit. hoc enim non est necesse prout Sanctus Thomas respondet ad simile argumentum in hac distinctione questione prima articulo tertio sub articulo primo ad primum: nisi quando dispositio postea sit perfectio ad quam disponebat. non autem hoc oportet quando dispositio et perfectio ad quam est differunt per essentiam sed possunt esse in diversis subiectis. et precipue quando illa diversa habent ordinem ad invicem: sicut operatio sensibilis est dispositio ad intelligibilem operationem: et similiter character est dispositio ad gratiam. In tertia vero parte aliter respondet questione. 63. articulo. 4. ad primum. quod character directe et propinque non disponit ad gratiam sed ad exequendas operationes pertinentes ad divinum cultum. et quia huiuscemodi operationes idonee non fiunt sine auxilio gratie: ideo ex consequenti character dicitur disponere ad gratiam. dispositio autem magis debet poni in eo subiecto in quo est id ad quod disponit directe et propinque: quam in subiecto in quo est id ad quod disponit ex consequenti et remote. ac per hoc character magis debet poni sicut in subiecto in potentia anime cuius sunt operationes hierarchice ad quas directe et de propinquo disponit: quam in essentia anime in qua subiective est gratia ad quam disponit ex consequenti non per se et directe. ¶ Ad. 3$^{m}$. dicitur quod similitudo non valet. nam institutio humana non est tante efficacie quod possit formas reales instituere vel causare in illis vel personis vel rebus circa quas est. et ita ex pactione humana vel institutione: non sequitur nisi ordo et relatio rationis. sed institutio divina est causa rerum et habet efficaciam super reales formas naturales et supernaturales rerum. unde ex divina institutione et pactione sacramentorum causatur et in sacramentis et in ministris aliquid reale et absolutum per quod exequantur actiones et ministeria sacramentorum. ¶ Ad. 4$^{m}$. dicitur quod sacra scriptura et ea que fidei sunt: non vere elucidantur falsis sensibus et expositionibus aut confictis adinventionibus: sed testimoniis christi et apostolorum et veris doctrinis ac expositionibus sanctorum doctorum quibus recte intelligentibus plane constat quod in sacramentis nove legis sit virtus aliqua supernaturalis causativa effectus quem figurant. Et certe mirabile est quod arguens ad probandam veritatem fidei et sacramentorum: recurrat ad ea que magis facilia sunt et magis in cortice probabilia cum dicat philosophus multa falsa probabiliora esse quibusdam veris. Ipse etiam arguens sibi contradicit tenens oppositum eius quod nunc assumit infra distinctione undecima articulo primo ad primum in oppositum dicens quod in his que sunt fidei non est semper eligendum illud ad quod sequuntur pauciores difficultates. si enim poneremus in divinis unum suppositum et illud absolutum: ad quam positionem nulla difficultas sequitur secundum humanam rationem. sed est ponendum magis illud quod est consonum dictis sanctorum et traditioni ecclesiastice: licet plures difficultates occurrant. oportet enim intellectum nostrum captivare in obsequium fidei. hec Durandus. ¶ Ad. 5$^{m}$. dicitur falsum esse quod beatus Dionisius non fuerit locutus de alio charactere baptizatorum quam de illo extrinseco quem arguens commemorat tunc fieri per manus impositionem pontificis cum signo crucis et per descriptionem nominum baptizatorum. et de hoc magis dicetur in responsione ad argumenta Scoti contra quartam conclusionem. ¶ Ad argumenta Scoti contra quartam conclusionem ad primum dicitur quod minor est falsa cum sua probatione. nam ecclesia catholica et sancti satis explicite locuti sunt de effectu invisibili sacramentorum qui est character. Unde in capitulo maiores de baptismo et eius effectu ex determinatione ecclesie per Alexandrum tertium expressa mentio fit de charactere anime impresso: presertim ex ultima particula ubi dicitur: tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio: cum obicem voluntatis contrarie non invenit obsistentem. Augustinus quoque libro sexto de baptismo contra donatistas capitulo primo sic ait. habere et dare et accipere baptismi sacramentum: satis eluxit pastoribus ecclesie catholice toto orbe diffuse per quos postea plenarii concilii auctoritate: originalis consuetudo firmata est et ovem que foris errabat et dominicum characterem a fallacibus depredatoribus suis acceperat: venientem ad christiane unitatis salutem: ab errore corrigi a captivitate liberari a vulnere sanari: characterem tamen dominicum in ea cognosci potius quam improbari. Idem in epistola ad donatum presbyterum. vos inquit oves christi estis: characterem dominicum portastis in sacramento quod accepistis. Idem in epistola ad vicentium donatistam. quare ergo me inquit non baptizas ut abluas me a peccatis: respondeo quia non facio iniuriam characteri imperatoris cum errorem corrigo desertoris. Idem in epistola ad bonifa-

cium comitē ait. si apud fugitiuos ⁊ predones ser uos fecunditate multiplicentur: plus habet iuris ꝙ in eis dominicus character agnoscitur qui in eis quos suscepimus nec tamen rebaptizamus minime violatur. sic enim error corrigendus est ouis: vt non in ea corrumpatur signaculum redemptoris. neqꝫ enim si quisqꝫ regio charactere assignato desertore signetur ⁊ accipiat indulgentiam atqꝫ ille redeat ad militiam ille autem esse in militia in qua nondum erat incipiat: in aliquo eorum character ille rescinditur? an non potius in ambobus agnoscitur ⁊ honore debito q̄uī regi⁹ est approbatur. vnde responsio ab arguente recitata ꝙ sancti satis tradunt de charactere: bona est sicut patuit de Augustino ⁊ idem patet de Dionisio et Damasceno. et ad huius responsionis improbationem dicimus falsum esse ꝙ auctoritates Dionisij et Damasceni non adducantur ad eorum intentionem. Neqꝫ valet eius probatio. primo circa auctoritatē Dionisij. nam arguens dicta Dionisij male intelligens: duo signa vl' signacula confundit in vnum. Ad cuius intellectum sciendum est ꝙ beatus Dionisius in secundo capitulo ecclesiastice hierarchie ponit ritum baptizandi qui fuerat in primitiua ecclesia premittens quedam preambula ad actum baptizationis inter que ponit quandam consignationē crucis a hierarcha baptizando impositā et descriptionis signū quo a sacerdotibus describebatur baptizandus in numero christianorū. postea vero quasi in fine circa ipsum actum baptismi dicit. ter quidem ipsum summus sacerdos baptizat tribus perficiendi dimersionibus et emersionibus trinam diuine beatitudinis inuocans substantiā. In tertio vero capitulo quod incipit s̄m traductionem vercellensis. hec quidem est q̄ᵐ in symbolis cuius titulus est theoria: explicat significationem ritus predicti. vnde dicit paruꝫ post principium. nos autem ascensionibus sacris imperfectorum principia respicientes et ea diuinitus eruditi cognoscemus quorum sunt characterū effigies et quorum sunt inuisibiliū imagines. sunt enī vt in ea que est de inuisibilibus et sensibilibus actione aperte disputandum quedam quidē sensibiliter sacra inuisibilium imagines et in ea manuductio ⁊ via. In hoc enim capitulo expressā mentionē facit de signo interiori characteris cū dicit. cum vero. s. baptizatum ascendentem. s. a fonte baptismatis diuina beatitudo in suam participationē recipit et proprio lumine tanqꝫ quodam ipsi signo tradit: diuinum perficiens ⁊ communicantem diuinorū partis ⁊ sacre ordinationis. hec Dionisius. Id autem signum de quo hic loquitur est character quem vocat lumen participatum. s. in mente a diuina beatitudine p̄ quē baptizatus vt dicit perficitur diuinus idest deiformis et cōmunicatiuus diuinorum. s. sacramētorum et eorum que pertinent ad sacram ordinationem. Quod autem postea subiungit dicēs quorum est symbolum sacrum a summo sacerdote aduenienti donatum signaculum et sacerdotum salutaris descriptio in saluatis eum cōnumerās: tangit aliud signaculum exterius de quo mētionem fecerat in precedenti capitulo quod est signū interioris signaculi. s. characteris supradicti. Unde alia translatio sic habet. hoc autem significat id signū quod accedenti pontifex primo largitur: salutarisqꝫ illa descriptio sacerdotum per quam ille saluandis inseritur. vbi aperte dicit signum quod primo tradit pontifex baptizādo: et signū alterius signi quod illi tradit diuina beatitudo. Unde et de duobus signis infra Dionisi⁹ cōmemorat cum dicit. vides autem horum diligētes imagines in hierarchice perficiendis idest baptizandis. vbi alia translatio sic habet. certis nempe harum rerum diligentes imagines in his que pontificali geruntur officio. patet igitur ex verbis beati Dionisij allegatis ꝙ preter signaculum exterius quo baptizatus a pontifice signo crucis consignatur et ei⁹ mandato a sacerdotib⁹ in numero fideliū conscribitur de quo procedit ratio arguentis: est ⁊ aliud signaculum interius a deo mentibus baptizatorū impressum quod nos cū sanctis vocamus characterem. Auctoritatē etiā Damasceni arguens volens ad sensum suum extorquere: corrumpit sententiam male punctuādo et sententias adinuicem colligatas seorsum distinguendo contra apertū sensum littere. licet enim due particule in versu illo designari possint vt arguens dicit: vnam tamen integram sententiam componunt in qua ex baptismatis virtute et causalitate effectus ibi notati consequi referuntur. iacet enim sic littera. igitur nunc quidem per baptisma primitias sancti spiritus accipimus et principium alterius vite fit nobis regeneratio ⁊ sigillum ⁊ custodia et alleuiatio. vbi tres ipsos effectus ex vi ⁊ causalitate baptismatis prouenire satis denotat prepositio per quam ipse arguens pro sensu suo impudenter ⁊ proterue a secunda particula versus subtrahit: apponēs illam prime particule tantūmodo: cum tamē satis constet ex serie littere ꝙ causalitas baptismi ad omnes effectus sequentes deriuetur. Quod aūt arguēs dicit de secūda auctoritate Damasceni admittim⁹.

neqꝫ illam auctoritatem ad propositum nostrū adducat Sanctus Thomas. ¶ Ad. 2m. dicitur ꝙ supponit falsum. nam vt premissum est in precedente responsione ad primum Augustin9 expressam fecit de charactere baptismi mentionē. ¶ Ad confirmationem dicitur ꝙ falsum supponit qm̄ in ea ipsa distictione capitulo. quomodo exaudit deus homicidaꝫ versus medium: expressa mentio fit de charactere vbi dicitur. satis ecclesie catholice pastoribus eluxit ꝫ ouem que foris errabat et dominicum characterem foris acceperat: venientem ad christiane vnitatis salutem ab errore corrigi characterem tamen dominicum in ea cognosci potius ꝙ̄ improbari. Magister etiam sententiarum nomen characteris expressit infra distinctione. 6a. capitulo pmo. Quod si vt aliqui dicunt characterem ibi accepit non in significatione nostra sed pro forma baptismi: dicimus ꝙ cum ex multorum sanctorum auctoritatibus habeamus rationem de charactere fm acceptionem nostram: non ideo turbamur si magister sententiarum de eo mentionem non fecerit. nam non omnia et singula ipse tractauit et adhuc in quibusdam errasse conuincitur. ¶ Ad 3m. respōdet ipsemet Scotus infra distinctione 5a. ꝙ licet de potentia absoluta posset deus causare gratiam que est principalis effectus baptismi et etiā illos effectus proprios assignatos characteri scilicet assimilare et cetera sine tali forma absoluta que ponitur character: tamen de potētia ordinata tenetur ꝙ causat illos effectus mediante ista forma et congrue propter rationes predictas. et tunc ad rationem cum dicitur autē dispositio ex parte passi vel agentis: respondet ꝙ est dispositio ex parte recipientis. quia character est forma prior sine qua non recipitur forma posterior non simpliciter necessario: sed necessario comparando ad potentiam agentis causantis vtrāqꝫ formam que scilicet sic ordinauit. Et cum dicitur vltra in confirmatione ꝙ posset effectus baptismi haberi per veram penitentiam: dicitur ꝙ de potentia ordinata non potest fm istam opinionem haberi perfecta innocentia sine tali forma intrinseca. Huius ratio assignari potest ex dictis Sancti Thome in hac distictione questione. 3. articulo. 2. sub articulo. 3. quia forma characteris est immediate et directe causa disponēs ad gratiam. penitentia vero est causa remouens prohibens scilicet fictionem. Idem dicit tertia parte questione. 69. articulo. 10. ad. 2m. Ad illa que obijciuntur de alijs effectibus puta de distinctione et assimilatione: respondet Scotus ꝙ et si absolute distinctio et assimilatio possent esse per actum transeuntem in preteritum: tamen perfectius et magis congrue fiunt per aliquam formaꝫ derelictam post actum transeuntem. Consimiliter ad illud de obligatione seu configuratione. quia si homo recipiens homagium alterius vel prelatus recipiens alium ad professionem posset aliquam formam imprimere obligato: magis hoc faceret ꝙ̄ ꝙ absolute per actum preteritum sibi esset obligatus. deus autem potest talem formam configurantem hoc est ostendentem obligationem imprimere in anima. Quod etiam additur de signo rememoratiuo: dico ꝙ rememoratiuum est non tantū propter illos respectu quorum habet rationem signi ducens in rationeꝫ signati sicut arguitur diuidendo: sed habet etiam rationē signi rememoratiui propter ipsum queꝫ suscipit. et tamen si ponatur propter alios: non tm̄ esset quoddam in se rememoratiuum sacramenti: sed etiam esset signum ductiuum in illud. sicut signum dicitur quod facit aliud in cognitionem venire. potest etiam concedi ꝙ in comparatione ad deum et ad proximos siue in beatitudine ad gloriam siue in damnatione ad confusionem. Et quod obijcitur ꝙ deus posset cognoscere ouem suam sine signo: non obstat quia etiam potest eam nosse cum signo. beati etiam et damnati possunt istam nosse signatam quam nō noscerent non signatam. quia in beatitudine ad maiorem gloriam et in dānatione ad maiorem confusionem. Ad hoc respondet Sāctus Thomas in hac distinctione questione prima articulo secūdo ad. 2m. ꝙ character est signum distinctionis et propter ipsum hominēꝫ qui suscipit qui eo accipit distinctuꝫ posse ab alijs. et propter alios homines qui eū admittunt ad spirituales actiones ex consignificatione sacramentali exteriori interiorem perpendentes. et quo ad deum qui eius actionibus spiritualibus efficaciam prebet. Et cum obijcitur de fide ꝫ charitate siue de meritis respondet Scotus in responsione ad secundum argumētuꝫ principale ꝙ non omnis perfectio in anima habet tale signum rememoratiuum perpetuum: sed illa per quam constituitur habens eam in aliquo determinato gradu in ecclesia. huiusmodi non sunt virtutes quia sunt communes omnibus membris in quocūqꝫ gradu: sed sacramenta tam illud per quod intratur in ecclesiā: ꝙ̄ alia vt confirmationis et ordinis. Sed Sanct9 Thomas breuius respondet loco proxime allegato ad tertium ꝙ configuratio characteris attēditur ad deū fm participationeꝫ diuine ptātis ꝙ

non est nec per gratiam virtutum neq; per naturam. Ad id autem quod obijcitur de charactere et actibus meritorijs: respondet Sanctus Thomas vbi supra q distinctio characteris precipue attenditur q̄$^{m}$ ad operationes et receptiones que sunt in sacramentis in quibus maxime operatur fides. Quod aūt obijcitur de sacerdote: nō est inconueniēs q habeat aliquam excellentiam supra non sacerdotes et gaudium accidentale. Sed illa que obijciunt ibi de christo et matre ei9 q character non est beato ad gloriam: solum possunt inquit Scotus q2 sicut in natura creata sunt alique perfectiones non simpliciter sed in tali natura quia sunt perfectiones supplentes imperfectionem: ita potest dici de isto q est perfectio supplens imperfectionem. et ideo nō competit omnino perfecto. neq; etiaz competit illi persone in qua est aliqua perfectio maior supplens imperfectionem q̄z sit ista. Ad declarationem huius solutionis faciunt que Sanct9 Thomas scribit in hac distinctione questione prima articulo. 3. sub articulo. 5. et ad p$^{m}$ et. 2$^{m}$. Et tertia parte questione. 63. articulo. 5. in corpe. ¶ Ad tertiaz rationē aūt Scotus pro opinione potest dici q de9 peccanti mortaliter in ipso actu quo peccat mortaliter: confert aliquod donū suum: quia nō vult sacramentum suum quod vere ab eo suscipit' esse vanum. et ita vult sibi aliquem effectum causare. non autem vltimum quia indispositus est. et cum probas q perfecte curat: concedo quando curat. sed tunc non curat imo tm̄ disponit istum siue preparat ad curationem. et concedo q perfecte preparat et istud est rationabile. quia licet in actionibus beneplaciti circa personas priuatas forte non conferat dona sua pertinentia ad salutem illius persone nisi perfecte sanando illaz personam: in actibus vero vniuersalibus concōmitantibus remedia sua vniuersalia cuiusmodi sunt sacramenta: rationabile est vt aliquos effectus vniuersales ordinaret causare cum talibus remedijs non autem vltimatos: quia non omnes recipientes illa remedia sunt adhuc idonei. Per hoc apparet ad. 4$^{m}$. concedo enim q est donum pertinens ad bonum suscipientis non autē ecclesie. et cum dicit tale non potest conferri sine alijs donis perficientibus talem formam: potest concedi in actionibus specialibus circa personas speciales et modo speciali: sed non de actionib9 generalibus concōmitantibus remedia generalia constituta pro toto genere humano. illas enī regulariter causat cum ipsis remedijs ne sint vana. ¶ Secūdūz viam Sācti Thome potest dici ad argumentum q character est vtilis et propt' suscipientem quia habet quandam potestatem circa actiones hierarchicas et habet per illū dispositionem ad gratiam. et est vtilis etiam in respectu aliorum quibus annumeratur et cōmunicat fm actiones hierarchicas. ¶ Ad quintū licet multipliciter dicatur de indelibilitate characteris nec sit multum vtile recitare: breuiter dico q nulla forma potest esse in anima alia ab anima quam non possit deus de potentia absoluta delere sicut posterius a priori: quia in hoc nulla potest inueniri contradictio. sed character si ponatur hoc modo ē indelibilis. nec potest deleri hoc modo quia nec virtute alicuius creature. patet quia ista forma est supernaturalis nec potest virtute diuina deleri de potentia eius ordinata: q2 ordinauit nullam formam supernaturalem delere nisi propter aliquod demeritum inherens anime. respectu autez characteris delendi: nulla potest esse causa demeritoria. cum enim imprimit' in actu peccādi mortaliter: nihil potest demereri ipsum tolli. ¶ Ad confirmationem dicitur q nō est simile de virtute que est in sacramento et de charactere ministri prout supra dictum fuit i responsione ad secūdū Aureoli contra secundā conclusionem. ¶ Ad. 6$^{m}$. respondet Sanctus Thomas tertia parte q̄stiōe. 63. articulo p̄mo ad. 3$^{m}$ q sacramenta veteris legis non habebant in se spiritualem virtutem ad aliquem spiritualem effectum operantez et ideo in illis sacramentis nō requirebatur aliquis spiritualis character sed sufficiebat ibi corporalis circumcisio quam apostolus signaculum nominat Romanorū. 4°. Questione autem. 70. articulo. 4. dicit q circumcisio non erat causa gratie ex opere operato: et ideo non imprimebat dispositionem ad gratiam que est character. ¶ Ad argumentum ante oppositū respondet Sanctus Thomas in hac distinctione questione prima articulo primo ad primuz: q character non est habitus nec passio: sed est potentia consequens animam fm q est in vita spirituali regenerata. et ideo non oportet q omnib9 insit vel q a natura sit. Et in hoc articulus terminatur.

## ¶ Distictio q̄nta et.vj.

Circa q̄ntam ⁊ sextã distinctiones q̄rti sententiarũ querit vtrũ paruuli infidelium sint inuitis parentib⁹ baptizandi ⁊ arguitur ꝙ sic. naꝫ magis d̄bet homini subueniri ꝯ periculum mortis eterne q̄ꝫ contra periculũ mortis temporalis. sed puero in periculo mortis tēporalis existenti est subueniendum etiam si parētes per maliciam contra niterentur. ergo multo magis est subueniendum pueris infidelium contra periculum mortis eterne etiam inuitis parentibus. ¶ In oppositum arguitur quia in decretis distinctione.45.ex concilio toletano sic dicitur. de iudeis precepit sancta sinodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. non eniꝫ tales inuiti saluandi sunt sed volentes vt integra sit forma iusticie. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.

Quantum ad p̄mum articuluꝫ sit prima conclusio ꝙ paruuli infidelium filij nondum habentes vsum rationis: baptizandi non sunt inuitis parentibus. Hanc conclusionē tenet Sanct⁹ Thomas.2ª2ᵉ.questione.10ª.articulo.12. Et tertia pte questiōe.68.articulo.10. Item.2°.quolibꝫ articulo.7. ¶ Secunda conclusio est ꝙ baptism⁹ per se loquendo equalem effectum habet in omnibus paruulis baptizatis. Hanc conclusionem tenet Sanctus Thomas distinctione precedente q̄stione.2.articulo.3.sub articulo.3. Et tertia parte questione.69.articulo.8. ¶ Tertia conclusio est ꝙ recipiens scienter baptismuꝫ a malis ministris precisis ab ecclesia dei per heresim vel scisma vel excōmunicationem extra casum necessitatis peccat. Hanc conclusionem tenet Sanct⁹ Thomas in hac distinctione.5.questione.2.articulo.2.sub articulo.5. Et tertia parte questione.64.articulo.6.ad.2ᵐ.et articulo.9.ad.2ᵐ ¶ Quarta conclusio est ꝙ malus minister baptizans cuꝫ solemnitate quasi minister ecclesie: peccat mortaliter. non autem si in casu necessitatis sine solēnitate et non vt minister baptizat. Hanc conclusionem tenet Sanct⁹ Thomas in hac distinctione.5.questione.2.articulo.2.sub articulo.4. Et tertia parte questione.64.articulo.6

Quantuꝫ ad articulum secundum arguitur contra conclusiones. Et quidem cōtra primam arguit Scotus probando ꝙ paruuli iudeorum ⁊ aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi. presertum ꝙ princeps hoc possit facere cui in regimie reipublice tales sunt subditi. Primo quia in paruulo dominus habet maius ius dominij q̄ꝫ parentes. vniuersaliter enim in potestatib⁹ ordinatis: potestas inferior non obligat in hisq̄ sunt contra superiorem. sicut docet Augustinus de verbis domini homelia.6ª. et ponitur in vltimo capitulo secundi sentē. si illud iubet potestas quod non debes facere: hic sane contēne potestatem tenendo vel sequendo potestatē maioreꝫ. et declarat in exemplo de curatore ⁊ consule et imperatore et de imperatore ⁊ deo. igitur ille q̄ habet regere rempublicam magis debet cogere vnũquēqꝫ subditũ domino superiori. sicut ergo imperator deberet sententiare aliquē obedire debere proconsuli contempto precepto curatoris et inferioris si contradiceret proconsuli: ita etiaꝫ si essent sub eodem diuersa ordinata scilicet si aliquis esset seruus titij et titius petri: magis deberet imperator cogere seruum seruire petro qui ē superior titio q̄ꝫ titio si titius vellet vti seruo contra dominium petri. ergo maxime debet zelare princeps pro seruando dominio supremi domini scilicet dei. et per consequens non solum licet sed debet princeps auferre paruulos a dominio parentum volentium eos educare contra cultũ dei qui est supremus et honestissimus domin⁹ et debet eos applicare cultui diuino. dico ergo breuiter ꝙ si princeps hoc faceret cum bona cautela scilicet ne parentes cognoscentes hoc futurũ occiderent paruulos et ꝙ baptizatos facerent religiose educari: bene fieret. immo quod plus est credo religiose fieri si parentes ipsi cogerentur minis et terroribus ad suscipiendum baptismum et ad seruandum postea susceptum. quia esto ꝙ ipsi non essent vere fideles in animo: tñ min⁹ malũ est eis nō posse ipune legē suã illicitaꝫ obseruare: q̄ꝫ posse eã libere seruare. itē filij eorũ si bene educarent᷑: in tertia ⁊ q̄rta ꝓgenie essent

-vere fideles. et si dicas q̃ sm̃ prophetiam Ysaie quam recitat Paulus Romanorum. 9°. reliquie israel conuertentur in finem et ideo iudeos non oportet cogi totaliter ad baptismum suscipiendū et relinquendum legē suam non valet. quia non dubito quin vera sit prophetia christi quaꝫ recitat Joan. 5°. ego veniui in nomine patris mei et non recepistis me: sed alius veniet in nomine suo illum suscipietis. ergo admin⁹ ex verbo christi erunt peruertendi quia adherebunt illi pessimo antichristo d̃ quo est sermo christi predict⁹. et si dicas q̃ visa destructione antichristi illi qui sibi adheserant conuertentur: dico q̃ pro tam paucis et sic tarde conuertendis quia modicus est fructus ecclesie et de quibus nulla est propagatio filiorum in lege christiana: non oporteret tot iudeos in tot mundi partibus tantis temporibus sustinere in lege sua perstare quia finalis fructus ecclesie de eis erit modicus. vnde sufficeret aliquos paucos in aliqua insula sequestratos permitti legem suam seruare de quibus tandem illa prophetia Ysaie compleretur. ¶ Confirmatur quod dictum est de parentibus infidelibus cogendis per minas et terrores. quia simile cōmendat concilium coletanum de quibusdam iudeis qui pridem ad christianitatem coacti sunt sicut factuꝫ est tēporibus sisebuti in quo approbabat eum tanq̃ religiosum principem quia cogebat infideles ad fidem. hec Scotus in forma.

¶ Contra eandem conclusionem arguit Durandus ponendo tres cōclusiones. prima est q̃ paruuli infidelium separatorum a dominio et cōuersatione fidelium quemadmodum sarraceni subiecti regi granate sunt separati loco et dominio a fidelibus hispanis vicinis eorum. taliuꝫ inq̃ infidelium filii non sunt eis auferendi nec ipsis inuitis baptizandi. nec in casu quo liceret fidelibus iustum bellum contra eos mouere et bona et personas eorum tollere. ¶ Secunda conclusio est q̃ si infideles subsunt dominio fidelium et cum eis in eadem terra conuersantur tanq̃ liberi sicut mercatores quandoq̃ morantur in dominio ꝛ terra fidelium et econtra: tunc non licet eoruꝫ filios ipsis inuitis rapere nec baptismo offerre. ¶ Tertia conclusio est q̃ si infideles subsint principi fideli tanq̃ serui sicut sunt iudei: tunc filii talium possunt ipsis inuitis baptizari. et hanc conclusionem que proprie est contra nostram conclusionem probat sic. quia si non: hoc maxime videretur propter rationem tactam in probatione conclusionis que in virtute talis est. q̃ q̃uis aliqui possint esse serui aliorum quo ad opera ciuilia: in his tamen que eis competunt iure naturali vel diuino nō sunt serui sed liberi. potest enim seruus comedere inuito domino et contrahere matrimonium vt habetur extra de coniugio seruorum capitulo primo. hec enim competunt eis de iure naturali. et similiter potest inuito domino credere in deum et huiusmodi que pertinent ad ius diuinum. sed baptizari pertinet ad ius diuinum. ergo cum cura paruulorum iure naturali et diuino quātum ad hoc competat parentibus manifestuꝫ est q̃ non possunt eis licite auferri vt baptizentur licet possint eis auferri vt vendantur sicut ꝛ cetere res ad opera ciuilia. hec autem ratio directe concludit q̃ iudei et ceteri infideles adulti qui sunt serui christianorum non possunt nec debent cogi q̃ baptizentur et hoc fuit p̄us concessum. sed de pueris eorum carentibus vsu rationis q̃ non possint licite eis auferri eis inuitis et baptizari: non probat. quia si auferrentur eis ꝛ baptizarentur: non fieret preiudicium pueris sed potius cōferretur eis magnum beneficium. nec parentibus eorum quia licite possunt eis auferri ꝛ vendi in seruituteꝫ fidelibus vel infidelibus prope vel longe vt alii concedunt. quo facto subtrahuntur totaliter a cura parentum et subsunt in omnibus cure eorum quibus venditi sunt. propter quod si ab eis offerantur baptismo nulli videtur fieri preiudiciuꝫ: licet predictis pueris stantibus sub cura parentum fieret preiudicium ꝛ iniuria si eis inuitis baptizarentur. nec esset decens nec securum q̃ pueri baptizati manerent sub cura infidelium. sed quia vt predictū est pueri seruorum infidelium possunt per dominum licite subtrahi a cura parentuꝫ vendendo eos vel donando aliis qui ex tunc curam eorum habent non apparet quin liceat illis quibus sunt venditi vel donati cuicunq̃ offerre eos baptismo sine preiudicio cuiuscunq̃. non sic autem licet pueros infidelium liberorum auferre a cura parentum nec per consequens offerre eos baptismo. ¶ 2°. sic ad idem. res et bona seruorum sunt dominorum suorum in quorum terris habitant vt habetur extra de iudeis et sarracenis capitulo et si iudeos. ergo res ꝛ bona iudeorum sunt principum christianorum. sed filii sunt quedam res parentuꝫ. ergo filii iudeorum sunt in potestate principum vt res eorum. possunt ergo eis vti vt placet offerēdo eos ad baptismum. ¶ 3°. quia princeps christianus domin⁹ iudeorum potest filios eoruꝫ vēdere in seruitutem terrenam. ergo fortiori ratione potest eos offerre in seruitutem diuinā quod fit per baptismum. imo videntur in hoc mereri si-

hoc faciunt propter salutem paruulorum et honorem dei et non vt parentes cogantur ad credendum quia illud non est licitum. ¶ Contra secundam conclusionē arguit Scotus probādo q̄ paruuli baptizati inequaliter participant gratiam in baptismo. quia deus predestinauit electos ad diuersos gradus glorie et hoc ante determinationem huius signi ad tantā vel tantam gratiaz conferendam. et quia ordinato ad maiorē gloriam rationabiliter potest conferri maior et maior gratia: posset deus in determinando veritatem seu certitudinē huius signi disponere conferre alicui illam gratiam que requiritur ad certitudinem huius signi: et alicui maiorem gratiam quem predestinauit ad maiorem gloriā. sed ille vltimus gradus non confertur virtute baptismi sed de speciali beniuolentia diuina. et propt̄ hoc dici potest q̄ ex parte cause principalis: effectus equalis cōmuniter datur virtute baptismi. quia supponitur de lege cōmuni q̄ prima gratia nō datur maior absq̄ omni causa alia preter causam principalem. ¶ 2°. quia causa meritoria illi⁹ gratie que cōfertur in baptismo: potest efficacius operari ad gratiam in vno q̄z in alio. vel quia specialius oblata pro vno q̄tum ad intentionez offerentis q̄z pro alio. vel quia q̄tum ad executionem pro vno oblata in effectu: pro alio non nisi in preuisione diuina. primo modo christus communiter ponitur nosse omnia que de⁹ nouit sciētia visionis et per consequens nouit omnes electos et ad quem gradū glorie fuerunt electi. potuit ergo predestinato ad maiorez gloriā pleni⁹ offerre passionez suum: et precipue cum se offert pro genere humano vt de eis impleretur predestinatio diuina. secūdo modo passio christi multo efficacius operatur pro nobis qui sumus in lege euāgelica: q̄z pro patribus in lege moysi. quia obsequium prestitum ad maius bonum acceptatur q̄z beneficium premissum. et isto secundo modo est inequalitas in suscipientibus gratiam per circumcisionem et baptismum propter inequalez applicationez cause meritorie ad eos. et forte etiam in baptizatis ante passionem et post. sed q̄ in primo modo. s. propter specialiorem obligationem in voluntate christi fit inequalitas gratie in aliquib⁹ baptizatis est possibile. ¶ 3°. quia licet paruulum comparando ad paruulum cū nullaz habeant propriam motionē: nullam habēt inequalitatem ad gratiam ex parte sui: potest tamē in parentibus vni⁹ esse maior mot⁹ pro suo paruulo q̄z alterius pro suo. vel in aliquib⁹ aliis ministrantibus vel assistentibus baptismo propter quorū merita deus vni paruulo potest conferre maiorem gratiam q̄z alteri. sed hoc non est virtute baptismi sed meriti. et hoc modo forte parentes beati Nicholai orationib⁹ suis meruerunt sibi maiorem gratiam que erat in eo etiā paruulo vel principium mirabilis effectus quia duob⁹ diebus in ebdomada vnica lactatione contentus erat tm̄. et quo ad hoc magis optandum est puerum baptizari a bono sacerdote q̄z a malo quia orationes boni sacerdotis quas multas facit ante et post baptismum: magis valent et exaudiunt q̄z orationes mali. hec Scotus. ¶ Contra tertiam conclusionem arguit Scotus probando q̄ a malo ministro preciso ab ecclesia romana totaliter in casu licet recipere sacramentum baptismi. quia preceptū superioris plus obligat q̄z preceptum inferioris. deus autez precepit baptismū suscipi. ecclesia autē prohibet cōmunicare cum tali ministro. ergo magis obediendū est diuino precepto q̄z ecclesie in casu isto quo non est inuenire alium ad baptizandū meliorez. ¶ 2°. quia plus tenetur excōmunicatus vitare aliū q̄z alius vitare eum. quia illud preceptū de vitādo non imponitur alicui nisi propter se. sed precisus vel excōmunicatus in casu isto non tenetur vitare aliuz imo tenetur non vitare. si enim talis precisus sciret paruulum aliquem nō baptizatum stati moriturum: tenetur necessario eum baptizare. et ita non vitare in casu baptizandi. hoc probat̄. quia si inueniret eum expositum periculo vite corporalis propter famē: tenetur necessario eum nutrire ad saluandum vitā corporalē. magis enim tenetur diligere vitā eius spiritualem q̄z corporalē. ergo quando paruulus est expositus periculo vite spiritualis: tenetur ille sibi conferre remediuz necessarium ad vitā spiritualem. ergo multo magis alius non tenet̄ eum vitare de cōmunicādo cuz eo in tali casu vel actu. ¶ 3°. quia Augustin⁹ de baptismo ꝯtra donatistas libro. 8°. cito post principium videt̄ dicere q̄ adulto licet recipere baptismuz a preciso si alius minister haberi non potest. melius est eni q̄ a tali recipiat: q̄z q̄ de hac vita sine baptismo discedat. ¶ 4°. quia in casu quo pater paruuli non posset habere ministrum idoneum et iminet periculū mortis: tenetur necessario offerre illū preciso. quia nimis esset durum dicere q̄ tenet̄ paruulū suū permittere damnari perpetuo cum posset habere aliquē qui euz baptizaret s̄m illud de conse. distin. 4ª. roman⁹ vbi dicitur in fine. roman⁹ pontifex non attēdit hominem qui baptizat sed deuz et si paganus sit q̄ baptizat. et p̄ma. q. p̄ma si fuerit: non exhorreat

columba

colibꝫ ministeriũ maloꝝ. hec Scotus. ¶ Cõtra q̃rtã conclusionem arguit Durandus probando ꝙ in nullo casu potest malus minister baptizare quin baptizet vt minister et per consequens qui peccet. quia illud quod non potest facere aliquis nisi minister: non potest facere nisi vt minister. ſꝫ administrare quodcũq꜠ sacramentum nõ potest nisi minister tm̃ ille. s. qui ex ordinatione diuina ẽ minister. quia minister est de necessitate sacramẽti sicut materia ⁊ forma. ergo nullus potest ministrare quodcũq꜠ sacramẽtum nisi vt minister. et ideo quicũq꜠ baptizat si est verus baptismus: oportet ꝙ sit minister veri baptismi ⁊ baptizet vt minister: licet non baptizet cum solẽnitate instituta ab ecclesia. solẽnitas enim nõ dat ei esse ministrum sed est signum ministerij sui. ¶ 2°. arguit ꝙ nullus casus necessitatis excuset eum. qꝛ casus euitabilis non est casus necessitatis excusantis a peccato quia tollit rationem voluntarij. sed talis est casus noster. quia si incumbat alicui baptizare puerum morientem ⁊ est sibi conscius alicuꝰ peccati mortalis: in potestate eius est habere displicentiã de peccato illo: et tunc potest sine scrupulo puerum baptizare. ergo talis casus necessitatis nõ excusat baptizantẽ quin peccet. hec ille.

QUantuz ad articulũ tertium primo notanduz est ꝙ vt. S. Tho. docet pͥma secunde. q. 94. arti. 4. capiendo naturam hominis que est homini propria: ad legem nature pertinent illa ad q̃ homo naturaliter inclinatur. ea autem sunt que ratio recta dictat. huiuscemodi autem inclinatio aliter est in homine ſm rationem speculatiuam ⁊ aliter ſm praticam. quia enim ratio speculatiua precipue versatur circa necessaria que impossibile est aliter se habere: absq꜠ aliquo defectu inuenitur veritas in conclusionibus proprijs sicut et in principijs cõmunibus. ex quo fit ꝙ in speculatiuis eadẽz sit veritas apud omnes tam in pͥncipijs q̃ȝ in conclusionibus: licet veritas nõ apud omnes cognoscatur in ipsis conclusionibus sed solum in principijs que dicuntur cõmunes animi conceptiones. apud omnes enim veruz est ꝙ triangulus habet tres angulos equales duobus rectis: quãuis hoc non sit omnibus notuz. ratio vero pratica versatur circa contingentia in quibus sunt operationes humane. et ideo si in cõmunibus sit aliqua necessitas: et tamen quãto magis ad propria descenditur: tanto magis inuenitur defectus. et inde est ꝙ in operatiuis non est eadem veritas vel rectitudo pratica apud omnes q̃ȝm ad propria: sed tantũmodo q̃ȝm ad cõmunia. et apud illos apud quos est eadem rectitudo in proprijs: non est equaliter omnibus nota. apud omnes enim hoc verum est et rectum vt ſm rationem agatur. ex hoc autem principio sequitur quasi conclusio propria ꝙ deposita sint reddẽda. et hoc quidem vt in pluribus verum et rectum est. sed potest in aliquo casu contingere ꝙ sit dãnosum et per consequens irrationabile si deposita reddantur: vt si aliquis petat arma deposita ad impugnandum patriam. et hoc tanto magis inuenitur deficere: quãto magis ad particularia descenditur. quãto enim plures cõditiones particulares apponuntur: tanto pluribus modis poterit deficere vt non sit rectum vel in reddendo vel i nõ reddẽdo. hec. S. Tho. Ex qbꝰ i articulo sequẽte ipse deducit ꝙ licet q̃ȝm ad prima principia lex nature sit omnino imutabilis: verũtamẽ q̃ȝm ad conclusiones proprias primis principijs propinquas: lex naturalis mutabilis est in quibusdam casibus propter speciales causas: q̃uis vt in pluribus sit rectum semper quod lex naturalis habet. et inde est ꝙ licet dominium et seruitus sint de iure gentium vt Ysidorus dicit quinto libro ethimologiarũ quod a primeuo iure nature non recedit: nisi quia illud omnibus animalibus cõmune est: ius vero gentium solis hominibus prout Sanctus Thomas notat secũda secunde questione. 57. articulo tertio. Et tamẽ vt ipse Doctor Sãctus inquit eadẽz summa. q. 10. articulo. 10. in corpore: potest iuste per sentẽtiã vel ordinationem ecclesie auctoritatem dei habentis: ius dominij vel prelationis tolli ab infidelibus super fideles: eo ꝙ infideles merent potestatem amittere super seruos suos qui transferuntur in filios dei. et loquitur de seruis infidelium qui eoruz serui erant anteq̃ȝ christiani fierẽt. vnde circa ĩfideles qui temporali subiectione ecclesie et membris eius subijciuntur: hoc ius ecclesia statuit vt seruus iudeorum cum fuerit factus christianus: statiȝ a seruitute liberetur nullo precio dato si fuerit vernaculus idest in seruitute natus. et consimiliter si infidelis existens emptus fuerit ad seruituȝ. si autem fuerit emptus ad mercationem: tenetur eum infra tres mẽses exponere ad vendendum. nec in hoc ecclesia iniuriã facit. quia cũ ipsi iudei sint serui ecclesie: potest disponere de rebus eorum. in illis vero infidelibus qui temporaliter ecclesie vel eius membris non subiacent: predictum ius ecclesia non statuit: li-

cet possit statuere de iure et hoc facit ad scandalum vitandum. hec Sanct' Thomas. Item quamuis coniunctio viri et vxoris per matrimonium sit de iure nature secundum illud Gene. 2°. propter hoc relinquet homo patrem et matrez et adherebit vxori sue secundum intellectum domini Matthei. 19. vbi etiam id esse de iure diuino manifestum est. verumtamen in aliquo casu ordinatione ecclesie coniunctio matrimonialis predicta dissoluitur: vt si infidelis cohabitare non vult cum fideli sine contumelia creatoris prout dici habet infra. l. distinctione. 39ª. ¶ Ex quibus inferimus quod quamuis lege naturali filius ante pubertatem subijciatur cure parentum et parentes iure nature disponere habeant circa filios et eis prouidere circa ea que ius naturale vel diuinum concernunt: quia tamen huiuscemodi ius vel lex naturalis cum sit rationis pratice ac per hoc circa particularia et contingentia versetur: defectum et mutabilitatem habere potest: ita vt aliquando propter occurrentes causas speciales non sit rectum legem ipsam naturalem obseruare. ideo causis occurrentibus rectum et iustum esse potest filios a quorundam parentum cura subtrahere per eum qui potest. vnde si parentes vellēt filias prostituere vel filios suos malos mores docerent: iuste sibi tutela filiorum auferretur et merito priuarentur iure patrie potestatis. in his certe casibus nō iam parentes censendi essent sed magis hostes filiorum. Cum ergo parentes iudei vel pagani filios suos doceant legem iniquam et eos inimicos christiane fidei facere cōtendant et in odium christi qui ē eorum verus pater et dominus eos nutrire toto animo studeant in malum ipsorum et in eternam damnationez: videtur quod per eum qui preest reipublice cuius ipsi parentes et filij sunt partes: possint et debeant filij auferri a parentum cura. quēadmodum et propter alia minora crimina nonnumquam id de iure facere dignoscuntur.

¶ Secundo Notandum est quod quamuis administratio sacramentorū et ea que sunt iuris diuini non subiacēt potestati et iurisdictioni principum secularium nisi secundum ordinationez ecclesie cui claues celestis regni et bonorum spiritualium collate sunt: videtur quod solo precepto vel dispositione principum secularium filij impuberes infidelium etiam sibi subditorum: nec baptizari debeāt inuitis parentib' neque a cura vel tutela ipsorū auferri propter peccatum infidelitatis. aut propterea quod parentes filios detinent et nutriunt in peccato infidelitatis nec illos fidem christianam recipere permittunt. Probatur primum. quia illud principibus secularibus et prelatis etiam papa inferioribus prohibitum est per ecclesiam in capitulo qui sincera. et capitulo de iudeis. 45.ª distinctione. Item extra de iudeis et sarracenis capitulo sicut iudei. Secundum probatur ex eo quod ecclesia ritus infidelium sibi subditorum tollerat et a christianis tollerari precipit: neque circa eos permittit illos vexari vt in dicto capitulo sicut iudei. et capitulo et si iudeos. et multum aperte in predicto capitulo qui sincera. Ex quo sequitur quod contra ecclesie tollerantiam et ordinationem sit principes seculares et alios papa inferiores filios infidelium a cura parentum subtrahere propterea quod in damnabili sua credulitate falsis ritibus filios instruant. Quod autem infideles tollerandi sunt ab ecclesia in ritibus suis propter causam rationabilem probat Sanctus Thomas secunda secunde questione decima articulo vndecimo. Sūm' tamen pōtifex vices christi gerēs in terris qui nullis ecclesiasticis legibus astringitur nec predecessorū summorum pontificum canonibus coartatur vt in capitulo significasti extra de electione. et. 25ª questione prima capitulo ideo permitēte. §. his ita respondetur: potestatez habet de filijs infidelium vtroque modo disponere si aliquando videbitur expedire. non solum propter plenitudinez potestatis sicut vicari' christi in terris: sed et maxime ex speciali christi commissione qua Petro et eius successori dictum est pasce oues meas Ioā nis vltimo. pastus hic intelligitur cōmuni doctorum sententia et verbo fidei et exemplo vite et sacramentorum dispensatione. oues autem christi dicti sunt vniuersi orbis homines qui iudeorum et gentilium populis comprehenduntur. Iuxta quod domin' ait per prophetā Ezechielis. 34. errauerunt greges mei in cunctis montibus et in vniuerso colle excelso et super omnem faciez terre dispersi sunt greges mei. Quod et redemptor noster satis innuit Ioānis decimo vbi dixit. et alias oues habeo que nō sunt ex hoc ouili et illas oportet me adducere et vocem meam audient et fiet vnum ouile et vnus pastor. que verba exponens Gregorius in homelia ait. quasi ex duobus gregibus vnum ouile efficit: quia iudaicum populum et gentilem in sua fide coniungit. Paulo attestante qui ait: ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Cui consonat quod ecclesia in festo beati Petri precinit dicens. Tu es pastor ouium princeps apostolorum: tibi tradidit deus omnia regna mundi. Unde videtur ex predicta christi cōmissione quod papa possit iudeorum et infi-

delium filios impuberes a parentibus cura amouere et illos bonis viris fidelibus in fide christi educandos cõmittere quorum prouidentia baptismum et alia ecclesie sacramenta suscipiant. Et confirmatur. quia vt scribitur Actuum decimo beato petro facto in mentis excessu dum videret celum apertum et descendens vas quasi lintheum magnum in quo erãt omnia quadrupedia et serpentia terre et volatilia celi: similis facta est beato petro cõmissio ad pascẽdas omnes gẽtes cibo spirituali. vnde facta est vox ad eum dicens surge petre occide et manduca. In quibus verbis petrus intellexit sibi esse preceptum q non solum iudeos sed etiaz gentiles ad fidem reciperet et sacramentorum pascua cunctis gentibꝰ tribueret. vnde cornelio ⁊ his qui cum illo erant dixit. mihi ostendit deus neminem cõmunem aut imundum dicere hominem propter quod sine dubitatione veni accersitus. vbi interlinearis sic dicit. Intellexit petrus de omnibus gentibus dictum esse: quia nullus homo discernendus est cum apud deuz non sit personarum acceptio. Et super verbo omnia quadrupedia inquit glosa Bede marginaria. omnes gentes crediture et in vnitatem corporis christi assumende vt omnes efficiantur mẽbra eius. et infra. precepit ergo gentes per incredulitatem foris positas societati ecclesie quam petrus significat inseri. hec Beda. vnde notandũ est verbum precepit. ex quo videtur q commissio facta Petro de ouibus christi idest vniuersis gentibus ad ouile ecclesie adducendis: est preceptiua pro loco ⁊ tempore. Et q non tantũmodo oues et agni petentes ⁊ volentes sed etiam renuentes ad pascua fidei et sacramentorum debeant compelli: apparet tum ex eo q in proxima auctoritate Actuum decimo dictuz est petro surge petre occide et manduca. vbi in verbo surge indicatur sibi sollicitudo. cum autem dicitur occide designatur q etiam flagellis vel alio modo coactionis ad fidem ex omni gẽte trahẽdi sunt. vnde glosa ordinaria exponit. occide idest mortifica et macta vt hostiam deo facias. vt deducti de vetustate: in nouitatem transeant. Tum etiam et multum aperte id patet ex illo verbo domini Luce decimo quarto. exi in vias et sepes et compelle eos intrare vt impleatur domus mea. vbi vtrũq populuz dominus iubet compelli et gentilem et iudaicum prout Gregorius in homelia exponit. cũ de vi

is et plateis ad cenam quosdam dominus vocat: illum populuz designat qui tenere legis vrbanam conuersationem nouerat scilicet iudaicum. cum vero conuiuas suos colligi ex vijs et sepibus precipit: agrestem populum idest gentilem querit. Unde Augustinus de verbis domini sermone trigesimo tertio in persona eorũ qui sepibus herent inquit. voluntate nostra intremus. et respondet non hoc dominus imperauit. coge inquit intrare. foris inueniatur necessitas: nascatur intus voluntas. Et in epistola ad Bonifacium comitez. vbi est inquit q isti scilicet donatiste clamare consueuerunt. liberũ est credere vel non credere. cui vim christus intulit. quem coegit? ecce habent Paulum apostolum. agnoscant in eo prius christum cogentem et postea docentem. prius ferientem ⁊ postea consolantem. mirum est autem quomodo ille qui pena corporis ad euangelium coactus intrauit: plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt in euangelio laborauit. et quez maior timor compulit ad charitatẽ: eius perfecta charitas foras mittit timorem. cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios vt redirent: si perditi filij coegerunt alios vt perirent. hec Augustinus. Idem in epistola ad donatum presbyterum. dicis inquit deum dedisse liberum arbitrium: ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. attende ergo quod considerare non vis. nam quis nesciat nec damnari hominẽ nisi merito male voluntatis: nec liberari nisi bonaz habuerit voluntatem? non tamen ideo qui diliguntur: male sue volũtati impune et crudeliter permittendi sunt. sed vbi potestas datur a malo prohibendi sunt et ad bonum cogendi. naz si voluntas mala semper sue permittenda ẽ voluntati: quare paulus non est permissus vti pessima voluntate qua persequebatur ecclesiam. sed prostratus est vt excecaretur. et excecatus est vt mutaretur. si voluntas mala semper sue permittenda est libertati: quare monetur pater in scripturis sanctis filium durum non soluz verbis corripere: sed etiam latera eius tundere vt ad bonam disciplinam coactus ⁊ domitꝰ dirigatur. Unde et ipsi dicit. tu quidem percutis eum virga: animam autem eius liberas a morte. si mala voluntas semper sue permittenda ẽ libertati: quare corripiuntur neglegẽtes pastores et dicitur eis errantem non reuocastis: perditam ouem non inquisistis. nõ ideo vobis di-

pliceamus quia reuocamus errantes et querimus perditos. melius enim facimus voluntatem domini monentis si vos ad eius ouile redire cogamus: q̄ȝ consentiamus voluntati omnium errantium vt perire vos permittamus. noli ergo iam dicere quod te assidue audio dicere sic volo errare sic volo perire. Et parum infra. si ergo salus ista corporalis sic custodienda est vt etiam in nolentibus ab eis qui eos diligunt seruetur: quanto magis illa spiritualis in cuius desertione mors eterna metuitur. Et in epistola ad vincentium donatistam. putas inquit neminem debere cogi ad iusticiam cum legas patremfamilias dixisse seruis. quoscunqȝ inueneritis cogite intrare: cum legas etiam ipsum primo saulum postea paulum ad cognoscendaȝ ꝛ tenendam veritatem: magna violentia christi cogentis esse compulsum. et putas nullam vim adhibendam esse homini vt ab erroris pernicie liberetur cum ipsuȝ deum quo nemo nos vtilius diligit: certissimis exemplis hoc facere videas: et christum audias dicenteȝ nemo venit ad me nisi quem pater attraxerit. quod facit in cordibus omnium qui se ad eum diuine iracundie timore conuertunt. Et infra. vides itaqȝ iaȝ vt opinor non esse considerandum ꝙ quisqȝ cogitur: sed quale sit illud quo cogitur vtrum bonum an malum. nō quo quisqȝ bonus possit esse inuitus: sed timendo quod non vult pati: vel relinquit impedienteȝ animositatem: vel ignoratam compellitur cognoscere veritatem. vt timens vel respuat falsum de quo contendebat: vel querat verum quod nesciebat et volens teneat iam quod nolebat. hec Augustin⁹. Et infra. mea primitus sententia erat neminē ad vnitatem christi esse cogēdum. verbo esse agendum. disputatione pugnandum. ratione vincēdum ne fictos catholicos haberemus quos apertos hereticos noueramus. sed hec opinio mea non contradicentium verbis: sed demonstrantium superabatur exemplis. ¶ Si quis autem contendere velit ꝙ supradicte auctoritates loquantur de his qui fidem christi in vnitate ecclesie primo receperāt et heretica peste aut damnabili scismate postea aberrauerunt: attendant ꝙ beatus paulus cuius exemplum tanta sollicitudine Augustinus commemorat: ad fidem christi non prius ab eo susceptam sed magis peruersa animositate impugnatam denuo venire coactus est. attendant preterea verba domini supra commemorata ex euangelio Luce decimo quarto et Actuum decimo in quibus omnes generaliter extra ecclesiam existentes compelli iubentur intrare. ¶ Secundum ergo premissa dicendum videtur ꝙ vbi Sanct⁹ Thomas tenet ꝙ paruuli iudeorum vel paganoruȝ baptizari non possunt inuitis parentibus neqȝ ipsis prouideri circa ea que sunt iuris diuini vel naturalis: loquitur de potestate principum secularium et prelatorum ecclesie inferiorum papa. qui saltem in concernentibus fidem et fidei sacramenta: preceptis ꝛ prohibitionibus ecclesie ac summi pontificis subiacēt ꝛ obedire tenētur. non enim istud possunt de iure facere prohibentibus ecclesie ordinationibus et statutis supra allegatis. Non autem loquitur de sūmo ecclesie prelato scilicet papa qui vices christi gerit in terris plenitudinem potestatis habens in orbe. cui vniuersi homines qui oues sunt christi in persona petri commisse fuerūt vt eas pascat virentibus herbis ad eternam gloriam nutriētibus que sunt ecclesie sacramenta. ad quorum pascua nullus hominum habet accessum nisi primo ad ouile christi quod est ecclesia introducatur. hic enim supremus pastor ouium christi cū habeat a christo plenitudinem potestatis nullis hominū statutis aut regulis coartatur. neqȝ etiam predecessorum summorum pontificum legibus cogi potest vt premissum est. vnde nō obstantibus supra allegatis prohibitionib⁹ ecclesie de non baptizandis infidelium paruulis: ille absqȝ alicuius iniuria potest contrauenire si aliquando id fieri iudicabit. Quod autē vsqȝ adhuc summus pontifex id fieri nō preceperit: causa videtur esse non ex defectu iuris sed quia non expedit. multa enim sunt licita que fieri nō expediunt prout apostolus dicit prima Corinthioruȝ sexto. Et possunt assignari rationes quare id nō expediat: sed precipua videtur esse quia probabiliter credi potest ꝙ si consuetudo ecclesie esset paruulos infidelium inuitis parentibus baptizare: immineret paruulis periculuȝ mortis. nam multi potius eligerent filios mox natos interficere q̄ȝ ipsis inuitis baptizatos videre. et maxime si post baptismum ipsis auferri deberent. si autem eos post baptismuȝ parentibus dimitterēt nutriēdos: verisimile est ꝙ eos a fide christi illos reuocare contenderent et suis ritib⁹ ac erroribus assuefacere studerent quod esset in dedecus christiane fidei et in baptizatorum par-

uulorum detrimentum et plus nocerent oculti
heretici q̄ȝ aperti infideles. Uel sicut in capitu
lo de iudeis quadragesima quinta distinctione
dicitur: non sunt vt trahendi homines ad cre-
dendum sed potius suadendi vt integra sit for
ma iusticie. sicut enī homo propria arbitrij vo-
luntate serpenti obediens perijt: sic vocante se
gratia dei: propria mentis conuersione quisq̄ȝ
credendo saluatur. Et hanc rationem videtur
pretendisse beatus iacobus dicens hermogeni
vade liber quocunq̄ȝ volueris. non enim disci-
pline nostre est vt inuitus aliquis conuertatur.
verum q̄ hec ratio magis probat propositū d̄
adultis q̄ȝ de paruulis vsu liberi arbitrij caren-
tibus. ¶ Rursus videtur q̄ Sanctus Thomas
loquatur in casu quo filij infidelium apud parē
tes sint. naȝ si a parentibus distrahantur vel ip
sorum morte vel quia dominus filios vēdit do
minis longe distantibus ita q̄ parentū cura sub
ueniri non possint: videtur q̄ ipso facto domi-
ni in cuius sunt potestate vel alij quibus ipsi cō
miserint: ius in eos habeant quasi patrie pote-
statis. ac per hoc q̄ eorum prouidentia bapti-
zari possint inuitis parentibus. non enim vide-
tur q̄ in tali casu expectari aut requiri d̄beat cō-
sensus parentum in remotis degentium et qui
nullo modo curam filiorū iā habent sed sunt
magis vt mortui reputandi. non enim dicen-
dum est q̄ huiuscemodi paruulis remedium d̄-
sit salutis. Unde talis ordo videtur esse circa
curam paruulorum vsu rationis carentium q̄
regulariter parentes curam habent iure natu-
re filiorum quorum voluntas interpretatiua ē
parentum voluntas quamdiu vsu rationis ca-
rent. vnde et pater testatur pro filio et eligit ei
sepulturam. decedentibus autem vel absenti-
bus parentibus: curam filiorum habent eorū
tutores si dati sint. in quo casu si paruuli serui
sunt: eorum domini videntur esse tutores. q̄ si
aliquo casu nec dominos habeant nec sint eis
dati tutores: videtur sicut de expositis contin-
git q̄ quicūq̄ȝ eos sub cura sua recipiat: sit eorū
tutor. quia quod in nullius iure est: occupāti cō
ceditur. q̄ si adhuc talis tutor voluntarius de-
ficeret: videtur q̄ ipsi paruuli impuberes mane
rent sub cura et tutela ecclesie et summi pasto-
ris cōmissione christi cu⁹ tales paruuli sunt ag-
ni. iuxta illud Joannis vltimo pasce agnos me
os. in quo casu per ecclesiam deberet eis proui
deri de necessarijs non minus ad vitaȝ spiritua

lem q̄ȝ corporalem.

¶ Tertio Notandum est pro decla
ratione secunde conclusio
nis q̄ vt Sanctus Thomas deducit in hac q̄n
ta distinctione questione secunda articulo secū
do sub articulo tertio: effectus alicuius cause du
pliciter dicitur scilicet per se et per accidēs. per
se quidem dicitur effectus alicuius cause illud
quod per ipsū producitur ad quod ex ratione
causalitatis est ordinatum. sicut domus dicitur
effectus per se domificatoris: quia per arteȝ do
mificatiuaȝ que est ratio sue causalitatis: ad ta-
lem effectum ordinatur. effectus per accidens
alicuius cause ille dicitur ad queȝ causa non or
dinatur ex ratione sue causalitatis: sed produ-
citur ab ipsa causa ex consequenti quia accidit
vel coniungitur effectui per se. quemadmoduȝ
habitatio domus ad quam ex ratione artis do
mificatorie: domificator non per se ordinatur.
nam habita domo constructa: est habitus finis
et terminus artis edificatorie siue domus inha
bitetur siue nō. Scđm hoc ergo dicim⁹ q̄ effect⁹
directe et per se baptismi est ille ad quem ordi-
natur ex opere operato idest ex virtute baptis-
mo a sui institutione collata: sicut est regenera
tio hominis in vita spirituali: christo incorpo-
rari: ablatio peccati et alij similes effectus. effe
ctus autem non directe et per se baptismi ē qui
consequitur ad baptismum non per se ex ope-
re operato seu ex virtute baptismo collata: sed
vel ex dispositione suscipientis baptismum: vel
ex merito vel deuotione baptizantis aut offe-
rentis aut etiam dei specialiter miserentis: vel
qualitercunq̄ȝ talis effectus aliunde eueniat q̄ȝ
ex vi operis operati ipsius baptismi. loquendo
ergo de effectu baptismi directe et per se idest
ex vi operis operati: baptismus equalem effe-
ctum habet in omnibus baptizatis. sm̄ quē mo
dum magister dicit in littera. nec melior est bap
tismus qui per meliorem datur: nec minus bo
nus qui per minus bonum datur: nec malus q̄
per malum datur. nec maius munus datur in
baptismo dato a bono: nec minus in baptismo
dato a malo sed equale quia nō est munus ho-
minis sed dei. loquendo vero de effectu per ac
cidens vel ex consequenti sm̄ modum dictum
non omnes baptizati equalem percipiunt bap
tismi effectū. veruntamen quia in paruulis bap
tizatis ante vsum rationis nihil est ex parte ip-
sorum per quod magis vel minus ad recipien-

dum effectum baptismi disponantur quia omnes quasi pro dispositione habēt eandem fidez et deuotionem ecclesie et omnes pariformiter carent dispositione que fit per vsum liberi arbitrij: ideo cōmuniter dicitur ꝙ paruuli baptizati equalem percipiunt baptismi effectuz. sed hoc est intelligendum q̄ꝫ[m] est ex parte ipsorum. naz ex merito vel deuotione vel offerentiū vel baptizantium vel etiam ex speciali dei prouidentia ac misericordia: possibile est ꝙ in paruulis vn[9] alio percipiat pleniorem et perfectiorem baptismi effectum quemadmodum in adultis.

¶ Quarto Notandum est pro declaratione quarte cōclusionis ꝙ dupliciter potest intelligi aliquē baptizare vt est minister baptismi. vno modo quia baptizat non per virtutez propriam sed vt q̄dam instrumentum animatum principalis agētis habens ab illo virtutem quandam operandi non per modum forme inmanentis sed ꝑ modum intentionis transeuntis: et isto modo quicūq; baptizat siue in casu necessitatis siue extra illum et siue sit persona ecclesiastica siue laica et siue vir siue mulier et siue sit fidelis siue infidelis: baptizat vt minister dumtamen seruet formam ab ecclesia institutam et habeat intentionem baptizandi saltem faciendi quod facit ecclesia. Alio modo dicitur aliq̄s baptizare vt minister quia baptizat ex officio s̄m institutionez ecclesie idest qui deputatus est ab ecclesia ad officium baptizandi exercenduz: et isto modo solus sacerdos est minister sacramenti baptismi vt de consecratione distinctione quarta cōstat. qui non solum dicitur minister sacramenti baptismi quia baptizat non propria auctoritate et virtute sed per virtutem principalis agentis sibi intentionaliter collatam: s̄m quem modum omnis qui baptizat dicitur minister christi qui est principaliter baptizans s̄m illud Joannis primo: super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto: et ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei: sed etiam dicit̄ minister eccl̄ie idest ab eccl̄ia deputat[9]. Scd̄m hec ergo dicimus ꝙ quarta conclusio debet intelligi de baptizante vt est minister non primo modo solum sed etiam secundo modo qui scilicet ē et minister christi et minister ecclesie idest ab ecclesia deputatus ad officium baptizandi cum certa solemnitate. que licet non sit de substantia sacramenti: concernit tamen officiū baptizandi s̄m institutionem ecclesie quam nō licet pretermittere absq; peccato nisi necessitate imminente prout Sanctus Thomas inquit in hac quinta distinctione questione secunda articulo primo sub articulo primo. Circa hoc tamen videtur distinguendum inter excōmunicatum vel suspensum: et inter illum qui est in peccato mortali non precisus ab ecclesia. naz sacerdos excōmunicatus vel suspensus imminente casu necessitatis baptizandi puerum si non habet in promptu qui illum possit absoluere: non peccat baptizans absq; solemnitate sicut vetula vel paganus in tali casu baptizaret. nam nō est in potestate sua impedimentum excōmunicationis auferre et tenetur liberare pueruz ab eterna morte illum baptizando. si autez habet in promptu absq; periculo mortis pueri baptizandi qui illum absoluere possit: tenetur absolutionem petere modo debito vt absolutus ac mundus possit baptizare cuz solemnitate sicut minister ecclesie. alias videtur ꝙ peccet baptizando absq; debita solemnitate. non enim licitum est ministro ecclesie ministerium suum exequi qualitercūq; sed modo ab ecclesia istituto. vnde videtur ꝙ propri[9] sacerdos teneatur solemniter baptizare quandocūq; aliquem baptizat: nisi periculum mortis baptizandi impediat solemnitatem. Si vero sacerdos existens in peccato mortali nō tamen ab ecclesia precisus casu necessitatis imminēte baptizat absq; solemnitate vt vetula: non videtur excusari et a peccato omissionis quia scilicet omittit baptizare modo instituto ab ecclesia ⁊ vt ecclesie minister et a peccato cōmissionis quia sacra pollut[9] tractat. et quāuis peccaret etiam mortaliter omittens baptizare vel si existens ī peccato mortali baptizaret cum solemnitate et vt minister ecclesie: non tamen dicendus est perplexus. nam in tali casu absq; periculo mortis pueri: posset sacerdos saltem conteri de peccato et ita absq; peccato baptizare. et si multa sint peccata quibus irretitus est ita vt de singulis specialiter cōteri non posset vrgente periculo mortis pueri adminus in generali posset conteri. et in tali casu necessitatis id sufficeret ad baptizandum cū solemnitate et vt ecclesie minister sine eo ꝙ peccatum nouum incurreret. Unde cum Sanct[9] Thomas dicit ꝙ sacerdos existens in peccato

mortali non peccat si baptizet in articulo necessitatis non quasi minister ecclesie sed sicut vetula baptizaret: videtur q intelligat illum nō peccare pro eo q existens in peccato mortali non abstinet se a baptizando et sacra tractando sicut peccaret extra casum necessitatis. quoniam in tali casu ad baptizandum tenetur ne puer sine baptismo moriat et pereat eternaliter: multo magis q̄z fame morientem pascere. non autem intendit dicere illum non peccare pro eo q baptizat existens in peccato cum possit a peccato mundari. item et pro eo q non exercet officium suum sm modum ab ecclesia institutuz cū possit modo supra exposito. vel loquitur de illo qui positus in magna pressura subueniendi puero periclitanti: non meminit peccata recolere z de eis conteri et necessitas periculi non patitur illum solemniter baptizare. vel forte loquitur de existente in peccato mortali qui etiaz est ab ecclesia precisus et non potest in promptu habere iudicem qui illuz absoluat. sed hoc vltimū minus videtur de mente sua.

Quantuz ad articulum quartum respondendum est obiectionibus contra conclusiones. Et quidez ad argumenta Scoti et Durādi cōtra primam conclusionē patet responsio ex his que dicta sunt in secundo notabili. recte enim concluderent suum propositum: nisi principib⁹ et alijs inferioribus papa prohibitum fuisset cōpellere infideles ad fidem suscipiendaz. et q̄z iura prohibitiua videantur loqui de infidelib⁹ adultis non cogendis: quia tamen voluntas filiorum impuberum est de iure voluntas parentum cū ipsi filij libero careant arbitrio: ideo nec parentes cogendi sunt ad fidē in seipsis nec in filijs nisi in casibus in secundo notabili annotatis. ¶ Ad argumenta Scoti contra secundam conclusionem dicitur q non militant contra cōclusionem nostram. nam procedunt de effectu baptismi per accidens vel ex consequenti: qui prouenire potest aliunde q̄z ex opere operato sacramenti. nostra autez conclusio loquitur de effectu directe et per se baptismi qui prouenit ex ipso opere operato. qui equalis est in omnibus paruulis vsu rationis carētibus quod et arguens concedit. ¶ Ad argumenta contra tertiam conclusionem dicitur q non militant contra conclusionē. pbāt enim q in casu necessitatis a malo ministro preciso ab ecclesia romana licitum est sacramentum recipere. quod et nos concedimus si necessitas sit omnino vrgens ita q aliter subueniri non possit recipienti baptismum nisi per malum ministrum. ¶ Ad argumēta Durandi contra quartam conclusionem dicitur ad primum q procedit de ministro generaliter sumpto pro eo qui non per propriam suam virtutem baptizat sed per virtutez alteri⁹. nostra autem cōclusio loquitur de ministro magis stricte qui scilicet est per ecclesiam minister deputatus sub certa forma et solēnitate sine q non se gerit quis vt minister ab ecclesia deputatus sicut in quarto notabili deductum fuit. vnde argumentum non militat contra conclusionem. ¶ Secundum argumentuz concedimus. non enim procedit contra mentē Sancti Thome prout in quarto notabili declaratū ē. ¶ Ad argumentum ante oppositum respondet Sanctus Thomas secunda secunde questione decima articulo duodecimo ad secundum q a morte naturali non est aliquis eripiendus cōtra ordinem iuris ciuilis. puta si quis a suo iudice condemnetur ad mortez temporalem: nullus debet eum violenter eripere. vnde nec aliquis debet rumpere ordinem iuris nature quo filius ē sub cura patris vt eum liberet a periculo mortis eterne. Idem respōdet tertia parte questione sexagesima octaua articulo decimo ad pmū. Et secūdo quodlibet articulo septimo ad secūdum. Et in hoc articulus terminatur.

Circa precedentes distinctiones queritur vtruz baptismus aut confirmatio a ficto suscepta: recedente fictione sortiatur suum effectum et arguitur q non. quia opus mortuum qd est sine charitate: non potest vnq̄z viuificari. sed ille qui fictus accedit ad baptismum vel confirmationē: recipit sacrz sine charitate. ergo nūq̄z potest viuificari hoc modo vt gratiam cōferat. ¶ In oppositū arguitur. quia dicit Augustin⁹ in

libro de baptismo. tūc valere incipit ad salutē
baptismus: cū illa fictio veraci cōfessione reces-
serit. qui corde in malicia pseuerante vel sacrile
gio peccatoꝝ: oblationē nō sinebat fieri. ¶ In
hac q̄stione erūt quattuoꝛ articuli vt supra.

Quantum ad p
mū articulū sit ista conclusio ꝙ
q2 character quodā modo dis-
ponit ad grām: ideo recipiēti
characterē semꝑ grā confertur
nisi ponat obicē fictiōis. quo tū remoto: gratia
ipsa confert. Hāc cōclusionē tenet. S. Tho. sup
distin. 4. q. 3. arti. 2. sub. arti. pmo et. 3°. Et. 3ª
pte. q. 69. articulis. 9. et. 10.

Quantū ad se-
cundū articulū arguit cōtra cō
clusionē cōtra quā arguit Du-
rādus pumo. q2 effect⁹ in actu
requirit causā in actu vt videt
2°. phy. sed in eo q̄ pus ficte recipit baptismum
et postmodū recedit fictio: nō suscipit actu ba-
ptism⁹. ergo nō pōt eē in eo actu aliq̄s effectus
baptismi. ¶ 2°. q2 dispositio necessitatis ad foꝛ
mā: nūq̄ pōt stare cū opposito forme q̄cq̄d sit d̄
dispositiōe necessitatis ad motū. sicut dispositio
necessitatis ad formā ignis: nō pōt stare cū foꝛ
ma aque. s3 charact pōt stare cū opposito grē. g̊
character nō est dispositio necessitatis ad grām.
¶ 3°. q2 illud ꝑ quod homo disponit ad aliq̄d
simpliciter et nō s̄m bene: nō ē dispositio neces-
sitatis ad grām. q2 qđ simplicit dicit et absolute
indifferēs est ad bene vel male. grā autē deter-
minat ad id qđ ē bene. sed character dispōit ad
aliq̄d agendū simplr et nō s̄m determinationē
ad bene. ergo et cetera. ¶ 4°. quia illud nō est
dispositio necessitatis ad grām: sine quo datur
gratia et cū quo nō dat. sed sine charactere dat
gratia vt in baptismo flaminis: et cū charactere
quādoq3 nō dat vt in ficte accedētib⁹. ergo ꝛ c.
¶ 5°. quia si in sacris est subiectiue aliq̄ virt⁹ spi
ritualis agēs ad effectū baptismi: tūc non appa
ret qualit recedēte fictione: baptism⁹ p̄us susce-
ptus possit de nouo hr̄e aliquē effectū: q2 virt⁹
illa agit de necessitate nature nec agere pōt nisi
dū ē. sed talis virtus nō est nisi in actuali exhibi
tione: trāsit eni et nō ꝑmanet. igit nihil pōt nisi
in actuali exhibitione. nec valet si dicat ꝙ licet
baptism⁹ trāseat tū manet character ad quē ne
cessario sequit grā: quia ostēsū est ꝙ character
nō est dispositio necessitans ad grām. ¶ 6°. q2
dispositio necessitatis potest accipi dupliciter.
vno modo dicit dispositio necessitatis oīs illa
dispositio q̄ necessario p̄exigit i subiecto ad hoc
ꝙ aliq̄ forma in eo introducat: sicut diaphanei-
tas est in aere dispositio necessitatis ad recipiē-
dū lumē. alio modo dicit dispositio necessitatis
ad quā necessario sequit forma. sicut ad disposi
tionē quā facit semē hoīs in generatione homi
nis: sequit infallibiliter anima rōnalis. sed cha-
racter nullo predictoꝝ est dispositio necessita-
tis ad grām. ergo nullo modo. maioꝛ patet ex
dictis. minoꝛ ꝓbat. ꝙ eni character nō sit dispo
sitio necessitatis ad grām pmo modo: clarū est
q2 sine charactere pōt in anima recipi grā. nec
secūdo modo: q2 talis dispositio nō stat cū op-
posito forme ad quā disponit: nec se habet idif-
ferenter ad formā et p̄uationē forme. character
autē stat cū opposito gratie et indifferenter se
habet ad grām et culpā. quare et cetera. si autē
dicat ꝙ character est dispositio cōgruitatis: pa-
tet et alias ꝓbatū est ꝙ illud nō est cōueniēter
dictum. ergo et cetera. hec Durandus.

Quantū ad ar
ticulum tertiū notādū est ꝙ si-
cut deductū fuit supra distictio
ne q̄rta sub tertio notabili ex
dictis. S. Doc. character ē dis-
positio disponēs animā directe et d̄ propinquo
ad quasdā actiones vel receptiones hierarchi-
cas exequēdas ꝑtinētes ad diuinū cultū. et res-
pectu harum actionum vel receptionum chara
cter est dispositio necessitatis: capiendo ipsas
actiones vel receptiones s̄m ꝙ ex officio exple
ri habēt. ad grām vero recipiendā vt ibi dictum
fuit: character nō est dispositio necessitatis s̄m
modū dicēdi. S. T. sed magis congruitatis mo
do in dicto notabili exposito. Sed videt ꝙ oꝛ-
nat⁹ qui ꝑ oīa sacra imp̄mit: sit dispositio neces-
sitatis ad grām sacramentalē ad quā directe et
imediate disponit. Uerūtamē hic duplici distī-
ctione op⁹ est. vna q2 dispositio necessitatis du
pliciter dr̄. vno modo dr̄ dispositio necessitatis
omnis illa dispositio q̄ necessario p̄exigit in sub
iecto ad forme vel actus receptionē. sicut dia-
phaneitas est dispositio necessitatis in aere ad
recipiendū lumē. alio modo dr̄ dispositio neces
sitatis ad quā necessario sequit forma vel act⁹.

ad quē disponit. quēadmodum in generatione
animalis vltima dispositio quā facit semē dicit̃
dispositio necessitatis: qz ad ipsam necessario ꝛ
infallibiliter seqtur itroductio forme animalis.
Alia distinctio ē qz necessitas est duplex. quedā
absoluta q̄ in omnē euētū infallibilis est. ꝑ quez
modū necessariū est hominē esse cōpositum ex
aīa et corpe. alia est necessitas cōdicionata quē
admoduz dicim⁹ necessariū esse corp⁹ graue ex-
tra ꝓpriū locū positum moueri deorsum. ē eniz
hoc necessariū: hac condicione vel suppositione
ꝙ nō sit aliquid īpediēs motū deorsum. His di
stinctionib⁹ pmissis: dicimus ꝙ character ē dis-
positio necessitatis pmo modo dispositionis et
secūdo modo necessitatis ad actiones vel rece
ptiones hierarchicas. nam ex diuina ordinatio
ne nullus nō habēs characterē: pōt ex officij d-
bito exercere actiones hierarchicas actiue vel
passiue ad quas ordinat̃ character. ad grāz ve-
ro recipiēdaz: character nō est dispositio neces-
sitatis ſm mētē. S. Tho. sed est dispositio con-
gruitatis. nā nō disponit pmo et directe ad gra
tiam sed ad predictas actiones hierarchicas.
Hoc notanter dicit. S. Tho. tā in primo opere
q̄z in secūdo. Unde in pmo ope dis. 4. q. pª. ar.
pº. arguit sic quinto loco. Si dicat̃ ꝙ character
est dispositio ad grām cōtra. agēs infinitū nō re
quirit materiā dispositā. sed dispositio nō est ne
cessaria nisi ad hoc ꝙ materia sit disposita. cum
ergo gratia sit ab agēte infinite virtutis: videt̃
ꝙ non oporteat characterē dari in sacramentis
ad disponēdū ad grām. ecce argumentū. sequi-
tur respōsio. Ad. 5ᵐ. dicendū ꝙ character ē dis-
positio ad grām ꝑ quandā congruitatis digni-
tatē. ex hoc enim ipso ꝙ homo mācipat⁹ est di-
uinis actionibus et inter mēbra xpi cōnumera-
tus: fit ei quedā cōgruitas ad grām suscipiēdā.
quia de⁹ perfecte in sacramētis homini ꝓuidet.
vnde simul cū charactere quo datur homini vt
possit exercere spūales actiones fideliū vel paſ
siones seu receptiones: dat̃ gratia qua hec bene
possit. hec ille. In secūdo vero ope. 3ª. p. q. 63.
arti. 4. sic arguit pmo loco. character dicit̃ dis-
positio ad grāz. sed gratia est in essentia anime
sicut in subiecto vt in secūda parte dictū est. er-
go videt̃ ꝙ character sit in essentia anime non
autem in potētijs. ecce argumentum. ad qđ sic
respondet. Ad primuz ergo dicendum ꝙ subm
alicui accidēti attribuitur ſm rationem eius ad
quod propinque disponit: non autē ſm rōnem
eius ad quod disponit remote vel idirectē. cha
racter autem directe quidem et ꝓpinque dis-
ponit animaz ad ea que sunt diuini cultus exe-
quenda. et quia huiusmodi donec nō fiunt sine
auxilio gratie: quia vt dicit̃ Joannis. 4º. eos q̄
adorant deū: in spū et veritate adorare opor-
tet: ex consequenti diuina largitas recipientib⁹
characterem largit̃ grām per quā digne imple
ant ad que deputant̃. et ideo characteri magis
est attribuendum subiectū ſm rationē actuum
ad diuinum cultum pertinentium q̄z ſm rōnem
gratie. hec ille. ¶ Nec obstat dictū q2. S. Doc.
supra distin. 4. q. 3. arti. 2. sub. ar. 3. in corpore
dicit in baptismo inpmi characterem qui est im
mediata causa disponens ad grām. q̃m non est
idem dictu esse aliquid dispositio imediata: et
dispositio necessitatis. potest enim causa vel dis
positio congruitatis esse immediata. ¶ Uerū-
tamen aliquo modo licet improprie character
dici potest dispositio necessitatis ad gratiam in
directe. s. ex cōsequenti inq̄zᵐ ex diuina ordina-
tione et largitate recipienti characterem sacra
mentalem: deus semper infundit gratiam qua
habens characterem digne possit actiones vel
receptiones hierarchicas perficere nisi forte ip
se obicem ponat. vnde character non dicit̃ dis-
positio necessitatis ad gratiam quasi efficiat in
subiecto aliquam dispositionem vel qualitatez
qua preparetur et fiat gratie susceptiuum vel q̄
sit gratie introductiua ad illam agens. ac ꝑ hoc
non proprie character dici debet dispositio ad
gratiam ex qua vel a qua vel per quam vel si-
ne qua non. sed potest dici dispositio gratie ad
quam: quia ad characterem sequitur in haben-
te: infusio gratie a deo. et dicitur dispositio ad
gratiam secundo modo de duobus predictis.
et dicitur necessaria necessitate nō absoluta sed
condicionata: si videlicet obicem fictionis non
ponat. Ornatus vero qui cōmuniter datur in
sacramentis: proprie dicitur dispositio ad gra-
tiam quia ad id primo et directe ordinatur. et
dicitur eius dispositio necessitatis: pmo modo
dispositionis et secundo modo necessitatis. dis
ponit eni ornat⁹ sacramētalis et pparat animā
suscipiētis sacramētū ad receptionem gratie. et
ad illum necessario gratia cōsequitur nō abso-
lute: sed hac cōdicione si obicem fictionis non
ponat. quo tamē remoto vtraqz dispositio suū
effectum habebit.

Quantū ad qr tum articulū respōdendū ē ob iectionibꝰ cōtra cōclusionē. Et quidē ad primū respōdeť ex di ctis. S. T. ad simile argumen tū de potētia dei. q. 3. ar. 11. ad. $5^{m}$. fuit eni argu mētū quīto loco. Qđ agit ī virtute alterꝰ: agit vt instrumētū illius. instrumētū aūt nō mouet nisi motū. mouēs autez et motū oportet esse si mul vt pbať. 7°. phy. cum ergo virtꝰ q̄ est in se mine nō sit cōiuncta anime sensibili generantis videť q̄ nō possit agere vt instrumentū eiꝰ nec in virtute illius. ecce argumētū. sequiť respōsio. Ad. $5^{m}$. dicendū q̄ instrumētū intelligiť moue ri a pncipali agēte quādiu retinet virtutez sibi a principali agēte impressam. vnde sagitta tādiu moueť a pijciente: quādiu manet vis impulsus pijcientis. sicut etiā generatū tādiu moueť a ge nerāte in grauibꝰ ⁊ leuibꝰ quādiu retinet formā sibi traditā a generāte. vnde et semē tādiu intel ligiť moueri ab aīa generātis: quādiu remanet sibi vis impssa ab aīa licet corpaliter sit diuisuz. oportet aūt mouēs et motū esse simul quātum ad motꝰ principiū: nō tm̄ quātū ad totūz motuz vt apparet in pijectis. hec ille. Ex qbꝰ verbis res pōdemꝰ in pposito nr̄o pmo ad maiorē q̄ effe ctus in actu reqrit causaz in actu in pncipio mo tus vł actionis: nō necessario in toto pcessu sed sufficit virtꝰ ab ipsa causa relicta q̄ cōpleat effe ctū. Secūdo respōdeť et hoc ad minorē q̄ quā uis recedēte fictione nō sit baptismꝰ exterior id est ipsa ablutio in aq̄: manet tm̄ virtꝰ ipsius ī cha ractere vel ornatu p quā effectus consequitur. ¶ Ad. $2^{m}$. diciť pmo q̄ nō militat cōtra Sāctū Thomā q̄ nō ponit characterē eē pprie disposi tionē necessitatis ad grām sed cōgruitatis vt fu it in notabili declaratuz. Diciť secūdo q̄ maior habet veritatē d̄ dispositione necessitatis abso lute q̄lis dispositio nō est character aut ornatꝰ sacramētalis respectu grē. ꝫ ē dispositio neces sitatis cōdicionate modo exposito in notabili. et hec stare pōt cū opposito forme ad quā dispo nit. sicut grauitas q̄ ē dispositio necessitatis ad locū deorsum: stare pōt cū z loco sursum ī corpe phibito descēdere. ¶ Ad. $3^{m}$. diciť q̄ maior p positio vniuersaliť sumpta est falsa. nā potentie naturales intellectꝰ et volūtatis: dispositiones sunt hominis ad hītus virtutū recipiēdū: et tm̄ ipse potētie hominē disponūt ad aliq̄d simplici ter et nō fm̄ bene determinate. ¶ Ad. $4^{m}$. dť pmo q̄ nō militat ɔtra Sāctū Thomā q̄ nō po nit characterē esse dispositionē necessitatis res pectu gratie. Diciť secūdo q̄ maior hēt veritatē de dispositione necessitatis absolute non condi cionate q̄ pōt impediri ab effectu cōdicione nō stante. et talis necessitatis: character est dispos tio ad grām. ¶ Ad. $5^{m}$. dť ad maiorē q̄ licet vir tus sacramenti postq̄z transit vsus baptismi nō maneat actu in se: manet tamē in virtute sui ef fectus. s. characteris et ornatꝰ. et ad huiꝰ impro bationē dť q̄ quāuis character nō sit pprie dis positio necessitās ad grāz: sufficit tm̄ q̄ sit dispo sitio congruitatis ad effectum gratie q̄ non da tur ex necessitate characteris sed ex diuina ordi natione. ¶ Ad. $6^{m}$. dicitur q̄ minor est falsa. im mo loquēdo impropē de dispositione necessita tis qualis attribuitur characteri: character ē dis positio necessitatis secūdo modo. et ad huiꝰ im probationē dicimꝰ q̄ maior hēt veritatē de dis positione necessitatis absolute: nō cōdicionate qualis dispositio ē character vt dictum ē. ¶ Ad argumētū ante oppositū respōdet. S. Tho. su pra distin. 4. q. 3. ar. 2. sub. ar. 3. ad primum q̄ baptismus magis habet efficaciam ex ope opa to q̄d est opus dei et nō hominis. et ideo nō po test esse mortuū propť hominis fictionez. Idē respondet. 3ª. p. q. 69. ar. 10. ad primum. Et in hoc articulus terminatur.

## ¶ Distinctio septima.

Circa se ptimam distin ctionez queriť vtrū sacerdos simplex etiam si non sit epis copꝰ possit cō firmare et ar guiť q̄ sic. q2 ī sacramētis ex parte conferē tis requiritur ordo et intentio. sed episcopꝰ nō habet aliquem ordinem vel characterem quez non habeat simplex sacerdos. ergo sicut episco pus ita et sacerdos simplex potest confirmare si habeat intentionem confirmandi. ¶ Inop-

positum arguitur. quia soli episcopi in locum apostolorum succedunt. sed soli apostoli in primitiua ecclesia manus imponebant quod erat cõfirmare. ergo soli episcopi nunc possunt confirmare. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.

Quantum ad primum articulum sit hec conclusio q simplex sacerdos nõ episcopus cõfirmare potest ex cõmissione solius pape. Hanc cõclusionem tenet Sanctus Thomas in hac distinctione questione tertia articulo primo sub articulo tertio. Et tertia parte questiõe septuagesima secunda articulo vndecimo ad primuz.

Quantuz ad secundum articulum arguenduz est contra conclusionem. contra quam arguit Durandus multipliciter. Primo sic quia de integritate cuiuslibet sacramenti sunt materia et forma et minister. sed papa nõ potest mutare aliquid circa formam sacramentorum vel circa materiam. ergo nec circa ministruz. aut ergo simplex sacerdos ex institutione diuina est minister confirmationis: et tunc absq commissione pape potest eam conferre. aut non est minister sed solus episcopus: et tunc neq commissione pape potest eam conferre. ad hoc tamen posset aliquis dicere q minister non est ita d integritate sacramenti sicut materia et forma. qr materia et forma sunt intrinseca sacramẽto. minister autem extrinsece se habet ad ipsum. propterquod aliqua variatio potest fieri circa ministrum et non circa materiam vel formaz. quod patet in sacramento penitẽtie in quo potest fieri variatio circa ministrum per papam sicut cũ papa dat aliquibus priuilegium absoluendi cũ prius absoluere non possent. vel cum subtrahit ab his qui prius habuerunt. nũq tamẽ potest mutare materiam aut formam sacramenti penitentie. et similiter videtur q posset facere circa alia sacramenta vt scilicet posset variare ministrum non autem materiã vel formã. ¶ Sed istud non videtur: primo quia papa circa sacramentum penitentie non mutat ministruz quia minister eius est omnis sacerdos: cum omni sacerdoti dicatur accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata et cetera. sed subtrahit materiam isti vel illi sicut sibi placet. quod ẽ pro tanto quia cum sacramentũ penitentie sit iudiciale: materia huius est peccator subditus. potest autem papa facere q subditus isti sacerdoti: sibi amplius non sit subditus. et sic subtrahit isti vel illi materiam absoluendi. qua subtracta non potest soluere nec ligare. sicut si sacerdoti subtraheretur panis et vinum: non posset conficere. similiter papa potest alicui subdere subditum qui prius ei non erat subditus: et tũc poterit eum absoluere quez prius non poterat ex defectu materie. nõ ergo mutat papa ministrũ penitentie sicut nec in aliis sacramẽtis: sed dat materiam vel subtrahit. Uel potest alio modo dici q papa ministrum alicuius sacramenti mutare non potest: potest tamen precipere q nullus a tali vel tali ministro recipiat sacramenta et tunc recipiens contra inhibitionez pape peccat nec recipit gratiam. et quantuz ad sacramẽtum penitentie nihil omnino recipit nec sacramentum nec rem sacramenti. nõ quia sacerdos non sit minister: sed quia confessio non est integra quando tacet peccatum quod actu cõmittit et sic est defectus in materia. aut si non tacet nihilominus non recipit rem sacramẽti scilicet gratiam cum actu cõmittat culpam: est tamen verum sacramentum. sed quia totus effect9 penitentie est remissio culpe: ideo sacramentum ẽ in tali iterandum sicut esset aliud sacramentuz per quod nihil penitus esset factum. nec valet quod dicitur ministrum se habere extrinsece ad sacramentuz et materia et forma intrinsece: qr sicut minister conferens se habet extrinsece ad sacramentum: sic et suscipiens ipsum. sed vbi suscipiens aliquod sacramentum est determinat9 sicut in extrema vnctione infirmus vel in ordine masculus: per papam mutari non possunt. vnde nullum est sacramentum si sanus inũgat vel mulier ordinetur. ergo similiter circa ministrũ nihil omnino potest mutari absq euacuatione sacramẽti quãuis extrinsece se habeat ad sacramentum. et hoc est secundum argumẽtũ. ¶ 3°. arguit sic. dispensare sacramenta quorum actus respicit corpus xpi mysticum: non conuenit pape aut episcopis ratione iurisdictionis. qr cum papa electus et episcopus cõfirmatus habeant plenariam iurisdictionem antequam sint consecrati: possent tunc sacramenta cõferre scu

dispensare quod est falsum. ergo non competit eis ratione iurisdicionis sed ratione consecrationis. sed ea que consecrationez respiciunt: nõ consecrato committi non possunt vt habetur extra d consecratione ecclesie vel altaris capl'o vltimo. ergo papa vel episcopus non possunt non episcopo cõmittere q possit alia sacramenta conferre. ¶4°. arguit sic. papa non habet maiorem potestatem q episcopus nisi in foro causarum. si ergo ex commissione pape simplex sacerdos potest conferre confirmationem vel minores ordines: idem poterit quilibet sacerdos ex commissione proprij quod a nullo conceditur. ¶5°. quia sicut in baptismo confertur potestas suscipiendi sacramentum: sic in ordine dispensandi ea. sed papa non potest facere q non baptizatus suscipiat veruz sacramentũ. ergo non potest facere q non ordinatus illa ordinatione qua quis recipit potestatem dispensatiuam confirmationis vel ordinis: possit hoc sacramentum conferre. ¶6°. quia mirum esset si aliquis posset in actionem respectu eius cui⁹ non habet potentiam. s'm istos autem character ordinis vel baptismi sunt potestas suscipiendi et conferendi sacramenta. nullus autem potest habere characterem baptismi vel ordinis ex commissione pape: sed requiritur susceptio sacramentorum. ergo nõ habenti characterem ordinis per susceptionem sacramenti: non potest per quemcũqz committi actus illius sacramenti. Item deducatur vt prius. quia minister confirmationis aut est ordinatus ordine episcopali: aut simplicis sacerdotis. si episcopali: cõmitti non potest non episcopo. si simplicis sacerdotis: simplici sacerdoti non est necessaria commissio nisi forte propter prohibitionem ecclesie ad vitandum culpam inobedientie. ¶7° arguitur quia ratio tue opinionis non videtur concludere. cum enim dicat q papa habet plenitudinem potestatis super corpus mysticum verum est vnam qua potest sacramenta dispẽsare: sed non cõmittere cum hec sit potestas cõsecrationis in qua cum ipso cõmunicant omnes episcopi. aliam potestatem habet que est iurisdicionis que est in scrutando citando excõmunicando suspendẽdo in qua nullus ei equatur. et hanc potest cõmittere alicui vel in toto vel in parte. sed de hoc nihil ad propositum: sed d prima que cõmitti non potest. ¶8°. quia quod dicitur q illa cõmissio non potest fieri nisi sacerdoti qui habet potestatem super corpus domini verum: non videtur cogere. quia a corpore domini vt cõsideratur in se vel per se puta passo vel mortuo: influit gratiam corpus mysticũ et non ab ipso solum vt est in sacramento. sacerdos autem non habet potestatem super corpus domini verum vt est in se sed solum prout est in sacramento. et ideo quantum est de virtute sermonis vel rationis: non est necessariuz q sibi soli competat dispensatio sacramentorum per que effluit gratia super corpus mysticum. quod etiaz patet. quia alius a sacerdote potest conferre baptismum quantuz est de ratione sacramenti: licet ex institutione ecclesie solus sacerdos habeat auctoritatem ministerij. ¶9°. quia cum dicatur q presbyteri cardinales conferunt minores ordines: dicenduz est q eque dubium est de minoribus ordinibus et de confirmatione. non enim daret quomodo possint a non episcopo conferri si solus episcopus ex ordinatione christi sit horum sacramentorum minister. si vero omnis sacerdos sit minister s ex ordinatione ecclesie reseruatur solis episcopis tunc quilibet sacerdos potest vere confirmare et minores ordines conferre licet peccet conferendo faciens contra statutuz ecclesie. ecclesia enim potest ministrum sacramẽti ligare suo statuto: sed nõ potest irritare sacramentum cõcurrentibus his que sunt de necessitate sacramenti. et si hoc est verum: tũc Gregorius potuit cõferre sacerdotibus q licite confirmarent qui alias peccassent confirmando licet alias cõfirmassent. si autem non est ita sed solus episcopus est minister: nescio cur non possit dici q Gregori⁹ cum fuerit homo et non deus errare potuerit. ¶10. quia videtur q proprius minister confirmationis sit episcopus per illud quod dicitur d consecratione distinctione quinta. minister autem minorum ordinum videtur esse simplex sacerdos vt patet per illud quod dicitur extra de ordinatis ab episcopo qui resignauit episcopatui capitulo primo.

QUantuz ad articulum tertium notandum e q circa conclusionem: difficultatem facit ex vna parte quia instituere ecclesie sacramenta et ea que de necessitate sunt sacramenti: perti-

net ad solam potestatem excellentie christi s3 cõmunem theologorum doctrinam. quam potestatem vt communiter dicitur christus hominibus non communicauit sed sibi reseruauit q̃tũ communicare potuerit. cum ergo minister sit de necessitate sacramenti qui sacramentum conficiat et suscipientibus conferat: videtur ꝙ instituere et determinare ministrum sacramentorum solius sit potestatis christi non alicuius hominis puri. Ex alia parte difficultatem facit quia confirmatio qua liniuntur baptizati chrismate in fronte: est sacramentum magnum vt magister dicit in littera et habetur de consecratione distinctione quinta in capitulo de his vero et capitulo manus. cuius sacramenti proprius minister est sacerdos episcopus ita vt per inferiores etiam sacerdotes perfici nõ possit sed irritum habeatur et vacuum si ab his hoc sacramentum conferatur nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta vt habetur in dicto capitulo manus. et tamen vt dicitur in capitulo peruenit nonagesima quinta distinctione Gregorius papa commisit simplicibus sacerdotibus sacramentum cõfirmationis baptizatis ministrare. in quo facto videtur ministrum sacramenti mutasse et nouum instituisse. quod Gregorius nequaq̃ fecisset: nisi id de iure facere potuisset. nõ enim fas est credere Gregorium in eo quod de necessitate est sacramenti errasse. nam veritas sacramentorum ecclesie concernit veritatem fidei in qua romanus põtifex errare non potest iuxta promissionem domini dicẽtis Luce vigesimo secundo. simon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua. quod inducens Bernardus scribens Innocentio pape. oportet inquit ad vestrum referri apostolatuz pericula queq3 et scandala emergentia in regno dei ea presertim que de fide contingunt. dignum namq3 arbitror ibi potissimum resarciri dãna fidei vbi fides defectum habere non posset. hec quippe prerogatiua est huius sedis. cui eniz alteri dictuz est ego pro te rogaui petre vt non deficiat fides tua: hec Bernardus. Quia ergo vera sunt que pro vtraq3 parte inducuntur et communi doctorum probãtur sententia: oportet vnum vel alterum dictum saniori intelligẽtia temperare. Unde circa primuz dictum considerandum est ꝙ vt magister dicit in prima distinctione huius quarti: duo sunt in quibus sacramenta ecclesie consistũt scilicet verba ꝛ res. hec enim intrinsece et substantialiter constituunt sacramenta. vnde Augustinus dicit super ioannem. accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. et quia propria et specifica ac distincta ratio cuiuscunq3 rei accipitur ex his que substantiam eius constituunt: inde est ꝙ cuiuslibet sacramenti sunt determinate res et determinata verba quibus essentialiter perficitur et a singulis aliorum sacramentoruz distinguitur. minister autem sacramentum cõferens q̃q̃ sit cuilibet sacramento necessarius: non tamen est pertinens intrinsece ad essentiam sacramenti: sed habet se ad illam extrinsece quod et generaliter commune est causis agentibus. ex quo fit vt non cuiuslibet sacramenti sit proprius ꝛ determinatus minister sed vnus sit plurium nõ solum vnitate nature sed etiam vnitate status et ordinis ecclesiastici. immo vnus omnium sacramentorum minister est sicut sacerdos episcopꝰ. Simplex etiam sacerdos minister est omnium sacramentorum: preterq̃ ordinis sacri ꝛ confirmationis. Unde evidetur ꝙ determinatio ministri sacramentoruz non sit ita propria et substãtialis sacramentis quemadmoduz determinatio rerum et verborum ex quibus sacramenta essentialiter constituuntur sicut per materiam et formam. ac per hoc ꝙ nõ eque pertineat ad potestatem excellentie christi determinatio ministri sacramentorum sicut rerum et verborum determinatio. Consonant hec his que Sãctus Thomas dicit in hac distinctione questione pͥma articulo secundo sub articulo tertio in corpore. quodlibet inquit sacramentum determinat sibi principale agens q̃tũ ad necessitatez sacramenti: quia non habet efficaciam aliquaz nisi ex auctoritate domini et merito ipsius. sed nõ quodlibet sacramentum determinat sibi ministrum quantũ ad necessitatem sacramenti: sed quando q3 solum q̃tũ ad solemnitatem sicut patet in baptismo. Quamobrem licet verum sit prout communiter dicitur ꝙ potestatem excellentie circa institutionem sacramentorum christus ecclesie aut eius prelatis non communicauerit: nihilominus probabiliter dici potest ꝙ determinationem ministri quorundam sacramentoruz commiserit ecclesie et presertim summo eius prelato vicario christi generali in terris. quemadmodum etiã commisit legitimationem et determinationem personaruz ad sacra

mentum matrimonij contrahendū. non enim videtur minoris potestatis esse determinare et legitimare personas ad suscipiendum sacramētum q̄ ad illud conferendum. In sacramento etiam penitentie per ecclesiam apponuntur cōdiciones quibus sacramentum efficax sit et non aliter. Unde videtur probabiliter dici posse q̄ determinationem ministri in sacramento baptismi: christus precise non determinauerit sed q̄ summo ecclesie prelato id commiserit. quia vt tenet consuetudo ecclesie omnis homo sine differentia status vel sexus aut ordinis conferre potest sacramentum baptismi. hoc autē nō videtur ex diuina institutione expresse concessum. nam non legimus huius sacramenti ministerium fuisse cōmissum a christo alijs preter q̄ apostolis quibus dixit Mathei vltimo. euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti. apostoli autem pro tunc omnes sacerdotes erant a domino consecrati in die cene quādo instituto corporis et sanguinis ipsius sacramento: dictum ē illis hoc facite in meam commemorationem. et inde videtur q̄ ecclesia rationem sumpserit ordinandi q̄ officium baptizandi competeret solis sacerdotibus vt in capitulo constat de cōsecratione distinctione quarta. Et nonagesima tertia distinctione capitulo diacones. Q̄ autē omnis vtriusq̄ sexus cuiuscūq̄ gradus status vel condicionis sit conferre possit sacramentū baptismi verum et ratum atq̄ efficax non legitur a christo institutum. vnde videtur q̄ ecclesie ordinatione factum fuerit per potestatem sibi a christo collatam vel speciali reuelatione vel alia familiari traditione facta apostolis aut ecclesie prelatis. Et huic consonat quod Sanctus Thomas dicit infra distinctione vigesima tertia questione secunda articulo primo sub articulo primo in corpore q̄ laicos baptizare posse in casu necessitatis: est diuina dispensatione factum: vt nulli regenerationis spiritualis facultas desit. non enim sola humana auctoritate posset ecclesia id instituere eo q̄ virtus ministri sacramentorum supernaturalis sit nec nisi diuina communicatione et infusione ab homine potuit participari. Et cōfirmatur. quia institutio sacramentorum q̄tum ad ea que sunt necessitatis pertinet ad potestatem excellentie christi. Unde Sanctus Thomas tertia parte questione sexagesima quarta articulo secundo ad primū illa inquit que aguntur in sacramētis per homines instituta: non sunt de necessitate sacramenti sed ad quandam solemnitatem que adhibetur sacramentis ad excitandam deuotionem et reuerentiam in his qui sacramenta suscipiunt. ea vero que sunt de necessitate sacramenti: ab ipso christo constituta sunt qui est deus et homo.

¶ Consimiliter autem videtur probabiliter dici q̄ minister sacramenti confirmationis non fuit precise determinatus a christo: sed vel simpliciter vel quantum ad aliquid aut in casu: eius determinatio fuit ecclesie id est summo ecclesie prelato aliquo dictorum modorum commissa. Forte enim vt petrus de palude dicit: christus determinauit q̄ esset sacerdos: cuius tamen q̄litatem et ordinem commisit determinandum summo ecclesie prelato. qui vt videtur ex capitulo de his vero cum duobus capitulis sequentibus de consecratione distinctione quinta decreuit ministrum sacramenti confirmationis esse episcopum: non aliquem inferiorem nec etiam simplicem sacerdotem. ita vt si hoc sacramentum ab alio q̄ ab episcopo conferretur irritum fuisset et vacuum. que constitutio ortum videtur habuisse a tempore apostolorū qui soli hoc sacramentum conferebant in primitiua ecclesia. Unde Actuum octauo legitur q̄ paulus et ioannes fuerunt missi in samariam ad cōferendum sacramentum cōfirmationis his qui a philippo baptizati fuerāt. nō enī philippus episcopus fuit sed diaconus. vnde super illud manus imponebant eodem capitulo dicit glosa. philippus qui samarie euangelizabat: vnus de septem fuit. si enim apostolus esset: manus imponere posset vt spiritum sanctum acciperent quod solis episcopis licet. Et quia par in parem non habet imperium nec summus pontifex legibus predecessoris sui artatur vt in capitulo significasti et capitulo innotuit de electio. et vigesima quinta questione prima capitulo ideo permittente: videtur q̄ beatus Gregorius potuit potestatem dare sacerdotibus non episcopis ministrandi sacramentum confirmationis ac per hoc ministrum huius sacramenti mutare prout habetur i capitulo peruenit nonagesima quinta distictione. Ista probabiliter dicta sint salua ecclesie determinatione ac maiorum sententia ad factum beati Gregorij saluandū. Neq̄ enī putandum est q̄ tantus vir magna scientia preditus ac sanctitate: errasset concedens quod

non potuisset circa id quod ē de necessitate sacri. nec ppter scandalū vitandū fieri debuit aliquid contra veritatem sacramenti que concernit veram fidei. nā iuxta Hieronimi sententiā potius scandalum nasci permittitur q̄ ꝙ veritas relinquatur. Ad sensum predictorum possunt accipi verba Sancti Thome tertia parte q̄stione. 72. articulo vndecimo ad primum vbi dicit ꝙ papa in ecclesia habet plenitudinē potestatis et quia potest quedam que sunt superiorum ordinū cōmittere inferioribus quibusdam sicut aliquibus presbyteris concedit conferre minores ordines quod pertinet ad potestatem episcopalem. et ex hac plenitudine potestatis concessit beatus Gregorius papa ꝙ simplices sacerdotes hoc conferrent sacramentum quamdiu scandalū tolletur. Hec Sanctus Thomas. Et videtur ꝙ plenitudo potestatis de qua hic loquitur Sanctus Thomas non solum sit potestas ordinaria pape sed simul cum ea etiam potestas ex speciali christi cōmissione circa determinationem aliquorum que sunt de necessitate sacramentorum ad quam plenitudo potestatis pape ordinaria non se extendit. Unde Sanctus Thomas tertia parte questione. 64. articulo. 2. ad tertium. apostoli inquit et eorū successores sunt vicarij dei q̄ntum ad regimē ecclesie constitute per fidem et fidei sacramenta. vnde sicut non licet eis constituere aliam ecclesiam: ita non licet eis tradere aliam fidem nec instituere alia sacramēta. sed per sacramēta que de latere christi pendentis in cruce fluxerunt dicitur esse fabricata ecclesia christi. voco autem plenitudinem potestatis ordinariam quam christus petro et eius successoribus cōmuniter tradidit. Ea autem que Sanctus Thomas dicit in primo opere videntur dicta s̄m potestatis ordinarie plenitudinē. Sed quia difficile est videre quomodo papa de potestate ordinaria possit determinare ministrum sacramenti propter rationes superius tactas: ideo videntur accipienda ad sensum predictorum ea que in secundo opere scripsit. Et ad hoc facit quod Sanctus Thomas dicit tertia parte questione sexagesima sexta articulo. 6° in corpore. sacramenta inquit habet efficaciā ab institutione christi. z ideo si pretermittatur aliquid eorum que christus instituit circa aliquod sacramentum: efficacia caret nisi ex speciali dispēsatione eius qui virtutem suam sacramentis non alligauit. Et simile ē quod dicit supra q̄stione. 64. articulo. 2° ad primum. ea vero inquit q̄ fiunt de necessitate sacramenti: ab ipso christo constituta sunt qui est deus et homo. et licet non sint omnia tradita in scripturis: habet tamen ea ecclesia ex familiari apostolorū traditione sicut apostolus dicit prima Corinthiorum vndecimo. cetera cum venero disponam. ¶ Quibus autem nō placuerit iste modus dicendi: oportet vt dicant ꝙ christus per seipsum instituit et determinauit ministrum baptismi esse omnem hominem cuiuscūqꝫ status sexus aut condicionis fuerit: quāuis hoc in scriptura sacra expresse nō habeatur. et tunc necesse habent dicere ꝙ ex ordinatione ecclesie institutio christi circa ministrum baptismi fuerit limitata et coartata extra casum necessitatis ad solos presbyteros. vt in capitulo constat. et capitulo diacones supra allegatis. et ꝙ ecclesia seu ecclesie prelatus potestatem habuit ad id ordinandum ex diuina cōmissione q̄litercūqꝫ facta. ¶ Rursus q̄bus non placet quod dictū est de ministro confirmationis sed ꝙ a christo fuerit expresse institutus et determinatus: quia s̄m iura supra allegata talis minister est episcopus et non aliquis inferior: oportet dicere vnum e duobus. Uel ꝙ beatus Gregorius dispensauit circa ministrum confirmationis pro illa vice ex familiari instinctu vel reuelatione spiritussancti et ꝙ postea non licuit etiam summo ecclesie prelato talis dispensatio nisi facta fuisset illi consimilis diuina reuelatio. Uel sicut dicit Scotus ꝙ beatus Gregorius potuit ad sedandum scandalum quod pro tunc in illis partibus excitabatur: facere presbyteros illius regionis episcopos ad hoc sacramentum conferendum: non q̄ntum ad alios actus episcopales ita vt quilibet eorum vere confirmaret tanq̄ꝫ episcopus. et potuerunt ad id p̄fici episcopi: ipsis etiam et populis ignorantibus.

Quantum ad articulum quartum patet responsio ad omnia argumenta cōtra conclusionē per ea que dicta sūt in notabili. ¶ Ad argumentum ante oppositū patet responsio ex supradictis.

## ¶ Distinctio. viij.et.ix.

Circa octauam et nonam distictiones querit utrum forma sacramenti eucharistie sit conueniens. s. hoc ē corpus meū: et hic est calix sanguinis mei. et arguitur ꝙ nō. quia forma sacramēti sufficit ad perfectionē sacramē-ti. vnde sacramentum baptismi quandoqꝫ perficitur solis verbis forme prolatis et omnibus alijs pretermissis. si ergo predicta verba sint forma sacramenti huius: videt̃ ꝙ aliquando hoc sacramentum possit perfici his solis verbis prolatis et omnibus alijs pretermissis q̄ in missa dicunt̃. qđ tamen videtur esse falsum quia vbi alia verba ꝑ-termitterētur: predicta verba acciperent̃ ex parte sacerdotis proferentis in cuius corpus et sanguinem panis et vinum non conuertuntur. nō ergo predicta verba sunt forma huius sacramenti conueniens. ¶ In oppositū arguitur quia Ambrosius dicit in libro de sacramentis ꝙ cōsecratio fit verbis et sermonibus domini iesu. nam per reliq̄ omnia que dicuntur: laus deo defertur. oratione petitur pro populo pro regibus pro ceteris. vbi autem sacramentum conficitur: iam non suis sermonibus vtitur sacerdos: sed vtitur sermonibꝰ xpi. ergo sermo xpi conficit hoc sacramentum. ¶ In hac questione erūt q̄ttuor articuli vt sup̄.

Quantum ad ꝑmum articulū sit prima cōclusio ꝙ eucharistia est sacramentum. Hanc cōclusionem tenet Sāctꝰ Thomas in hac distin. 8ª. q. ꝑª. articulo ꝑmo sub arti. pumo. Et tertia parte. q. 63. articulo ꝑmo. ¶ Secūda conclusio est ꝙ eucharistia est vnū sacramentū. Hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac distin. vbi supra sub. ar. 2. Et tertia parte vbi supra arti. 2. ¶ Tertia conclusio est ꝙ forma cōsecrationis panis cōpleta et precisa consistit in his verbis. hoc est corpꝰ meū. Hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac disti. q. 2. arti. ꝑmo sub. arti. ꝑmo et. 2. Et tertia pte. q. 78 arti. 2°. ¶ Quarta ꝯclusio est ꝙ in hac oratione hoc est corpus meū: li hoc nō significat determinate illud qđ demōstrat quādo ꝓfert̃. Hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac distin. loco proxime allegato sub. arti. 4. ad ꝑmū. Et tertia. p. q. 78. arti. 5. ¶ Quinta conclusio est ꝙ cōpleta forma consecrationis sanguinis est ista. hic est calix sanguinis mei noui et eterni testamēti mysteriū fidei qui pro vobis et ꝓ multis effundetur in remissionē peccatoꝝ. Hanc cōclusionem tenet. S. Tho. in hac disti. q. 2. arti. 2. sub articulo ꝑmo. Et tertia parte. q. 78. articulo. 3.

Quantum ad secundum articulū arguendū ē cōtra cōclusiones. Et quidē cōtra primā cōclusionē arguit Aureolus ꝓbando ꝑmo ꝙ in probatione cōclusionis incōuenienter dictū sit ꝙ corpus xpi cū speciebꝰ concurrat ꝑ modū vniꝰ virtutis et arguit sic. quia illud quod est res sacramēti: non est sacramentum saltē nō est virtꝰ sacramēti. quia frustra te virtus q̄ cū elemēto est sacramētū: nō est res sacramēti. vnde in baptismo character et gratia non sunt virtus sacramenti eo ꝙ sunt res ipsius sacramēti. sed corpus xpi est vere res significata ꝑ sacramentū eucharistie. sic enim diffinit capl'o cū marthe. de cele. missa. et de conse. disti. 2ª. caplo in xpo. ꝙ res huiꝰ sacramēti est duplex. s. corpus xpi et charitas i mēte fideliū. Similiter magister idem dicit in presenti disti. ergo intra sacramētū eucharistie nō ingredit̃ corpus christi sed tantūmodo species et verba. ¶ 2°. arguit contra aliud dictum probando ꝙ species non sint materia huius sacramenti. quia illud non est materia huius sacramēti: in quo recipitur primus effectus sacramenti. non enim res sacramēti recipitur in materia sacramenti sicut character baptismi non recipitur in aqua sed in anima. sed in speciebꝰ panis recipitur prima res huius sacramenti puta corpus christi. ergo &c. ¶ Confirmatur. quia prima materia sacramenti est illud quod recipit virtutem infusam quā potuis agere instrumentaliter saltem ad primam rem huius sacramenti. hic autem nulla est talis virtus. nam corpus christi nō est hoc modo virtus nec pars virtutis vt probatum est cum sit res sacramenti. ¶ Confirmatur. quia diaconus non potest dici materia ordinis et ratio est quia recipit primum effectum ordinis. ergo cum species hoc modo primum effectū sacramēti huiꝰ recipiant: sunt enī tegumentū sub q̄ virtꝰ diuina opat̃ salutē sꝫ Ambrosiū. q̄re nō sūt propter

proprie materia huius sacramẽti. ¶. 3°. arguit ꝙ vsus huius sacramenti est pars essentialis huius sacramenti. q2 illud quod facit aliquid circa sacramentum quod figurat: vere pertinet essentialiter ad illud sacramentum. de ratione enim sacramenti est ꝙ efficiat quod figurat. sed sic est de comestione. quia licet sacramentum habeat primũ effectum et rem sacri puta corpus christi non tamẽ habet secundum effectum qui est vnitas ⁊ charitas fidelium. immo absq3 sumptione sacramenti non habent species ꝙ significent talem vnionem fidelium ⁊ ecclesie cũ christo. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia illud quod non tãtum ex deuotione sed ex opere operato significat ⁊ efficit id quod significat: est vere sacramentum. patet per diffinitionem sacramenti quam ponit magister. sed acceptio et sumptio corporis christi est huiusmodi. non enim efficit quod significat ex deuotione sumẽtis sed ex opere operato. pone enim duos habẽtes equalem actũ deuotionis. vn⁹ celebret missam ⁊ alius audiat. in istis est inequalis fructus sacramenti stãte eq̃litate deuotionis. hec ille. ¶ Contra secundam conclusionẽ arguit Aureolus probãdo ꝙ istud sacramentum non sit dicendum vnum vnitate integritatis precise. quia vbi est sola vnitas integritatis: non est verum dicere ꝙ accipiẽs vnam partem accipiat totum. sicut non potest dici ꝙ habens manum habeat totum corpus. sed recipiens corpus domini: recipit vere totum sacramẽtum. vnde recipiẽs baptismum et confirmationem ⁊ solum corpus domini cum alijs sacramentis: vere dicitur ꝙ recipit omnia sacramenta. ⁊ ista ratio eque probat ꝙ istud sacramẽtum non solum dicatur vnu3 vnitate refectionis. hec ille in forma. ¶ Contra tertiam conclusionem arguit Scotus probãdo ꝙ non solum illa verba hoc est corpus meum: sint precisa forma consecrationis corporis christi. primo q2 verba sacramentalia ex vi verborum debent significare illud quod efficitur ex vi sacramẽti. sed ex vi huius consecrationis efficitur ꝙ ibi sit verum corpus christi. ergo verba sufficienter ex vi propria debent significare proprie ibi contineri corpus christi. sed hec verba hoc est corpus meum prolata sine precedentibus hoc non significãt absolute quia li meum significatur referri ad personam loquentis. q2 licet minister possit intendere vt loquatur in persona christi: non tamẽ ꝓpter hoc significatum illorum esset: quia li meum non demonstraret corpus christi sed corpus loquentis. sicut si inciperem sic loqui mea doctrina non est mea: licet intenderem loqui in persona christi: tamẽ ex vi verborum non haberetur ꝙ ista doctrina sit christi sed illius qui loquit. sicut angelus quando loquebatur in ꝑsona dei: ego sum deus abraham. ⁊ per consequens non esset propositio falsa pro sensu pro quo fieret. tamẽ non erat proprie significatu3 huius propositionis ꝙ li ego supponeret pro ꝑsona dei. ¶. 2°. arguit quia dicit Ambrosius de conse. dis. 2ª. panis est in altari. sermo christi creaturam mutat. consecratio quibus verbis fiat attendite. accipite ⁊ edite ex hoc omnes. hoc est corpus meum. vbi videtur coniungere illa verba scilicet accipite tanq3 verba consecrationis. sed nõ est intelligendum tanq3 sicut essentialiter pertinentia ad necessitatem consecrationis: sed tãq3 necessario premittenda. ⁊ nõ solum illa sed plura alia precedẽtia in canone: ex quibus possit ex vi sermonis haberi ꝙ ista verba hoc est corp⁹ meum: dicuntur in persona christi. vnde non sine causa ecclesia ita cõnectit totum canonem misse ꝙ ab illo loco: cõmunicãtes vsq3 ad illum locum: supplices te rogamus omnipotẽs deus: non est aliqua oratio que non necessario cõnectat cum p̃cedente vel per copulam vel per coniunctionẽ copulatiuam sicut hanc ergo oblationem ⁊ huiusmodi. vel per nomen infinitum vt quã oblationem et cetera. ⁊ qui pridie q̃3 ⁊c. ⁊ post consecrationem supra que propitio et ⁊. vel per relationem vt ibi simili modo ⁊ ⁊. hec Scotus in forma. ¶ Contra quartã conclusionẽ arguit Scotus probãdo ꝙ in hac oratione hoc est corpus meum: li hoc demonstret aliquid determinatu3 scilicet vel in tẽpore presenti vel in futuro et nõ aliquid commune vtriq3. primo quia licet non oporteret ꝙ hoc pronomen hoc demonstraret aliquid pro determinato tẽpore cui conueniret tamen sicut tu arguis significatio orationis cõstituitur ex significato partium ⁊ partes significant quãdo proferuntur. ideo ꝺm te etiam necesse est dicere ꝙ li hoc quando profertur: illud significat etiam quod tunc demõstrat. tunc aũt non videtur posse demonstrare aliquid quod non est tunc contentu3 sub illis speciebus. q2 sic posset dici hic ignis est aqua vel hoc corpus est aqua loquendo de igne statim conuertendo in aquam. ⁊ faciendo talem demonstrationem ad sensum in obliquo ad intellectum ĩ recto et hoc distinguendo corpus quod nunc est vel in proximo erit. sed non videtur rationabile dicere d̃ aere statim corrumpendo ꝙ hoc corpus est ignis. hec enim est simpliciter vera hoc corpus est

aer.τ de eodem nō dicatur simul ignis τ aer.igitur. ¶.2°.quia si tunc significāt partes orationis quādo proferuntur et ex significatis earum hoc modo acceptis est significatum totius orationis sm̄ q̄ accipitur: oportet dicere q̄ li est q̄n do profertur ponat significatum suum pro presenti quod significat. subiectum autem pro alia parte disiunctionis: nō accipitur pro aliquo eodem tēpore cum illo quod importatur per copulatiuā. ergo significatio totius illius orationis non refertur ad aliquod idem tēpus vel instans. ¶.3°.quia disiunctiua non ponit alterā partem determinate: sed est fallacia consequentis. ergo si stat disiunctiue: non determinate ponit respectu predicati vnam scilicet hoc quod in proximo erit sub istis speciebus sicut nec alterā scilicet quod nunc est sub istis speciebus. τ sic nō efficitur per istam orationem sm̄ te nisi vt ipsa ē vera. ergo per istā non efficitur magis illud qđ erit q̄ illud q̄ nūc est sub istis. ¶.4°.arguit Aureolus probādo q̄ hoc pronomen hoc non demonstret aliquid partiale immo aliquid totale ita q̄ demonstrat non solum substantiā sed quātitatem τ accidentia cum totali ratione quantitatis. primo sic. illud demonstratur per hoc pronomen hoc: quod respondetur ad questionem factam per quid est hoc. ista probatur. q2 de significato interrogatiuorum non habemus certitudinē nisi per significatum responsiuorum. sed querendo quid est hoc: non respondetur aliqđ partiale sed totum. possum enim querere quid est hoc vel quale est hoc vel quantū est hoc. sed cum queritur quid est hoc: respondetur tā substantia q̄ quantitas τ q̄ qualitas. ergo absolute loquendo li hoc claudit omnia sub se τ econtra. Confirmatur per Aristotelem τ commentatorem. 7°. metha. qui per hoc probant q̄ substātia ē prior: quia per prius respondetur ad questionem factam per li hoc. ¶.5°. arguit contra conclusionem in hoc q̄ ponit corpus christi esse sub speciebus per modum contenti. q2 vt dicit hoc falsum est. item q2 li hoc nō habet per se demonstrare aliquid contentum sed aliquid per se determinatum ad situm. hec aureolus in forma

¶Contra quintam conclusionem arguit Durandus probando q̄ in istis verbis: hic est calix sanguinis mei: continea[tur] tota forma cōsecrationis ita q̄ eis dictis τ non alijs sequētibus: vere esset sanguis christi sub speciebus vini. τ arguit sic. quia in illis verbis precise continetur forma consecrationis sacramēti: que sunt significatiua τ expressiua totalis effectus contēti in sacramēto. sed huiusmodi sunt hec verba: hoc ē corpus meū respectu consecrationis panis: et hic ē calix sanguinis mei respectu cōsecrationis vini. ergo in his verbis consistit precise forma sacramēti. maior patet q2 hoc sacramentum consistit in consecratione materie. τ minor similiter quia quicqđ est in consecratione: totum sufficienter exprimitur per illa verba. ¶Confirmatur. quia sm̄ omnes doctores sacramēta noue legis efficiunt qđ significant. sed predicta verba: hoc ē corpus meū τ hic est calix sanguinis mei: cum dicantur recitatiue vt prolata per christum: significāt corpus τ sanguinē christi esse sub speciebus panis et vini. ergo illa sola verba sufficiūt q̄tum est de necessitate sacramenti. Ad hec duo inquit respondent quidam per interemptionē maioris vtriusq3 rationis. q2 si aliquis dicat ego baptizo te τ nihil plus: non est puer baptizatus nisi addatur in nomine patris et cetera. τ tamē totus effectus baptismi significatur in primis verbis sine secūdis. et similiter in proposito q̄uis per illa verba significetur quicquid continetur in sacramento eucharistie: non tamen oportet q̄ alia non sint de necessitate sacramenti vel forme sacramenti. Sed hec responsio parum valet. q2 cū effectus sacramenti sit a deo τ non a sacramētis nisi sicut a signo vel sicut a causa sine qua non: ideo forme verborum debent significare effectum sacramenti esse a deo. quod fit per inuocationem trinitatis vel diuini nominis in omnibus sacramētis que consistunt in applicatione ad suscipientem vt sunt omnia sacramēta preter eucharistiā in quo significatur corpus τ sanguis christi esse sub speciebus sacramēti virtute diuina per hoc q̄ verba consecrationis recitantur vt prolata a christo. cum ergo dicatur cōmuniter ab omnibus doctoribus q̄ sacramenta efficiunt id quod significant τ q̄ forme sacramentorum sunt ille que significant effectum sacramenti: subintelligitur quādo significant illum effectum esse a deo modo quo dictum est. ¶.2°. arguit sic. forma consecrationis corporis consistit essentialiter in his verbis precise hoc est corpus meū. nec de essentia huius forme est li enim. ibi interpositum cum dicitur hoc est enim corpus meū. τ hoc tenēt omnes doctores. ergo similiter forma consecrationis sanguinis cōsistit essentialiter in his verbis hic est calix sanguinis mei. nec de essentia forme est aliquid ei appositum. consequētia patet. q2 nō minoris efficacie sunt hec verba: hic est calix sanguinis mei ad transubstantiādum vinum in sanguinem christi: q̄ sint hec verba: hoc est cor-

pa᷑s meum ad transubstātiandū panem in corpus christi. ergo et cetera. ¶. 3°. arguit q2 greci conficiunt vere sacramentū eucharistie sicut ⁊ latini. nec vnq̄ȝ inuentum est ꝙ ecclesia romana senserit grecos non vere conficere. sed greci in consecratione sanguinis nō ponunt omnia verba q̄ ponit romana ecclesia: maxime ab illo verbo noui ⁊ eterni testamenti vsq̄ȝ ad finem. ergo illa verba non sunt de essentia forme q2 omissio illorum euacuaret consecrationem. quare et c̄. minor patet. q2 forma consecrationis corporis sm̄ grecos prout cōtinetur in missali beati Basilij quā angelo dictante accepit vt dicitur ⁊ prout in canone predicte misse de verbo ad verbuȝ habetur sicut nos fecimus corā nobis legi ⁊ extrahi est ista. accipite comedite hoc ē corp⁹ meū quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorū. verba autē cōsecrationis sanguinis prout in eodem canone continetur sunt ista. bibite ex eo omnes. hic est sanguis meus noui testamēti qui pro vobis et ꝑ multis effundetur in remissionem peccatorū. ex quibus apparet ꝙ forma grecorum in consecratione corporis christi non habet enim sicut nos habemus. habet tamē quod pro vobis tradetur in remissionem peccatoruȝ quod nos non habemus. in consecratione vero sanguinis forma grecorum non habet eterni nec mysteriū fidei nec calix que tamen omnia nos habemus. vnde non videtur cum ipsi vere consecrent sicut ⁊ nos: ꝙ omnia que nos habemus ⁊ omnia que ipsi habent sint de essentia forme alioquin nec ipi nec nos vere consecramus. quid autem veritatis habeat vtraq̄ȝ opinio: aduertēdum est ꝙ quicquid ponitur in forma verborum qua vtitur romana ecclesia siue antecedenter siue consequenter: totum continet veritatem: q̄uis non totum sit de intraneitate forme. quod enim ꝑmittitur ꝙ iesus eleuatis oculis in celum gratias agēs benedixit etc̄: q̄uis nō habeatur in textu euāgelico pro tempore quo christus hoc sacramētum instituit: tamē ex alijs locis euāgelij potest hoc comprobari. si enim in resurrectione lazari Jesus eleuatis oculis sursum gratias egit patri: probabilius est ꝙ simile fecerit ⁊ dixerit quādo panem ⁊ vinum in suum corpus ⁊ sanguinem transubstātiauit. hec tamē non sunt de substātia forme sed quedam antecedentia. quod autem additur eterni ⁊ mysterium fidei: vtrūq̄ȝ verū est. quia nouum testamētum quod christi sanguine confirmatū est eterna promittit: sicut vetus testamentum promitebat temporalia. dicitur etiā mysterium fidei: q2 aliud exterius visibiliter cernitur ⁊ aliud inuisibiliter continetur. et sic exponitur extra de cele. mis. ca° cum marthe. ista tamē nō sunt de essentia forme sicut nec antecedentia sed ponuntur ad excitationem deuotionis ⁊ ad exprimenduȝ fructū dominice passionis. quis enim dicit ꝙ illō verbum mysteriuȝ fidei sit de essentia forme cōsecrationis sanguinis: cum equaliter conueniat cōsecrationi panis sicut cōsecrationi vini. vtrobiq̄ȝ enim aliud visibiliter cernitur ⁊ aliud inuisibiliter cōtinetur. Itē si illud quod additur noui ⁊ eterni testamenti vsq̄ȝ in finem esset de substantia forme consecrationis vini: fortiori ratione de substantia forme consecrationis panis eēt non solum hoc est corpus meum: sed etiam qđ pro vobis tradetur. hanc enim determinationē expressius ponunt euangeliste q̄ȝ aliaȝ. constat autem ꝙ nullus dicit ꝙ de substantia forme cōsecrationis sit illa determinatio qđ ꝓ vobis tradetur. quare vt videtur de substātia forme consecrationis vini nō est illa alia determinatio: noui ⁊ eterni testamenti ⁊c̄. est tamen de necessitate precepti ecclesie. ⁊ ideo totum sub eodem ritu profertur. ¶. 4°. arguit quia verba pertinētia ad vsum huius sacramenti: magis pertinent ad integritatem forme q̄ȝ verba pertinentia ad eius effectum. quia inter hoc sacramentū quod consistit in consecratione materie ⁊ eius effectū vsus est medius. sed verba pertinentia ad vsuȝ non sunt de integritate forme: vt illud accipite ⁊ mādúcate: vl' illud accipite ⁊ bibite. ergo multo minus verba pertinentia ad eius effectū. talia autem sunt illa que adducuntur vt noui testamenti vsq̄ȝ in remissionem peccatoruȝ. ergo non sunt de essentia forme. ¶. 5°. arguit contra probationem conclusionis ꝙ non valeat. quia cum dicitur ꝙ de integritate orationis est totuȝ illud inclusiue vsq̄ȝ in remissionem peccatorum cum sit determinatio predicati: ergo est de integritate consecrationis ac per hoc de essentia forme. hoc siquidem nō valet quia etiam determinatio predicati est hoc: quod pro vobis tradetur. ⁊ tamen non est de essentia forme consecrationis panis. ¶. 6°. ad ideȝ. quia cum arguitur ꝙ sub eodem ritu profertur a principio vsq̄ȝ ad finem dicendo: hic est calix sanguinis ⁊c̄ vsq̄ȝ in remissionē peccatorum: quod non fieret nisi totum pertineret ad formā consecrationis. hoc siquidem non valet quia non quecunq̄ȝ proferūtur eodē ritu sunt de essentia sicut accipit et huiusmodi que non sunt de essentia. ¶. 7°. arguit ad idem Aureolus quia sicut hoc quod dicitur

noui ⁊ eterni testamẽti est determinatio forme qua sanguis conficitur: sic hoc quod pro vobis tradetur est determinatio forme qua corp⁹ cõficitur. quod põt expresse probari per illud pauli.p⁹. Corin.11°. ⁊ per euãgelia. sed ecclesia a forma qua conficitur corpus abstulit hoc quod dico quod pro vobis tradetur ac per hoc non est de essentia forme. similiter est dicendum de hoc qd̃ dicitur noui ⁊ eterni testamenti respectu forme qua conficitur sanguis. ergo ⁊c. ¶.8°. quia ecclesia tenet ꝙ greci vere conficiunt. qui tamẽ vtuntur precise forma quam tradit paulus. hic calix noui testamẽti est in meo sanguine. ¶.9°. arguitur ab aliquibus probando ꝙ verba non sint d̃ essentia huius sacramẽti sic. quia nihil trãsiens est de essentia alicuius permanẽtis. sed sacramẽtum eucharistie est quid permanens. permanet enim q̃diu remanẽt species. verba autem cõsecrationis trãseunt in vltimo instãti ꝓlationis verborum. ergo ⁊c.

Quãtum ad tertium articulum primo notãdũ est ꝑut Sãctus Thomas dicit in hac dis.q.2.ar.p°.sub.ar.p°. in cor. ꝙ per formam cuiuslibet sacramenti exprimitur id in quo substãtia sacramenti consistit. sicut in forma baptismi ablutio exprimitur qua baptismi perficitur sacramẽtuꝫ. ⁊ huius ratio est quia forma ẽ que principaliter substãtiã rei constituit. vnde q2 sacramẽtum noue legis substãtialiter est signuꝫ rei sacre cuius causa existit: cõsequẽs est ꝙ forma sacramẽti significet ⁊ exprimat id in quo substãtia sacramenti consistit. q2 ergo forma sacramẽti eucharistie expresse significat consecrationẽ ⁊ trãsubstãtiationẽ materie. s. panis ⁊ vini: sequitur ꝙ substantia huius sacramẽti in materie cõsecratione cõsistat in quo primo differt sacramẽtum eucharistie ab omnib⁹ alijs q̃ cõsistunt in vsu seu applicatione ad suscipiẽtẽ sacramẽtum. queadmodum et per verba que sunt forme sacramẽtoruꝫ exprimitur vt in baptismo cum dicitur ego te baptizo ⁊c. et in confirmatione consigno te signo crucis ⁊c. et consimile est de alijs. Aduertẽdum tamen est ꝙ vt accipi põt ex dictis Sancti Thome in vtroq; opere: materia in sacramẽto eucharistie duplex est. vna propria. s. panis triticeus ⁊ vinuꝫ vitis. alia est materia dicta per similitudinẽ. s. panis et vini species post illorũ trãsubstãtiationẽ in corpus ⁊ sanguinẽ christi remanẽtes. ⁊ dicũtur huiuscemodi species materia sacramẽti per similitudinẽ: q2 similitudinẽ gerũt proprie materie. s. panis ⁊ vini ⁊ vices eorum habẽt q̃tum ad esse ⁊ agere ac pati. Cuꝫ ergo dicimus ꝙ hoc sacramẽtum cõsistit in consecratione materie: vtroq; modo verificari põt: aliter tamẽ ⁊ aliter. nã consecratio materie ꝓprie dicte. s. panis et vini: intelligitur ipsa eorum transubstãtiatio in verum corpus ⁊ sanguinẽ christi. consecratio vero materie dicte per similitudinẽ. s. specierum remanẽtium: intelligitur ipsa eorum sanctificatio ex corpore ⁊ sanguine christi participata q̃ ipsis speciebus teguntur ⁊ in eis per modum sacramẽti cõtinẽtur. Et ex hoc accipitur alia differẽtia. q2 panis et vinum sunt materia huius sacramẽti et q2 ꝓm ꝙ prepositio ex dicit ordineꝫ: que tñ non remanet sacramẽto cõfecto. species vero sacramẽtales dicuntur materia non ex qua sed in quã hec remanet postq̃ꝫ sacramẽtum conficitur. Et de ista materia intelligẽdũ est qd̃ Sãctus Thomas dicit. 3ª.p.q.73.ar.p°.ad.3ᵐ. cum ar. et et hoc etiã consequitur alia differẽtia. nã in sacramẽto eucharistie id quod est res ⁊ sacramẽtum est in ipsa materia: id autẽ quod ẽ res tãtum est in suscipiẽte. s. grã que confertur. hec ille. De materia vero proprie dicta que est panis et vinum loquitur infra.q.75.ar.2.ad.2ᵐ. vbi dicit ꝙ in alijs sacramẽtis manet substãtia materie nõ autẽ in isto. s. eucharistie. ¶Differt secũdo hoc sacramentum ab alijs: q2 in alijs vsus sacramẽti vel applicatio ad suscipiẽtem sacramẽtuꝫ: est de necessitate ⁊ perfectione sacramẽti. in hoc autẽ sacramẽto tota perfectio sacramẽti ẽ consecratio materie. vsus vero non est de essentia sacramẽti. vnde ⁊ verba que in canone misse ad vsum pertinent: non sunt de forma huius sacramẽti: sicut accipite ⁊ manducate ⁊ bibite. ¶Tertio differt hoc sacramẽtum eucharistie ab alijs: q2 est causa sanctitatis vere ⁊ proprie dicte non solum in suscipiẽte sacramentum: sed in ipsa re sacramẽti. alia vero sacrã sunt causa sanctitatis vere ⁊ proprie dicte tãtummodo in suscipiẽte qui ẽ subiectum capax sanctitatis proprie dicte. dicitur autẽ hoc sacramẽtum causa sanctitatis in re sacramẽti que est verum corpus et sanguis christi: non absolute ⁊ simpliciter sed ꝓm ꝙ est sub sacramẽto. verba enim forme nec efficiunt corp⁹ xpi aut sanguinem eius esse simpliciter nec esse sanctum sed faciunt sicut causa instrumentalis ꝙ corpus christi sanctissimum ⁊ sanguis eius sanctissimus sit sub hoc sacramẽto. ¶Quarto differt quia in alijs sacramẽtis res sacramẽti siue sit res tñ siue sit res ⁊ sacramẽtum: est in suscipiẽte sacramẽ

tum subiectiue. & huius ratio est quia alia sacramē- ta perficiuntur in acceptione vel collatione ipso- rum prout Sanctus Thomas notat in hac dis. q. pª. ar. pº. sub. ar. pº ad. 5m. in hoc autem sacra- mēto prima res que est res & sacramētū non est in suscipiēte sacramētum sed in eo quod rema- net loco materie. s. in speciebus sacralib9: quarum non sicut in subiecto sed sicut in sacro. ¶ Quinto differt hoc sacramētū ab alijs: quia forme alio- rum sacramentorum proferuntur ex psona mi- nistri siue per modum exercētis actum sicut cum dicitur ego te baptizo vel ego te confirmo. siue per modum imperātis sicut i sacramento ordi- nis dicitur accipe potestatē &c. siue per modum deprecātis sicut in sacramento extreme vnctio- nis dicitur per istā vnctionē & nostrā intercessio- nem &c. sed forma huius sacramenti pfertur ex persona christi loquētis. ex quo datur intelligi quod minister in perfectione huius sacramēti nihil agit nisi quod profert verba christi, put Sāct9 Tho- mas inquit. 3ª. p. q. 78. ar. 2. in cor. quod intelli- gi debet in sensu quem habuit in primo opere i- hac. s. dis. q. 2. ar. pº. sub. ar. 3. in cor. dicitur enim minister in hoc sacramēto nihil agere nisi quod pro- fert verba xpi. non quin simul cum platione ver- borum xpi habeat virtutem instrumētalem effe- ctiuā eius quod verba significāt & efficiūt. alias minister huius sacramenti minus haberet virtu- tis supernaturalis ad conficiēdum hoc sacramē- tum quam aliorum sacramētorū ministri quod fal- sum est cum sit dignior & sacratior ceteris sacra- mentorum ministris. sed dicitur nihil amplius agere: quia non habet alium actum exteriorē quē exerceat sicut est in alijs sacramētis prout in se- quenti notabili magis explicabitur. Unde & lo- co proxime allegato. ar. 3. in respōsione ad. 9m. virtus inquit instrumētalis ad faciēdā predictā conuersionem: non tātum est in verbo vel in sa- cerdote sed in vtroque incomplete. quia nec sacer- dos sine verbo nec verbum sine sacerdote cōfi- cere pōt. & quia sacerdos ē similior principali agē- ti quam verbum quia gerit eius figurā: ideo simpli- citer loquendo sua virtus instrumētalis est ma- ior & dignior. vnde etiā permanet & ad multos huiusmodi effectus se habet. virtus autē verbi transit & ad semel tm̄ est. hec. S. Tho.

¶ Secundo Notādum est prout Sāctus Thomas de- clarat in hac. 8. dis. q. 2. ar. pº. sub. ar. 3º. in cor. quod minister in sacramētis dupliciter operatur. vno modo verbo pronunciās. alio modo actum ali- quem exteriorem exercēs vt in baptismo patet. et vtrumque istorum est sacramentalis causa eius quod diuina virtute que in sacramētis latet pfi- citur. causa autem sacramētalis significādo effi- cit. vnde in alijs sacramētis in quib9 vtroque mo- do minister operatur: oportet quod verba prolata significēt actum exercitum & actus exterior sig- nificet interiorem effectū vt in baptismo patet. quia ablutio exterior quā verba forme exprimūt significat interiorem ablutionem quam diuina virtus perficit in sacramento latēs. vbi ergo mi- nister non operatur nisi verba pnunciās: opor- tet quod verborum significatio immediate ad hoc quod efficitur referatur. in hoc autem sacramē- to cuius perfectio in ipsa materie consecratione consistit: non habet minister actum nisi pronun- ciationem verborum sicut nec in aliqua alia ma- terie sanctificatione. vnde oportet quod verba for- me significent hoc quod virtus diuina in secre- to facit. hoc autem est esse corpus xpi sub specie- bus illis. hec ille. Ex quibus infertur quod actus a ministro huius sacramenti exercitus sicut est cō- municare seu dispensare corpus et sanguinē xpi suscipientibus sacramentum qui actus pertinet ad vsum sacramēti actiue: non est de essentia sa- cramēti nec pertinet ad primā ipsius perfectionē que consistit in consecratione materie que ē to- ta substātia sacramēti. Uerumtamē talis actus exercitus pertinet ad secundā perfectionem sa- cramenti que se habet ad primā sicut operatio rei ad formā vel naturam eius, put Sāct9 Thomas dicit loco supra allegato sub. ar. 2. ad. pm. ea ra- tione quia talis vsus pertingit ad hoc ad quod sacramētum institutum est. Et idē dicit. 3ª. p. q. 78. ar. pº. ad. 2m. Unde cū magister dicit in hac dis. ex verbis Ambrosij quod consecratio hui9 sacri- bis verbis fit. accipite ergo & comedite ex eo om- nes hoc ē corp9 meū: & iterū accipite et bibite ex hoc omēs hic ē sanguis meus: loquitur de conse- cratione quantum ad vtrāque perfectionē. primā. s. que est de sub(stanti)a sacramēti: & secūdā que ptinet ad ei9 operationem prout. S. Doc. exponit in hac dis. loco prime allegato ad. pm. Et. 3º. p. loco pro- xime allegato.

¶ Tertio Notandum est sicut accipi pōt ex deductione. S. Tho. i hac dis. q. 2ª. arº. pº. sub. arº. 4º. ad. pm. Et. 3ª. p. q. 78. ar. 4. in cor. quod sacra noue legis id effi- ciūt quod figurāt seu designāt. ex quo sequitur quod ver- ba que sunt forme sacramētorum nō solū sint signifi- catiua rei signate: sed etiā factiua. vnde hēt se si- cut voces cōceptionis pratice qualia fuerūt verba de quib9 pphēta ait. ipse dixit & facta sunt. et gene-

p̄mo. dixit de⁹ fiat lux ⁊ facta ē lux. huiuscemodi autē verborū veritas non presupponit entitatē rei sed ipsam facit ⁊ eā precedit naturaliter sicut causa ⁊ si simul sint tēpore. verba igitur cōsecrationis q̄ sunt forme in sacro eucharistie: simul tēpore sunt ⁊ significatiua ⁊ factiua rei signate. ordine tū nature factio scilicet ꝯuersio significationē sequitur prout Sāct⁹ Thomas notat in hac dis. q. 2. ar. 3. ad. 6^m. Et. 3^a. p. loco p̄ime allegato ad. 3^m. significatio autē et veritas locutionis q̄ in prolatione vltime dictionis completur: cōsurgit ex significationibus partiū successiue p̄cedētium. non sicut ex partibus ipsam componētibus: sed sicut ex dispositionib⁹ materialibus ad ipsam disponētib⁹. nā ipa orationis significatio simplex ē aliquid vnum significās q̄uis sit resultās ex precedētibus consignificationib⁹ dictionū. quēadmodū philosoph⁹ dicit in. 5°. metha^c. q senari⁹ numerus non ē bis tria sed semel sex. vnde sicut ad naturaꝫ senarij se hñt partes eius vt dispositiones materiales et non sicut partes vni⁹ qualitatis totius: ita significationes dictionum sunt dispositiones materiales totius orationis q̄ consurgit completiue ex significatione vltime partis in ordine ad omnes p̄cedētes ꝑut Sāct⁹ Thomas dicit loco p̄allegato. ¶ Ex p̄missis inferimus contra imaginationē quorundā q in consecratione eucharistie partes orationis nō hñt simpliciter ⁊ complete suuꝫ significatum quādo proferuntur: sed in prolatione vltime dictionis. probatur hoc. quia significata dictionum in oratione consecrationis habent dependentiam et ordinem ad significatum vltime dictionis q̄ illa complet et perficit per modū vltime differentie ad quam se habent sicut dispositiones materiales prout dictum est supra. vnde sicut ratio materie per formā perficitur et cōpletur: ita et ratio significatiua omnium dictionuꝫ precedentium vltimā: cōpletur et terminatur p significatū vltime dictionis ex qua in ordine ad precedentes resultat totius orationis significatio. ergo quādo quelibet dictionum preter vltimā in oratione cōsecrationis ꝓfertur: nondum habet sui significati complementum sed est i pēdēti vsq ad vltimā dictionem per quā completur. ac per hoc nec pro tunc determinat sibi tempus cōsignificatuꝫ: sed veritatē locutionis refert ad instans prolationis vltime dictionis. quemadmodum si dicam nūc taceo: aduerbiū nūc nō facit demonstrationem temporis in quo ꝓfertur nam sic falsum esset dictum: sed facit demonstrationem pro vltimo instanti locutionis finite. vnde cum dicitur hoc est corpus meum: pronomē hoc non determinat subiectuꝫ orationis pro tempore vel instanti in quo profertur. et pari modo verbum est non copulat pro tempore in quo profertur sed vtrūq refertur ad instans vltime dictionis ex cui⁹ prolatione in ordine ad precedētes dictiones resultat significatio factiua ⁊ presignatiua primi effectus sacramenti. q̄ licet non precedat ipsum effectum tempore eo q transubstātiatio fiat in instanti: precedit tamen ordine nature. Unde Sanct⁹ Tho. infra dis. 11^a. q. p̄^a. ar. 3. sub. arti. 2. arguit sic p̄mo loco. hec conuersio fit virtute verborum. sed verba non possunt aliquid facere nisi dum sunt. ergo cū habeant esse in successione: videtur q successiue cōuersio predicta fiat. ecce argumentum. sequitur responsio. Ad primū ergo dicendū q verba forme hñt scr̄alē virtutem. vnde nō efficiūt nisi q̄ significant. et ideo cum significatio illius forme non sit perfecta nisi in vltimo instanti: tunc habꝫ efficaciam suam. hec ille. Et idem in sentētia respondet. 3^a. p. q. 75. ar. 7. ad. 3^m. Ista igitur conuersio sicut dictum est fit in vltimo instanti prolationis verborum. tunc enim completur verborum significatio que est efficax in sacramentorum formis. et ideo non sequitur q ista conuersio sit successiua. hec ille. ¶ Aduertēdū tamen q quāuis pronomē hoc cum dicitur hoc est corp⁹ meum demonstret substantiā non pro tempore in quo profertur sed pro instanti prolationis vltime dictionis in quo sub speciebus sacramētalibus est substātia corporis xp̄i: et tamē ex intentione xp̄i instituentis et sacerdotis verba proferentis: pronomē hoc non facit demonstrationē determinate substantie corporis xp̄i sed supponit confuse ⁊ demonstrat substantiā indiuiduaꝫ vage non tamē disiunctiue scilicet vel illam que est in termino a quo vel illam que est in termino in quem prout aliqui falso putant. sed illaꝫ que est in termino in quem. s. in vltimo prolationis non tamen determinate substantiam corporis christi sed confuse substantiam que ibi est. vt sit sensus. hoc idest hec substantia vel substātia hic contenta est corpus meum. ita vt sit demonstratio et ad sensum et ad intellectum. ad sensum in obliquo. et ad intellectū in recto. est enim intelligentia dicti q substantia sub istis speciebus cōtenta vel id quod sub istis speciebus est contentum est corpus meum. ita q substantia demonstratur in recto ad intellectum: species vero ad sensuꝫ in obliquo. Unde q̄ Sāct⁹ Doc. dicit. 3^a parte. q. 78. ar. 5. ad. 2^m. q hoc pronomen hoc

non demonstrat ipsa accidentia sed substantiaz sub accidentibus contentã: debet intelligi de demonstratione in recto: nam in obliquo etiaz ipsa accidẽtia demõstrat. continet enim sub a sub bis. i. sub demonstratis accidẽtibus vt in eadez solutione ipsemet dicit. si enim solummodo eēt demonstratio ad intellectum: non oporteret q̄ sacerdos haberet ante se materiã: cum demonstratio ad intellectum & presertim solius substãtie abstrahat ab hic & nunc. ¶ Sed fortasse aliquis putabit q̄ nos fm premissa incidim⁹ in modum dicendi quem Sãctus Thomas reprobat in vtroq3 opere quorundaz dicentium q̄ totus sensus locutionis p̄dicte et omniũ partium eius referẽdus est ad vltimum instãs pronunciationis verborum. qui et in exemplum afferunt locutionem quam nos inducimus cum quis dicit nunc taceo. Sed in veritate noster modus dicẽdi lõge distat ab illorum opinione nec a doctrina Sancti Doctoris in premissis vel in modico deviamus. Unde sciendum est q̄ Sãctus Thomas non reprobat modũ dicendi illorum pro eo q̄ dicunt sensũ predicte locutionis & omniũ eius partium referendum esse ad vltimũ instãs pronunciationis verborum. nã hoc ipse Sãctus Thomas tenet expresse. 3ª. p. q. 78. ar. 5. in cor. vbi improbat illorũ opinione sic concludit. et ideo oportet quidem intelligere predictam locutionem fm vltimum instãs prolationis verborum. hec ille. sed iprobat modum dicẽdi illorum pro eo q̄ ponunt q̄ referendo sensum predicte locutionis ad vltimum instãs ipsius: pronomen hoc demonstrat determinatam substantiam corporis christi que in vltimo instãti prolationis verborum est sub speciebus sacramentalibus. et quo sequitur q̄ cũ dicatur hoc est corpus meum: exponi debeat. i. hoc corpus meum seu hec substãtia corporis mei est corpus meũ. qui sensus est falsus quia non hoc verba sonãt. vnde & ratio qua Sãct⁹ Doctor improbat modum dicendi illorum: est quia sensus talis locutionis esset corpus meum est corpus meum. qd verba consecrationis non faciũt nam idipm fuit etiam ante prolationem verborum. et quia verba consecrationis id significãt quod efficiunt sicut & verba aliorum sacramentorũ noue legis ideo cõcludit Sãct⁹ Thomas contra illos q̄ nõ est sensus verborum consecrationis quẽ illi opinantur. quamobrez cum diceret Sãct⁹ Doctor cõcludens: & ideo oportet intelligere predictaz locutionem fm vltimuz instãs prolationis verborum: ne videretur consonare opinioni quaz improbat: excepit illud in quo illi deficiebant dicens. nõ tamẽ ita q̄ presupponatur ex parte subiecti id quod est terminus conuersionis scilicet q̄ corp⁹ christi sit corpus christi neq3 etiaz illud quod fuit ante conuersionem scilicet panis: sed id qd communiter se habet q̄3ᵐ ad vtrũq3 scilicet contẽtum in generali sub istis speciebus. non eniz faciũt hec verba q̄ corpus christi sit corpus xp̄i neq3 q̄ panis sit corpus christi: sed q̄ contentuz sub his speciebus quod prius erat panis: sit corpus christi. et ideo signanter non dicit dominus hic panis est corpus meum quod esset fm intellectum secũde opinionis. neq3 hoc corpus meũ est corp⁹ meum quod esset fm intellectum tertie. sed in generali hoc est corpus meum nullo nomine apposito a parte subiecti s3 solo pronomine quod significat substãtiam in communi sine qualitate. i. forma determinata. hec Sãctus Thomas.

¶ Quarto Notãdum ē q̄ licet verba que sunt forme sacramentorũ sint expressiua primi et principalis effectus sacramenti: non ideo consequens est q̄ illa sola verba que expressiua sunt effectus sacramẽti: sunt de integritate & necessitate sacramenti s3 omnia illa q̄ a christo instituta sunt esse formas sacramẽtorum. nã sacramẽta vim hñt ex institutione christi. vnde omnia illa verba sunt de pfectione & integritate sacramẽti que xp̄s instituit & nõ plura nec pauciora. vt enim. S. Tho. dicit in hac dis. q. 2. ar. 4. sub. ar. 3. verbum quo accedente ad elementũ fit sacramẽtũ fm Augus. dicitur a sanctis esse verbuz saluatoris. quia ergo veruz esse supponimus q̄ ritus ecclesie romane in conficiendo hoc sacramẽtum q̄3ᵐ ad formã verborum & materiam institutus fuit a xp̄o sicut in canone misse reperitur & q̄ a christo apostoli et ab eis eorum acceperint successores prout dicit in ca° cum marthe de cele. mis. ideo tenendum est q̄ omnibus illis verbis quib⁹ ecclesia romana vtitur in cõsecratione corporis et sanguinis domini & non pluribus vel paucioribus cõsecratur. & huius efficax ratio est quia xp̄s sic instituit corporis & sanguinis sui fieri consecrationẽ. rationem autem congruentie quare xp̄s voluerit consecrationez sanguinis sui fieri pluribus verbis q̄3 fiat consecratio corporis non solũ verbis exprimentibus effectum consecrationis sed etiã verbis q̄ sunt determinatiua subiecti vel predicati orationis cõsecratiue assignat. S. Tho. in hac dis. q. 2. ar. 2. sub. ar. p°. ad. 2ᵐ. & 3ᵐ. Et 3ª. p. q. 78. ar. 3. in cor. Et multũ aperte sup episto.

las pauli exponens illud.p^a. Corin.11^o. hic calix nouum testamentum ē in meo sanguine. Ad cuius intellectum sciendum ē q sacramentum eucharistie ē memoriale dominice passionis cū dominus dicat Luce.22^o. hoc facite in meā cōmemorationem. vnde et apostolus.p^a. Corin.11^o. cū referret verba domini dicētis hoc facite quotienscūq bibitis in meā commemorationē: exponēs de quo fienda esset commemoratio domini ait. quotienscūq enim manducabitis panē hunc et calicem bibetis: mortē domini annūciabitis donec veniat. in passione autem christi sanguis sui corporis a corpore separatus fuit seorsum effusus pro salute generis humani cuius fructus et mysteria plura i sacra scriptura referunt. et ideo in hoc sacramēto sanguis seorsum consecratur a corpore q^m est ex vi sacramēti: q̄uis p concomitantiā simul cū corpore consecretur. Et quia vt dictum est in hoc sacramēto: passionis christi recolitur cōmemoratio: congruū fuit vt verba consecrationis sanguinis exprimerent mysteria passionis christi que in sacra scriptura et ex traditione apostolorū sanguini xp̄i effuso attribuuntur. Ubi autem et qualiter ac propter quid huiuscemodi attributio in sacra scriptura reperiatur: deducit pulchre. S. Doc. in hac dis. q.2.ar.2. in trib^9 sub articulis. Et.3^a.p.q.78.ar.3. Omnia ergo illa verba que in canone misse habētur determinatiua mysteriorum passionis xp̄i: intelligūtur a xp̄o instituta pro forma cōsecrationis sanguinis ſm q consignata sunt ex ritu ecclesie tradito a xp̄o apostolis et ab apostolis suis successorib^9 ac toti ecclesie, put determinatū est in ca^o cū marthe supra notato.

Quantū ad quartum articulum respondendum est obiectionib^9 aduersariorū. Et quidē ad primū aureoli cōtra primā conclusionem dicitur q maior simpliciter sumpta sicut iacet ē falsa. nā in sacramentis imprimētibus characterem: character est res sacramēti et sacramētū ſm omnes doctores. et ita in sacramēto eucharistie corpus christi est res sacramēti et sacramētum. et iterum est virtus sacramenti. s. specierum remanētium post consecrationē que sunt sacramētum tātū. Unde. S. Tho. i hac dis. 8^a. q.p^a. ar^o.p^o. sub.ar^o p^o. ad.2^m. dicit q sicut ad species sensibiles aliorum sacramētorū se hēt virtus q̄ interius inest que sanctificationē acquirit et sacramentū efficit ſm hugonem: ita in hoc sacramento se hēt ipm corpus christi qd per cōsecrationē sub speciebus illis fit. vnde sicut in alijs sacramētis materiale elemētū nō est causa virtutis q̄ in ipsa ē nec alicuius spiritualis effectus in homine nisi mediāte virtute ſm q ex elemēto et virtute quasi vnū efficit: ita in hoc sacramēto species nō sunt causa corporis xp̄i nec alicuius effect^9 in anima spiritualis nisi mediāte corpore xp̄i vero ſm q ex speciebus et corpore xp̄i fit vnum sacramētum. hec ille. Item.3^a.p.q.73.ar.p^o.ad.2^m. sicut inquit se habet virt^9 spirit^9 sancti ad aquā baptismi: ita se hēt corp^9 xp̄i verū ad species panis et vini. vnde species panis et vini nō efficiūt aliquid nisi virtute corporis xp̄i veri. hec ille. Qd autē arguens inducit de charactere et grā in baptismo non est simile. nam in hoc sacramēto eucharistie sunt quedam specialia in quibus differt ab alijs sacramētis, put deductum fuit in primo notabili. nec est verū q character et gratia nō sunt virtus sacramēti baptismi. nā omnis forma per quam aliquis ordinatur ad aliquid agēdū vel suscipiēdū quod sit eius perfectiuum sicut ē grā et character: virt^9 illius est. Ad.2^m. dicitur q maior est falsa prout iacet. nec valet eius probatio per simile de charactere baptismi. qz sicut dictum fuit in primo notabili hoc est vnū in quo differt sacramētū istud ab alijs sacramētis. q in hoc sacramēto primus effect^9 recipitur in materia sacramēti: in alijs vero sacramētis recipitur i suscipiēte sacramētū. Ad primā cōfirmationē negatur minor. imo in materia huius sacramēti est talis virtus duplex. vna. s. corpus xp̄i quod est in specieb^9 sicut in materia ex qua virtute pfluit gratia in suscipiēte sacramētū cū alijs effectibus spiritualis nutritionis vt dictū est in responsione ad p^m. alia ē virtus trāsubstātiādi panem et vinū in corp^9 et sanguinē christi. que virt^9 est in verbis cōsecrationis et in materia sacramēti siue sit panis et vinū siue species sacrales in vltimo instāti prolationis verborum. Ad.2^m. confirmationē dicitur q nō est simile de materia in sacramēto ordinis et aliorū sacramētorū et de materia hui^9 sacramēti, put dictū est. Ad.3^m. dicitur q maior propositio hēt veritatē de illo quod facit aliquid circa sacramētum qd figurat primo et principaliter. sed tūc minor est falsa. nā id quod primo efficitur et figurat per hoc sacramētū: est existētia corporis xp̄i sub speciebus sacramētalib^9. hoc autē nec efficitur nec figurat p comestionem. Et preterea falsum est q species sacramētales absq sumptione sacramēti nō habeāt q significēt vnionē fideliū et ecclesie cū xp̄o.

Unde Sāctus Thomas infra distinctione. 11ª. q. 2. ar. primo sub. ar. 2. in corp. dicit q̄ vna causa quare panis et vinum sunt materia huius sacramenti: accipitur vno modo ex significatione duplicis rei huius sacramēti. quia panis ex multis granis conficitur et vinum ex multis acinis confluit quod competit ad significandum corpus xp̄i verum et mysticum. Item tertia parte questione septuagesima quarta articulo primo assignās rationes quare panis et vinū est materia huius sacramēti dicit quasi in fine. quarto q̄tum ad effectum respectu totius ecclesie que constituitur ex diversis fidelibus sicut panis conficitur ex diversis granis et vinum fluit ex diversis vuis. ¶ Ad confirmationem dicitur consimiliter ad maiorem propositionem q̄ habet veritatem de illo quod significat et efficit ex opere operato id quod est primo et principaliter effectus sacramenti: et tunc minor est falsa. nam sumptio corporis christi licet significet et efficiat secundum effectum qui ē charitas et vnitas fidelium in christo: non tamē efficit primum effectū qui est q̄ corpus christi sit sub speciebus sacramenti. ¶ Ad argumentum Aureoli contra secundam conclusionem dicitur ad minorem q̄ est falsa. nam licet recipiens corpus domini sub speciebꝰ panis recipiat totū corpus domini: non tamen recipit totum sacramentum s̄m q̄ est signum. quia non recipit totā sacramēti significationem que non solum consistit in speciebus panis sed etiam in speciebus vini. Unde Sanctꝰ Thomas in hac disti. 8. q. pª. arti. p°. sub arti. 2. ad. 2m. ratio inquit illa procedit quando vtrūq̄ signū habet integram significationem. sic autem non est hic. quia cibatio spiritualis nō significatur perfecte nec per panis tm̄ nec per vini tm̄ sumptionem sed per vtrūq̄ signum: sicut est in significatione nominum compositoꝝ. Et in responsione ad quintum dicit q̄ quāuis xp̄s perfectus sit sub vtraq̄ specie: non tamen quantū ad integrum vsum sacramēti est sub vtroq̄ sed q̄tum ad diversos vsus. et ad minoris probationem dicitur q̄ in casu illo quāuis recipiat quis omnia sacramenta: non tamē recipit omnia integre: quia nō sacr̄m eucharistie quod cōsistit in duplici materia sacramenti. vnde non est simile de ipso et de alijs sacramētis quoꝝ nō est duplex materia. ¶ Ad argumēta Scoti contra tertiā cōclusionem ad primū dr̄ ad maiorē q̄ verba sacr̄ alia debent significare illud quod efficitur ex vi sacri non solum ex vi verborū sed magis ex institutione xp̄i et ex institutione ministri proferentis. et sic significant illa verba hoc est corpus meum. Ut enim respōdet. S. T. ad simile argumētū. 3ª. p. q. 78. ar. p° ad. 4m. si sacerdos sola verba p̄dicta proferret. s. hoc est corpus meum cum intentione cōficiendi: perficeret hoc sacr̄m. q2 intentio faceret vt hec verba intelligerētur quasi ex persona xp̄i prolata: etiam si verbis precedētibus hoc nō recitaret. Unde sicut bene arguit Durādus si oporteret q̄ ex forma verboꝝ insinuaretur corpus xp̄i ibi esse: non solum non fieret consecratio per hec verba hoc est corpus meū alijs non premissis: sed etiam p eandē rationem eis premissis quod patet quia p̄cedētia verba. s. accipiens panē benedixit fregit deditq̄ discipulis suis dicens hoc ē corpus meum: recitantur vt dicta a christo. constat autem q̄ per hanc seriem verborum non significat q̄ corpus xp̄i sit sub speciebus panis quē sacerdos tenet vel coram se habet sed solū sub speciebꝰ panis quē christus accepit ꝛ benedixit. ergo per hec verba non esset corpus xp̄i sub speciebus panis p̄sentibus sacerdoti quod ē falsum et erroneum. sufficit ergo q̄ verba cōsecrationis significent illud quod continet in hoc sacr̄o non ex serie verborum precedentium: sed ex institutione xp̄i et intentione ministri gerentis personā xp̄i. ¶ Ad. 2m. respondet. S. Tho. in hac distin. q. 2. arti. primo sub. ar. 2. ad primū: q̄ ambrosius et eusebius et magister in littera loquunt de cōsecratione eucharistie non solum quantū ad id quod est de perfectione eius prima et essentiali sed etiam quantū ad eius perfectionem secūdā et accidentalem. Idem respōdet. 3ª. p. q. 78. ar. primo ad scdm. et de hoc dictum est in secūdo notabili. Unde vt refert petrus d palude in hac distinctione in missali ambrosiano hec verba hoc est enim corpus meū: et illa hic est enī calix sanguinis mei et cetera vsq̄ in remissionē peccatoꝝ inclusive scripta sunt litteris aureis: et non alia verba precedentia et sequentia in signum q̄ illa tantūmodo sunt de essentia sacramenti. Neq̄ obstat vt ipse dicit q̄ adverbium enim sit ibi etiā scriptum litteris aureis quod tamen non est de essentia sacramēti. qm̄ hoc ideo est quia ponitur in medio partium essentialiū forme. vnde ne viderentur due forme si adverbium enim scriberet litteris nigris eo q̄ faceret inter antecedentia et sequentia verba notam dissimilitudinis: scriptū est sicut alia aureis litteris. ¶ Ad argumēta Scoti contra quartam conclusionem patet respōsio ex his que dicta sunt in tertio notabili. p̄cedunt enim ex triplici falso fundamento. vnum ē q̄ S. Tho. dicat significatū totius orationis constitui ex significatis partiū. aliud est q̄ partes oratio-

nis cōsecratiue tunc significant vere ꝛ complete quando ꝓferuntur. tertiuȝ est ꝙ cum dicitur hoc est corpus meū: li hoc supponat disiūctiue vel ꝓ substātia quā demōstrat quando ꝓfertur vel pro substātia que erit in vltimo prolationis. ista autez falsa sunt sicut ī dicto notabili tertio apparet. ¶ Ad. 4^m. quod ē Aureoli dicit̄ primo ꝙ nō aliud probat nisi ꝙ li hoc demonstrat substantiam cum his que ipsam concomitant̄. sed illud nō est ex vi sacri: sed concomitatiue quod nos non negamus. Dicitur secundo falsum esse ꝙ cum queritur quid ē hoc ꝓprie respōdeat̄ non solū substantia sed quantitas et qualitas. nam quid querit ꝺ substantia directe et ꝓprie. Auctoritates autem philosophi et cōmentatoris pro nobis faciunt ꝛ contra arguentez. nam nō per prius respōderet̄ substantia ꝙ̄ accidens ad interrogationez factā per quid est nisi quia quid est per se et primo querit de substantia. ¶ Ad. 5^m. dicitur ꝙ corpꝰ christi dicitur esse in sacramento contentū: nō ꝓprie sicut locatum in loco sed quodam speciali modo ꝓut in sequēti questione dicet̄. vnde falsum est ꝙ li hoc non habeat demōstrare aliquid contentū si intelligatur dictum vniuersaliter sicut arguens loquitur nec dictuȝ suū ipse ꝓbat. ¶ Ad argumēta Durādi cōtra quintā conclusionē ad primū patet respōsio ex his que dicta sunt in quarto notabili. ꝓcedit enī ex falso supposito. s. ꝙ illa sola verba sunt de necessitate sacri: que sunt expressiua effectus sacramenti. hoc autem falsuȝ est vt ibi ostēsum fuit. vnde responsio ab arguente posita bona est. Neqȝ valet eius improbatio. nam preter verba pertinentia ad inuocationem trinitatis ꝛ preter verba designantia effectū sacramēti: sunt in sacro confirmationis alia verba de necessitate sacri sicut illa cōsigno te signo crucis. vnde patet ꝙ replica arguētis non habet verū fundamētum. ¶ Ad. 2^m. respōdet. S. T. in hac. 8. dis. q. 2. ar. 2. sub. ar. p°. ad. 2^m. ꝙ cū eucharistie sacrm̄ sit memoriale dominice passionis: nō repsentatur ī cōsecratione corporis nisi passionis subiectū. sed in cōsecratione sanguinis representat̄ passionis mysteriū. nō enīȝ a corpe xp̄i sanguis eiꝰ seorsum fuit nisi per passionē. et ideo cōditiones dominice passionis exprimūt̄ per verba sequētia magis in cōsecratione sanguinis ꝙ̄ in cōsecratione corporis. Idez ī sententia respōdet. 3^a. p. q. 78. ar. 3°. ad. 2^m. Sed sciēduz est ꝙ in hac responsione magis intēdit. S. Doc. assignare rōnē cōgruētie q̄re xp̄s istituit plura verba fore de necessitate cōsecrationis sanguinis ꝙ̄ de necessitate cōsecrationis corpis: ꝙ̄ intēdat assignare rōnem efficacē q̄re in tot verbis ꝯsistat essentialiter forma ꝯsecrationis sanguinis ꝛ in paucioribꝰ forma ꝯsecrationis corporis. nam huius ratio efficax est q2 xp̄s sic instituit. qm̄ quātū est ex parte verborum: per pauciora potuit consecrari sanguis et per plura corpus si xp̄s sic instituere voluisset. ¶ Ad. 3^m. respondet Petrus de palude ꝙ si vez esset ꝙ greci pauciora verba ꝓferāt in cōsecratione sanguinis ꝙ̄ habeat ritus romane ecclesie: greci non vere conficiunt nisi forte illam formaȝ consecrationis habeant ex speciali dispēsatione et traditione diuina de qua tñ non diuȝ constitit romane ecclesie. Et cum arguens dicit ꝙ ecclesia romana non tenet grecos nō vere conficere: dicimus ꝙ non obstat si greci ita occultēt formam consecrationis ꝙ ad noticiā summi pontificis nō deueniat. Quod autez romana ecclesia dicit grecos non errare in cōficiendo: est ꝓpterea ꝙ cōficiūt in fermēto. sed non errādo in hoc: possunt errare in nō seruādo formā cōsecrationis a xp̄o institutam. ¶ Ad. 4^m dicit̄ ꝙ maior habet veritatē de verbis ꝑtinētibꝰ ad effectū ipsiꝰ vsus sacri: nō aūt de verbis ꝑtinētibus ad effectū sacramēti qui vsum sacri p̄cedit qualia sunt verba cōsecrationis sanguinis q̄ omnia sunt determinatiua primi effectus sacramēti. Neqȝ est simile in hoc sacro et in alijs. q2 in hoc primꝰ effectꝰ consistit in consecratione materie q̄ vsuȝ ipsius p̄cedit. in alijs vero primꝰ effectus cōsequitur vsum sacri. et ideo nimirum si in eis verba ꝑtinētia ad vsum sacri magis pertineāt ad integritatem forme ꝙ̄ verba pertinentia ad ipsius effectum. ¶ Ad. 5^m. dicit̄ ꝙ sicut respōsum fuit ad 2^m. ratio. S. Tho. q̄ accipitur ex determinatione p̄dicati: nō est prima et efficax sed est ꝯgruitatis supposita institutione xp̄i que est ratio efficax et prima. vnde q2 xp̄s non instituit ꝙ illa determinatio quod pro vobis tradet̄ esset de essentia cōsecrationis corporis: ideo licet sit determinatiua p̄dicati orationis consecratiue corporis: non est de integritate essentiali ipsius. ꝙ autez id xp̄s nō instituerit: cōstat ex ritu romane ecclesie quaȝ supponimus non errare. Et si obijcitur ꝙ Lucas euangelista ponit illam determinationem. s. q̄ pro vobis tradet̄: respondet. S. Tho. in hac dis. q. 2. ar. 2. sub. ar. p°. ad p^m. Et. 3^a. p. q. 78. ar. 3. ad. 9^m. ꝙ euāgeliste nō intendebant tradere formas sacramentorum quas in primitiua ecclesia oportebat esse occultas vt Dionisius dicit in fine eccle. hierar. sed intenderūt historiam de xp̄o texere. et ideo non omnia verba ab euāgelistis posita sūt ꝺ substātia forme sacramētoꝝ. ¶ Ad. 6^m dicitur ꝙ ratio sumpta ex ritu non ponitur a. S.

Docto. quasi sit efficaciter concludens: sed ponitur quasi ratio sumpta a signo supposita institutione diuina que est ratio efficax. alia autem verba sicut accepit et huiusmodi licet proferant̄ eodem ritu: quia tamē non fuerūt instituta a xp̄o ꝑ forma consecrationis: ideo non sunt de essentia sacramenti. ¶ Ad. 7m. et. 8m. patet responsio ex imediate dictis et ex responsione ad secūdum et tertium Durādi. ¶ Ad. 9m dicitur primo ꝙ quia essentia huius sacramēti cōsistit in consecratione materie, put sepe dictū est supra: ideo verba sunt de essentia cōsecrationis. q̄ vt respicit actū sacerdotis consecrātis trāsit sicut et verba quāuis res cōsecrata maneat. Dicit̄ secūdo ꝙ licet nihil trāsiens sit de essentia rei permanētis quantū ad eē potest tamē esse de ei⁹ essentia quātū ad fieri eo modo intelligendi qui positus est in primo notabili. et isto modo verba consecrationis dicunt̄ esse de essentia hui⁹ sacramenti. ¶ Ad argumentum ante oppositū patet respōsio per ea q̄ dicta sunt ad primum Scoti contra tertiam conclusionem. Et in hoc articulus terminatur.

## ¶ Distinctio decima.

Circa decimā distictionem q̄rit̄ vtrū corpus xp̄i sit in altari vel eucharistie sacramento realiter ⁊ arguitur ꝙ nō. qꝛ nullū corp⁹ pōt esse i diuersis locis. sed corpus xp̄i est vere in celo quo ascendit. ergo impossibile est ꝙ sit in altari. ꝓbatio p̄me. quia nihil hꝫ esse extra terminos suos. sed termini cuiuslibet corporis locati sunt simul cū terminis corpis locantis. ergo nullū corpus locatū in vno loco potest esse extra terminos illi⁹ loci. et ita nō pōt simul esse in duobus locis. ¶ In oppositū arguit̄ qꝛ veritas noui testamēti debet respondere figuris veteris testamēti. sed in veteri testamēto ipse agnus q̄ figurabat xp̄m sumebat̄ in cibū vt patet Exodi. 12°. ergo in noua lege ip̄m verū corpus xp̄i quod ꝑ agnū significatur debet manducari. ¶ In hac q̄stione erūt quattuor articuli vt sup̄.

Quantum ad p̄mū articulū sit p̄ma ꝯclusio ꝙ verū corp⁹ xp̄i ē i sacr̄o eucharistie ꝫm veritatē et nō solū sicut i signo. Hāc cōclusionē tenet. S. T. i hac dis. 10. ar. p°. Et tertia. p. q. 75. ar. p°. ¶ Secūda ꝯclusio ē ꝙ tot⁹ xp̄s totalitate subali ē realr̄ i sacr̄o eucharistie. Hāc cōclusionē tenet. S. T. in hac dis. ar. 2. sub articul' p°. et. 2°. Et tertia. p. q. 76. articulis p°. et. 2. ¶ Tertia cōclusio ē ꝙ tot⁹ xp̄s totalitate quātitatis continet̄ in hoc sacr̄o.

Quantum ad secundū articulū arguēdū est contra cōclusiones. Et q̄dē contra primā arguit Durādus ꝓbādo ꝙ corpus xp̄i nō sit in hoc sacr̄o tanq̄ contētū sed solū tanq̄ presens. dicit enim sic. refert aliq̄d esse p̄sens alteri et esse in altero. ⁊ vt loquamur in ꝓposito: refert aliq̄d esse in loco et esse p̄sens loco. esse eni in loco importat habitudinē cōtinētie et parte loci. esse aūt presens loco: nō importat habitudinē continētie sed solū realē exhibitionē essentie. vñ ⁊ loc⁹ est p̄sens realiter locato sicut ecōuerso: q̄uis loc⁹ nō cōtineat̄ a locato ꝫ ecōuerso. et q̄uis ꝓprie loquēdo ita sit vt dictū ē: tñ large loquēdo ꝯsueuit dici oīe illō esse i loco qd̄ est p̄sens loco. vñ et deū dicim⁹ esse in oī loco et angelū in aliq̄: cū tñ de⁹ et angel⁹ loco nō ꝯtineat̄. et ꝫm hoc dicere possum⁹ ꝙ aliq̄d est in loco dupl̄r. s. ꝓprie rōne cōtinētie vel large rōne solius p̄sentie ad locū. p̄mo modo aliquid pōt esse i loco dupl̄r. s. circūscriptiue vt quātitas ⁊ ea q̄ quātitate extendunt̄. et diffinitiue vt ea q̄ sunt i quāto ꝫ quātitate nō extēdunt̄ sicut ponit̄ de aia humana. ex q̄ enī corp⁹ cui⁹ aia est actus loco terminat̄ et finit̄ tanq̄ termino et fine extrinseco: cōsequēs est ꝙ aia eodē termino finiat̄ sed nō circūscribat̄ qꝛ nō est quāta nec ꝫm se nec ꝫm accidens. large vero aliq̄d dicit̄ esse in loco rōne solius p̄sentie ad locū sicut illud qd̄ nec est quātū nec est in quāto. vt angel⁹ dr̄ esse in loco rōne solius ordinis quē hēt ad locū vel ad corp⁹ existēs in loco. his suppositis dicēdū est ꝙ corp⁹ xp̄i non est in hoc sacr̄o p̄mo modo. s. circūscriptiue. nec secūdo modo. s. diffinitiue ꝫ tertio modo. p̄mū patet qꝛ illō ē alicubi circūscriptiue qd̄ ꝯmēsurat̄ loco ꝯtinēti et cōfigurat̄ ei. sed corp⁹ xp̄i non cōmēsurat̄ nec ꝯfigurat̄ dimēsionib⁹ speciez panis et vini nec loco eoꝝ: ergo nō ē ibi circūscriptiue. secundū patet quia corpus xp̄i nō est in speciebus

sacramẽtalibus nec in aliquo alio subiectiue quẽ-
admodum anima est in corpore vt per illud pos
sit dici corpus esse diffinitiue in sacramento quẽ-
admoduz anima est diffinitiue ĩ loco in quo cor-
pus animatum est circumscriptiue. hec ille. ex pre
dictis itaqꝫ vult deducere ꝙ inconuenienter di-
catur corpus christi esse in hoc sacramento tan-
ꝗꝫ contentum in sacramento vel in loco sacramẽ
ti. quia omne quod cõtinetur loco oportet ꝙ cir
cunscribatur vel diffiniatur loco vel corpore exi
stente in loco. quorum neutrum conuenit corpo
ri christi prout est in sacramento. sed solum dica-
tur esse in sacramento per presentiaz essentie seu
eo modo q̊ substantia non quanta puta angelus
dicatur esse in corpore quod potest ab eo moueri
per talem presentiam et respectum presentie ad
tale corpus sine quacũqꝫ continẽtia a tali corpo
re. et ad hoc inducit aliquas probationes quas
non recito quia non sunt proprie contra conclu
sionem. ¶ Contra eandem conclusionem argu-
it econtra Aureolus imo verius contra Duran-
dum probando ꝙ presentialitas quaz habet cor
pus christi ad species nõ sit o2do aut respectus.
Primo sic. nullam habitudinem habet nunc cor
pus christi ad species quã non haberet prius sub-
stantia panis ad illas dum ibi erat presens. licet
enim non omnem habitudinem quam habebat
panis ante trãsubstãtiationez ad species habeat
nunc corpus christi post trãsubstãtiationez quia
non habitudinẽ subiecti ad accidens vel extensi
ad extensionẽ: tamẽ econtra verum est dicere ꝙ
omnem habitudinem quã habet corpus xp̄i ad
species post transubstantiationem: habuit panis
ante transubstantiationẽ. Et hoc potest confir-
mari per hoc ꝙ fide tenemus ꝙ corpus christi est
hic per hoc ꝙ panis cõuertitur in ipsum. ergo cor
pus christi virtute illius ꝯuersionis acquisiuit ha
bitudinem ad species quas habuit prius panis.
et circa istud fundatur tota intentio antiquoruz
doctorum. sed panis ante conuersionem nõ ha-
buit ad species aliquem respectum extrinsecꝰ ad
uenientez. non enim panis mediante aliquo res-
pectu erat presens illis speciebus eo ꝙ inter acci
dens et subm nullus cadit respectus medius. qđ
patet quia ea que per se vniunt̃: non vniunt̃ me
diante aliquo respectu. sed subm et accidẽs per
se vniuntur. patet octauo methaphisice vbi dicit̃
ꝙ nulla causa querenda est quare figura et es fa
ciunt vnum. de omni autem eo quod cuz alio me
diante aliquo respectu tertio facit vnum: contin
git causam querere quare cũ isto facit vnũ. cũ er
go panis nullum talem respectum fundabat i cor

pore ad species. ergo nec corpus christi nunc fun
dat talem respectuz. ¶ 2°. sic. illud quod ꝓprie
et per se non denominatiue respondetur ad inter
rogationem factam per quid est hoc demonstra
tis speciebus: illud non habet tm̃ ad species res-
pectum presentialitatis extrinsecus aduenientẽ.
probatur. nam de angelo qui habebat talem res
pectum ad columnam nubis non poterat respõ-
deri demonstrata colũna ad interrogationez fa-
ctam per quid est hoc: proprie nisi tm̃ denomina
tiue puta quia erat ab angelo mota vel huiusmo
di. sed sm̃ doctrinam sanctorum et verbuz chri-
sti demõstrato eo quod sacerdos tenet in mani-
bus et facta interrogatione quid est hoc: respon
detur proprie et non tm̃ denominatiue corpus
christi. ergo habet ad species aliam habitudinez
ꝗꝫ respectum presentialitatis. maior ꝓbata est ꝛ
patet per exemplum de colũna qua demonstra-
ta non poterat responderi ꝙ esset angelus vł spi
ritus sanctꝰ. minor probatur auctoritate Augu-
stini in libro sententiaruz prosperi. ꝛ similiter de
consecratione disti. 2.ª caplo ante benedictionẽ.
et in illo caplo ego berengarius. et ĩ confessio si-
bi tradita a papa in consilio ro vbi confitetur ꝙ
illud quod sacerdos tenet in manibus: est vera-
citer corpus christi. et Augustinus in capitulo al-
legato dicit ꝙ illud quod ante benedictionẽ fu-
it panis: est corpus christi. et christus in cena di-
cit accipite ꝛ manducate hoc scilicet quod teneo
est corpus meum. ¶ 3°. quia respectus presentie
extrinsecus adueniens subest voluntati ipsius ꝑ-
sentis si sit nature intellectualis sicut de angelo
presente huic loco. vnde potest se mutare de v-
na presentia ad aliam pro libito voluntatis. sed
presentia quam habet christus ad species: nõ su-
best voluntati ipsius christi sed imediate soli di-
uine voluntati et in quãtũ est deus. vnde in quan
tum homo: non potest voluntate sua transferre
se de presentia quam habet ad species ad absen
tiam. ¶ 4°. quia omnis respectus est aliquid de
relictuz in aliquo ab alio sm̃ auctorem sex prin
cipiorum. et patet inducendo. nam vbi est aliquid
derelictum ex circumscriptione passiua. et quãdo
ex adiacẽtia temporis. habitus vero ex ornatu.
sed circa corpus christi non relinquitur aliquid
quod dicatur presentia nec ornari nec circunscri
bi et huiusmodi. igitur. Si dicas ꝙ ille respectus
presentie non est in aliquo sex predicamentoruz
contra. ergo erit dare vndecimum predicamen-
tũ. dices ꝙ non est incõueniẽs ꝙ Aristoteles nõ
viderit oia ꝑdicamẽta: cõtra. ita incõueniẽs est ꝙ
tu nõ videas ꝙ qcqd dicit̃ qđ sit dicibile icõplexuz

non reducat ad aliquod decem generum. ¶5°. quantitas corporis christi nullam habet presentiã quãtum respectus ad illas species. ergo nec substantia corporis christi. tenet cõsequentia. quia vniformis est connexio substantie corporis christi ad species: omnium concomitantium. antecedens probatur. quia presentia quãtitatis ad quãtitatem: nõ est aliud q̃ꝫ contactus. quod patet quia talis presentia est simultas. tunc sic. illa simultas aut ẽ fm vltima aut fm se tota: et quocunqꝫ modo dicas semper est ibi contactus. eo enim modo quo due quantitates sunt simul: eo modo se tangũt. impossibile est enim a duabus quantitatibus sibi inuicẽ presentibus circũscribere ratiõnẽ contactus. si ergo quãtitas corporis xp̄i haberet talem presentiam ad tales species: esset ibi virtus contactus et ita esset ibi extensa. hec ille in forma. ex quib⁹ videtur q corpus xp̄i non sit realiter in eucharistia tanq̃ꝫ contentum nec tanq̃ꝫ presens speciebus presentia respectiua. ¶Contra aliqua contenta in declaratione secunde conclusionis. s. q ex vi sacramenti continetur in eucharistia anima rationalis: non inq̃ꝫm anima sed in quãtũ dat esse corporeũ arguitur. et quidẽ supponitur q in xp̄o non est alia forma substãtialis preter animaꝫ rationalem que dat ⁊ esse substantiã et esse corpus ⁊ esse animal et esse hominẽ ⁊ cetera. arguit Scotus primo sic. qr si hostia cõsecrata in cena a christo in pixide fuisset conseruata in triduo: permãsisset ibi eadem res p̄mo cõtenta. illud autem in quod fiebat primo cõuersio non fuit materia prima nec accidentia nec compositum ex materia ⁊ accidente. ergo compositũ ex materia ⁊ forma substantiali. illud ergo semper mãsisset i triduo. sed tunc non erat compositum ex prima materia et anima intellectiua: quia christus fuit vere mortuus in cruce: et ita anima intellectiua vere fuit separata. sed non potest simul esse separata ⁊ vnita corpori. igitur ⁊ cetera. ¶2°. quia terminus huius cõuersionis oportet q sit ens reale qr cõuersio est realis. sed anima intellectiua vt dat esse corporeũ distinguẽdo contra esse intellectiuum: fm te nõ est aliq̃d reale sed tm̃ quod dã abstractum per actum intellectus sicut cõmune est aliquid preter singularia ꝫ te. ergo ista cõuersio non potest esse in animam vt est dãs esse corporeum. ¶3° sic arguit. illud corp⁹ quod ponis terminum conuersionis primũ: est corpus mathematicum aut corpus naturale. non enim distinguit philosophus corpus in plura. si mathematicum: ergo includit actu quantitatem: ergo quantitas esset ibi primo ex vi conuersionis. nec erit transubstantiatio sed transaccidentatio: si accidẽs per se requiratur in termino. si sit corpus naturale: ergo est naturale per formã substantialeꝫ vel per qualitatẽ. si primo modo habetur ppositũ q illa forma non est anima intellectiua. si secundo modo cuꝫ q̃litas naturalis presupponat quãtitatem: adhuc habetur propositum q prim⁹ terminus cõuersionis includit materiam cum quantitate et qualitate et ita erit dupliciter ens p accidens. ¶4°. qr non efficaciora sunt verba sup sanguinem q̃ꝫ super corpus. sed dicendo hic ẽ sanguis vl' hic est calix sanguinis mei: non potest ibi fingi terminus cõuersionis sola materia sub modo quantitatiuo: quia illud non est sanguis cum sanguis dicat aliquam substantiam que generat̃ a nutrimento sumpto et est proximum conuertẽdum carnem nec generaretur nec conuerteretur nisi haberet propriam formã substantialẽ. ¶5°. quia cum dicitur hoc est corpus: non ponitur ad distrahenduꝫ de veritate carnis et ossis et hmõi sed potius vt includit omnes partes eius qd est primo animabile. sed si diceretur hec est caro vel os: fictio videretur ponere terminum conuersionis esse tãtũmodo materiaꝫ sub modo quãtitatiuo vel materiã sine forma substãtiali. ergo multo magis in proposito accipiendo corpus vt est quoddam includens omnia illa sicut hic accipitur. ¶6°. quia ista via non solum non saluat sufficienter veritatem eucharistie: sed nec saluat veritatem rei contente in eucharistia fm veritateꝫ corporis et sanguinis christi. quia sicut in existentia materiali ita et in eucharistia erat idẽ corpus viuum et mortuum vt probatur per multas auctoritates sanctorum. similiter nec identitatem sanguinis effusi super terraꝫ de latere christi mortui. hec ille cuꝫ multis aliys rationibus adductis super secundo sententiarum in materia de pluralitate formarum in homine que non sunt ad presens ppositũ ideo nõ recitant̃. ¶Cõtra eadeꝫ in ꝯclusione p̄ma cõtenta arguit Aureolus ⁊ fm idẽ tripliciter. p̄mo qr quãdo aliqua differũt sola rõne: impossibile est q p aliquã actionẽ attingatur vnũ ⁊ nõ aliud. s; anima vt dat esse corporeũ p te: sola rõne differt a seipa vt dat eẽ itellectiuũ. trãsubatio aũt est actio realis. ergo ipossibile est q attigat aĩam vt dat eẽ corporeuꝫ quin attigat eaꝫ vt dat esse intellectiuũ. ergo ex vi cõuersionis eque directe anima ẽi sacr̃o vt dat esse ĩtellectiuũ sicut vt dat eẽ corporeũ. ergo videt̃ contradictio q termin⁹ cõuersionis sit anima dans eẽ corpeuꝫ ⁊ vt ẽ itellectiua sit tãtũmodo termin⁹ p cõcomitãtiã. ¶2° sic. nã inocẽti⁹ in de officio misse dicit

ego inquit vitam eternaz habere desidero. ideo
carnē christi comedo veraciter illam quā extra-
xit de virgine. tunc sic. si in triduo aliquis aposto
lorum consecrasset: aut fuisset illa caro que hodie
est: aut non. si sic: habetur propositum quia illa ca-
ro q̄ tūc fuit: non includebat animā xpi vt dat eē
corporeum sed aliam formam carnis. si vero nō
sit eadem caro que hodie est in eucharistia ꝛ illa
que fuisset in triduo: ergo non est sacramentum
semper vniforme. et sequitur vlterius q̄ illa caro
que hodie est: non est illa a qua fluxit sanguis in
cruce et que iacuit in sepulchro. quia sanguis exi-
uit a carne separata ab anima rationali vt habe-
tur Joannis. 19. similiter sequitur q̄ hodie non
fit transubstantiatio in sanguinem qui emanauit
de christi latere: quia ille non erat animatus.
¶ 3°. sic. ex eadem auctoritate. nam dicitur ibi il-
lam carnem manduco quam christus de virgine
traxit. sed constat q̄ christus non traxit de virgi
ne animam cum anima non sit ex traduce. igitur
et cetera. hec Aureolus in forma. ¶ Contra ea-
dem ipsa arguit Henricus. 9°. quodlibet. q. 8ª.
dicens post multa argumenta quibus probat in
homine esse aliam formam substantialem pret
animam rationalez: infert sic. ex parte corporis
patet in quid fit conuersio: quia in corpus aliam
formaz habens preter animam rationalem. Itē
videndum est ex parte conuersionis quia tota su
bstantia panis conuertitur in verum corpus xpi
quia est ibi ꝛ non aliter nisi per conuersionem. et
ideo cum materia non sit corpus: non fit conuer
sio in solam materiam. tunc enim cum minus eē
habeat materia q̄ forma substātialis habēs ma-
ius et verius esse: conuerteret actione diuina in
minus esse. quod est inconueniēs quia sicut deus
nulli est causa tendēdi in non esse sm Augustinū
83. questionū: ita nec tendendi in minus esse: quia
vtrūq̄ sonat in defectum. ergo tota substātia pa-
nis non cōuertitur in materiā. Item nec in mate
riam cū intentione corporeitatis absq̄ re alicu-
ius forme: quia sic non esset conuersio in corpus
reale sed rationis. vnde non fit conuersio in rem
que est anima rationalis sicut nec in diuinitatez.
Licet quedaz noua positio dicat q̄ conuersio fit
in animam sm q̄ dat esse corporeum non autez
sm q̄ dat esse animatum tali anima. sed si hoc es-
set: tunc non esset conuersio in corpus generatū
ex virgine: quia anima rationalis sm nullam rō-
nem generata est. quod falsum est quia dicit Am
brosius q̄ cōficimus corpus qd̄ de virgine est. ¶ 2°.
quia si ita esset: tunc in triduo anima separata a
corpore non potuit dici q̄ corpus christi fuit i se
pulchro nisi sm materiam. nec fuisset facta conse
cratio nisi in nudam materiam et non in corpus
quia deficiebat terminus conuersionis. quia corpus
xpi non est corpus vt dicunt nisi ab anima rationa
li. nec fuit illud corpus idem viuū ꝛ mortuuz nisi
vnitate suppositi. et sic in triduo non fuissent vera
verba consecrationis: hoc est corpus meū. ¶ 3°.
si hostia consecrata ante mortē xpi fuisset serua-
ta: cum anima separata in morte non mansisset
corpus. et sic manentibus speciebus desiisset res
sacramenti et non fuisset corpus christi sub hostia.
que sunt incōuenientia nec possunt euadi nisi po
nendo formam aliam in homine preter animā.
fit ergo conuersio in tale corpus quod mansit in
triduo idem quod prius. et consecratum reman
sisset: nisi q̄ hora mortis in cruce mortuum fuissz
per separationem anime. vnde dicit Guilelmus
altisiodorensis q̄ si corpus xpi fuisset seruatuz in
pixide: concedenda esset ista: corpus christi mo-
ritur in pixide. nec per hoc intelligitur aliqua no
ua proprietas aduenire. sed sensus est: anima xpi
incipit non esse hic. et sic non est ponendū q̄ ma-
neat materia nuda sine forma nec q̄ forma cada
ueris introducatur. et sic stat q̄ diuinitas et ani-
ma non sunt in sacramēto ex vi sacramenti licet
sint ibi per naturalem concomitantiam quādiu
anima cōiuncta fuit preter triduum. Et ideo nō
valet quod moderni dicunt q̄ conuersio fit i ani-
mam sm q̄ dat esse corporeum: tamen vt est ra
tionalis non est ibi nisi per concomitantiam imo
fit cōuersio in corpus quod habet formā. In bru
to autem cum non sit alia forma q̄ anima: si vir-
tute diuina fieret conuersio alicuius in corpus bru-
ti dicendo hoc est corpus bruti: anima bruti esset
ibi vi verborum et non per concomitantiaz quo
ad illud quod est ibi sm rem. quo ad rationē au-
tem vegetabilis et sensibilis: non esset conuersio
in corpus sed tantum materiam ꝛ partes eius que
corpus non appellatur. hec Henricus in forma.
¶ Contra tertiam conclusionē arguit Durād' p
bando q̄ in eucharistia nō sit quātitas dimēsiua
corporis xpi. primo quia nō sequitur quātitas xpi nō
separatur a corpore suo: ergo est cum corpore in
sacramento per concomitantiam. sicut enim lo-
cus celi nō separatur ab eo sm contactū q̄ tamē nō
propter hoc est i sacramēto: sic videtur eē hic. ¶ 2°.
sic. cessante causa: cessat effectus. et ideo cū cor-
pus xpi sit propter ordinē quem habet ad species
vt substantia nō vt quāta: ergo est hic suba et nō
quantitas. ¶ 3°. quia q̄ aliqui arguunt videlicet
dicunt enim q̄ non sequitur: deus facit q̄ calidum
presens calefactibili non comparetur ei in ratio-

ne calefacientis suspendendo actionem ⁊ retinē
do calorem: ergo in se non est calidum vel calefa
ctiuum. ergo a simili licet non faciat quantitatez
corporis christi esse in se indiuisibilez quia hoc es
set contradictio: potest tamen facere ipsam com
parari ad species que sunt extra modo indiuisi-
bili. hoc autem nō est simile. quia quod sequitur
ad approximationem agentis ad patiens: est a-
liquid absolutum quod deus potest impedire. ꝫ
sicut non potest facere ꝙ quātitates vnius ratio-
nis adinuicem comparate vna non sit inferior a-
lia vel equalis: sic etiaz nec quantitates quecūqꝫ
adinuicem comparate quin vna sit maior aut mi
q peccati remissio fiat per recessum a peccato nō gressu sed affectu qui est ḋtestatio quedam ⁊ displicentia peccati: qui sunt act⁹ ꝓprię penitētie virtutisq̄ efficaciam habet satisfactoriā ex gratia cū qua infundiť sicut et cetere virtutes. ¶ Ex quib⁹ inferimus q solutio pene debite ꝑ peccato: ex se ipsa precise nō sufficit ad expiationē peccati etiaz venialis nec ad plenam satisfactionē nisi virtute gratie et charitatis ꝑ quam est amicitia hominis ad deum. ex qua ꝓuenit q pena sit deo acceptabilis et ꝑ consequens q habeat rationem satisfactionis. nam absq̄ dei acceptatione contingit penam debitam solui et expiari: sed non ꝓprie satisfacere. vnde. S. Tho. in hac disti. q. 2.ª ar. p°. sub ar. 3°. ad. 3ᵐ. pena inquit non tollit etiam offensaz hominis nisi ab eo in quē peccatū cōmissuz est acceptetur. nec acceptari pōt quādiu inimicitia ad ipsum manet. et ideo manente inimicitia hominis ad deū per peccatum mortale: pena quantacūq̄ veniale non purgat. vnde Esaie. 58°. dominus dicit non esse accepta ieiunia eorū qui ad lites et cōtentiones ieiunabāt. Falluntť ergo qui putant idē omnino esse penam debitā ꝑ peccato solui aut expiari: et esse pro peccato satisfactoriā. vt enim. S. Tho. dicit infra distin. sequēte. q. 2. arti. 4. sub. arti. 3. ad. 3ᵐ. pena quaz anime i purgatorio sustinent: non potest proprie dici satisfactio: quia satisfactio opus meritorium reqrit. sed largo modo diciť satisfactio: pene debite solutio

¶ Secundo Notādū est prout accipitur ex dictis Sācti Thome in hac distinctione. q. 2. arti. pmo sub arti. pmo ad. 2ᵐ. et sub arti. 2. in corpe. ⁊ ad. 3ᵐ. q differentia est inter peccatum mortale et veniale. quia quodlibet peccatuz mortale opponiť cuilibet quantūcūq̄ parue charitati. et ratio est quia charitas quantūcūq̄ parua: deo coniūgit per affectum. est enim charitas in nobis quidam amicitie amor in deum. amor autem amicitie quantūcūq̄ paruus: coniungit amantez rei amate. quia ergo quodlibet peccatum mortale auertit peccatorem a tali dei amore: cōsequens est q opponatur cuilibet etiam parue charitati. veniale vero peccatuz quāuis opponatur feruori charitatis: nō tamen cuilibet sed illi tantūmodo qui per actum peccati venialis extinguitur aut tepescit. ex verbo enim ocioso non omnis feruor charitatis intercipitur: sed ille tantūmodo qui excitatur ad ꝓximum edificandum verbis salutiferis. Et ex hac differentia consequitur alia quia scilicet vnū peccatum mortale remitti nō potest sine alio. habēt enim omnia peccata mortalia cōnexionē ex parte auersionis ab incōmutabili bono quod ē deus. vnuz vero peccatuz veniale remitti potest absq̄ alio eo q cōnexionem non habeant adinuicē nec ex parte cōuersionis nec ex parte auersionis. naz in eis nulla est auersio a deo: cum veniale non repugnet charitati que deo coniungit. ex parte aūt conuersionis ad bonum cōmutabile cōnexionez nō habēt venialia sicut nec peccata mortalia: eo q bona cōmutabilia sint multiplicia ⁊ diuersa: ac per hoc voluntas hominis multipliciter et diuersimode potest ipsis affici et ꝑ consequēs vni ⁊ nō alteri. tollitur autem peccatum veniale per feruorem charitatis implicantem cōtritionis actuz quo ipsum peccatum veniale displicet. non eniz posset culpa venialis remitti: manente ad illam affectu voluntatis: alias duo opposita essent simul vera. Sciēdū tamē prout. S. Tho. notat in hac distin. q. 2. arti. 2. sub. arti. 2. q contritio potest accipi tripliciter. vel actu vel habitu vel medio modo. habitu quidez contritio existens non sufficit ad peccati venialis dimissionem quia tūc quicūq̄ haberet penitentie virtutis habitū cui⁹ actus est quelibet contritio: consecutus esset peccati venialis dimissionem: et sic peccatū veniale cum grā esse non posset. nec iterū requiriť q semper sit actualis contritio: qꝛ seq̄retur q peccatuz quod quis in memoria vel in cogitatione nō habet: remitti non posset. et ideo dicendum q reqritur ꝯtritio medio modo: quia scilicet ⁊ si actu peccatum non displiceat explicite: displicet tamē implicite: quia ex virtute actus quem agit sequeretur displicentia explicita peccati venialis si cogitatio ad illud ferretur. nam si feruenter in deum quis fertur: displicet ei omne quod a deo retardat. vnde vt Sāct⁹ Doctor infert loco proxime allegato ad primum: potest esse tam feruēs motus charitatis in deum q omnia peccata venialia ꝯsumat etiā sine actuali ipsorum cogitatione.

¶ Tertio Notandum est q vt accipitur ex dictis Sācti Thome pª 2ᵉ. q. 71. arti. 4. Et. 2ª 2ᵉ. q. 24. arti. 12. Et in questionibus disputatis de virtutib⁹ questione vel materia secūda de charitate articulo decimo tertio: peccatum mortale dupliciter opponiť charitati. vno modo q̄ᵐ ad ipsam essentiam charitatis. alio modo quantū ad eius actum. et quidem q̄ᵐ ad essentiam charitatis: quia illam destruit. quemadmodum corpus opacum vel tenebrosuz lumen solis a rebus illuminatis interpositum tollit. vt enim Sanctus Thomas deducit loco proxime allegato et in questionibus disputatis: quia actus non directe contrariatur habitui sed actui

posset alicui videri q per actum peccati mortalis impediretur quidez oppositus charitatis act⁹ sed non tolleret habitus sicut contingit in habitibus acquisitis. non enim aliquis amittit habitum gramatice si contra gramaticam agat. sed de habitu charitatis est aliter. habitus enim charitatis non habet causam in subiecto sed totaliter dependet a causa extrinseca. charitas enim diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis vt dicitur Ro. 5°. non autem sic de⁹ causat charitatem in anima vt sit causa eius solūmodo q̄tū ad fieri et nō q̄tū ad conseruationez ipsius. sicut edificator est causa dom⁹ solum q̄tū ad fieri. vnde eo subtracto: adhuc remanet domus. sed deus est causa charitatis et gratie in anima et q̄tū ad fieri et q̄tū ad conseruationem. sicut sol est causa luminis in aere. et ideo sicut statim cessaret lumen in aere si interponeretur aliqđ obstaculū: ita etiam statim cessat habitus charitatis in anima quando anima se auertit a deo per peccatum. et hoc est quod Augustinus dicit. 8°. sup gene. ad litteram. non ita deus operatur hominez iustum. i. iustificando eum: vt si abscesserit maneat in absente quod fecit. sed potius sicut aer presente lumine nunc factus est lucidus: absente vero obscuratur: sic fit homo deo sibi presente illuminatus: absente autem cōtinuo tenebratur. ¶ Secundo modo opponitur peccatū mortale gratie et charitati q̄tū ad ipsius actum. actus enim charitatis est coniungere hoiem deo ita vt in deo maneat et deus in eo sm illud pma Joā. 4°. q̄ manet in charitate in deo manet et deus in eo. itē actus charitatis est deū diligere sup omnia ita vt in oībus velit se ei subijcere et preceptorū eius regulam sequi. cū ergo peccatuz mortale separet hominē a deo et faciat illū diligere terrena bona et cōmutabilia plusq̄ deū et est repugnans preceptis dei: consequens est q directe opponatur charitati q̄tū ad ipsius actum.

Quantū ad articulum quartū respondendū est obiectionibus in cōtrarium. Et quidē ad primū durandi conceditur totus pmus pcessus. et cū ex illo infert vltimo q debita displicentia de peccato veniali et solutio pene debite possunt fieri ab homine existente in peccato mortali: dicimus q hoc est falsum. qm debita displicētia nō ē absq̄ contritione ac per hoc nec sine actu charitatis, put infra distin. 17ª dicetur. solutio autem pene debite quāuis in peccato mortali fieri possit: nō tamen est satisfactoria nisi presupposita gratia, put dictum fuit in pmo notabili. ¶ Ad. 2m. dicitur q solutio ibi data est sufficiens et est conformis doctrine. S. Tho. li°. 2°. sen. dis. 42. q. pª. ar. 5. ad 7m. Et. pª 2e. q. 89. ar. 6°. Et in questionibus de malo. q. 7. ar. 10. ad. 8m. Et ad eius improbationem negatur assumptū. nec est verū iudiciū eoꝝ qui reputāt aliqua facta pueroꝝ esse peccata venialia anteq̄ possint peccare mortaliter. ¶ Ad 3m. dicitur q quicquid sit de quibusdam bonis tēporalibus: et tamen de reparatione siue culpe siue pene post lapsum: maior ppositio est falsa: nā et solēniores doctores contrarium tenent. vnde S. Tho. pª 2e. q. 114. ar. 7. in cor. omnia inq̄t beneficia q̄ post lapsum peccati mortalis a deo homo cōsequitur quibus reparatur: non cadūt sub merito nec condigni nec congrui vt ibi ōdicit. Et i responsione ad. 2m dicit q existens in grā potest alteri mereri ex congruo primā grām: quia nō est ibi impedimētum ex parte merētis: quod tamen inuenitur dū aliquis post meritum gratie a iusticia recedit. Et inde est q distinctione precedēte. q. pª. arti. 3. sub. ar. 4. in cor. cuz dixisset q aliqs dicatur mereri ex merito cōgrui aliquod bonū tēporale: in fine sic concludit. qz tamē hoc meritū non pprie meritū dicitur: ideo magis concedendū est q opera extra charitatem facta nō sint alicuius boni meritoria: q̄z q sint. ¶ Ad. 4m. dicitur q distinctio posita ab arguente de acceptatione diuina: est ab eo conficta nec auctenticis doctoribus probata. quamobrem euacuare non valet fundamentum nostre opinionis que et auctoritate sacre scripture roboratur et sentētijs sanctorum doctorum fulcitur. dicit enim apostolus prima Corinthioꝝ. 13°. q nullum donum gratuitū absq̄ charitate prodest homini aliquid. nec homo aliquid est absq̄ charitate etiam si plura alia bona habeat. ad quod etiam facit quod apostolus dicit ad Titum pmo. omnia munda mūdis coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum. iuxta quod Augustin⁹ dicit in libro de vera et falsa penitentia. scio dominū inimicū omni criminoso. quomodo ergo qui crimē reseruat: de alio recipiet veniā? sine amore dei consequetur veniam: sine quo nemo vnquā inuenit grām. ¶ Ad 5m. dicitur q assumptū est falsum. et ad ei⁹ probationem respōdetur q iterū assumit falsum. et de charitate patet ex tertio notabili. de feruore vero charitatis probatur. quia feruor charitatis est motus intense et quasi velociter tendēs ad deū. peccatuz vero veniale est motus a deo retardās.

nec valet probatio arguentis de peccato veniali et feruore charitatis. quia feruor charitatis nūq̄ stat cum peccato veniali cui opponitur: quamuis stare possit cum alio, ppter rationem tactam i secundo notabili. q̄ aūt feruor charitatis non sufficiat ad deletionem peccati venialis sine displicentia vel contritione: non est ad ppositū. non enim ideo sequit̄ q̄ nō valeat ad remittēdū peccatū veniale. imo magis sequitur q̄ valeat. nam feruor charitatis explicite vel implicite semp implicat displicentiā peccati. put. S. Tho. dicit i hac distin. q. 2. ar. 2. sub. ar. 2. in cor. et ad pmū. Et 3a. p. q. 87. ar. p°. in cor. et ad. 3m. Cum autē arguens dicat q̄ sola contritio sine feruore charitatis sufficit ad delendū peccatū veniale: dicim9 q̄. S. Tho. nullibi dicit q̄ ego legerim q̄ p solum feruorem charitatis peccatū veniale remittat̄ ita q̄ nō per aliqd aliud. sed dicit q̄ per feruorē charitatis remittitur virtute cōtritionis 7 displicentie in eo explicite vel implicite contente. vnde nō militat contra nos q̄ aliquādo p solam contritionem et displicentiā remittat̄. verūtamē q2 huiuscemodi cōtritio 7 displicentia sunt act9 charitatis: nō absurde dici pōt q̄ veniale p contritionē deletū: cū feruore charitatis. i. cū speciali actu charitatis deleatur. ¶Ad. 6m. dicit̄ q̄ assumptū est falsū. nec valet ei9 pbatio. quia licet peccatum veniale nō obscuret gr̄am et charitatē per diminutionem luminis: obscurat tamē ipsi9 actū per modū obstaculi interpositi īpedītis motū charitatis in deū. vnde. S. Tho. in questionibus de malo. q. 7. ar. 2. ad. 16m. act9 inq̄t pōt diminui dupliciter. vno modo q̄tū ad facultatē agēdi vt. s. homo non possit tantū agere: et sic quod diminuit actū: diminuit pncipiū actus quod est forma. alio modo quātum ad executionem act9: et sic nō oportet vt id quod diminuit actum: diminuat formam. nō eni diminuit grauitatem lapidis: colūna que retinet ipsum ne cadat deorsum. nec diminuit virtutem gressiuam hominis qui ligat ipsum. et p hūc modum veniale diminuit actum charitatis: nō autē primo modo. Hanc respōsionē pretendit. S. T. in hac distin. q. 2. ar. p°. sub. ar. 2. ad. 3m. cū dicat peccatū veniale quāuis deo displiceat q2 inordinatū est: non tamen facit peccantē deo displicentem: q2 nō priuatur claritas gratie sed quodam modo obnubilat̄ inquātum eius pcessus ad exteriora impeditur. et ideo gregorius dicit q̄ peccatum veniale obscurat: sed mortale obtenebrat. hec ille. vbi quod dicit non tamē facit peccantē deo displicentē: debet intelligi simpliciter ad differentiam eius qui peccat mortaliter inq̄tm pulchritudinem gratie non amittit sicut qui peccat mortaliter. verūtamē s̄m quid et inquātū actū inordinatum elicit: deo displicet. non enim pōt displicere peccatum quin displiceat ipse qui peccat inq̄tm est sic peccans: quamuis simpliciter non displiceat. Expositio autem arguentis de obscuritate et tenebrositate respectu luminis rationis non est ad mentē gregorij. ¶Ad. 7m. dicitur q̄ quicquid sit de maiori nam non est omnino similis vtriusq3 dependentia: et tamen minor est falsa. nam peccatum mortale remitti non potest sine infusione gratie. cuicūq3 autem de nouo infunditur gratia: omnia venialia remittuntur prout Sāctus Thomas expresse tenet tertia parte q̄stione octuagessima septima articulo secundo in corpe ad finem. et articulo tertio in corpore quasi in principio. licet enim noua gratie infusio non necessario requiratur ad remissionem peccati venialis: quotienscūq3 tamen noua gratia infunditur: omnia peccata venialia delentur. ¶Ad. 8m. dicitur q̄ quāuis pena debita veniali sit finita: nō inde sequitur q̄ non oporteat esse deo accepta. ¶Ad. 9m. dicitur q̄ licet in veniali non sit simpliciter dei offensa: quodam tamen modo in eo offenditur deus cum deo displiceat. ¶Ad. 10m. dicitur q̄ licet peccatum veniale non tollat actū vel aptitudine habitum gratie et charitatis: tollit tamen actum ipsius. et ideo oportet q̄ ad eius deletionem restituatur actus charitatis et gratie. quod esse non potest nisi gratia restituta si p peccatum fuit sublata. ¶Ad argumentum ante oppositum respondet Sanctus Thomas in hac distinctione questione secunda articulo pmo sub articulo tertio ad tertium: quod recitatum fuit in pmo notabili. Et in hoc articulus terminatur.

Teruz circa eandem distinctionem queritur vtrum penitētia habeat partes et arguitur q̄ non. penitentia enim ē virtus et sacramentum. sed ei inquantū ē virtus nō assignant̄ partes cum virtus sit habitus quidā qui est simplex qualitas mentis. similiter etiam ei penitentie inquantum est sacramentum nō videtur q̄ partes sint assignāde: q2 baptismo et alijs sacris nō assignant̄ ptes. ḡ penitētie nulle ptes debēt assignari.

¶ In oppositum arguitur. quia partes sunt ex quibus pfectio alicuius integratur. sed penitentie pfectio integratur ex pluribus. s. ex contritione confessione et satisfactione. ergo penitētia hēt ptes.
¶ In hac q̄stione erunt q̄ttuor articuli vt supra.

Quantū ad primū articulum sit ista cōclusio q̄ partes sacri penitētie conuenienter assignant̄ tres. s. cōtritio confessio et satisfactio. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac distin. q. pª. arti. pº. sub. arti. 2. Et. 3ª. p. q. vltima. ar. 2.

Quantum ad secundū articulum arguitur cōtra conclusionem. Et quidē contra eandē arguit durandus, pbādo q̄ penitētia vt est sacr̄m non habeat pro partibus tria predicta. s. contritionem confessionē et satisfactionem. primo q2 omne sacramentū dispensat̄ a ministris ecclesie sm̄ quālibet sui partem. sed nec cōtritio nec confessio nec satisfactio confert̄ penitēti a ministris ecclesie. ergo non quodlibet eorum est pars sacri penitentie. ¶ 2º. si iste sunt partes sacri penitētie: aut sūt partes subiectiue aut integrales. non subiectiue quia totū saluatur perfecte in qualibz parte subiectiua. sed sacramētum penitentie non saluatur perfecte in aliqua istarum trium partium. q2 sacramentū penitētie nō saluat̄ pfecte in sola ꝯtritione et sic d̄ alijs. ergo non sunt ptes subiectiue. nec integrales: q2 totū integrale requirit actualiter quālibet sui ptem. sed sacr̄m penitētie dum exhibetur: nō requirit actualiter satisfactionē. ergo satisfactio nō est de ei9 integritate. ¶ 3º. quia preter materiā et formā in sacr̄is nō est dare alias partes ppriedictas. sed cōtritio et satisfactio nō sunt materia nec forma sacri penitētie. forma eni consistit in verbis absolutionis. materia vero si qua sit est in verbis cōfessionis quib9 penitēs suā conscientiā aperit sacerdoti. ergo contritio ꝛ satisfactio non sunt partes sacri penitētie ppriē loquēdo. ¶ 4º. specialiter arguit de cōtritione. q2 quicq̄d ē de integritate sacri: oportet q̄ sit aliquid sensibile extrīsec9 adhibitū. loq̄mur eni modo de illo q̄d est sacr̄m tm̄. sed cōtritio nō ē huius modi. ergo nō est de integritate sacri tanq̄ pars intrīseca sacri penitētie: sed p̄exigit̄ necessario ad hoc vt penitēs sit disposit9 ad suscipiendū effectū sacri qui ē grā et remissio peccati mortalis. quia nullū peccatū pōt remitti quādiu voluntas manet in eo. voluntatē aūt recedere ab eo q̄d prius volebat: est displicere ei quod pri9 placebat. in q̄ displicētia dolor cōtritionis cōsistit. et ideo cōtritio requirit̄ tanquā dispositio necessaria penitentis et nō tanquā pars intrinseca sacri. ¶ 5º. arguit specialiter de satisfactione. quia deficiente aliq̄ quod est de necessitate sacramēti: frustratur totū sacr̄m. sed si aliqui non exsoluant penitentiam in confessione sibi iniunctā: nihilomin9 prius fuit verum sacramentū. ergo satisfactio non est de integritate sacramenti penitentie tanq̄ pars. sed sicut contritio preexigitur tanq̄ dispositio penitētis sine qua effectum sacramenti nō reciperet: sic satisfactio cōcomitatur tanq̄ operatio sine qua fructus sacramenti in penitente non remaneret. patet ergo vt dicit q̄ contritio et satisfactio non sunt partes sacramēti penitentie ppriē loquēdo. si vero sumat̄ pars large p omni eo quod requiritur ad debitam confessionē siue antecedenter siue consequenter: sic contritio et satisfactio possūt dici partes penitentie. ¶ 6º. arguūt alij quia sine essentia sacramēti non habetur totus effectus sacramēti. sed quandoq3 est tanta contritio q̄ non requirit̄ satisfactio. et sic sine satisfactione est pfectum sacr̄m penitētie. et p consequens nō est de essentia: cum sine parte essentiali non possit esse pfecta rei essentia. ¶ 7º. pot est argui quia si cōtritio sit pars integralis sacramēti penitentie: seq̄tur q̄ ille qui nō contritus cōfitetur et absoluitur non recipit integrū sacramētū penitentie cum desit ei prima pars integralis. sed hoc videtur falsum. quia si sic: absolutio et confessio nihil in eo causarent tunc nec post.

Quantum ad articulū tertium primo notandū est q̄ vt accipit̄ ex dictis. S. T. supra distin. 14. Et. 3ª. p. q. 85. penitentia dicitur duplīr. s. penitentia virtus et penitētia sacr̄m. penitētia virtus est habitus electiuus quo q̄s volūtarie dolet de peccatis ab eo cōmissis quando debet et q̄modo debet cū intētione illa abolēdi. abolet autē peccata cōmissa: per cōtritionem confessionē et satisfactionem. vnde ista tria sunt actus pprij penitentie virtutis. penitentia sacr̄m est signū sanctificās p q̄d homo recipit a deo veniā p cōmissis et recōciliationē per eccl̄ie ministros, put. S. T. d̄scribit sup̄ dis. 14. q. pª. ar. pº. sub. ar. 2. i cor. ꝯstat aūt sacr̄z hoc ex ꝯtritione cōfessione et satisfactione, p materia: ꝛ ex absolutiōe sacerdotis pro forma. ita q̄ actus penitentie virtutis sunt partes materiales

penitentie sacramēti. non enī in hoc sacro materia est res exterior sicut in baptismo et confirmatione: sed materia sunt actus humani. s. penitentis. et inde est q in hoc sacro ratio significādi principaliter cōsistit in actib9 penitētis. efficacia vero que magis est a forma: cōsistit in absolutione sacerdotis, put. S. Tho: notat infra. dis. 22. q. 2a. art. 2. sub. ar. 2. in cor. Ex quo vlterius sequitur q in hoc sacro materia nō sit p ministrū ecclesie adhibita suscipiēti sacrm quēadmodū in baptismo et quibusdaz alijs. qm act9 humani applicari non possunt ad aliqd nisi p eum a quo eliciunt. perficitur tamē hui9 sacri materia et consumatur per ecclesie ministrū qz per absolutionē sacerdotis, put S. Tho. dicit in hac dis. q. pa. ar. po. sub. arti. 2. ad primū. sunt autē predicti tres act9 partes materiales sacri penitentie: quandoqz sm q sunt actu exerciti extra animam. quandoqz vero sm q sūt in actu interiori anime et in proposito. quādo qz vero mixtis. vnde. S. Tho. infra disti. 22. q. 2. ar. po. sub. ar. 2. ad. 3m. tres inquit partes penitentie sunt et in penitētia exteriori et interiori. qz cōfessio et satisfactio q videntur tm̄ ad exteriorē penitentiā ptinere: inueniuntur in interiori penitētia qm ad propositū et premeditationē eorz. et etiā cōtritio q videtur tm̄ interioris penitētie esse: inuenitur in penitētia exteriori sm quedā signa quibus sensibiliter manifestatur vel alijs vel saltē ipsi penitenti q dolorē sensibilē percipit in seipso. hec ille.

¶ Secundo Notandū est, put. S. Tho. ex dictis pbi: 5o, metha. deducit in hac dis. q. pa. ar. po. sub. ar. 3. in cor. Et. 3a. p. q. vltima. ar. 2. in cor. q partes integrales sunt duplices. quedā sunt partes quātitatis q sunt aliquando viu9 rōnis vt in totis omogeneis quēadmoduz est aqua cui9 quelibet pars est aqua. quādoqz vero sunt diuersarū rationum vt in totis etherogeneis sicut est dom9 vel corpus animalis. quedā vero sunt partes essentie sicut in naturalibus materia et forma. et hee semp sunt diuersaz rōnum et habēt ordinē nature adinuicē et quādoqz etiā ordinē tpis. in omni aūt sacramēto sunt partes essentie habētes rōnem materie et forme quib9 constituitur sacrm et sine quib9 non cōsistit. hee aūt partes generaliter sunt res et verba. de quib9 Augustin9 inquit: accedit verbuz ad elementū et fit sacrm. in hoc vero penitētie sacramēto specialr ponuntur etiā partes quātitatis. et dicuntur partes quātitatis partes materie ea rōne q quātitas se tenet ex parte materie. sunt enim materia in sacro penitētie act9 penitentis. forma vero absolutio sacerdotis. act9 aūt penitētis sunt cōtritio confessio et satisfactio. ¶ Sed animaduertendū est q in totis ethereogeneis de quorū numero ē sacrm penitentie: qdā ptes integrales sunt pncipales sine qb9 totū nō pōt cōsistere quēadmodū i corpe aīalis caput et cor et si q alie sūt sine quib9 vita aīalis nō ducitur. et huiuscemodi partes in sacro penitētie sunt cōfessio penitētis et absolutio sacerdotis. alie sunt ptes q faciūt ad pfectionē et cōplemētū toti9: pōt tm̄ sine illis totū in eē cōsistere: quēadmodū sunt in corpe hoīs man9 et pes et cōsimiles. et huiuscemodi ptes in sacro penitētie sūt cōtritio et satisfactio. pōt enī sine istis partib9 sacrm penitētie cōferri et recipi: quāuis nō cōplete nec fructuose, put. S. T. videtur sentire infra dis. 17. q. 3. ar. 4. sub. ar. po. i cor. vbi dicit q cōfessio sm q ē pars sacri et ordinat cōfitētez ad sacerdotē q hēt claues ecclie: pōt eē in eo q nō est cōtritus qz pōt peccata sua sacerdoti inotescere et clauib9 ecclie se subijcere. et quāuis tūc nō pcipiat absolutionis fructū: tm̄ recedēte fictiōe: pcipe incipiet sicut etiaz ē et i alijs sacris. vn̄ nō tenetur iterare cōfessionē q fict9 accedit: sz tenetur postmodū fictionē suā cōfiteri. hec ille. vbi fructū absolutionis vocat grām et remissionē pctōr: nō ipam absolutionē sacralez quā etiā fict9 recipit. qd patet ex eo q dicit nō eē iterādā cōfessionē ac p hoc nec sacerdotis absolutionē. ex q etiaz seq videtur q talis absqz cōtritione cōfessionē faciēs: sacrm penitētie recepit in cōfessione et absolutione qz nō pfectuz. pbatur hoc qz alias recedēte fictione nō pcipet fructū absolutiōis et cōfessionis. nā nullū op9 qd nō ē sacrm: si fiat in pctō mortali pōt viuificari recedēte fictione: eo q efficaciā hēat ex ope opante ac p hoc oīā fit. vn̄ si illo tpe quo fit efficax nō ē factuz in pctō: nō ampli9 efficax pōt eē. sacra vero vi habent ex ope opato: et ideo si p mortale peccatuz seu p fictionē mortificētur dū fiūt: peccato ac fictione recedēte: viuificari pūt eo ipso q facta sunt et actu fuerūt exercita. cū ergo dicat. S. Doc. q cōfessus nō cōtrit9 recedēte fictiōe. i. postqz fit cōtrit9 pcipit absolutionis fructū: cōsequēs est q ei9 cōfessio et sacerdotis absolutio fuit sacrm et si nō oīo cōpletū. alias recedēte fictione viuificari non possent.

Quantū ad articulū quartū respondēdū est obiectionibus in cōtrariū. Et qdez ad primū durādi respondet. S. Tho. in hac distin. q. pa. arti. 2. ad primū q in sacramentis in qbus act9 human9 est, p materia et non alia res exterior: maior, ppositio non hēt veritatem nisi forte qm ad materie

cõsumationem. quia ergo in sacramẽto penitẽtie actus humani sunt pro materia: maior ꝓpositio veritatem nõ habet sicut nec in sacramẽto matrimonij. vnde si ꝓpositio arguentis esset vniuersaliter vera: contra ipsum militaret qui ponit cõfessionẽ esse partẽ penitẽtie sacramẽti: que tamẽ non dispensatur a ministris ecclesie sed a penitẽte. ¶ Ad. 2m. dicitur ꝙ sunt partes itegrales. et ad huius improbationem dicitur ꝙ minor est falsa si sacramentũ penitentie ꝑfecte et complete exhibeatur: quãuis nõ sit actualiter satisfactio quando ẽ contritio et confessio. quod ideo est quia sacrm penitentie non est aliquod totũ permanens sed successiuũ cuius partes simul non sunt sed sibi inuicem succedunt. Et accipitur ista solutio ex responsione. S. Tho. ad simile argumentum i hac distin. loco ꝓxime allegaco sub. ar. 3°. ad. 2m. Et 3a. p. q. vltima. ar. 3. ad. 3m. ¶ Ad. 3m. dicitur ꝙ minor est falsa. et ad eius ꝓbationem dicitur ꝙ assũptum est falsum q. s. sola confessio sit materia huius sacramenti nec arguẽs illud ꝓbat. ¶ Ad. 4m dicitur ꝙ maior habet veritatem de sensibili extrinsecus vel in se vel in suo effectu aut in signo. et in hoc sensu minor est falsa: quia imo contritio prout est pars huius sacramẽti: est aliquid sensibile extrinsecus aliquo predictorum modorum. vnde. S. Tho. distin. sequẽti. q. 2a. ar. p°. sub. ar. 2°. ad primũ. in contritione inquit est duplex dolor de peccato. vnus in parte sensitiua qui passio est: et hic non est essentialiter contritio prout est actus virtutis: sed magis effectus ipsius. sicut enĩ penitentie virtus exteriorem penam suo corpori infligit ad recompensandum offensam que in deum cõmissa est officio membrorum: ita etiam et ipsi concupiscibili penam infert doloris predicti quia ipsa etiam ad peccatum cooperabatur. sed tamen hic dolor potest ꝑtinere ad contritionem inq̃tũm est pars sacramenti et c. hec ille. Item infra distin. 22. q. 2. ar. p°. sub. ar. 2. ad. 3m. dicit ꝙ tres partes penitentie sunt et in penitentia exteriori et interiori. quia confessio et satisfactio q̃ videntur tantũ ad exteriorem penitentiam pertinere: inueniuntur in interiori penitentia q̃tũm ad ꝓpositum et premeditationem eorum. et etiam contritio que videtur tantũ interioris penitẽtie esse: inuenitur in penitẽtia exteriori ſm quedam signa quibus sensibiliter manifestatur vel alijs vel saltem ipsi penitenti qui dolorem sensibilem ꝑcipit in seipso. Ad hoc facit quod dicit. S. Tho. 3a. p. q. vltima. ar. 2. ad pmũ. ¶ Ad. 5m. dicitur ꝙ i tali casu sacramentum nõ fuit omnino completũ deficiente aliqua parte ad totale complementũ requisita. verũtamen non ideo sequitur ꝙ nullũ fuit sacramentũ. fuit profecto existentibus partibus principalibus q̃ ad eius consistentiam faciũt scilicet confessione et absolutione. quemadmodũ dicitur hominẽ consistere in humano corpore manu aut digitis deficientibus que partes ad integritatem corporis humani pertinent. et de hoc dictum fuit in secundo notabili. ¶ Ad. 6m. dicitur ꝙ sicut respondet. S. Tho. in simili in hac distin. q. pa. ar. p°. sub. ar. 2. ad. 2m. quãuis peccatũ dimittatur ante actualem confessionem: nũquam tamen dimittitur ante confessionem in proposito existentem. sicut etiam ante baptismum actualiter susceptum aliquis rem baptismi consequitur ex proposito suscipiendi baptismũ: ita et respondẽdum est d satisfactione. Ad quod facit quod. S. Doc. dicit ibidem ad. 3m. ꝙ ex proposito satisfaciendi gratia confertur in hoc sacramento: quãuis satisfactio actualis gratiam presupponat. Potest etiam dici ꝙ in ipsa contritione cum sit dolor voluntarius et in ipsa confessione propter erubescentiam: implicatur satisfactio. vnde et tãta potest esse contritio et confessionis erubescentia: ꝙ sufficiat ad satisfactionem debitam pro peccato. Inde est ꝙ. S. Tho. supra distin. 15. q. pa. ar. 3°. sub. ar. 3. ad pmũ dicit ꝙ quanto est maior contritio: tanto magis diminuit de pena. et ideo ꝓbabile est ꝙ minoris pene sit debitor. et ꝓpter hoc deberet a sacerdote discrete computari vt ei minorem penam iniungat inq̃tũm inuenit cum melius dispositũ. ¶ Ad. 7m. patet responsio ex his q̃ dicta sunt in secundo notabili. ¶ Ad argumẽtum ante oppositum respõdet. S. Tho. 3a. p. q. vltima. ar. pmo ad. 2m. ꝙ non est simile de penitentia et de baptismo ac similibus sacramẽtis. quia in eis materia non sunt actus humani sed aliqua res exterior vel simplex vt aqua aut oleum vel composita vt chrisma: et ideo in eis non assignantur partes. ſꝫ in sacramento penitentie materia sunt plures actus humani et ideo ratio non sequitur. Et in hoc articulus terminatur.

## Distinctio decimaseptima

Circa decimā septimam distinctionē q̄ritur p̄mo vtrū vere contritꝯ et penitens plꝯ debeat eligere penam inferni vel omnino non eē ꝗ̄ peccare et arguit ꝙ sic. q2 nō minus debet aliquis eligere penam inferni vl' oī no non esse ad vitandum culpam si essent necessaria ad eam vitandam: ꝗ̄ debeat fortis eligere mor2 ad vitandum culpam oppositam fortitudini. sed ſm rectam rationem fortis debet eligere mortem ad vitandum vitium oppositum fortitudini quando de facto oportet alterum incurrere vt docet philosophus. 3°. ethi. ergo christianus debet eligere incurrere penam inferni vel omnino non esse: ad vitandum peccatum mortale qꝺ est offensiuum dei si oporteret alterum incurrere ¶ In oppositum arguitur quia maius malū: magis est fugiendum. sed esse in inferno vel omnino non esse: est maius maluʒ ꝗ̄ peccare. ergo magis est fugiendum et minus est eligendum. mino2 ꝓbatur. q2 illud est maius malum: quod priuat plꝯ de bono. sed omnino non esse priuat esse bonuʒ. esse autem in inferno priuat non solum bonū moris et meriti: sed etiam possibilitatē redeundi. malum autē culpe neutruʒ predicto2uʒ priuat. ergo et c̄. ¶ In hac q̄stiōe erūt q̄ttuo2 articuli vt sup̄.

Quantū ad primum articulū ſit p̄ma cōclusio ꝙ cōtritꝯ tenet̄ in generali velle pati magis quācūq3 penā ꝗ̄ peccare. hāc cōclusionē tenet. S. T. p̄mo quodlibet articulo nono. Item in hac distinctione questione secunda articulo tertio sub articulo p̄mo ad quartū. ¶ Secūda cōclusio est ꝙ q̄libet contritꝯ magis dolet de peccato inq̄ᵐ est offensa dei ꝗ̄ de eodem prout est nociuum sibi ipsi. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac distinctione loco proxime allegato. ¶ Tertia cōclusio est ꝙ fortis fortitudine politica plus debet fugere peccatū fortitudini oppositū ꝗ̄ mortē corporalē. et ſm rectā rationem eligit mortem quādo casus occurrit: ꝓpter bonū cōmune cuius ipse pars est. Hanc cōclusionē tenet. S. Thomas tertio libro sentē. distin. vigesima nona q̄stione p̄ma articulo tertio. Itē artiᵒ q̄nto ad tertiū. Eandē ꝯclusionem tenet p̄ma pte questione. 60ª. artiᵒ q̄nto ad p̄muʒ. Et. 2ª 2ᵉ. questione. 26. articulo. 3°.

Quantum ad secundū articulū arguendū est cōtra conclusiones. Et quidē contra primā arguit durandus ꝓbā do ꝙ ꝓ vitādo malo culpe: nullꝯ debet eligere penam inferni vel omnino nō esse. p̄mo quia malum pene nūq3 est necessariuʒ eligere ꝓpter malum culpe vitandum: nisi quia sine co non potest culpa vitari: aut quia per tale malum promouetur bonū virtutis et ipeditur malū vitij oppositi. ſ3 neutrū istorū pōt dici de pena iferni vl' de pura nō entitate. ergo et c̄. maio2 ē suppont eē ꝓbatā in p̄cedētibꝯ dictis suis. mino2 ꝓbat̄ q2 nullū malū pene ē necessariū ad vitādū culpā: nisi illud qꝺ est materia v̄tutis opposite. sicut patet in actibꝯ v̄tutū q̄ habēt ꝓ materia aliqua penalia sicut fortitudo que est circa ꝑicula mortis vel mortē inferētia. q2 qui non agit fortiter quādo tēpus incūbit: peccat. sed nullꝯ pōt fortiter agere nisi sustinēdo tristia circa q̄ ē actꝯ fortitudinis. ergo ad vitādū peccatū oppositū fortitudini: necessariū ē penalia et tristia sustinere vel eligere. sed pena inferni nō est materia alicuiꝯ virtutis. de pura autē non entitate constat: cum non esse et virtuteʒ et subiectū virtutis destruat. ergo sustinere penam inferni vel omnino nō esse: non est necessariū ad vitandū malū culpe. ¶ 2°. ꝓbat̄ ꝙ nec etiam sit licitū eligere p̄dicta. quia nūq3 maluʒ pene licite eligit̄ ꝓpter maluʒ culpe vitandum: nisi quia est ꝓmotiuū virtutis opposite. sicut licitū ē tristitia sustinere ſm corpꝯ in q̄ cōsistit malū pene: vt meliꝯ cōseruet̄ bonū virtutis et ꝑfectius euitet̄ malum oppositi vitij. et hoc modo licitū ē corpꝯ affligere ieiunijs et vigilijs ꝓpter ꝓmotionē boni tēꝑantie et repressionem vitij oppositi. p̄ter aūt istos modos nūq3 est licitū eligere malū pene ꝓ malo culpe euitādo. ſ3 pena inferni vl' oīo nō eē: nō ꝓmouet ad aliquā v̄tutē vt sic faciliꝯ impediat̄ vitium oppositū. ergo eligere penā iferni vel oīno nō esse nō ē in vllo casu licitū. ergo nec culpa ē eligenda ꝓpter vitādā penā iferni vel oīo nō esse. nec iste pene vel defectꝯ sunt eligēdi ꝓpter vitādū malū culpe. et ideo conclusio supponit falsum. supponit eni vnū esse eligendū ꝓ altero vitando et querit quid pro quo et tamē neutrū ē ꝓ altero eligēdū.

Sed contra hoc vt dicit quidaz dicunt ꝙ p̄dicta ratio impedit seipsam, quia si pena est eligenda ad vitandum culpam quando pena est materia virtutis opposite culpe: pena autē inferni vt dicūt quantū ad illud qḋ est ibi mere penalitatis: ē materia virtutis. ergo ipsa est eligēda. assumptuz ꝓbāt. q̄z pena recōpēsans deordinationē culpe: ē materia iusticie puniētis culpā ꝑ penaz. sed pena inferni est huiusmodi q̄z ꝑ eā recōpensat̄ ex iusticia culpa cōmissa. ergo fm rectā rōnez si vigeret in dānato: deberet eligere sustinere penaz inferni antequam sua culpa remaneret impunita. Istud autē non valet: q̄z nec est ad ꝓpositū nec est in se verum. ad ꝓpositū siquidē non est q̄z nos nō q̄rimus vtrum peccator existēs in pena inferni iuste a deo sibi inflicta ꝓpter culpā ab eo cōmissam: debeat plus velle sustinere penā illam: q̄z ꝙ sua culpa remaneat impunita vel econuerso. sed querimus vtrum vere contritus qui non est in illa pena nec est illius pene debitor debeat vel possit licite velle sustinere penam inferni vel omnino nō esse propter euitationem culpe future et iminentis ex aliqua tētatione. et hec secunda questio nō est eadem cum prima nec vna dependet ex alia. et sic illud dictum non est ad ꝓpositum. Itez nec est in se verum quia iuste condēnatus ad mortez tēporalem: potest licite optare et velle ꝙ nō moriatur sed condonetur ei penitēti misericorditer pena mortis tam a parte q̄z a iudice. nec istud est contra iusticiaz ꝙ ex causa culpa sic remaneat impunita sed est actus misericordie. et eodē modo si dānatus penitere posset et optaret penam inferni sibi a deo misericorditer dimitti vel relaxari: non optaret contra iusticiam. nec deus si eam relaxaret faceret contra iusticiam sed fm misericordiam. et ideo falsum est quod dicunt alij ꝙ dānatus plus deberet fm rectam rationē si vigeret in eo eligere sustinere penam inferni: q̄z culpa sua remaneret impunita. imo si in eo vigeret recta ratio non obstinatus in malo: deberet petere et optare ꝙ pena inferni sibi remitteretur. Ad formaz ergo rationis eorum dicendum est ꝙ pena quando est materia virtutis circa quam actus virtutis necessario versatur et fugere penam est totaliter virtuti contrarium: sustinere talem penam est necessario eligendum. sicut est de pena quam sustineret fortis ciuis in rebus bellicis pro defensione reipublice. pena autem inferni non est hoc modo materia virtutis vt declaratuz est. et ideo ex hac ratione non est eligenda. ergo et c̄. Si autem ampliaretur sic ꝙ poneretur ꝙ oporteret alterum incurrere culpam videlicet vel penam inferni seu omnino non esse: an in casu isto deberet homo potius eligere sustinere penam inferni vel omnino non esse q̄z peccare vel econuerso: et dicendum ꝙ hec positio est impossibilis. quia pena pro cuius vitatione incurritur culpa et si non vitatur culpa incurritur pena: non potest sic se habere ad culpam vt si vitetur culpa necessariuz sit incurrere penam. sed pena inferni est huiusmodi quia timore talis pene incurritur culpa. hoc eniz pertinet ad timorem seruilem vt homo omittat peccare ne incurrat penam gehēne. ergo talis pena non potest sic se habere ad culpam: vt si vitetur culpa necessarium sit incurrere talem penam. quin potius opposito modo se habent quia si non vitatur culpa: incurritur pena. nec incurritur pena: nisi incurratur culpa. vnde se habēt sicut antecedēs et consequens et non sicut opposita vel immediate disparata quorum vnum oporteat inesse altero non inherente sicut ponitur pro ypothesi. propter quod ipsa est impossibilis. nec est mirum si ex suppositione falsa et impossibili sequitur falsum et impossibile. et sic nihil concluditur verum aut possibile contra opinionem que dicit ꝙ propter vitandam culpam non est necessariū nec licitum eligere penam inferni vel omnino nō esse. Sed quidam homines dimittentes veritatem rei absolute: volunt gloriari de consequentijs logicis factis ex ypothesi. Item predicta suppositio non solum est impossibilis sed incompossibilis hoc est includens contradictoria. et talis suppositio non debet fieri fm aliquam artem et fm eam possunt concludi contradictoria. sicut si ponatur ꝙ homo non sit rationalis: sequitur ꝙ homo non sit homo: quia per suppositionem non est rationalis: et sic non est homo cum rationale sit de intellectu et de intrinseca ratione hominis. et sic est vna contradictio scilicet ꝙ homo nō sit homo. alia cōtradictio est quia sequitur ꝙ homo sit rationalis ex quo est homo et ꝙ non sit rationalis per suppositionem. ꝙ autez predicta suppositio includat contradictionez patet. quia nullus potest peccare nisi volens cum d̄ ratione peccati sit esse voluntarium fm Augustinum. si ergo hominem non volentem peccare necessarium esset incurrere penam inferni vel omnino non esse ista necessitas proueniret ex parte infligentis tales penas: et hic ē solus deus qui solus potest hominem annihilare et facere ꝙ omnino patiatur ab igne infernali. si autem deus poneret̄ has penas infligere nolētibus peccare: quid aliud esset nisi ꝙ de⁹ diceret homini: aut tu peccab aut ego ponam te in iferno vel omnino ānihilabo qḋ esꝫ

inducere hominem ad peccandum ex timore pe ne cōminate. hoc aūt non soluz est impossibile ꝙ incōpossibile qz includit contradictionē. qz null⁹ conformādo volūtatē suā voluntati diuine volē do quod deus vult eum velle peccat. sed si deus cōminatur has penas alicui īfligere nisi peccaret induceret eum ad peccanduz et sic vellet eū peccare. ergo homo faciendo hoc ad quod deus eū induceret: non peccaret sed induceret eū ad peccandum. ergo non peccando peccaret quod implicat dare contradictionem. Sed esto ꝙ hee pene possent infligi a creatura puta ab angelo malo: adhuc dicendum ꝙ propter eas vitandas nō liceret peccare nec tamē liceret eas eligere ad vitandum peccatum ꝑpter rationes prius dictas. et si dicatur ꝙ nisi peccaret incurreret has penas concedatur tamē nō sustineret eas voluntarius sed inuit⁹. si enim eas volūtari⁹ sustineret peccaret. et est simile si quis maliuolus vult me occidere et occidor ab eo inuitus: nō pecco. sed si vellez occidi peccarem. ꝛ similiter est in proposito quia ex hoc tollitur ratio peccati: ꝙ tollitur ratio voluntarij. propter quod non valet ista consequētia. non est illicitum penā inferni sustinere vel oīno non esse ne culpa incurraṫ: ergo non est illicitum eligere penā inferni vel omnino nō esse ꝑpter culpam omnino vitandā. ¶ Confirmaṫ quia illud quod separat hominez a deo et ab ei⁹ visione in perpetuum: nullo modo potest recte eligi qz deus et visio dei debent summe amari et optari. sed pena dāni separat a deo et ab eius visione in perpetuuz. igitur illa pena nullo modo pōt recte eligi etiā si millesies posset a creatura infligi. Itē si aliquid moueret ad oppositū et ꝑ conclusione: hoc maxime videreṫ ꝙ melius ē mala pati q̄z malo consentire et c̄. sed ad hoc dicenduz est ꝙ hoc est verum sub hoc sensu ꝙ non est illicitum mala pati si est ibi purum pati: quia omne illicitum cōsistit in actione. sed eligere mala pati cum non sit puruz pati sed aliquo modo agere saltez quo ad actum interiorem: nūq̄z est licitum ꝑpter malum culpe euitanduz nisi sit ad hoc necessarium qd est quando tale maluz est materia virtutis vel sit ꝑmotiuum boni virtutis et valeat ad impediēduz facilius vitium oppositum. quod non habet locuz in pena inferni. Sed contra hoc dicunt quidā ꝙ licet pena inferni pro tempore quo infligitur nō promoueat ad bonum virtutis nec similiter omnino non eē quin potius destruit subiectuz ꝛ omne bonum: tamen pro tempore electionis ꝑmouent. quia electio est virtuosior quando aliquis tanta mala eligit ne faciat contra virtutem. exemplum de forti qui eligit mori propter bonum reipublice. sed istud non probat ꝙ pena inferni vel omnino non esse debeat eligi ad vitandum mortale nisi sub condicione. s. si oporteret alterum incurrere. hec autem positio impossibilis et incompossibilis est vt declaratum fuit. sed posito ꝙ essz possibilis: adhuc argumentum nō valet. quia minor propositio est falsa. quia fortis fm fortitudinem virtutis moralis: nūquaz debet eligere mortem ad vitandum vitium oppositum fortitudini: maxime quando post mortem non speratur alia vita sicut Aristoteles et alij gentiles non sperauerunt. sed sufficit ad virtutem fortitudinis moralis ꝙ fortis eligat virtuose agere in rebus bellicis propter bonum reipublice non obstante timore mortis qui est in talibus periculis. ita ꝙ si incurrat mortem: incurrat inuitus ꝛ non ex electione. quia ex parte eius non erit pro tunc voluntariuz simpliciter neqz mixtum: sed est pura passio que fm se non est virtuosa sed solum ratione antecedentis. quia propter timorem mortis qui quandoqz contingit in factis bellicis non omisit se virtuose exponere pro dfensione reipublice. et si fortis eligat mori: electio non essz virtuosa imo essz vitiosa vt postea patebit. neqz similiter pena inferni et omnimoda non entitas non solum quādo infligerentur non promouerent ad virtutem sed si preeligerentur redderent electionem vitiosam. hec illem forma. ¶ Contra secundam conclusionem arguit idem durandus probando ꝙ distinctio ibidem facta non valeat dicens. culpa quatenus est dei offensiua et peccanti nociua ratione pene culpe debite: sunt vnum et idem inter que non debet poni distinctio. quod probatur sic. quia ira et offensa non dicitur in deo fm affectum sed fm effectum inq̄z[m] infert penaz et separat. ergo offensa dei nō est nisi pena īflicta vel infligenda peccatori. et sic in idem coincidit offēsa cum pena. sed inter talia non cadit distinctio. ergo culpa non est magis odienda quatenus offensa dei: q̄z ratione pene per quā est nociua peccatori. Sed contra hoc arguunt vt dicit quidam probare nitētes ꝙ offensa dei est aliud realiter q̄z pena peccati. dicunt eniz ꝙ offensa potest dici actiue vel passiue quando vnus offendit alium. s. ex parte offendentis et ex parte offensi. offensa enim offendentis nihil aliud est q̄z illud ꝑ quod offendēs displicet offenso. s. aliqd dictū vel factū vel omissio alicuius debiti fieri quod displicet offenso et maxime quādo talis displicētia ē ibi que tollit amicitiā offēsi ad offendētē et merito debeat inducere inimicitiā oppositā. offēsa aūt passiue

dicta ex parte. s. illius qui offendit: nihil aliud est q̃ displicẽtia quã merito debet habere offensus d̄ iniuria illata ab offendente: s̄m quã dicit̃ q̧ similiter sunt odio impi⁹ et impietas eius. impietas s̄m se: impius aũt ratione impietatis. Probatur ergo primo q̧ impossibile est q̧ offensa actiue dicta sit idẽ quod pena. q̧z offensa actiue dicta est illud ꝑ quod offendẽs meret̃ penaz. sed pena nõ ẽ meritũ pene. quia siue in bonis siue in malis: illud quod retribuit̃ ꝓ merito nõ ẽ idẽ cũz merito. ergo et c̄. Q̧ autem offensa passiue dicta s̄m quã dicitur offensus offendi et hoc in cõparatione ad deum: et pena qua offendẽs punit̃ nõ sint idẽ: ꝓbat̃ triplici rõne. prima est quia illa q̃ possunt esse sine seinuicẽ: nõ sunt idẽ. sed sic est de offensa dei ꝛ pena peccatoris. ergo et c̄. maior patet de se. minor ꝓbat̃. s. q̧ pena põt esse sine offensa et offensa sine pena saltẽ ꝓ eodez instãti qd̄ dico ideo q̧z licet nũq̃ posset esse pena nisi esset offensa dei: nec offensa dei quin sequat̃ aliqua pena: tamẽ põt esse pena ꝓ aliquo tp̄e ꝓ quo non est offensa et econuerso saltem in actu. qd̄ faciliter patet p̄mo q̃ ad hoc q̧ pena possit esse ꝓ aliquo ꝓ quo non est offensa. et hoc patet dupliciter. p̄mo q̧z ablata offẽsa ꝑ contritionem adhuc manet pena quã peccator cõtritus soluit. ergo ꝛc̄. secũdo q̧z de⁹ non solum punit illũ qui offendit pena exterminante: ſ͡z etiã pena emẽdante ꝛ iã deo reconciliato satisfaciente. sed talis pena infligitur ablata offensa. ergo impossibile est q̧ offensa dei et pena sint idez. et sicut ꝓbatũ est q̧ pena põt esse sine pena: ita q̧ non oportet existẽte offensa q̧ statĩz sit pena: q̧z statim quãdo peccator peccat est offensa: ſ͡z non statim est pena. ergo et c̄. Secũdo ꝓbat̃ idem ex cõparatione offense ad penam sic. q̧z offensa dei aut est displicentia dei de peccato: aut voluntas penã inferendi. sed neutrum istoꝝ est pena. ergo offensa nõ est pena. maior patet de se. minor probatur. q̧z displicentia de peccato importat actũz volũtatis dei. sed actus volũtatis dei nõ ẽ pena. ergo et c̄. Tertio q̧z doctores cõmuniter dicũt q̧ dãnato displicet peccatũ non ĩ rõne offense diuine sed ratione pene. sed hoc nõ essz si offensa diuina et pena essẽt idẽ. ergo ꝛ c̄. Hec autem friuola sũt. quia illa distinctio de offensa actiue dicta et passiue: solũ habet locũ in illis in quibus est offensa ꝓ predicta que est mot⁹ animi ad displicentiaz. ĩ illis enim illa displicentia per quã homo est formaliter offensus dicitur offensa passiue: quatenus ẽ ab alio causata. et illud dictum vel factũz ex quo causatur talis displicentia: dicitur offensa actiue quia est causa talis displicẽtie. et in talibus offensa actiue dicta: non est pena sed meritũz pene vt isti bene dicũt quantũ ad hoc. nec offensa passiue dicta est pena: sed est mot⁹ animi s̄m displicẽtiaz et sunt separabilia ꝓ aliquo tp̄e. in deo autem nõ est offẽsa ꝓprie quia in eo nõ est motus animi ad displicentiam causat⁹ ex aliquo malo dicto vel facto nostro: sed omnino similiter se habet in se siue peccemus siue bene faciamus. et per cõsequẽs respectu dei nulla est offensa actiue dicta q̧z omnis actio respõdet passioni et ecõtra. sed dicitur deus iratus vel offensus: soluz metaphorice et ꝑ similitudinẽ ad hominẽ qui dicit̃ offensus ab alio quãdo vult ei infligere penam et infligit quando punit. et similiter de⁹ quia punit peccatorẽ infligẽdo penã: dicitur ei offensus vel iratus. itaq̧ offẽsa nec est in deo passiue nec in nobis actiue respectu dei: sed est dñominatio metaphorica rõne solius pene quã infligit peccatori. et ideo p̄mum argumentũ qd̄ ꝓcedit de offensa dei actiue vel passiue dicta: nõ est ad ꝓpositũ. Ad secundũ dicendũ est q̧ offensa dei nec est displicẽtia d̄ peccato nec voluntas infligẽdi penã: sed est sola denominatio metaphorica sumpta a pena quã de⁹ infligit ex similitudine pene quã homo iratus vel offẽsus alteri infligit eidẽ. Ad tertiũ dicendũ q̧ verba doctorum nõ semꝑ sunt sic t̃alia nec ꝓpria. q̧z si ꝓprie loquamur in hac materia: dicamus q̧ dãnatis displicet eorum culpa ratione pene ꝛ non q̧z est cõtra rationem vel cõtra mãdatum diuinuz. sed ex hoc nõ offendit̃ deus nec irasat̃. hec ille. ¶ Contra tertiã cõclusionez arguit durãdus ꝓbando q̧ loquendo de fortitudine pure morali de qua tractauerunt philosophi qui ignorauerũt aliã vitaz futuram post istã: licet fortis non debeat recedere ab opere virtuoso timore mortis: nũq̃ tamẽ licet ei eligere mortez ꝓ defensione reipublice vel in quocũq̧ alio casu qui ad presens occurrat. Ad cuius euidẽtiã sciendũ est q̧ sicut dicitur. 8°. ethi. amabile quidẽ bonũ vnicuiq̧ aũt ꝓprium. et s̄m hoc in bonis q̃ dicuntur amari et eligi: acapit̃ gradus dupliciter. vno modo s̄m quantitatez boni quia maius bonũ magis est eligendũ ceteris paribus. et ideo cum bonuz anime sit potius bono corporis et bonũ corporis bonis exteriorib⁹: bona anime sũt preeligenda bonis corpis et illa bonis exterioribus: ꝛ mala opposita sunt magis odienda ꝛ fugienda. Alio modo potest acapi grad⁹ in bonis diligendis et eligẽdis ex parte hominis quia ꝓprium bonum magis est diligendũ ꝛ eligẽdum q̃ extraneũ: sicut quilibet tenet̃ plus diligere se q̃ alterũ. et ideo amicabilia q̃ sunt ad alterũ venerũt ex amicabilib⁹ ad seipsũz. dico aũt bonũ extraneum

extranei ⁊ nõ cõmune: q2 in bono cõmuni inclu-
dit formaliter bonũ ꝓpriũ. sicut in bono totius
corporis includit bonũ partis. ciuis enĩ pars ē
ciuitatis. ⁊ ideo ciuis plꝰ debet diligere bonũ ci-
uitatis q̃ bonũ suũ solũ. et plꝰ velle q̃ cõseruet
bonũ totiꝰ ciuitatis: q̃ solũ bonũ suũ inclusũ bo-
no suo in bono ciuitatis. sic enĩ diligẽdo bonũ ci-
uitatis: diligit bonũ suũ ⁊ bonũ alioꝝ quod ē
meliꝰ q̃ diligere bonũ suũ solũ. bonũ aũt extra-
nei voco bonum psone puate vel reipublice cu-
ius homo nõ est pars. sicut respectu ciuis parisiē-
sis bonũ extraneũ ē bonũ ciuis tholosani et etiã
bonũ ciuitatis tholose. ⁊ vtrũq3 bonũ debet ci-
uis parisiẽsis minus diligere q̃ bonũ suũ ꝓpriũ.
cũ enĩ diligere aliquẽ sit velle ei bonũ: sicut quili-
bet homo tenetur plus diligere seipsum q̃ aliũ
hominẽ vel quãcũq3 cõmunitatẽ in qua ipse non
includit: sic tenetur plus velle bonũ sibi q̃ alicui
de p̄dictis. ⁊ plus fugere malũ suũ ꝓpriũ q̃ ma-
lum cuiuscũq3 extranei. et plus debet displicere
illi q̃ peccauit peccatũ suũ: q̃ peccatũ cuiuscũq3
alterius psone puate vel omnium alioꝝ. ⁊ sicut
est in malis culpe: sic est in malis pene ceteris pa-
ribus. Ex his arguitur ad ꝓpositũ pͥmo sic. ele-
ctio p quã eligitur malũ maximũ ꝓ aliquo bo-
no ad cuiꝰ cõseruationẽ nihil penitus ꝓdest sed
potiꝰ obest: non est virtuosa sed magis vitiosa.
istud patet q2 cum electio sit eoꝝ3 que sunt ad
finem: si illud quod eligitur non ꝓsit ad cõsecu-
tionem finis sed potius noceat: talis electio est
fatua nec ē sm prudẽtiã q̃ facit electionez rectã.
q̄ in eo qui accedit ad confessionem fictus quia non contritus: duo possunt considerari quantum pertinet ad propositum. vnum est q̄ accedit impenitens vel non penitens de peccatis que confitetur. et hoc est materiale in fictione sup quod fictio ipsa fundatur. aliud est quia inquantū accedit impenitens vel non penitens: ipso facto aliud ostendit q̄ʒ in rei veritate sit. qui enim confitetur peccata sua sacerdoti: eo ipso ostendit se remissionem peccatorum per absolutionez sacerdotis q̄rere. ac per hoc ostendit se de commissis dolere ꝛ propositum habere non ea iterū cōmittendi sine quibus remissio peccatorꝝ haberi non pōt. quod non sic est in veritate in eo qui non contritus ad confessionem accedit. et hoc secundū est formaliter ipsa fictio. vtrūqʒ autē horū fm ea q̄ premissa sunt de mente Sācti Thome est circūstantia aggrauans et nō trahens in aliam spēm peccati. vt enim Sāctus Thomas dicit. p̄ᵃ 2ᵉ. q. 18. arti. 11ᵒ. illa circunstantia que non respicit specialem ordinem rationis in bono vel malo morali nisi presupposita alia circunstantia a qua actus moralis habet speciem boni vel mali: non dat speciez boni vel mali ipsi actui. sicut tollere aliquid in magna quantitate vel parua: nō respicit ordinem rationis in bono vel malo: nisi presupposita aliqua alia condicione per quaz actus habeat speciē boni vel mali quemadmodum hoc quod est eē alienum quod repugnat rationi. vnde tollere alienū in magna vel parua quantitate: non diuersificat speciem peccati: sed potest peccatum minuere vl' aggrauare. cum igitur fictio qua quis non contritus accedit ad confessionem non respiciat fm se specialem ordinez rationis in bono vel malo nec q̄ʒᵗᵘᵐ ad materiale nec quantū ad suū formale: consequens est q̄ neutro modo addat nouā speciez peccati sed sit circunstantia quedaʒ aggrauans. Quod autez neutro modo fictio fm se respiciat specialem ordinem rationis: probatur de primo. nā non conteri vel non penitere de peccato seu accedere ad confessionem absqʒ contritione et penitentia de peccatis mortalibus: nō repugnat fʒ se ordini rationis vel legi dei nisi presupposita alia condicione. s. q̄ talis accedens: peccata cōmiserit mortalia de quibus non penitet. nisi enī hoc presupposito: accedens ad confessionem sine penitentia ac contritione de peccatis mortalibus nō peccat mortaliter. sicut patet in eo qui sine cōscientia peccati mortalis accedit ad confessionez alicuius venialis propter ecclesie preceptum implendum vel ad supererogationem. iste enim accedit ad confessionem non cōtritus nec penitēs de peccatis mortalibus quia illa non cōmisit aut eorum conscientiam non habet: et tamen sic accedens non peccat. non ergo fictio materialiter sumpta que vt dictum est consistit in eo q̄ q̄s accedit ad confessionem non penitens vel non cōtritus addit nouam speciem peccati. Deniqʒ nec secundum. s. ipsa fictio formaliter sumpta. naʒ vt patuit ex dictis Sācti Thome in precedēte notabili: fictio qua aliquid ostenditur dicto vel facto quod rei veritas non habet sed non ea intentione vel fine vt aliquid ostendatur q̄ʒ sit in rei veritate: non est speciale peccatum sed circunstantia non trahens in aliam speciem. cum ergo fictio q̄ quis ostendit facto se contritum per hoc q̄ accedit ad confessionem cum tamen cōtritus non sit non ea intentione fiat fm cōmunem cursum vt aliud ostēdat q̄ʒ rei veritas habeat sed magis intentione implendi preceptum ecclesie de facienda confessione vel propter aliquod periculuʒ imminens aut etiam quandoqʒ desiderans per cōfessionem et consilium sacerdotis moduʒ inuenire quo a peccato resipiscat ꝛ in futurum cauere ꝓponat: consequens est fm mentem Sancti Thome q̄ talis fictio etiam formaliter sumpta nouaʒ speciem peccati non addat nec sit speciale peccatum. ex quo vlterius sequitur q̄ nec cum aliīs peccatis que fictus confitetur nec postmoduʒ fictione recedente: sit necessario confitenda. quoniam fm doctrinaʒ Sācti Thome et cōmuniter doctorum theologorum: circunstantie que in aliaʒ speciem non trahunt: non sunt de necessitate confessionis etiam si peccatum aggrauent. Quod ergo Sanctus Thomas dicit q̄ qui fictus accedit ad confessionem tenetur postmodum fictione recedente suam confiteri fictionem: intelligendū est fm distinctionem quam ipse ponit circa peccata recidiuantis infra distinctione vigesima secunda questione prima articulo quarto in corpore. dicit enim q̄ in confessione dupliciter est aliquid exponendum. vno modo directe: et sic exponi in cōfessione debet sacerdoti omne illud cuius absolutio seu remissio per confessionez queritur. et isto modo peccata dimissa nullo modo confiteri tenetur recidiuans nec in generali nec in speciali quicūqʒ confiteatur. alio modo indirecte sicut illud sine q̄ sciri non potest debitus satisfaciendi modus. sicut confitens confitetur interdū sacerdoti se esse infirmuʒ vt ei ieiunium non imponat. hec. S. Tho. Et ꝯsimili distinctione dici pōt in ꝓposito nr̄o q̄ q̄ fict⁹ qz nō ꝯtrit⁹ ꝯfessus ē peccata sua: tenet' postmodū. s. recedēte fictione suā fictionem confiteri non directe tanquā aliquid necessario delendum

per cõfessionem: sed indirecte vt cõsiderata cau-
sa fictionis: debita cautela p sacerdotez deinceps
adhibeat. nõ enĩ causa fictionis vna est semp nec
in grauitate equalis. et ideo ad remediũ adhibẽ
dũ et in futurũ precauẽdũ: debet fict⁹ fictionẽ suã
postq̃ recessit sacerdoti pãdere. ❡Sed ꝯtra id qđ
est premissum q̃ s. fictio accedẽtis ad cõfessionez
nõ cõtriti nõ sit speciale peccatũ obijci põt. q̃m f̃z
regulã supra positã ex dictis. S. Tho. illđ est spe-
ciale peccatũ quod est ꝯtra specialẽ ordinem ra-
tionis. sed predicta fictio importat aliquid con-
tra specialem ordinẽ rationis. s. sacrilegium. nam
accedẽs ad sacr̃m indigne: sacrilegiũ cõmittit qđ
est speciale peccatum quẽadmoduz si quis rapiat
alienã rem de loco sacro. ❡Ad hãc autẽ obiectio
nem respondem⁹ q̃ minor ꝓpositio nõ est vera.
non enim accedens ad confessionẽ fictus q2 non
ꝯtritus non tamẽ ea intẽtione vt aliud ostendat
q̃z rei veritas habet: cõmittit sacrilegiũ. nã sacra-
lis confessio nõ exigit necessario cõfitentẽ contri-
tum eo q̃ sit medicina infirmis. i. peccatorib⁹ de-
bita. vñ. S. Tho. supra distĩ. 9. ar. 3. sub. ar. p° ad
2m. duplex inq̃t est medicina. vna remouẽs mor
bum et talis debet infirmis. et huic cõparat bap
tism⁹ et penitentia. alia medicina est ꝓmouẽs in
sanitatem ꝑfectam: et talis non debetur infirmis
sed iam sanis. et huic comparatur eucharistie me
dicina. Item infra distin. 24. q. p°. ar. 3. sub. ar.
p°. ad. 3m. alique inquit medicine sunt q̃ exigunt
robur nature alias cum periculo mortis assumũ-
tur. et alie sunt que debilibus dari possunt. ita etiã
in spiritualibus q̃dam sacra sunt ordinata ad re-
medium peccati: et talia peccatoribus sunt exhi-
benda sicut baptismus et penitentia. illa vero q̃
perfectionem grẽ conferunt: requirunt hominez
per gratiam confortatũ. Idem dicit. 3a. p. q. 80.
arti. 4. ad. 2m. Ex quibus apparet nõ esse neces-
sarium vel debitum q̃ sacramentum penitentie
quantum ad confessionem et absolutionem sine
quibus non est: conferatur contritis qui sunt sani
ab infirmitate peccati cum sit medicina infirmis
idest peccatoribus debita. nec per consequẽs cõ-
mittit sacrilegium qui ad confessionez accedit nõ
contritus. nam sacrilegium cum sit sacramẽti vl'
rei sacre violatio: non cõmittitur nisi quando ali
quis facit contra id quod debitũ est rei sacre vel
sacramento.

❡**Quarto** Notandum est q̃ vt Sã-
ctus Thomas deducit p°
2e. q. 100. arti. 9. illud proprie cadit sub precep-
to legis: pro quo pena legis infligitur. ad institu
endum autem penam: aliter se habet lex diuina ꝛ
aliter lex humana. non eniz pena legis infligitur
nisi pro illis de quibus legislator habet iudicare
quia ex iudicio lex punit. homo autem qui est le-
gislator humane nõ habet iudicare nisi de exte-
rioribus actibus quia homines vidẽt ea q̃ parẽt
vt dicitur p̃mo Regũ. 16°. sed solius dei qui ẽ la-
tor legis diuine est iudicare de interioribus moti
bus voluntatũ s̃m illud psalmi scrutãs corda et
renes de⁹. et inde est vt ibi subiũgit q̃ modus vir
tutis qui ad motum vel actuz tãtũmodo interio
rem pertinet: non cadit sub p̃cepto humano. quã
obrem lex humana nequaquam diiudicat vtruz
volens vel eligens aut tali vel tali itentione ho-
mo legis preceptuz adimpleat. sufficit eniz q̃ ho-
mo legi humane subditus impleat legis precep-
tum quantũ ad subam operis. et pari ratione ho
mo non tenetur implere legis preceptum ex ha-
bitu informãte et radicato. vnde lex humana nõ
punit illum qui vult occidere sed non occidit: nec
iudicat transgressorem esse legis qui debitum ho
norem parẽtibus impendit ex naturali compas-
sione licet non ex electione rationis vel ex habi-
tu pietatis. Ex quibus inferimus q̃ preceptuz de
confessione semel in ãno fienda per capitulũ om-
nis vtriusq̃ sexus: non obligat confitentẽ vt con
fiteatur peccata sua contritus: cum illud precep-
tum sit legis humane et contritio sit actus inte-
rior. vnde quod decretalis dicit omnia: debet itel-
ligi distributio de oib⁹ pctis exteriorib⁹ nõ ꝺ pctis
cordis dũtaxat: de q̃bus tñ põt dici accipi hoc
sacri mysterii. Et si dicat q̃ ꝯfessio sacr̃alis ẽ ꝺ foro
penitẽtie et ꝑ ꝯsequẽs de foro conscientie que est
act⁹ interior: respõdem⁹ q̃ licet cõfessio s̃m se sit ꝺ
foro penitẽtie: p̃ceptũ tñ ꝺ ꝯfessione fiẽda ꝑ dictũ
capitulũ est ꝺ foro iudiciali. vñ nõ iplicat sigillũ se
creti quẽadmodũ sacr̃alis ꝯfessio imo a legislato
re ẽ to ti ecclie ꝓmulgatuz. S3 neq3 ꝯfessio, put ẽ ꝺ
iure diuio istituta a xp̃o ꝛ ꝓmulgata a iacobo obli
gat ꝯfitẽtem vt cõfiteat pctã sua corde cõtritus.
nõ q2 a deo dari nõ possit ꝺ hoc p̃ceptũ q̃ iudex ẽ
actuũ interiorũ scrutãs renes et corda: s3 q2 non
legit tale p̃ceptũ de facto fuisse ipositũ. vñ ꝛ btũs
iacob⁹ qui ꝯfessionis dterminationẽ exp̃ssit: simplr
locut⁹ est dicẽs. cõfitemini alterutrũ peccata vr̃a.
qđ aũt addit vt saluemini vbi videt contritio im
plicari sine q̃ pctõrib⁹ non est sal⁹ magis designat
finẽ p̃cepti q̃z sit p̃cepti ꝯdicio. finis eni p̃cepti nõ
cadit regularit̃ sub p̃cepto alias iplẽs p̃ceptũ diui
nũ sine charitate: eẽt diuini p̃cepti trãsgressor q2 fi
nis p̃cepti ẽ charitas vt apl's dicit p° Thimo. p°. qđ
tñ coiter nõ tenet. Nec obstat q̃ finis sit a legisla
tore intẽtus: q2 vt. S. T. dicit. p° 2e. q. 100. ar. 9.

ad .2m. intentio legislatoris est d duob9. de vno quidem ad qd intendit p precepta legis inducere et hoc est virt9. aliud aut est de q intendit preceptu ferre: et hoc est qd ducit vel disponit ad virtutem. s. act9 virtutis. no enim ide est finis precepti et id de quo dat preceptu. sicut neq in alijs reb9 idem est finis et qd est ad fine. hec. S. Tho. Ex quibus accipit q non ome qd legislator intendit quando fert legem: cadit sub legis precepto: sed illud tantmodo de quo intendit ferre preceptum. omnis eni legislator intendit p leges et precepta ab illo edita: subditos facere virtuosos p assuetudinem et actib9 preceptor. et tamen no illis sub pcepto imponit q sint virtuosi aut q opa faciat vt virtuosi. nam hoc preceptum non est sed finis precepti.

Quantu ad articulu quartu respondendu est obiectionib9 adversanor. Et quidez ad primu durandi dicit q assumit falsum. qz imo i sacro penitentie ornat9 imprimit, put in qstione precedente fuit deductu. ¶ Ad .2m. dicim9 q iteru assumptu e falsum. sicut eni in sacris q imprimut characterem character est dispositio manes cu gra et cum peccato: ita et in sacris characterez no imprimentib9 ornatus e dispositio q cu gra et cum peccato manere pot. et ad pbatione assumpti negat cosequetia. licet eni iterata cofessio virtute absolutionis sufficiesset quantu est de se causare ornatu: vbi tn illu inuenit: ornatu non causat sed forte auget. quemadmodu sacrm eucharistie natu est gram de nouo causare in no habete digne tn vel no ficte suscipiete. et tame in habete gram: no alia causat sed preexistente auget. vnde no est veru vniuersaliter q iterata causa iteret effect9: sed sufficit q vn9 et idez amplicet. ¶ Ad .3m. negat cosequentia. na quauis ornat9 indifferenter existere possit cuz gra et cu ei9 puatione: no tame indifferenter ad vtruq disponit: sed est dispositio ad sola gram. ac p hoc ad ipsum sequit gra recedente fictione. quemadmodu et in naturalib9 licet calor ignis calefacientis aquam stare possit cu forma et qualitatib9 aque contrarijs: ad sola tn forma ignis et ad eius qualitates disponit. ¶ Ad .4m. patet respsio ex his q dicta sunt in secudo et tertio notabilib9. ¶ Ad argumenta godofredi ad pmuz dicim9 ad pbatione minoris q illa dispositio pot manere cum peccato sicut et character. neq valet obiectio in cotrariuz: qz vt bene respodet bernard9 de gana co illa dispositio no agit nisi in virtute absolutionis date. quaobrez non het virtute nisi ad illa peccata q fuerut materia talis absolutionis. peccata aut postmo dum iterata: non sunt materia pterite absolutionis. et ideo virtus ipsi9 ad illa no se extedit. ¶ Ad .2m. dr q no aliud cocludit nisi q sacrm penitetie no het tota sua efficacia absq trib9 illis partib9 cotritione cofessione et satisfactione. hoc aut no militat contra nos cu ponam9 q q fict9 qz no ptrit9 cofitet peccata sua: no cosequit remissione pctor quousq recedente fictione heat cotritione. non aut cocludit argumetu q cofessio et absolutio non heant aliquem effectu sine alijs duab9. q aut argues dicit cofessionez no esse sacrale nisi simul cocurretib9 cotritione et satisfactione: falsu est. na vt dictu fuit in pcedente questione quauis sacrm penitetie ad sui pfectionez et coplemetu exigat omes illas ptes: consistere tn pot subalter in cofessione et absolutione licet no ita pfecte. vn quauis no simul cocurrat contritio et satisfactio: nihilomin9 tn cofessio et absolutio sacrales ee possut. sunt eni ptes pncipales sacri q sine alijs ee psit sicut caput et cor in aiali absq manu vl pede q ad coplemetu corpis pferut. ¶ Ad .3m. dicit q argumetu pcedit ex duob9 falsis. vnu est q accedes ad cofessione fict9 qz no ptrit9 comittit nouu pctm. aliud est q cofessio no est integra qn dictam fictione q s no cofitet. et de hoc latissime fuit dictu in secudo et tertio notabili. ¶ Ad .4m. dr q fictio de q hic loqmur est pur9 defect9 displicetie de peccato. qua fictione tenet fict9 quoda modo cofiteri no tn simplr. et d hoc lati9 dictu fuit i tertio notabili. ¶ Ad .5m. dr q rnsiones ibi posite ad rones alteri9 ptis no valet. no pma qn supponit falsuz. na vt. S. Tho. dducit i hac dis. q. 3. ar. 4. cofessio sacralis pot esse informis. i. sine charitate et p cns absq vera displicetia pcti: quauis sine illa sacrm penitetie no sit oio pfectu. et ad pbatione assupti dr q supponit falsu. no eni ma cofessionis sacralis est d necessitate peccator ptrit9 vl attrit9: s peccator absolute vl magis ipsa pcta. et ro supra tacta fuit in tertio notabili ex dictis. S. Tho. qz videlicet sacrz penitetie e medicina adhibeda c morbu pcti. ¶ Nec q valet scda rnsio na supponit q cofessio vt cadit sub pcepto diuino et no tm ecclie: debeat fieri necessario a cofitete ptrito. hoc aut falsuz e put i qrto notabili fuit dductu. Qd aute argues dicit cofessione ficti qz no ptriti no ee integra: falsu e. na vt pbatuz fuit i tertio notabili manifestatio talis fictionis no est de necessitate cofessionis sacramentalis cu no sit speciale pctm. Qz aut huiusce modi cofessio ficti no sufficiat ad receptione eucharistie: no e ad ppositu nrm in q non qrim9 qd reqratur ad cofessione p recipieda digne eucharistia: s qd illi debeat ex necessitate i quatu e sacral.

et ꝑterea posset qs cōfiteri ficte modo predicto et postmodū ad receptionē eucharistie cōteri fictione recedēte. in hoc certe casu confessio fuisset informis et ficta: et tamē cum contritione subsequente recedente fictione sufficiens esset ad digne suscipiendam eucharistiam et per cōsequens precepto ecclesie satisfacere. ¶ Nec tertia respōsio valet. quō ex nr̄a conclusione non sequitur ꝙ sacramenta noue legis aut etiā sacr̄m penitentie sint pronostica signa. nam ꝙ in casu nostro cōfessio et absolutio sacramentalis non demonstrent gratiam confitenti collatam sed conferendā: nō est ex natura sacramēti penitētie vel confessiōis aut absolutionis sacr̄alis: sed cōtingit ꝑ accidēs ꝓpter fictionē confitētis adiunctā. hoc aūt ꝑ accidens: nō obstat quin sacr̄a noue legis s̄m se et regulariter sint demōstratiua signa. Et preterea licet in casu fictionis predicte confessio et absolutio sint pronostica signa respectu gratie quā tūc non cōferunt sed in futurū fictione recedēte conferendā significant: et tamē respectu ornat⁹ quē in presenti conferunt signa sunt demōstratiua ac per hoc ꝑtinent ad sacramenta noue legis. vnde argumentū nō recte contra nos ꝓcedit. ¶ Ad argumentū ante oppositū respōdet. S. Tho. ī hac distin. q. 3. ar. 4. sub. ar. pᵒ. ad. 2ᵐ. ꝙ nō est simile. qꝛ contritio et satisfactio fiunt deo: sed confessio fit homini. et ideo de ratione cōtritionis et satisfactionis est ꝙ homo sit deo ꝑ charitatē vnit⁹ non aūt de rōne confessionis. Sed ꝯtra istā solutionem arguūt quidā qꝛ sicut vnio ad deū fit per charitatē: ita et vnio ad hominē erit ꝑ charitatē. et ꝑ consequēs idem iudiciū est de cōfessione que fit homini: et de cōtritione et satisfactione q̄ fiūt deo. Sed certe obiectio ista parū habet efficacie. quō vnio rōnalis creature ad deū: est vere et proprie per charitatē quia deus charitas est. et ideo Joānes apostol⁹ infert. pᵃ. Joā. 4ᵒ. ꝙ q̄ manet ī charitate in deo manet et deus in eo. cui cōsonat apostolus paulus. pᵃ Corin. 6ᵒ dicens. qui adheret deo: vnus spūs est. s. cū deo. iuxta qd̄ oñs ad patrē orans dicebat Joā. 17ᵒ. ego pro eis sanctifico meipsum vt sint et ipsi sanctificati in veritate vt omnes vnū sint sicut tu pater in me et ego in te: vt et ipsi in nobis vnū sint. vnio aūt hominis ad hominē: multipliciter fit q̄z per charitatē s̄m diuersas hominū societates. et in ꝓposito nostro est vnio hominis ad hoiem ꝑ subiectionē q̄ penitens ꝑ confessionē subiicitur sacerdoti. et iterum est vnio ꝑ cōmunicationē in vno sacr̄o et in actibus hierarchicis. vnde instantia parū habet momenti. Et in hoc articulus terminatur.

# Distinctio decima viij.

Circa decimā octauā distinctionē et si nē precedētis q̄ritur vtrū cōfessio non integra possit aliq̄d valere ad salutem et arguit ꝙ sic. qꝛ sacerdoti nō debet fieri cōfessio de peccatis nisi ꝓpter absolutionem. sed quandoq̄z sacerdos qui audit cōfessionē pōt de aliquibus peccatis absoluere et nō de omnib⁹. ergo ad minus in tali casu non oportet ꝙ confessio sit integra. ¶ In oppositū arguit̄ qꝛ ypochrisis est impedimētū penitētie. s̄ diuidere ꝯfessionē ad ypochrisim ꝑtinet vt augu⁹ dicit. ḡ cōfessio d̄bet esse integra sic vt oia pctā vni sacerdoti quis cōfiteat̄. ¶ In hac q̄stiōe erūt quattuor articuli vt supra.

Quantū ad primū articulū sit ꝯclusio pⁱma ꝙ cōfessio debet eē integra sic vt hō cōfiteat̄ vni sacerdoti omnia pctā q̄ sue memorie occurrūt. Hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac dis. q. 3. ar. 4. sub ar. 2. ¶ Secūda ꝯclusio ē ꝙ quāuis penitēs teneatur oia pctā sua vni sacerdoti confiteri: et tñ necessariū nō est ꝙ ab vno absoluat̄ ab oībus pctis ꝯfessis. s̄ pōt a q̄busdā absolui ab vno et a q̄busdam ab alio. Hanc cōclusionē tenet. S. Tho. loco preallegato in respōsione ad quartū.

Quantum ad articulū secūdū arguēdū est ꝯ conclusiones. Et q̄dē ꝯ pⁱmā arguit durādus nō q̄dē directe ꝯ ꝯclusionē s̄ ꝯ ei⁹ ꝓbationē dicēs ꝙ rō adducta ꝓ ꝯclusione non videt̄ necessario ꝓbare ꝙ necessariū sit oia peccata cōfiteri vni et eidē s̄ solū ꝙ est valde ꝯgruū. qꝛ s̄z eā non ē necesse oia pctā simul ꝯfiteri nisi rōne grauitatis quā vnū sortit̄ ex alio: vel rō ne medicine q̄ ꝓdesset ꝯ vnū et nō ꝯ aliud. s̄ ꝓpter pⁱmū nō oportet hoc ponere qꝛ circūstātie aggrauātes nō sunt d̄ necessitate cōfessionis: s̄ solū ille q̄ addūt nouā speciē pcti. s̄ vnū pctm̄ si recipiat grauitatē ex alio sibi adiūcto: nō tñ recipit nouā spēz. ḡ ad ꝯfessionē vni⁹ pcti si requirit̄

necessario q̄ fiat mētio de alio. nec ꝓpter secūdū .s. ꝓpter medicinā. q2 vel loquit᷑ de medicina que expellit morbū: vel d' illa q̄ preseruat a recidiuo. medicina aūt que expellit morbū peccati vnius nūquā est contraria medicine alteri' peccati. q2 eadē est medicina expellēs omne peccatū .s. grā. ergo ratione illius medicine nō oportet confiteri simul omnia peccata: nec medicina q̄ curat vnū peccatum grauet vel augeat aliud q2 istud nūq̄ est. nec ratione medicine preseruatiue: quia non est de ratione vere penitētie q̄ homo ab ea non possit excidere. ergo non est necessarium ad veram penitentiā q̄ exhibeant᷑ omnimoda remedia contra recidiuū. Alius est aūt mod' efficacior ꝓbans eandē conclusionē et ē talis. confessio respondet cōtritioni sicut signū signato. q2 ea q̄ sunt in voce: note sunt earū que sunt in anima passionum. et etiā correspōdet ꝑ simile. quia ꝑ cōtritionem fit mētalis cōfessio corā deo: sicut ꝑ cōfessionē vocalē fit manifestatio pctōꝝ corā ministro. sed contritio non pōt esse de vno peccato sine alio. ergo nec cōfessio. et sic patet q̄ cōfessio debet fieri integre de omnib' peccatis vni et eidē. qd̄ ē intelligendū de peccatis q̄ memorie occurrūt ꝑ maiā discussione cōsciētie q̄ debet cōfessionē precedere. hec durādus. ¶ 2°. pōt argui directe cōtra cōclusionē. q2 sicut ꝯfessio habet determinatū ministrū: ita videt᷑ habere debitā materiā q̄ est illud ꝑ quod peccata manifestant᷑. sed cōfitens vt videt᷑ pōt manifestare partē peccatoꝝ ꝑ vnū signū .s. verbo: et partem ꝑ aliud .s. scripto. ergo pōt partē peccatoꝝ manifestare vni ministro et aliā partē alteri. ¶ Cōtra secūdam ꝯclusionē arguit durādus dicēs q̄ licet ecclesia seruet illū modū .s. q̄ inferior audiēs totam ꝯfessionē absoluit d' casibus quibus pōt: superior autē ad quem remittit᷑ audit solū casum ꝑtinentē ad se et de illo absoluit: tamē cōtra istū modū et ꝯtra ꝯclusionē sequūtur aliqua incōueniētia. primū est q2 confessio q̄ fit inferiori integre de omnib' et ipse nō absoluit de oībus: nō habet aliquā absolutionē sibi correspondentē. secundū est q2 cōfessio q̄ fit supiori de solo casu ꝑtinente ad ipm: nō est integra. tertiū est q2 cū de illo peccato fuerit confessus inferiori dubiū est quare tenet᷑ iterato alij confiteri. quia quāuis rite cōfessus possit si velit iterato cōfiteri q̄ tamē ad hoc obliget᷑ nō videt᷑ rationabile. quartum est q2 absolutio q̄ fit ab inferiore et superiore nō est vna nec de eisdē peccatis sed de diuersis que omnia vident᷑ incōueniētia. Forte dicetur q̄ non obstāte q̄ inferior absoluat de casib' ꝑtinētibus ad ipm et supior de casu ad se pertinente: ē

tamē vna absolutio: quia q̄libet eoꝝ absoluit vt minister dei qui ē vnus licet ministri sint plures. sꝫ istud nō soluit imo poti' confirmat. q2 sicut minister nō absoluit nisi vice dei: sic nō fit ei confessio nisi vt ministro dei. si ergo absolutio q̄ fit a pluribus ministris ē vna ꝓpter vnitatē dei cuius ministri sunt: eodē modo confessio facta plurib' erit vna et sufficiēs. ¶ 2°. pōt argui contra vtrāq̄ simul cōclusionē. q2 sicut homo nō tenet᷑ confiteri integre nisi de quib' recolit: sic cū cōfessio fiat ꝓpter absolutionē: nō tenetur confiteri integre nisi ei qui pōt ipsum absoluere. vnde videt᷑ sufficere q̄ peccator cōfiteatur inferiori de illis de quibus pōt eum absoluere et de reliquis supiori: et ꝑ quēlibet absoluat᷑ de casibus ad eū ꝑtinētibus. absurdū enī videt᷑ q̄ aliq̄s teneat᷑ confiteri de aliq̄ peccato sacerdoti qui nō pōt eum de illo peccato absoluere. et sic videt᷑ q̄ licite pōt dimidiari tā cōfessio q̄ꝫ absolutio. ¶ Cōfirmatur q2 non est necesse vt quod semel cōfessi sum': iterū confiteamur vt habetur de peni. dis. ꝑ'. caplo mēsurā. sed dimidians confessionē curato et epō: rite confitet᷑ in casu in quo curat' non pōt eum absoluere de omnibus nec epūs vult audire nisi d' suis q2 nemo tenetur confiteri illi qui nō vult vel non pōt eum absoluere. ergo et c. et huius opinionis videtur esse bernardus de gannaco in impugnationibus henrici quodlibet primo. q. 26.

Quantū ad tertium articulū primo notandū ē q̄ vnū peccatum pōt aggrauari seu grau' fieri ex aliquo adiuncto tripliciter. vel nō mutādo spēm quēadmodū fit ex adiunctione circumstantiarū que per modum accidētis inherēt actui. sicut rem alienam tollere inuito dn̄o in magna quantitate grauius peccatū est q̄ꝫ in parua. vel mutādo spēm quemadmodū furtū vel rapina aggrauatur si fiat in loco sacro ex adiunctione sacrilegij. vel tertio modo si fiat ex adiunctione alterius peccati numero. quod licet speciem non mutet: est tamē nouum peccatū s'm se et nō tantūmodo peccati circunstantia. sicut actus furti precedens aggrauatur ex alio actu furti subsequente et ecōtra. peccati autem grauitas attendi pōt vel quantū ad peccatum in se sicut contingit in primis duobus modis in quorū primo grauitas attēdit᷑ s'ꝫ aliq̄d accidētaliter inherens. in secūdo vero attēditur grauitas s'm aliq̄d essentiale. aliquādo vero attēditur grauitas nō quātū ad peccatū in se ꝓpter directe loquēdo: sed quātū ad effectū qui relinquit᷑

in peccante. quanto eni actus peccati magis multiplicantur tanto fit in peccante maior dispositio ad peccandum. et non solũ in similib⁹ actib⁹ sed etiam in dissimilibus ea ratione quia ex quolibet actu peccati disponitur appetitus peccãtis ad repugnandũ vel nõ obediendũ iudicio ⁊ ordini rationis et ad sequẽdũ sue passionis impulsus. per quẽ modũ vt phs dicit. 2°. ethi. ex actib⁹ humanis generatur habit⁹. quãuis enĩ ex quolibet actu regulariter nõ generetur habitus: ex quolibz tamẽ actu causatur dispositio quedã ad habitũ et p cõsequens ad subsequẽtes actus. et de hoc. S. Tho. p^a 2^e. q. 51. ar. 2. et. 3. Quia ergo quodlibet peccatũ adiũctũ alteri in eodẽ subiecto fit grau⁹ et grauitas cuiuslibet peccati qd homo confiteri tenetur debet innotescere confessori ad moderãdũ penitentie iniunctionẽ et ad precauendũ recidiuantis lapsum: consequẽs est q eidẽ sacerdoti debeat peccator omnia peccata sua cõfiteri. alioquin sacerdos nõ posset totã grauitatẽ peccati agnoscere. vnde. S. Tho. in hac disti. q. 3. ar. 4. ad p^m sic dicit. vnũ per se cõsideratũ non ita demõstrat malam dispositionẽ peccãtis sicut quãdo cũ pluribus aliis cõsideratur. qr in vnũ peccatũ aliqs quãdoq ex ignorantia vel infirmitate labitur: sed multitudo peccator demõstrat maliciã peccantis vel magnam ipsius corruptionem. hec ille. Nec obstat q huiuscemodi grauitas peccati non mutet speciẽ vt sic non sit necessario cõfitenda: nam hoc est verũ tanquã sm se ptinens ad confessionem. sed tanquã circunstãtia peccatũ aggrauans: debet considerari et simul cũ peccato põderari vt innotescat illi p hoc q confessione p se exprimatur qr non est p se necessario confitenda. et tamẽ eo ipso q peccata p confessionẽ referantur: innotescit confessori grauitas quã vnum habet ex alterius adiunctione. quãobrem licet eiuscemodi grauitas non sit sm se confitẽda: peccata tamẽ ex quibus consequitur et innotescit: sunt eidẽ sacerdoti p confessionẽ exponẽda. Unde satis liquet ex premissis q ratio. S. Tho^e qua pbat omnia peccata esse vni sacerdoti confitẽda p hoc q vnũ peccatum ex adiunctione alteri⁹ fit grau⁹: est efficax ad ppositum. Nec certe est min⁹ efficax pbatio sumpta ex ratione qua medicina q prodest vni morbo alteri põt nocere siue sit medicina expulsiua morbi siue preseruatiua. nisi eni medicus confessor omnes peccatoris malas dispositiones et incẽtiua aut inducentia ad peccãdũ cognosceret possz nonnũq medicinã penitẽtie iniũgere adhibere q licet esset satisfactoria ac p hoc expulsiua reatus pene vni⁹ peccati: fuisset tñ occasionẽ prebẽs aliud incurrẽdi peccatũ. verbi gra. si penitẽs confiteretur se laute vixisse et taceret q peccatũ inanis glorie aut sup̃bie vel ypocrisis frequẽter cõmisisset: sacerdos volẽs reatũ gule a contrario p ieiunia et corpis maceratione expiare: occasionẽ preberet penitẽti supbiã aut ypocrisim cõmittendi exterminando iuxta verbũ euãgelij faciẽ suaz vt appareat hominib⁹ ieiunãs. q si penitens peccata supbie aut ypocrisis vel inanis glorie nõ tacuisset: sacerdos aliã imposuisset illi penitentiã q nõ fuisset ei occasio superbiẽdi. vnde gregori⁹ in pastorali. sepe enim qs dum se p abstinentiã ab ingluuie ciboꝝ restringere nititur: inanis glorie temptatione fatigatur. in quo nimirũ vnũ vitium nullatenus extinguitur nisi aliud nutriatur. et in superiori capitulo. curandũ est inquit pdicatori quaten⁹ sic tergatur tristicia vt nõ augeatur leticia. ⁊ sic repmatur aborta formido: vt tñ non crescat enutrita precipitatio. consimiliter et cõsiderãdo penitẽtiam put est medicina a morbo peccati preseruans: oportet penitentẽ omnia peccata sua eidẽ sacerdoti confiteri, ppter candẽ rationẽ ne. s. confessor ppter ignorantiã quorũdam peccatorũ imponat illi penitentiam que licet a quibusdam peccatis pseruet: aliis tamen incentiuum prebeat.

**Secundo** Notandũ est q integritas cõfessionis peccatorũ. i. q omnia peccata in speciali ⁊ indiuiduo penitẽs cõfiteatur vni sacerdoti et nõ fiat pluribus diuisa: magis ordinatur ad debitã satisfactionẽ imponendã cõfitenti et ad remediũ contra recidiuũ prestandũ q ad absolutionẽ p sacerdotem impendẽdã. Ad cui⁹ intellectũ considerandũ est put accipi põt ex dictis. S. Tho. in sequenti dis. q. p^a. ar. p°. et. 3° q efficacia absolutionis est p virtutem clauiũ quas habet sacerdos noui testamẽti. huiuscemodi aũt virt⁹ q^m pertinet ad absolutionem per sacerdotem confitenti collatam: ad tria se extendit. pmo ad remissionẽ culpe ad quã ecclesie claues agunt in re vel in voto ministerialiter tñ et dispositiue. in voto quidẽ: qm sine voto subiiciendi se clauibus ecclesie et earũ effectũ percipiẽdi: nulli põt fieri remissio culpe mortalis. in re vero: qm si ante absolutionẽ aliqs nõ fuisset pfecte dispositus ad grãm suscipiendã: in ipsa cõfessione et absolutione sacrali gratiam consequeretur si obicẽ non poneret. hinc est q sacerdotibus habentibus claues ecclesie dictũ est a dño Joan. 20. quoꝝ remiseritis peccata remissa erũt. Secũdo se extendit ad remissionẽ reatus pene eterne que simul cũ culpa remittitur ex vi clauium a passione christi efficaciã habentiũ. Tertio se extẽdit

virtus clauiũ ad remissionẽ partis pene tẽporalis satisfactorie. vnde et de pena q̃ in purgatorio debetur: aliquid virtute clauiũ p absolutionẽ remittitur. ita vt min⁹ in purgatorio puniat̃ absolutus ante satisfactionẽ iniunctã vel iniungendam decedẽs q̃z si ante absolutionẽ decederet. Ad hos quattres effectus circa quos efficacia clauiũ ecclesie p absolutionẽ versat̃: nõ necessario requiritur q̧ confessio peccatoꝝ sit integra modo preexposito eidẽ sacerdoti facta. ꝓbatur hoc. qm̃ huiuscemodi integritas cõfessionis ad hoc exigit̃ in confitente: vt sacerdos audiẽs confessionẽ cognoscat quantitatẽ et qualitatẽ grauitatis peccatorũ non solũ quam habẽt singula ex seipsis; sed etiaꝫ ex adiũctione alteri⁹ ad alterũ. sed ad predictos tres effectus nõ necessario exigit̃ q̧ cõfessor quãtitatẽ et qualitatẽ percipiat peccatoꝝ. nam non causant̃ neq̧ ꝓueniũt ex absolutione sacerdotis pensantis aut cõmensurãtis qualitatẽ et quantitatem peccatoꝝ; sed simpliciter ex virtute clauiũ per absolutionẽ confitẽti cõmunicatã: presupposita tamẽ vera peccatoꝝ contritione. his enim existentibus tres predicti effect⁹ ex absolutione cõsequunt̃ quantũcunq̧ magna et multa ac grauia sint nisi aliqua forte superiori vt ep̃o fuerint reseruata. vnde q̃z.ᵐ attinet ad effectũ ꝓprium absolutionis: nihil refert q̧ peccata confessa magna vel parua aut magis vel min⁹ grauia sint. Ad iniunctionẽ vero debite penitẽtie et ad precauendum ne penitẽs recidiuet: necessario exigitur integritas cõfessionis. ꝓbat̃ de primo. qm̃ iniuncta penitẽtia est ad satisfaciendũ deo ꝓ peccatis cõmissis. satisfactio aũt ex ꝓpria nominis rõne equalitatẽ ꝓportionis designat emẽde ad offensaꝫ. vñ et actus iustitie vindicatiue ponit̃ et diffinit̃ q̧ ẽ iniurie illate recompensatio q̃ certe fieri non põt nisi cõmensuratis quãtitate et qualitate pene ad culpam. debita ergo satisfactio ꝓ peccatis iniungi nõ potest p cõfessionẽ absq̧ cognitione quantitatis et qualitatis culparũ. hanc autẽ cognitionem cõfessor habere non põt nisi p cõfessionẽ plenam et integrã penitẽtis. eo q̧ iudiciũ sacerdotis in sacramẽto penitẽtie; fit ocultũ inter sacerdotẽ et reũ dũtaxat. in quo nõ est pars accusãs aduersa sicut in forensi iudicio: sed re⁹ ipse est spontaneus sui accusator. Probat̃ preterea de secũdo qm̃ medicina preseruans recte aptari nõ põt nisi pẽsatis singulariter causis et qualitatib⁹ morboꝝ: alioquin vt supra dicebat̃ posset dũ ab vno morbo preseruat: alterũ enutrire. vnde Augustinus diffiniẽs satisfactionẽ dicit q̧ est peccatoꝝ causas excidere et eoꝝ suggestionibus aditũ non indulgere. causas aũt peccatoꝝ non põt confessor excidere nisi plene et radicaliter cognoscat omnia q̃ peccata aggrauãt et eoꝝ augent maliciam. Patet igit̃ ex premissis q̧ nõ eque requirit̃ integritas cõfessionis modo supra exposito ad absolutionẽ p sacerdotẽ impendẽdã: et ad penitẽtiaꝫ satisfactoriã iniungendã. ac p hoc q̧ cõfessio integra peccatorũ vni facta sacerdoti: nõ necessario exigit plenam et integram absolutionem ab vno confessore impensam sibi correspondentem: sed potest absolutio dimidiari aut diuidi: cõfessione peccatorum integra et vni facta manente.

Quantum ad articulũ quartũ respõdendũ ẽ obiectionib⁹ aduersarioꝝ. Et q̃deꝫ ad primũ durãdi cõtra ꝓbationẽ p̃me cõclusionis dicit̃ p̃mo q̧ cum hec materia nõ sit demõstrabilis: nimirũ q̧ ratio. S. Tho. nõ sit necessario cõcludẽs. nam et ipse p eam nõ necessario cõcludere pretẽdit. Dr̃ secundo q̧ quicq̃d sit de rõne. S. Tho. ipsius tamen improbatio p arguẽtem adducta inefficax est. qm̃ minor ꝓpositio argumẽti falsa est ĩmo ꝓpter vtrũq̧ oportet illud ponere. nec valet rõ ei⁹ contra p̃mũ qm̃ supponit duo falsa. vnũ ẽ q̧ peccatũ alteri adiũnctuꝫ de quo loq̃tur. S. Tho. sit eius circũstantia. hoc aũt est falsũ. nã. S. Tho. loquitur de peccato adiũcto qd̃ est vel alterius speciei vel s̃m se est aliud numero ab eo cui adiungitur. circunstantie vero alicui⁹ actus nõ sunt alterius speciei: nec sunt alij actus s̃m numeruꝫ ab eo cui⁹ sunt circũstãtie. nã nõ sunt p seipsos act⁹: sed accidẽtia act⁹ si maneãt in ratione circũstãtiaruꝫ. aliud falsũ qd̃ suppõit est q̧ peccatũ nõ aggrauat̃ nisi vl' ex ipsi⁹ circũstãtia vel ex peccato alteri⁹ speciei. hoc certe falsum ẽ q: etiã aggrauat̃ ex peccato qd̃ nec est ei⁹ circũstãtia nec est alterius speciei sed ẽ aliud numero peccatũ. et de hoc lati⁹ deductũ fuit in p̃mo notabili. Neq̧ valet obiectio cõtra secundũ vtroq̧ modo sumat̃ medicina. nõ q̃deꝫ valet loquendo d̃ medicina expulsiua morbi qm̃ ratio arguẽtis ꝓcedit d̃ medicina q̃ est gr̃a q̃ q: expellit om̃e pctm̃: nõ p̃trariat̃ medicine alicuius peccati. S. Tho. vero nõ loquit̃ de hac medicina s; de medicina q̃ est penitẽtia iniũcta a sacerdote. hec eni quãuis nõ sit expulsiua peccati q̃ ad culpã: est t̃n expiatiua peccati quãtũ ad reatũ pene. et huiuscemodi medicina adhibita vni peccato; põt nõnũq̃z cõtraria eẽ medicine alteri⁹ peccati, put ex dictis beati gregorij ꝓbatũ fuit in primo notabili. Neq̧ valet obiectio loquẽdo de medi-

cina ꝯseruatiua. nā quāuis nō sit d̄rōne vere penitētie ꝙ homo penitēs nō possit ab ea excidere: ē tñ de rōne vere penitētie ſʒ ꝙ est sacr̄alis et a ministro sacr̄i imponit̄: ꝙ quātū est d̄ se sufficiēs sit ꝯseruare penitētē ne ab ea excidat. et ideo talis penitētia iponēda ē ad ꝯseruādū ab vno peccato: q̄ nō sit alteri⁹ peccati nutritiua. De modo aūt probādi cōclusionē quē arguēs dicit efficaciorē: non certe deberet ipe gloriari cū illū accepit a Sācto Doctore q̄ nec talē modū ꝓbādi ꝑtermisit. vñ loco ꝑallegato ꝓ cōclusione in risione ad secūdū sic dicit. sacerdos cōfessionē audiēs vicē dei gerit et ideo debet ei fieri confessio sicut fit deo in cōtritione. vñ sicut nō esset ꝯtritio nisi q̄s d̄ oīb⁹ cōtereret: ita nō esset ꝯfessio nisi q̄s d̄ oibus q̄ memorie occurrūt cōfiteat̄. hec ille. ¶ Ad. 2ᵐ. d̄r ꝙ supponit falsū .s. ꝙ signū ꝑ qḋ māifestant̄ peccata sit d̄bita materia sacr̄i penitētie. qḋ certe falsū ē. imo materia d̄bita sunt pctā quocūq; signo manifestētur. vñ rōsi et veris ꝓcedat: magis est ad ꝓpositū nr̄m q̄ʒ ad oppositū. q: sicut debita materia huius sacr̄i q̄ sunt pctā nō est diuidēda vel resciendenda sic vt penitēs q̄dā cōfiteat̄ et alia non: ita nec minister diuidi debet vt q̄dā peccata vni manifestent̄ et alia alij. ¶ Ad argumētū ꝯtra secūdā cōclusionē d̄r ꝑmo ꝙ cū eccl̄ia vt arguēs ꝯcedit seruet hūc modū ꝙ .s. inferior audiēs totā cōfessionē absoluit d̄ casib⁹ de q̄bus pōt: et supior ad quē remittit̄ audit solū casum ꝑtinentē ad se et de illo absoluit: iste tanq̄ʒ rōnabilior tenend⁹ ē. Dicit̄ secūdo ꝙ incōueniētia q̄ arguēs adducit nō militāt. nō primū q: sicut deductū fuit in secūdo notabili: nō ē necessariū ꝙ ꝯfessio quātū ad sui integritatē habeat absolutionē aliquā sibi correspōdentē. Neq; militat secūdū nā sufficit ꝙ ꝯfessio semel sit integra vni facta ad hoc ꝙ d̄bita penitētia iniungi possit. Neq; tertiū militat q: nō est inconueniēs ꝙ ꝓpter aliq̄d ꝯtingēs teneat̄ ꝑ accidens penitēs bis ꝯfiteri vnū pctm̄ sicut ꝑ accidēs bis absoluit̄ ab vno peccato qḋ in ꝑma ꝯfessione memorie nō ocurrit. nā tunc ab eo oblito penitens absoluit̄. et iterū ab illo absoluit̄ qñ postea memorie occurrit et illud ꝯfitet̄. Neq; quartū incōueniēs militat. q: nulla rō cogit ꝙ absolutio d̄ eisdē peccans sit vna et integra sicut ē ꝯfessio, ꝓut dictū fuit in respōsione ad ꝑmū incōueniēs. respōsione aūt quā arguēs introducit nō indigemus. ¶ Ad argumentū ꝯtra vtrāq; ꝯclusionē simul dicit̄ ꝙ licet cōfessio sit ꝓpter absolutionē: integritas tñ et inclusio cōfessionis magis est ꝓpt̄ debitā iniunctionē penitētie q̄ʒ ꝓpter absolutionē. argumētū aūt ꝓcedit quasi itegritas et iclusio cōfessiōis sit necessaria ꝓpter absolutionē qḋ est falsum prout deductū fuit in secūdo notabili. et ꝓpter hoc nec absurdū nec incōueniēs est ꝙ teneat̄ quis cōfiteri sacerdoti pctm̄ a quo nō pōt absolui. nō enī ad id tenet̄ ꝓpter absolutionē sed ꝓpter debitā penitentie iniūctionē q̄ taxari recte nō pōt aliquo tacito peccato. Ad cōfirmationē dicitur ꝙ assūptū est verū loquēdo de ꝑ se. secus aūt est ꝑ accidens. Et per ista patet responsio ad argumentum ante oppositum. Et in hoc articulus terminatur.

## Distictio d̄cima nona.

CIrca decimā nonā distictionē q̄rit̄ vtrū quilibʒ sacerdos possit vti claue quā habet in quēlibet hoīem. Et arguitur ꝙ sic. q: ꝑtās clauiū i sacerdotes descendit ex illa dñi auctoritate q̄ dixit: accipite spūm sctm̄ quorū remiseritis pctā remittunt̄ eis. sed illud indeterminate dixit de oibus. ergo habēs clauē pōt ea vti indifferenter in quēlibet. ¶ In oppositū arguit̄ q: in d̄cretis. 16. q. ꝑᵃ dicit̄. nulli sacerdotū licet parrochianū alteri⁹ absoluere aut ligare. ergo nō quilibet potest quēlibet absoluere. ergo ꝛc̄. ¶ In hac questione erūt quattuor articuli vt supra.

QVantū ad primū articulū sit ꝑma conclusio ꝙ claues ecclesie et ꝑtās sacerdotalis sunt idēre. Hāc cōclusionē tenet. S. Tho. supra dis. 18. q. ꝑᵃ .ar. ꝑᵒ. sub. ar. 2. ¶ Secūda conclusio est ꝙ sacerdos nō pōt regulariter loquēdo vti claue in quēlibet hoiem. Hāc ꝯclusionē tenet. S. Tho. in hac distin. q. ꝑᵃ. ar. 3. ¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ sacerdos habet ꝑtātem arbitrādi in foro penitentiali. Hāc conclusionē tenet. S. Tho. distin. precedente articulo tertio sub articulo quarto.

QVantum ad secundū articulū arguendū ē contra cōclusiones. Et quidē cōtra primā arguit scot⁹ ꝓbādo ꝙ nō

sint idē character sacerdotalis ⁊ claues ecclie. qꝛ ille ptātes sūt distincte: qnarū vna pōt ēē sine alia. sed ptās cōficiendi corp⁹ xp̄i siue character sacerdotij pōt eē sine illa q̄ includit̄ i clauib⁹. ergo ⁊c̄. minor ꝓbat̄. qꝛ sic fuit in apostolis in cena cū dicebat̄ eis: hoc facite in meā cōmemorationē. vbi data est ptās conficiēdi eucharistiā sed non ptās clauiū vsqꝫ post resurrectionē Joā. 20. dicente xp̄o: quoꝝ remiseritis peccata et c̄. ℭ Consimilit̄ videt̄ posse argui de quolibet sacerdote nunc ordinato. pri⁹ enī dicit episcopus ordināndo: accipe ptātem conficiēdi vel celebrandi missam tā ꝓ viuis q̄ꝫ ꝓ defunctis dans ei calicē. ⁊ quibusdā īterpositis ponit manū sup caput ei⁹ dicens: accipite spūm sanctū quoꝝ remiseritis peccata remittūt̄ eis. vnde dicit ꝙ q̄libet sacerdos pri⁹ tēpore accipit ptātem ꝯficiēdi q̄ꝫ absoluendi. ergo est alia et alia. ⁊ istud ꝓbat ꝙ nō tm̄ distinguit̄ a charactere si character est aliq̄d vnum: imo ꝙ sunt distincte ptātes inter se. ℭ 3°. qꝛ character nō pōt esse nisi relatio. relatio aūt non pōt esse eadē ad plures terminos. sed corp⁹ xp̄i verū vel mysticū et cōsecratio hui⁹ ⁊ absolutio illi⁹ sunt distincti termini. ergo illud qđ est relatio ad consecrationē: non ē idē cū ptāte ad absolutionē. ℭ 4°. arguit ꝙ sint due claues simpliciter fm̄ essentiā et ꝙ possunt d potētia dei absoluta abinuicē separari. sicut enī aliquis nūc presidēs pōt alteri cōmittere auctoritatē cognoscēdi i causa nō cōmittendo sibi auctoritatē sententiādi in ea. vtpote si diceret cōmitto tibi auctoritatē examinādi causam istā et referas mihi vt sentētiē. posset etiā conferre auctoritatē sentētiandi sine auctoritate cognoscendi. vt si sic diceret: cōmitto tibi vt sine omni cognitione cause sententies sicut placebit: talis tm̄ cōmissio non esset ordinata alicui cui⁹ voluntas esset obliq̄bilis. ita nūc posset cōmittere de⁹ auctoritatē cognoscendi sine auctoritate sentētiandi. et eēt ista cōmissio si esset ordinata simpliciter in humanis. posset etiā de potētia dei absoluta alicui nō habēti volūtatē nō obliq̄bilē cōmittere auctoritatem sentētiādi sine oī cognitione cause. d potētia aūt ordinata siue de facto vtrūqꝫ cōmittit̄ cuilibꝫ sacerdoti. hec scot⁹ in forma. ℭ Cōtra secūdā ꝯclusionē arguit durād⁹ volēs ꝓbare ꝙ absolute loq̄ndo de sacro penitētie circūscribēdo oēm ordinationē ecclie: q̄libet sacerdos pōt quēlibet absoluere. et ei⁹ rō p̄ma est qꝛ ꝯcurrētib⁹ ad sacrm̄ q̄ sunt de necessitate sacri et d̄bita dispositione suscipientis: verū est sacrm̄ et suscipiēs recipit oēm effectū sacri. ſ circūscribēdo a sacro penitētie ordinationē ecclie: q̄libet sacerdos est debit⁹ minister: ⁊ cōfessio peccatoꝝ est debita materia. forma aūt debita est absolutio q̄ dr̄ absoluo te et c̄. confitens aūt si sit penitēs: est sufficiēter disposit⁹ ad suscipiendū tā sacrm̄ q̄ꝫ effectū sacri. ergo his concurrētibus nō solū est verū sacrm̄: sed etiā suscipiēs recipit oēm effectū sacri. maior patet. minor clara est quātū ad materiā et formā sacri. sed dubiū ē quātū ad ministrū et dispositionem recipiētis. et quātū ad hoc ꝓbat̄ sic. qꝛ ꝙ non q̄libet sacerdos sit debit⁹ minister nec q̄libet peccator penitēs sit sufficiēter disposit⁹ ad recipiēdū sacrm̄ penitentie et ei⁹ effectū a quolibet sacerdote: non pōt dici nisi qꝛ penitētia est sacrm̄ iudiciale et ideo req̄rit ꝙ ei⁹ minister sit sacerdos iurisdictionē habēs et ꝙ iudicand⁹ sit ei subdit⁹ qđ non inuenit̄ i quolibet sacerdote respectu cuiuslibet peccatoris. sed hoc nō cogit. qꝛ et si penitētia sit sacrm̄ iudiciale tm̄ est volūtariū. vñ sacerdos q est iudex in sacro penitētie: magis est arbitrari⁹ de voluntate partiū assumpt⁹ q̄ꝫ habēs iurisdictionē de se sup partes eis inuitis vel altero eoꝝ inuito. cū enī iudiciū penitētie agat̄ inter deū et hoīes: cōstat ꝙ ex parte dei sacerdos est iudex volūtarie assumpt⁹ q̄ sibi fecit sacerdotes mediatores et arbitros inter se et hoīes. et idē est ex parte hoim qꝛ quātūcūqꝫ sacerdos sciret peccatū penitētis: nisi ipe penitēs voluntarie illud exprimeret et exponeret se iudicio sacerdotis: nō posset sacerdos iudicialit̄ agere cū eo quo ad forū penitentie. ergo vbi peccator voluntarie se subijcit iurisdictioni sacerdotis assumēs eū quasi arbitrū quē de⁹ prius assūpsit ad hoc: videt̄ ꝙ ille sit ver⁹ iudex et homo verus subditus quātū ptinet ad tale iudiciū. sed hoc potest facere q̄libet peccator respectu cuiuscūqꝫ sacerdotis circūscripta omni ordinatione ecclesie. ergo tūc q̄libet sacerdos est ver⁹ iudex et quilibꝫ peccator cōfitēs vere penitēs est ei subiect⁹ vere vel subdit⁹. ℭ Cōfirmat̄ sic. qꝛ papa nulli est subdit⁹ nisi quaten⁹ volūtarie se ei subijcit. ex iure. n. diuino nulli subijcit̄ sed oib⁹ p̄est. ex iure vero humano nulli pōt subijci: qꝛ canonū statuta papam nō ligāt sicut nec leges impatorē vt notat̄ extra de ꝯstitutionib⁹ caplo p̄mo i glosa. ergo cū subijciat se alteri in foro penitētie: necesse ē ꝙ sufficiat subiectio q̄ fit ex mera volūtate. ℭ Itē hoc idem patet ex alio sic. qꝛ papa nō pōt se subijcere iurisdictioni alteri⁹ q̄ ad forū ꝯtētiosū. vñ non pōt committere alicui ꝙ excōmunicet eū nisi ei⁹ sententie paruerit. qꝛ talis iurisdictio inuolūtaria est q̄ ad subditū et ex alteri⁹ volūtate depēdet. et sic esset in iurisdictiōe fori penitētie nisi eēt mere volūtariū. ℭ 3°. sic qꝛ si ex ordinatione diuina minister

sacri penitētie est sacerdos hñs iurisdictionē:tūc
in casu extreme necessitatis nō possz quilibet sacer-
dos quēlibet pctōrem absoluere. qz nulla neces-
sitas mutat ministrū a deo īstitutū. vñ sicut in ex-
trema necessitate nullus pōt sacrā aliter absolui ni
si a sacerdote eo q̄ sacerdos ē minister institutus
sacri penitētie: sic nullus possz absolui nisi a sacer
dote habēte iurisdictionē si talis iurisdictio reqre
ret ad ministrū ex institutione xpi.tenet aūt eccle
sia q̄ in casu necessitatis quilibet sacerdos pōt quē
libet pctōrē de quolibet peccato absoluere: nec etiā
forte posset ↄtrariuz ordinare. ¶ 4°. qz dato q̄
minister sacri penitētie sit sacerdos habēs iurisdi
ctionē:idem sequit̄ qz cōsuetudo dat iurisdictio-
nem.sed tūc fuisset cōsuetudo q̄ quilibet absolue
ret quēlibet a quolibet.ideo ꝛc.sic ergo quilibet sacer
dos poterat absoluere quēlibet ei volentē confi-
teri:sicut oli iudices cartularijo unicuique homini se eis
subijcientibus dare poterāt nō alij. hec duo rādus in
forma. Postea vero ꝓbat alias duas ↄclusiones
quarū pⁱma est q̄ p ordinationē ecclesie congrue
factū est q̄ nō quilibet possit absoluere quēlibet.
secūda est q̄ ecclia hoc faciēdo nihil mutat d̄ essē-
tialibus in hoc sacr̄o. sed iste ↄclusiones nō mili-
tāt ↄ beatum thomā z s̄ ꝓ ipso; ideo ꝓbationes il
larū nō recito. ¶ Cōtra tertiā ↄclusionem arguit
scot⁹ ꝓbando q̄ sacerdos nō habeat ptātē arbi
trādi. pⁱmo qz nulli cōmittit̄ ptās arbitrādi i aliq̄
causa: cui⁹ arbitriū nūquā erit rectum ꝓpter quā-
cūqz diligentiā z possibilē adhiberi ab ipso sed tm̄
a casu vel p miraculū speciale.sed p quācūqz dili-
gentiā possibilē adhiberi a sacerdote nō pōt ipse
pertingere ad illud indiuisibile pene quo deus iu
dicat peccato zē eē dignū. si ergo cōtigat:hoc erit
a casu vel p miraculū speciale. ergo nō habet ali-
quā auctoritatē arbitrādi. ¶ 2°. quia nō est veri-
simile q̄ de⁹ dederit eccle ptātē arbitrādi sic q̄ ip
se voluerit arbitriū ecclesie ratificare et tñ q̄ ipos
sibile sit eā z recte arbitrari sic vt ratificet̄ nisi a ca
su vel p miraculū speciale. ¶ 3°. qz null⁹ cōstituit̄
arbiter inter ptes sub hac ↄditione q̄ possit arbi-
trer̄ ad volūtatē vni⁹ partis et hoc maxime quā-
do nō pōt determinate nosse volūtatē z illi⁹ ptis.
sed in iudicio penitentie ptes sunt de⁹ ꝛ peccator
inter quos est sacerdos arbiter. ergo nō ligat̄ p̄ce
cise ad arbitrandū illā penā quā de⁹ sibi infligeret
maxime cū nō possit sibi cōstare de volūtate dei
quo ad hoc p̄cise vt est mēbrū z ecclesie. ¶ 4°.
qz si sacerdos iponat penitētiā aliquātulū maio-
rē q̄z correspōdeat pctis: nō est ꝓbabile qui peni-
tēs teneat̄ eam iplere. ergo si aliquātulū pena sit
minor cōdigna: videt̄ sufficere. nā si nō alia citra
illam punctalē quā dictat diuina iusticia; ergo nō
o porteret explere aliquam vltra illud punctale
diuine iusticie. hec scotus in forma.

Quantuz ad ter-
tiū articulū pⁱmo notādū est q̄
claues eccle possunt dupliciter
ↄsiderari. vno modo quātū z ad
essentiā inq̄z.ᵐ s. sunt q̄dam ptās
ligādi atqz soluēdi in foro penitētie. q̄ ptās ē idez
subaliter qd̄ character sacerdotalis. diuidit̄ autē
et nominat̄ plures s̄m diuersos act⁹ ad q̄s ordi-
nat̄. et quātū z ad hoc claues eccle nō necessario
exigūt in suscipiente iurisdictionē. pōt eni claues
eccle et characterē sacerdotalē suscipe q̄ nullum
habet sibi subditū sicut monachus vel etiā z sim-
plex cleric⁹ cui aiarū cura cōmissa non est. iurisdi-
ctio aūt subditū vel subditos ꝓsupponit circa q̄s
est. nā et quēdā modū impiin habente cōnotat.
iudex siquidē ab habēdo iurisdictionē i subditos
dict⁹ est. vñ quēadmodū si nō est seru⁹ nō est dñs
ita si nō est subdit⁹ nō est iudex nec p̄lat⁹. Iux-
ta qd̄ aplus Ro.14°. arguit illū q̄ alienū seruum
iudicare ꝓsumit dicēs. tu quis es q̄ iudicas alienū
seruū: dño suo stat aut cadit. q̄si iudiciū nō debite
ferat̄ in alienū seu nō subditū. Et cōfirmat̄ ꝓposi
tū. qz p hoc q̄ aliqs ordinat̄ sacerdos ab epo: nō
hēt q̄ subditos epi ordinatoris iudicare hēat vel
absoluere aut ligare nec in foro exteriori nec i fo-
ro penitētie nisi cū hoc ↄstituat eū officialem vel
penitētiariū suū. Ex q̄bus i̇ferim⁹ q̄ p illa verba q̄
ordinādo sacerdoti dicunt̄ in ei⁹ ordinatione: ac-
cipe spūm sctūm q̄zꝝ remiseris pctā et ꝛc: ptās ordi
nis tātūmodo ↄfert̄ nō iurisdictionis. nō eni per
illa verba vt tactū est: adiudicat̄ seu assignat̄ or-
dinato i sacerdotē aliqs subdit⁹ in quē sicut in ꝓ-
priā materiā actū ligādi et soluēdi exerceat ex of
ficio. ¶ Alio modo pñt cōsiderari claues ecclesie
quātū ad exercitiū z act⁹ q̄ est ligare et soluere: et
isto modo necessario exigūt iurisdictionē in habē
te. qm̄ absoluere aliquē z a peccatis et illū z ligare
seu obligare ad penā tēporalē ex debito ꝓsoluen
dā q̄ duo sunt act⁹ clauiū: auctoritatē et imperium
reqrit supra ligatū vel absolutū. et ꝑ ꝯñs ptātem
iurisdictionis p quā pōt q̄s sententiā iudicialiter
ferre siue absolutoriā siue obligatoriā. nō eni aliud
est sententiā ferre: q̄z sentētialr ius dicere qd̄ ē act⁹
ꝓpri⁹ iurisdictionis. et qz exercitiū act⁹ clauiū est
de necessitate sacri penitentie eo q̄ huiuscemodi
sacrm̄ absqz actu sacerdotis absoluētis et ligātis
nō cōplet̄: inde est q̄. S. Tho. dicit sup̄ di. 17. q.
3. ar. 3. sub. ar. 4. q̄ de necessitate hui⁹ sacri est nō

solũ vt minister habeat ordinẽ sicut in alijs sacramẽtis: ſ etiã ꝙ habeat iurisdictionẽ. et ideo sicut ille qui nõ est sacerdos non põt hoc sacrm̃ ꝯferre ita nec ille qui iurisdictionem non habet.

per infusionē gratie. nec videt ea quantū ad reatū pene eterne q̄ simul remittit cum culpa. vnde falsum est q xps equaliter celat peccata nō cōfessa sicut cōfessa et equalit vtraqꝫ reuelat. nā loquēdo de celatione siue occultatione et ɔ̄ reuelatiōe ad puniendū, put loquimur in pposito: peccata cōfessa celat et tegit: peccata vero nō confessa reuelat. arguēs autē decipit nō intelligēs modū celationis peccatorū quē sigillū cōfessionis designat. nō enim huiusmodi celatio est quātū ad noticiā hominū: sed quo ad noticiā dei cui p sacrm penitentie occultantur peccata cōfessa qꝛ nō videt ea ad puniendū. Et p hec patet solutio ad. 3m. assumit enim falsū capiēdo celationē ad puniendū, put loquimur in pposito. nā sic peccata ɔfessa celabūtur in futuro seculo: incōfessa vero non qꝛ eternaliter puniuntur. ¶ Ad argumēta cōtra secundam cōclusionē ad pmū dicit q imo cōsequēs est verū. nec valet ea q̄ in cōtrariū adducunt. Non pmū quia licet tertia persona nō sit peccatū nec circumstantia peccati: peccare tamē cū tertia psona est peccatū vel circunstātia peccati. et pari modo nō dictū q tertia psona cadit sub sigillo cōfessionis sm se absolute sed vt est obiectū act9 peccati. naꝫ non frangit sigillū cōfessionis si cōfessor dicat mulier alteri nupta. sed frāgit illud si dicat de eo q̄ sibi est confessus: hic cognouit mulierem alteri nuptam vel hec mulier nupta est adultera. ¶ Necꝫ valet secundum qm̄ assumit falsum. non enī precipua causa sigilli confessionis est ne is qui cōfitetur pdatur: sed significatio sacramēti. et de hoc dictū sunt i secūdo notabili. ¶ Necꝫ valet tertiū, ppter duo. pmū est quia assumit falsum si vniuersalit capiat. nam tēpus et locus nōnūquā ducūt in noticiā peccati et peccatoris. secundū est q similiter do non valet. nam tertia persona cum qua quis peccat cum sit persona peccās: magis facit ad expressionem peccati q̄ꝫ temp9 et locus. ac per hoc magis cadit sub sigillo confessionis. ¶ Necꝫ valet quartū quia falsum assumit. non enim ratio sigilli confessionis est presumptio confessoris ɔ̄ remissione fact a peccatori a deo. sed ratio est significatio sacramenti que ex xpi institutione fit per sigillum confessionis. siue enim peccator peniteat siue nō: nihilominus sacramentū penitentie ꝛ ipsa peccatorum confessio suam habet significationem. Unde. S. Tho. in hac disti. q. 3. arti. p° sub arti° p° ad pmū sic ait. quidam dicunt q sacerdos non tenet seruare sub sigillo confessionis nisi peccata de quibus penitens emendare promittit: alias potest ea dicere ei qui potest prodesse et non obesse. sed hec opinio videtur erronea cum sit cō tra veritatem sacramenti. sicut enim baptismus est sacramentū quāuis quis fictus accedit: nec est mutandum propter hoc aliquid de essentialibus sacramenti: ita confessio non desinit esse sacramētalis: quāuis ille qui confitetur emendationē nō pponat. et ideo nihilominus sub occulto tenēdū est. hec ille. ¶ Necꝫ valet quintū qm̄ assumit falsum nec arguēs illud pbat. nō enī iudiciū fori sigillum cōfessionis inducit: sed significatio sacri ex diuina institutione. ¶ Necꝫ valet sextū naꝫ minor male sumitur sub maiore. qm̄ gen9 peccati nō est genus ad sigillū confessionis. vnde cōsequētia est nulla. ¶ Necꝫ valet septimū qm̄ assumptū ē falsum si cōfessor loquat de peccatis cōfitētis vt ab eo audiuit in confessione. si vero loquat de peccatis confitentis nō vt sunt confitentis sed absolute quantū ad eorū genus vel speciē: licite pōt fieri. et idem iudicium est de peccatis tertie persone. ¶ Necꝫ valet octauū qm̄ eius cōsequentia ē neganda. et ad eius pbationē respondet. S. Tho. in simili in hac distin. q. 3. ar. p°. sub. ar. p°. ad pmū dicens. nec tamē sigillū confessionis contra charitatem militat: quia charitas non requirit q apponatur remedium peccato quod homo nescit. illud autem quod sub confessione scitur: est quasi nescitum cum nesciat vt homo sed vt deus. tamē aliquod remediū adhibere debet in predictis casibus quantū pōt sine cōfessionis reuelatione: sicut monendo eos qui confitent et alijs diligentiam apponendo ne corrumpant per heresim. pōt etiā dicere prelato q diligentius inuigilet sup gregem suum. ita tamē q non dicat aliquid p quod verbo vel nutu confitentē pdat. hec ille. ¶ Ad argumēta cōtra tertiā cōclusionē: ad pmū dicitur q ratio pro cōclusione assignata bona est et efficax. necꝫ valet eius prima impugnatio: qꝛ nō est simile qđ pro simili adducitur. qm̄ penitentia iniuncta aut ipsa penitentie iniūctio per sacerdotē non est de essentia sacri penitentie quēadmodū celatio peccatorū q̄ pertinet ad sacri signifitationē. nā etiaꝫ sine dispensatione pape posset confessor nō iniūgere penitentiā confitēti sed remittere illū ad penas purgatorij manēte sacro et confessione in sui integritate. necꝫ tamē penitentiā iniunctā negligere est contra essentiā sacri. Necꝫ valet secūda qm̄ assumptū est falsum. licet enī ptās celebrandi sit de natura sacerdotij: ipse tamē actus celebrandi nō est ɔ̄ ei9 natura nec ad eam p se et necessario consequit. ¶ Ad. 2m. dicitur q assumptū est falsum. quāuis enī occultatio peccatorū non ptineat ad formā precise vel ad materiam sacri: pertinet tamen ad totam essentiā sacri ad quam pertinet

significatio. q͞m sacramētū essentialiter est signuꝫ sicut patuit in p̓° distictione ex ipsius diffinitione. ¶ Ad argumēta contra quartā cōclusionē patet q̄d dicendū sit ex secūdo notabili. ¶ Ad argumētū ante oppositū respōdet. S. Tho. i hac dis. q. 3. ar. p̓°. sub. ar. p̓°. ad. 3m. ꝙ homo nō adducit in testimoniū nisi vt homo. et ideo absq̧ lesione conscientie pōt iurare se nescire q̄d scit tantuꝫ vt deꝰ. Et in hoc articulus terminatur.

PRimā questionē vigesſime secūde distictionis reliq̄ intactaꝫ q͞m de eiꝰ materia s̄m menteꝫ sancti thome satis dictū fuit supra distictione p̄ma et distinctione quarta. Et vtrū corruptū ideꝫ numero possit redire quod tangitur in secunda q̄stione eiusdeꝫ distinctionis: videbitur infra distictione quadragessima quarta.

## Distictio vigessima. iij.

CIrca vigessimā tertiā distictionē querit̄ vtrum extrema vnctio sit sacramentuꝫ et arguit̄ ꝙ nō. quia sicut oleū assumit̄ ad infirmos ita et ad cathecuminos. sed vnctio q̄ fit oleo ad cathecuminos nō est sacramentū. ergo nec extrema vnctio que fit oleo ad infirmos. ¶ In oppositū arguitur quia sacramenta nihil aliud sunt q̄ꝫ quedam spirituales medicine. sed extrema vnctio est quedam spiritualis medicina quia valet ad remissionem peccatorum vt dicitur Jacobi. 5°. ergo est sac̄ꝫ. ¶ In hac q̄stione erunt q̄ttuor articuli vt supra.

QVantuꝫ ad primū articulū sit p̄ma conclusio ꝙ extrema vnctio nō est q̄d sac̄ale s̄ sac̄m. Hāc ꝯclusioneꝫ tenet S. T. in hac dis. q. p̓°. ar. p̓°. sub. ar. p̓°. ¶ Secūda cōclusio ē ꝙ effectꝰ p̄ncipalis huiꝰ sac̄i ē remissio pctōꝝ q̄ ad reliqas pcti. Hāc cōclusionē tenet. S. T. vbi sup̄. ar. 2. sub. arti. p̄mo. ¶ Tertia ꝯclusio ē ꝙ materia p̄xima huiꝰ sac̄i est oleū ꝑ ep̄m ꝯsecratū. Hāc ꝯclusionē tenet. S. T. in hac dis. ar. 3. sub. ar. 3. ¶ Quarta ꝯclusio est ꝙ forma huiꝰ sac̄i ē ofō dep̄catiua ꝛ nō indicatiua. Hāc ꝯclusionē tenet. S. T. vbi sup̄. ar. 4. sub. ar. 2.

QVantum ad secundū articulū arguendū ē ꝯtra ꝯclusiones. Et q̄d ē ꝯtra p̄mā arguit petrꝰ d̓ palude dicens ꝙ eiꝰ ꝓbatio ē dubia q̄ꝛ effectꝰ p̄ncipaliter intētus in administratione sac̄oꝝ nō ē character vel ornatꝰ ad q̄ soluꝫ attigit actio sac̄i: q̄ꝛ hec ꝯsequit̄ ficꝰ q̄ tn̄ sac̄m suscipit non r̄ sac̄i. s̄ effectꝰ p̄ncipal̄r intētꝰ est curatio morbi sp̄ūalis q̄ est ꝑ gr̄am ad quā nō attigit sac̄ꝫ s̄ disponit. nisi forte dicat̄ ꝙ ista curatio ē q̄deꝫ formal̄r et imediate ꝑ gr̄am sac̄alem et nō ꝑ gr̄am gratū faciētē et ꝙ sac̄m attigat ad gr̄am sac̄aleꝫ nō aūt ad illā q̄ est i v̄tutibꝰ et donis q̄d nō est ꝓbabile q̄ꝛ tūc ficꝰ reciperet gr̄am curātē sicut characterē si ita esset effectꝰ sac̄i ꝓpꝛiꝰ sicut illud. et sic sine gr̄a gratū faciēte et charitate sanaret̄ hō a pctō q̄d est impossibile. vn̄ etiā gr̄a sac̄alis ꝓut differt a gr̄a q̄ est in v̄tutibꝰ et donis forte nō ē aliud q̄ꝫ dispositio ad illā q̄ dicit̄ character vel ornatꝰ vel effectꝰ. ita ꝙ diuerse gr̄e q̄ sunt in diuersis sac̄is sūt diuerse dispositiones ad gr̄am vel diuersi effectꝰ gr̄e. q̄ꝛ aliud est liberari ab originali aliud ab actuali et sic d̓ aliis. hec petrꝰ d̓ palude i forma. ¶ Cōtra secūdā cōclusionē arguit durādꝰ ꝓbādo ꝙ p̄mꝰ effectꝰ huiꝰ sac̄i nō sit corroboratio nature ꝯ d̓bilitatē ex peccato relictā. q̄ꝛ talis debilitas nature ꝑ quaꝫ patimur difficultatē ad opa gr̄e est tā in sanis q̄ꝫ i infirmis. si ergo ꝓꝑus effectꝰ extreme vnctionis ē exhilaratio mētis ad tollēdū p̄dictā debilitatē seu difficultatē: videt̄ ꝙ hoc sac̄m deberet ita exhibi sanis sicut i infirmis q̄d nullꝰ tenet. ¶ 2°. q̄ꝛ si talis exhilaratio mētis ē ꝓꝑus effectꝰ extreme vnctionis tūc nō d̓beret dari i infirmis q̄ iā p̄ infirmitate amiserūt vsuꝫ rōnis quārūcūq̧ p̄us petiuissēt hoc sacramētū: q̄ꝛ i eis non pōt ē talis exhilaratio. hoc aūt falsuꝫ ē. ¶ 3°. q̄ꝛ p̄dicta d̓bilitas nature seu difficultas ad opa gratie inest oībꝰ a natura sicut a causa ꝑ se: licet ꝓueniat ex pctō origīali sicut a causa remouēte ꝓhibēs sicut d̓ aliis d̓fectibꝰ fuit dictū in sc̄d̓o libro. et ideo hēt rōneꝫ defectꝰ natural̄ vel sp̄ūalis. cū aūt ꝑ hoc sac̄m aliq̄d indulgeat̄ vt in ipsa forma huiꝰ sac̄i expresse dicit̄: qualiter autez pōt dici ꝙ p̄dictꝰ defectꝰ indulget̄. hoc eni nō solū est improp̄e dictū sed clare falsū. subdit̄ eni i forma verboꝝ. indulgeat tibi dn̄s quicq̄d deliq̄sti ꝑ visū vel ꝑ auditū et sic de ceteris. ergo per hoc sac̄ꝫ i-

dulgeatur delictū quo ad culpā vel penā culpe debitam in toto vel in parte: vel aliquā sequelā. q2 neutrū est ipse predictus defectus qui nobiscū pseuerat p toto tpe vite presentis et precedit omne nrm actuale peccatū. ¶ 4°. quia si talis exhilaratio mentis est pprius effect⁹ hui⁹ sacri: mirū est q in forma eius non fit aliqua mētio de illa et fit expressa mētio de remissione peccatoꝝ: quam tu dicis nō esse effectū ppriū sed causaliter contingentem. hoc enī est cōtra naturā forme sacroꝝ que efficiūt qd significāt. melius est ergo q dicatur q effectus huius est remissio peccatorū. ¶ 5°. q2 sacramēta illud efficiūt quod significāt. sed per formā hui⁹ sacri directe significat dimissio peccatoꝝ. est enim talis forma. per istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti per visum ꝛ sic de ceteris. ergo p hoc sacramentum fit dimissio peccatorum quo ad culpam vel quo ad penam vel aliam sequelam. Sed quia peccatū potest dimitti quo ad culpam vel quo ad penam et debitam seu quamlibz aliam sequelam: ideo adhuc est dubiuz fm quod istorum dicatur dimitti peccatū. si enim dicat dimitti quo ad culpam: cū duplex sit culpa. s. mortalis et venialis: impossibile est q per hoc sacramētum dimittatur culpa mortalis. quia sicut baptismus est spiritualis regeneratio et penitētia spiritualis resuscitatio: sic extrema vnctio sanatio vel medicatio. vnde exhibet p modū medicationis. in plurib⁹ enī infirmitatib⁹ vtunt medici vnctiōe. sed sanatio non est nisi habētis vitā. ergo extrema vnctio cū sit spiritualis sanatio presuppōit vitam spūalem. sed in eo in quo est peccatū mortale: nō est vita spūalis. ergo extrema vnctio nō ordinatur ad dimissionez peccati mortalis quo ad culpā. si ergo ordinat ad dimissionē alicui⁹ peccati quo ad culpā: oportet q illud sit veniale qd est quasi quedam infirmitas in vita spūali. Sed nec istud videt quibusdā. q2 cōtra vnū defectū sufficit vnū remediū. sed sacrm penitētie sufficiēter delet omne peccatū veniale quo ad culpā. ergo quo ad hoc nō ordinat aliquod aliud sacramentum. ad hoc tamē posset dici q vnū remediuz solum ē per se institutū contra vnū defectū interimentez vitam spūalem. sicut baptismus contra peccatuz originale: et penitentia contra peccatum actuale mortale. sed contra defectum qui non interimit vitam spiritualem sicut est peccatum veniale nullum sacramentum est necessarium. multa tamen remedia vtilia sunt sicut penitentia et cōfessio generalis non sacramentalis et benedictio episcopalis. et idem posset esse ꝺ extrema vnctione nō obstante ratione supradicta. sed quia nulluz peccatum dimittitur quo ad culpam nisi voluntas q fuit deordinata per eam reordinetur per debitā displicentiam: etiam adhuc dubium est quomodo per extremam vnctionem dimittatur veniale peccatum: cum non appareat quid ipsa operetur ad talem displicentiam. potest tamen dici q hoc modo operatur extrema vnctio ad dimissionem peccati venialis: quia per eam datur digne suscipienti quedam spiritualis hilaritas mentis. non quidem contra illam debilitatem vel difficultatē ad bonum nobis īnataz vt alij dicunt: sed contra oppressionem quam infirmus tunc patitur. tuz ex debilitate corporis. tum ex memoria precedētiū peccatorum propter que posset facilius in desperationem cadere. quam hilaritatem mentis forte vocat iacobus alleuiationem cum dicit: et alleuiabit eum dominus. ad hanc ergo sequitur conuersio mentis in deū et generalis displicentia omnium debitorū que sufficiat ad deletionez omniū peccatorū venialium. et ideo postq̄ btūs iacob⁹ dixit: et alleuiabit eum dn̄s subiunxit: et si in peccatis sit dimittent ei. et sic primus effectus huius sacri est exhilaratio mentis: sed non principalis nec pricipaliter intent⁹. quia ille est remissio peccatorum venialiū quo ad culpā modo quo dictū est: vel quo ad penam in toto vel in parte quod significat vnctio olei quod est mitigatiuū doloꝝ. hec durandus in forma. ¶ Contra tertiam conclusionem arguit idem durandus probando q pma ratio assignata quare materiam huius sacramenti oportet esse oleum consecratum: non valet. s. quia christus non est vsus vnctionibus corporalibus et c̄. q enim hoc non valeat: dicit se pbasse dis. 7ª. ibidem aūt arguit sic dicens. q chrisma quod est materia cōfirmationis oporteat eē consecratum quidam probant sic. quorū cūq3 sacramentorum materia fuit xp̄o applicata corporaliter: illa materia non indiget noua cōsecratione qui a tactu xp̄i consecrata fuit. vnde chrisostomus dicit q nunquā aqua baptismi peccata credentium purgaret: nisi tacta dominici corpis sanctitate fuisset. et ideo aque baptismi quantum est de necessitate: non oportet q prius benedicātur q̄3 sacramento applicentur. idem de materia eucharistie q2 xp̄o fuit applicata et ab ipso benedicta. dr enī Mathei. 26. et Luce. 22. accepit aūt iesus panē et bn̄dixit: similit et calicez. et ideo nō oportet q mā pus bn̄dicat q̄3 forma vboꝝ sacralium sup ipam pferat. secus aūt est de chrismate et oleo sancto et oleo infirmoꝝ. oportet enī q pus bn̄dicant q̄3 exhibeāt ad vsum sacri: q2 xp̄s nō ē

vnctus visibilib⁹ vnctionibus. nec fieret iniuria i=
uisibili vnctioni q̄ vnctus est pre cõsortibus suis.
Sed istud nõ videt̃. primo quia si applicatio ma-
terie ad xp̄m reddit eam sanctificatã: videtur ꝙ
non solum non oportcat eam sanctificari ad hoc
ꝙ sit materia baptismi: sed etiã si sanctificat̃ ꝙ fiat
iniuria priori sanctificationi si sit eiusdẽ rõnis: vl̃
ꝙ prima fuerit insufficiẽs si secunda sit alteri⁹ rõ=
nis sicut ipsi dicunt de vnctione. ¶ 2°. quia falsũ
est ꝙ xp̄s nõ fuerit vsus vnctionibus visibilibus.
dicit̃ enim Joã. 12. ꝙ maria accepit librã vnguẽ=
ti nardi pistici et vnxit pedes iesu. Et Luce. 7. dr̃
ꝙ osculabat̃ pedes eius et vnguẽto vngebat. et
xp̄o mortuo vnctũ est corpus ei⁹ ꝑ nicodemũ: vt
habet̃ Joã. 19. ergo falsum est ꝙ xp̄s nõ fuerit vn
ctus visibilib⁹ vnctionib⁹. Et si dicat̃ ꝙ xp̄s nõ fuit
vnct⁹ visibilib⁹ vnctiõib⁹ ꝑ modũ sacri vel sacr̃a-
lis sicut fuit vsus pane et vino cõsecratis et aqua
baptismi ioãnis tanquã quodã sacr̃ali: nõ obstat
quia xp̄s a sacris vel sacr̃alib⁹ nihil virtutis acce=
pit. et si aliquã virtutẽ dedit ex suo tactu: dedit oĩ=
bus q̄ tetigit q̄ in vsum sacrorum debebãt venire.
hec ille. ¶ Contra quartã conclusionẽ arguit pe=
trus dicens. quod autem dicit. S. Tho. ꝙ nullus
effectus sequitur ex hoc sacramento concurrenti
bus omnibus q̄ sunt de essentia sacramẽti: videt̃
dubiũ. quia gratia non est minoris virtutis q̄ na=
tura. sed concurrentibus causis naturalibus ꝑ se
et essentialibus: impossibile est non sequi effectũ.
nec aliqua causa per accidẽs et sine qua non: po=
test impedire effectũ: nisi ꝑ hoc ꝙ impedit cõcur=
sum alicuius cause per se. sicut obstaculum corpo
ris opaci impedit illuminationẽ inquantũ impe=
dit presentiã illuminantis imediatã quod ẽ cau
sa per se et sic de alijs. vnde cum omne sacramen
tum noue legis sit per se causa gratie non sic ꝙ at
tingat gratiã sed quia disponit ad eam: necesse ẽ
ꝙ concurrentib⁹ omnib⁹ q̄ sunt de essentia sacra=
menti causetur dispositio ad gratiam in omni sa=
cramẽto noue legis et per consequens in isto. et
ideo tenendus est thomas magis in cõtrarijs di=
ctis. vnde et in matrimonio de cuius essentia est
consensus: illo posito nihilominus causat̃ ornat⁹
licet contrahentes sint in peccato mortali: q̄ po=
stea recedẽte illa fictione habet efficaciam dũta=
men consensus affuerit. sed si consensus cõtrahẽ=
di non fuerit: nihil est actum sed illo consensu po
sito licet dissentiat in bono fine. sic in penitentia
non solum voluntas confitẽdi est de essentia: sed
etiam voluntas dolẽdi et abstinendi et huiusmo
di que dicitur attritio. quia et si non contritio que
quando q̄ est effectus sacramenti ⁊ ꝑ consequẽs
non de essentia: tamen attritio est de essentia. sed
in hoc est differentia inter penitentiam et matri=
moniũ. quia omnes partes essentiales matrimo
nij oportet simul concurrere: aliter nihil agitur. ⁊
dico quantum possibile est vt. s. simul consentiãt
et ꝙ consensus simul sit cũ verbis: licet verba cũ
sint quantitas successiua: nõ possint esse simul. in
penitentia autem non oportet ꝙ partes essentia
les sint simul. imo satisfactio sequitur et contritio
precedit et confessio precedit absolutionem. et si
contritus postea confiteatur quia forte nõ est o=
bligatus ad plures conterendũ sicut nec ad plu
res confitendum aut satisfaciendum nisi negati=
ue idest ad non complacendum quando confite
tur: sic si nec contereretur nec attereretur dũta
men non haberet oppositum: ipse reciperet effe=
ctum. si etiam nulla attritio precedat nec conco=
mitetur: quamuis non sint omnes partes sacra=
menti sed solum due. s. confessio et absolutio: im
primitur ornatus qui recedente fictione postea
operatur. quia non est necesse ꝙ simul he partes
concurrant sicut nec de duabus formis euchari=
stie. sed ad hoc ꝙ plenius et perfectius effect⁹ sa=
cramenti eucharistie sequat̃: bene oportet ꝙ om
nes partes concurrant. et ideo cum contritio nõ
sit d̃ essentia huius sacramenti sicut nec baptismi
quia habet materiam exteriorẽ: illa cessante im
primitur ornatus hic sicut ibi character. ¶ 2°. q̄r
in solutiõe tertij arguit sic Sãct⁹ Thomas ꝙ ver
ba indicatiua non sunt forma sed dispositio: verũ
est quando vtraq̄ verba dicuntur. quia tunc ite=
raretur sacramentum cum de verbis deprecati=
uis non sit dubium quin sint forma alias non essẽ
sacramentum ex sola materia et dispositione for
me sine essentiali forma. tamen ambrosius vsus ẽ
forma indicatiua dicens vngo hos oculos tuos
in nomine patris et c̃. que quidem videtur eadẽ
ꝓm sub̃am et per consequens valere. quia cũ que
reretur de officio ambrosiano a patribus: decre=
tum fuit ꝙ ambrosianũ in sua diocesi teneretur.
gregorianum vero per orbem. nec aliquid de his
que ambrosius docuit in cultu religionis christia
ne fuit reprobatum sed tacite approbatũ. sed tho
mas dicit contrarium ꝙ forma hec non potest eẽ
indicatiui modi. quod verum est de potentia or=
dinata: sed de potentia absoluta si aliqne eccle=
sie habeant solum formam indicatiui modi sicut
ambrosiana saltem tempore ambrosij vt dicitur
non est dicẽdum ꝙ nihil sit actũ. et licet cõuenies
forma sit indicatiua: tñ si sit deprecatiua nõ ꝓpter
hoc sacr̃m est irritum: sicut in baptismo greci vtũ
tur depc̃atiua: baptizetur seruus christi et cetera.

ita hic econuerso. Si dicatur ꝙ non est simile q2 vtendo verbis deprecatiuis vbi est effectus certus nõ est periculũ de mẽdacio: sicut si deprecaretur ꝙ solem faceret cras oriri: tamẽ ecõuerso vti verbis indicatiuis vbi effect⁹ est incertus ess3 periculũ mendacij. et ꝑpter hoc magis põt dici baptizetur seruus xp̄i: nec est falsum etia3 si nõ intendat: quia sola indicatiua ẽ vera vel falsa: q̄3 possit dici vngo oculos tuos et cꝫ: quia nescit vtru3 anima vngat᷑ oleo leticie. quia etiã quãdo sacerdos dicit ego te baptizo: nescit vtru3 ille intendat ludere sicut multi iudei faciunt et sic non est baptismus. et similiter quãdo dicit absoluo te: nescit si ẽ fictus. et in cõfirmatione. sed quia supponitur ex his q̄ exterius apparẽt: excusatur vel refert᷑ ad exteriorem actũ de quo est cert⁹ non ad interiore3. Similiter in proposito magis est verisimile ꝙ iste confessus et cõmunicat⁹ et timẽs morte sit non fictus: q̄3 de alio. et sic põt supponere vnctionẽ inuisibilem sicut ibi ablutionẽ interiorem. vel refert se ad vnctionẽ exteriorẽ de qua certus est. Nec est dicendũ ꝙ beat⁹ ambrosi⁹ errauerit quia sc̄ti non sibi pepassent in contradicẽdo. sicut nec cipriano qui rebaptizabat baptizatos ab hereticis: nõ pepercit augustin⁹ quin hoc dãnaret. et paul⁹ i faciẽ restitit petro qui iudaizare cogebat. hec petrus.

Quantu3 ad tertiũ articulũ primo notandũ ẽ ꝙ sicut in ecclesia militante baptismus est sacr̄m intrãtiu3 propter quod dicit᷑ sacr̄3 regenerationis ita et extrema vnctio est sacr̄m exeuntiũ. quãobrem et extrema vnctio appellat᷑ eo ꝙ sit vltimum remediũ ad tollẽdos defectus qd̄ in ecclesia militante cõferri põt. vnde et proprius eius effectus est quasi quedã dispositio et preparatio ĩmediate disponẽs ad gloriam vite future in ecclesia triumphãte. et habet efficaciã per modum cuiusda3 medicationis sicut baptism⁹ per modum ablutionis. Ad cui⁹ intellectum sciendu3 est ꝙ quãuis in omnib⁹ sacramẽtis cõferatur vel augeat᷑ gratia ꝑ quã fit remissio peccatorũ: tria tamẽ sacramenta sunt directe et principaliter ordinata ad tollendos peccati defectus .s. baptismus penitentia et extrema vnctio: aliter tñ et aliter. nã baptismus ordinat᷑ ad tollendũ generaliter omne peccatu3 tã originale q̄3 actuale. penitẽtia vero ordinatur ꝑ se ad peccatũ actuale tollẽdũ. extrema vero vnctio ordinatur directe et p̄ncipaliter ad tollẽdos quosdam defect⁹ ex peccatis actualib⁹ prouenientes q̄ alias dicũt᷑ reliquie peccatorꝝ. huiuscemodi autẽ defectus, put. S. Tho. notat in hac dis. q. p°. ar. 2. sub. ar. p°. ad. 2m. nõ sunt ille dispositiones ex actibus peccatorꝝ relicte q̄ velut quidã habit⁹ inchoati dicunt᷑ pronitates seu inclinationes ad peccandu3. sed sunt quedam spiritualis habilitas ex peccatis in mẽte relicta qua ad act⁹ gratie minus potẽs est anima et ad actus glorie robur nõ habet. sicut enim infirmitas corꝑalis membra debilitat ne ꝑprias operatiões recte ac expedite explere valeant etiam post recuperatam sanitate3 quousq3 fuerint roborata: ita et sp̄ualis egritudo ex peccato ꝓueniẽs mentẽ hoĩs debilitat ⁊ ad spirituales actiones gratie et multo magis glĩe fragilem ac ineptã reddit. et ad hãc debilitatem tollendã ordinatur sacramentũ extreme vnctionis non ad tollendã debilitatem et ineptitudinẽ naturalem quã homo habet in puris naturalib⁹ ad opa gratie: nec ad ea3 que ex peccato originali cõsecuta est ad operationes virtutũ: ita vt sine gr̄a vel gratuito dei auxilio: illas recte agere non possit s̄m ꝙ apostolus dicebat Ro. 9°. non est volẽtis .s. velle neq3 currentis .s. currere sed dei miserentis. ad illũ enim effectũ quodlibet sacr̄m p̄ncipaliter institutu3 est: qui in forma exprimit᷑ eo ꝙ sacramẽtũ id efficiat quod figurat. in forma autẽ huius sacramẽti non exprimitur debilitas seu infirmitas nisi que ex peccatis actualibus est consecuta cum dicit᷑. indulgeat tibi dñs quicquid deliq̄sti per visum et sic de ceteris sensibus per q̊s peccata actualia cõmittuntur.

Secundo Notandũ est ꝙ rõ efficaciter ꝓbans ꝙ materia quorũdã sacrorꝝ necessario exigit᷑ ꝯsecrata nõ aũt materia quorũdã aliorꝝ: est q2 xp̄s sic instituit. supposita aũt xp̄i institutione ꝓ rõne necessaria et efficaci: adducunt᷑ a doctorib⁹ nonnulle rõnes ꝓbabiles et ꝯgruẽtie. et sic. S. Tho. adducit tres rõnes ꝯgruẽtie ad ꝓbãdũ ma3 hui⁹ sacri extreme vnctionis debere ẽẽ ꝯsecratã. nõ sicut necessario ꝯcludẽtes: sed tanq̄3 ꝓbabiles et ꝑ modũ cuiusdã ꝯgruẽtie. in quarꝝ p̄ma q̊ dicit xp̄m nõ vsum fuisse hoc sacr̄o nec aliqua corꝑali vnctione: deb3 intelligi d̊ vsu tanq̄3 sacr̄o sicut vsus ẽ pane et vino in vltima cena sacr̄m istituẽs corꝑis et sanguinis sui: vel sicut aliq̄ sacr̄ali queadmodũ vsus fuit aq̄ in baptismo ioãnis. nã loquẽdo de q̄licũq3 vsu generaliter: xp̄s q̄busdã vnctionib⁹ visibilibus vsus est. dicit᷑ eni Luce. 7°. ꝙ mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix attulit alabastrũ vnguẽti et osculabat᷑ pedes dñi ⁊ vnguẽto vngebat. et ioã. 12. dr̄ ꝙ maria accepit librã vnguẽti nardi pistici p̄ciosi ⁊ vnxit pedes iesu. Mathei ãt. 26. ⁊ Marc. 14. scribit᷑

ꝙ mulier hec effudit vnguentū etiā super caput iesu. Nec obstat huic intellectui ꝙ xp̄s a sacramē tis vel sacralibus nihil virtutis accepit. quia nos nō facim⁹ vim in hoc ꝙ xp̄s illis vtens ab eis virtutem acceperit: sed qꝛ per hoc ꝙ eis vsus est virtutem illis dederit ad hoc ꝙ essent sacramentum vel sacrale. sed nec quia quibusdam illorū quib⁹ xp̄s vsus est dedit eam ipsam virtutē: ideo consequens est ꝙ omnib⁹ rebus qbus vsus fuit aut suo tactu vim aliquā tribuit: cōtulit virtutē sacramē ti vel sacralis: sed illis tantūmodo quas voluit ⁊ sua institutione ad id ordinauit. vnde quāuis in die cene quādo sacrm̄ istituit eucharistie: vsus sit pane et vino dans illis virtutē vt essent materia sacri: non inde sequitur ꝙ cuicūqꝫ pani et vino quibus aliquando vsus fuit: virtutem sacri vel sacramentalis contulit. nec quotienscūqꝫ carne sua aquam tetigit: dedit illi virtutem vt esset materia sacramenti baptismi vel aliquid sacramētale: sed tunc solūmodo quando aquas iordanis tetigit baptizatus a ioanne. quia tunc et non alias eam virtutem sibi dare instituit ⁊ ad hoc ad baptismū ioannis venit.

**Tertio** Notandū est ꝙ in sacramē tis primus effectus est id qꝺ est res et sacramentū. in hoc autē sacro extreme vnctionis res et sacrm̄ est quedam interior deuotio q̄ est spūalis vnctio, put. S. Tho. dicit in hac distinctione questione p̄ma articulo secundo sub articulo tertio ad tertium. huiuscemodi vero interior deuotio procedit a charitate q̄ vt apostolus dicit diffusa est in cordibus nostris ꝑ spiritum sanctū qui datus ē nobis. vn̄ et spūalis vnctio ponitur effect⁹ spūssancti ſm illud Esaie. 61. spirit⁹ dn̄i super me eo ꝙ vnxerit me. et quandoqꝫ sicut causa ab effectu denominat̄ spūs sanctus vnctio vt p̄ma Ioā. 2ª. vnctio eius docet vos de omnibus. i. spūssanct⁹ put glosa exponit. ex quo fit vt in accedente ad hoc sacrm̄: regulariter loquēdo presupponatur gratia ⁊ charitas. ita vt qui in peccato mortali ad hoc sacrm̄ accedit: fict⁹ accedat. vnde. S. Tho. i hac dis. q. pª. ar. 2. sub. ar. pº. i. c. ait. sicut baptism⁹ est quedā spūalis regeneratio et penitētia quedā spūalis suscitatio: ita et extrema vnctio est q̄dā spūalis sanatio vl' medicatio. sicut autē corpalis medicatio presupponit corporalem vitā in medicato: ita spūalis spūalem. et sic hoc sacrm̄ non dat̄ contra defect⁹ quibus spūalis vita tollit̄. s. pctm̄ originale et mortale. hec ille. tamen igit̄ pōt esse fictio in accedēte ad hoc sacrm̄ cū peccato mortali: ꝙ sacri susceptio nō conferat illi grām. et ꝑ consequēs ꝙ primum effectū sacri q̄ ē interior deuotio nō recipiat. et quia deficiēte primo effectu qui ē aliorꝫ fundamētū et ad eos disponit nullus ali⁹ cōsequi pōt: ideo pōt cōtingere ꝙ peracris rite omnib⁹ q̄ sunt d̄ essentia hui⁹ sacri accedēs ad sacrm̄ etiā cū intētione illud recipiendi: nullū ei⁹ effectū cōsequat̄ put. S. Tho. notat in hac dis. q. pª. ar. 4. sub. ar. 2. in cor. et ad. pᵐ. et hoc est speciale in hoc sacro. eo ꝙ fictio charitatē expellēs et consequenti abijcit d̄uotionē interiorē et spūalem vnctionē quā sola charitas elicit. q̄ vt dictū fuit est primo effect⁹ huius sacri: quo repulso om̄is ali⁹ effectus repellit̄. In alijs vero sacramētis que cōsistunt essentialiter in eorꝫ vsu: primus effect⁹ qui est res et sacrm̄ sicut est character et ornat⁹ non necessario presupponit in suscipiente grām et charitatē. quāobrē fictio gratiā tollēs nō ꝓhibet p̄mū illorꝫ effectū. et ideo peractis rite omnib⁹ q̄ sunt de essentia sacri: suscipiens sacrꝫ semper p̄mū effectū sacri consequit̄. s. characterē vel ornatū. In sacro vero eucharistie quod non consistit essentialiter in vsu ſ; in cōsecratione materie: res et sacrm̄ et ꝑ consequēs primus effect⁹ sacri est corpus ⁊ sanguis xp̄i vt existūt sub sacro. et licet sumptio hui⁹ sacri req̄rat in sumēte grām et charitatē ſm illud apl'i p̄ma Cori. 11º. q̄ māducat et bibit idigne: iudiciū sibi māducat et bibit. ⁊ tn̄ quia esse sacri eucharistie nō cōsistit in vsu ſ; in cōsecratione materie: quātūcūqꝫ sumēs fict⁹ accedat. i. sine charitate: nihilomin⁹ sacrm̄ suū p̄mū effectū cōsequit̄. s. corp⁹ et sanguinē xp̄i sub sacro cōsecratum peractis his q̄ sunt de essentia sacri.

**Quantū ad arti**culū quartū respōdendū est obiectionibus in cōtrariū. Et q̄dem ad argumētū petri cōtra primā cōclusionē dicit̄ ꝙ effect⁹ p̄ncipaliter intent⁹ in administratione sacrorꝫ ē duplex. vn⁹ ē cōmunis oībus sacris. s. collatio gratie gratū facientis vel ei⁹ augmētatio in accedētibus cum grā et per ꝯsequēs remissio pctōrū. alius ē ꝓprius cuiuslibet sacri ordinat⁹ ad specialē defectū spūalē tollendū in cui⁹ remediū: speciale sacrꝫ ē istitutū. et hic effect⁹ ꝓpri⁹ est dispositio q̄dam et ꝓparatio ad grām sacralē q̄ est ꝓpria vni sacro nō alteri ꝑse loq̄ndo. Utrū aūt hic effect⁹ differat a grā sacrali et q̄liter dictū fuit sup̄ dis. pª. sub tertio notabili. vn̄ etiā. S. Tho. dicit in hac dis. q. pª. ar. pº. sub. ar. pº. in. c. ꝙ sacrm̄ dicit̄ illa actio ecclie q̄ attigit ad effectū p̄ncipalr̄ intētū in administratiōe sacrorꝫ: intelligit de effectu p̄ncipali ꝓprio cuiuslibet sacri qui ē vel character vel ornat⁹ vel q̄dam

alia dispositio imediata ad gratiam sacr̄alem ad quā tale sacr̄m institutū est. hūc enī effectū actio sacri directe pertingit. arguens autem obijcit de principali effectu cōmuni omnibꝰ sacr̄is qui ē gr̄a gratū faciēs. vnde argumētū nō ꝓcedit ad mētē sancti doctoris. ¶ Ad argumēta durādi cōtra secundā cōclusionē ad pͥmū respōdet. S. Tho. in scrip. q. 2. huius dis. ar. 2. sub. ar. pͦ. ad. pͫ. arguit enī sic pͥmo loco. pricipalior effectꝰ huiꝰ sacri ē sanatio mētis ꝙ̄ sanatio corporis. sed etiā sani corpe indigēt sanatione mētis. ergo eis debet hoc sacr̄ꝫ cōferri. ecce argumētū. ad quod respōdet ꝙ quāuis spūalis sanitas sit pͥncipalis effectꝰ huiꝰ sacri: tamē oportet ꝙ ꝑ curationē corpalē significet curatio spūalis etiā si corpalis sanatio nō sequat̄. et ideo solū illis hoc sacr̄o sanitas spūalis dari pōt quibꝰ curatio corpalis cōpetit. s. infirmis. sicut ille solus pōt baptismū suscipe: qui pōt corpalis ablutionis esse particeps: nō aūt puer in vētre matris existēs. hec ille. ꝑ que patet respōsio ad hoc argumentū. naꝫ licet debilitas seu difficultas ad opus gratie ex peccato relicta sit quādoqꝫ in sanis corpore sicut in infirmis: nō ideo ad illā tollendā adhibēda est extrema vnctio sanis sed infirmis ꝑ se. quia adhibitū īfirmis figurat sensibiliter qd̄ efficit. s. infirme mentis sanationē. qd̄ nō figurat si adhibeat̄ corpe sanis. est aūt de rōne sacri ꝙ significet seu figuret corpaliter quod efficit spūalit̄. ¶ Ad. 2ᵐ. dicitur pͥmo ꝙ. S. Tho. nullibi ponit ꝙ exhilaratio mētis sit ꝓprius effectꝰ extreme vnctionis. vnde argumētū nō militat cōtra nos sed magis cōtra ipsum arguētē qui tenet ꝙ ꝑ hoc sacramētū dat̄ digne suscipiēti q̄dam spūalis hilaritas mētis contra oppressionē quā infirmꝰ tūc patitur et propt̄ debilitatē corpis et ex memoria peccatoꝝ precedentiū ꝓpter q̄ posset facilꝰ in despatione cadere. cōtra q̄ directe ꝓcedit argumentū de illis qui ꝑ infirmitate amiserunt vsum rōnis in quibꝰ non pōt esse talis exhilaratio. et ita argumētum retorquet̄ in suū factorē. ¶ Ad. 3ᵐ. dicit̄ ꝙ ꝓcedit d̄ debilitate seu difficultate ad opa gr̄e que inest omnibus a natura. nostra vero conclusio loquit̄ de d̄bilitate mētis causata ex peccato actuali que superuenit dicte naturali debilitati. et ideo nō est ad ꝓpositū. Ad id aūt quod arguēs obijcit ex vocabulo idulgeat quod ponit̄ in forma verborum: dicimꝰ ꝙ cum in peccato sit et culpa et reatꝰ pene et reliquie ex peccato consecute: indulgere peccatum de horū quolibet et de omnibus intelligi pōt. vnde cū dicitur in forma huius sacramēti indulgeat tibi dominꝰ: indulgētia itelligit̄ quo ad reliquias ex peccato in anima consecutas si loquamur de proprio et speciali effectu huius sacramenti. quamuis et de alijs duobus quodam modo accipi pōt indulgētia prout. S. Tho. deducit ī hac dis. q. pͣ. ar. 2. sub. ar. pͦ. ad. 2ᵐ. ¶ Ad. 4ᵐ. dicit̄ ꝙ argumentū non militat ꝯtra sctūꝫ thomā qui non ponit taleꝫ hilaritatē esse ꝓpriū effectum huiꝰ sacramēti vt dictū est. quod aūt. S. Doc. dicit remissionē peccatoꝝ nō esse ꝓpriū effectū huius sacramēti nisi ꝯtigēter. s. si in peccatis sit et suscipiēs sacr̄m nō ponat obicē: intelligit̄ d̄ remissione peccatoꝝ quo ad culpā et reatuꝫ pene eterne vt ipsemet expressit. q. pͣ. huius dis. ar. 2. sub. ar. pͦ. in cor. nam et talē remissionē non per se et simpliciter attribuit huic sacramēto beatꝰ iacobus ipsius promulgator: sed contigenter et in casu cum dicat cōdicionaliter: et si in peccatis sit remittuntur ei. propriū autē effectuꝫ huius sacri ponit remissionem peccatoꝝ quo ad reliquias vt dictum est. q̄ sunt defectꝰ q̄daꝫ quibꝰ ex peccatis cōmissis reddit̄ mens debilis et inepta ad opationes gratie et glorie. et hec est remissio peccatoꝝ quaꝫ sacramentū extreme vnctionis efficit et figurat cū in forma dicit̄. indulgeat tibi dn̄s et c̄. Et ꝑ hec patet respōsio ad quintū vbi arguens non satis respondet ad rationem ꝓbantem ꝙ hoc sacramentum non fuerit institutū ad remissionē peccati venialis vt ipse opinat̄. nam vt. S. Tho. inquit in hac dis. q. pͣ. ar. 2. in cor. sacramentum penitētie sufficienter in hac vita delet venialia quo ad culpam. et non minus potens est delere venialia q̄ ad reliquias et reatum pene ex vi displicētie quā penitentia per contritionem causat. oppressio autem quam infirmus in extremis patitur tum ex debilitate corporis tum ex memoria precedentium peccatorum: non est illi peccatum. vnde si ad delendam talem oppressionem hoc sacramentuꝫ ordinaretur: non fuisset institutum ad remissionem peccati quod est aperte contra formam sacramenti cum dicitur quicquid deliq̄sti et cetera. Neqꝫ valet dicere ꝙ tollendo eiuscemodi oppressionem preseruat infirmum a peccato desperationis vt arguens innuit: quia tunc sacramentuꝫ extreme vnctionis non esset peccati ablatiuum sed a peccato preseruatiuum. hoc autem repugnat forme sacramenti cum dicat indulgeat tibi dominus. indulgentia enim non est de peccato futuro sed de prius commisso. Et preterea si hoc sacramentum principaliter esset a peccato preseruatiuum: magis dandum esset sanis vt a peccati infirmitate preseruarentur ꝙ̄ infirmis. quod est contra ecclesie determinationem et contra auctoritatem beati iacobi in promulgatione huius sacri

dicētis.infirmaꝛ quis in vobis:īducat p̄sbyteros ecclie et c̄. ¶ Ad argumēta eiusdē durādi contra tertiā ꝯclusionē ad primū dicitur falsum esse q̄ fiat iniuria priori sanctificationi materie sacri ꝑ secundā sanctificationē quādo est alteri⁹ rōnis a ꝑma sicut ē in ꝓposito nr̄o. neqꝫ iterū ꝓpter scdam sanctificationē reddiꝛ ꝑma insufficiēs q2 non ad idē ordinanꝛ. Unde ad simile argumētū respondet. S. Tho. ī hac dis. q. ꝑ^a. ar. 3. sub. ar. 2. ad. ꝑ^m q̄ ꝑma sanctificatio ē materie s̄m se: sed scda magis ꝑtinet ad vsum ipsi⁹ s̄m q̄ est actu cōferēs effectū suū. et ideo neutra supfluit: quia etiam istrumēta efficaciā accipiunt ab artifice et dū fiunt et dum ad actū applicanꝛ. Similē responsionez ponit supra dis. 7. q. ꝑ^a. ar. 2. sub. ar. 3. ad. 3^m. ¶ Ad 2^m. patet respōsio ex his q̄ dicta sunt in secundo notabili. ¶ Ad argumēta contra q̄rtā ꝯclusionē ad primū dicꝛ q̄ arguēs nō habuit mentē. S. T. in dictis suis circa materiā in qua arguit. et ideo sibi videtur q̄ repugnent inuicē. nō eni intellexit differentiā huius sacri ab alijs quantū ad primū effectū qui in hoc sacro presupponit grām non in alijs ꝓut deductū fuit in tertio notabili ex cuius dictis patet respōsio ad argumentū. ¶ Ad. 2^m. dicꝛ q̄. S. Tho. vbi allegaꝛ tenet scripture sacre auctoritatē que ponit formā hui⁹ sacri deprecatiuam nō indicatiuā dicens. infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie vt orent sup eū vngētes eum oleo in nomine dn̄i: et oratio fidei saluabit infirmū et alleuiabit eum dn̄s. Ad id aūt quod arguens obijcit de officio ambrosiano in q̄ forma huius sacramēti poniꝛ per modū indicatiuum: respōdet. S. Tho. in hac dis. q. ꝑ^a. ar. 4. sub arti. 2. ad. 3^m. q̄ verba illa indicatiui modi q̄ s̄m morē quarundam ecclesiarū premittunꝛ orationi dep̄catiue: nō sunt forma hui⁹ sacri sed sunt q̄dam dispositio ad formā: inquantū intētio ministri determinaꝛ ad actum ꝑ illa verba. et videtur q̄. S. Doc. loquatur de ecclesia ambrosiana cui⁹ morē ipse optime nouit cum esset italicus. arguens autē accepit verba indicatiui modi nō ad intentionē ambrosij ordinantis qui illa premisit tā quā preambulum quoddā ad verba deprecatiua forme vt. S. Tho. dicit. ¶ Ad argumentū ante oppositū respōdet. S. Tho. in hac dis. q. ꝑ^a. ar. ꝑ^o sub. ar. ꝑ^o. ad. ꝑ^m. q̄ oleū quo cathecumini vnguntur: sua vnctione nō perducit ad peccati remissionē q2 hoc ad baptismū ꝑtinet: sed aliquo modo ad baptismū disponit vt supra distinctione sexta dictū est. et ideo non est sacramentū illa vnctio sicut vnctio extrema. hec ille. Et in hoc articulus terminatur.

# Distictio vigessima. iiij

Circa viges simā quartā distinctionē queriꝛ vtrū ordo sit sacr̄m et arguitur q̄ nō. q2 sicut p̄latio spūalis que est ordo oatur cū quadā consecratione: ita et prelatio secularis q2 reges inunguntur. sed regia dignitas nō est sacr̄m. ergo nec ordo d̄ quo loquimur. ¶ In oppositū arguiꝛ. quia ordo ab oībus numeraꝛ iter septē ecclesie sacramēta. ¶ In hac questione erūt quattuor articuli vt supra.

Quantuz ad primū articulū sit ꝑma conclusio q̄ ordo ecclesiastic⁹ in quo daꝛ spiritualis ptās est vere sacr̄z. hāc ꝯclusionez tenet. S. Tho. in hac distin. q. ꝑ^a. ar. ꝑ^o. sub. ar. 3. et. 4. ¶ Secūda conclusio est q̄ licet sint plures ordines: oēs tamē sunt vnū sacr̄m et nō plura. hāc ꝯclusionē tenet S. Tho. in hac distin. q. 2. ar. ꝑ^o. sub. ar. ꝑ^o.

Quantū ad articulū secundum arguiꝛ contra cōclusiones. Et quidē cōtra ꝑmaz arguit scot⁹ ꝓbando q̄ sacr̄m ordinis nō sit ptās spūalis ad aliquē actū in ecclesiastica hierarchia. ꝑmo quia ex ista descriptione sequiꝛ q̄ episcopat⁹ sit ordo cū sit ptās ad aliquem actum spūalem in ecclesia vtpote ad actum confirmādi et conferēdi ordines sacros. et non tantū ptās congrue exercēdi s̄ simpliciter exercendi q2 non episcopus si attemptet isto s act⁹ vt videtur nihil facit. ¶ 2^o. quia sequiꝛ q̄ sub ordine sacerdotali nō sit aliq̄s ordo quod est cōtra oēs. ꝓbaꝛ. quia istā ptātem nō habet diacon⁹ nec subdiacon⁹. q2 et si ipse possit aliquid facere congrue quod non faceret laic⁹: tn̄ si laicus attemptet illud facere simpliciter faceret. ¶ 3^o. quia sequiꝛ q̄ sacerdotiū sit duo ordines. q2 sacerdoti competit duplex ptās spūalis. s. ꝯficiendi eucharistiā et absoluēdi penitentē que nō sunt vna potestas quia vna videtur prior altera. quia in cena deus contulit primā aplīs: secundā autem nō nisi post resurrectionē Joā. 2. hec scot⁹ in forma.

¶ Contra

¶ Contra secundã conclusionez arguit durand⁹ ꝓbando ꝙ ordo in generali acceptus nõ diuidatur in speciales ordines sicut in sacrã sed sicut in sacrm̃ et sacralia. ita ꝙ solũ sacerdotiũ est ordo ꝛ sacramentũ: cetera vero sunt ordines non tamẽ sacramẽta sed quedã sacralia. et hoc probat ꝑmo sic. quando plures actiones ordinant̃ ad vnum spiritualem effectuz ita ꝙ vna attingit illum alie vero solum disponũt: illa sola que ꝑncipaliter attingit est sacrm̃: cetere vero sunt sacralia tantuz sicut patet de cathecismo ꝛ exorcismo respectu ablutionis sub determinata forma verborũ. quia enim omnes iste actiones ordinant̃ ad ablutionem peccati originalis et ad hãc attingit sola ablutio exterior: cetere vero sunt tantum dispositiones: ideo sola ablutio est sacrz. exorcizatio aũt et cathetizatio sunt sacramentalia tantũ. nunc ẽ ita ꝙ omnes ordinationes ministrorum ecclesie sunt principaliter propter sacrm̃ eucharistie conficiendum et ministrandum. ad hoc aũt attingit potestas sacerdotalis. cetere vero solũ disponũt quedam a remotis et alie de propinquo. ergo sola ordinatio sacerdotalis est sacramentũ: cetere vero sunt sacramẽtales tantum. ¶ 2°. sicut potestas que datur in baptismo est ad suscipiendum sacramẽta: sic ptãs ordinis vt est sacramentũ est ad conficienduz vel cõferendũ ea. correspondẽt enim sibi inuicẽ sicut potentia actiua et passiua. ꝯ in ordinibus sub sacerdotio non cõfertur aliqua potestas ad conficiendũ vel cõferendũ sacramẽta. vnde diacon⁹ qui supior est inter illos: ex ordine non habet aliquod sacrm̃ conficere vel conferre: quãuis sacrm̃ eucharistie confectũ a sacerdote habeat mediãte vase dispẽsare vel portare solũmodo vl̃ offerre. ergo nullus ordo sub sacerdotio est ꝓprie sacrm̃. ¶ 3°. quia in ordinatione sacerdotis confert̃ potestas vel deputatio ꝑ quã ordinatus potest aliquid facere quod prius non poterat etiam quo ad genus facti. sicut ordinat⁹ in sacerdotem potest cõficere corpus domini absoluere in foro penitentie quod non poterat sine tali ordine. sed in ordinibus inferioribus sacerdotio nulla potestas vel deputatio confert̃ ordinato per quam possit aliquid quod nõ poterat pri⁹ sed solum per quaz licet facere quod non licebat prius. quicquid enim põt diaconus ordinat⁹ puta legere euangeliuz ministrare sacerdoti et c̃: totum poterat facere prius sed non licebat ei. et similiter est in inferioribus ordinibus. ergo cũ potestas sit ad posse et nõ ad licere: potestas q̃ confertur in alijs ordinibus a sacerdotio nõ est potestas simpliciter sed ꝺm quid. nec illi ordines sunt ordines simpliciter cum ordo sit signaculum ecclesie mediante quo spiritualis potestas traditur ordinato. quare nec sunt sacramenta simpliciter sed ꝺm quid siue quedaz sacramentalia. et quod plus est: in quibusdã minoribus non datur potestas per quam ordinatus possit aliquid facere vl̃ ei liceat quod prius non posset vel ei non liceret sicut est de hostiario lectore et acolytho. oĩa eniz officia predictorum ordinum licite faciunt nõ ordinati sicut ordinati ꝺm vsum vniuersalis ecclesie. vnde deputatio ad predicta officia faciẽda videtur esse ab institutione ecclesie ad solẽnitatem diuini cultus. ecclesia autem non potest instituere sacramenta sed solum sacramẽtalia. ¶ 4°. cõfirmatur hoc per cõmune dictum doctoruz. dicũt enim cõmuniter ꝙ distinctio ordinum non est totius integralis in suas partes nec totius vniuersalis in partes subiectiuas: sed totius potestatiui cuius hec est natura ꝙ totum ꝺm completam rationem est in vno: in alijs autem est aliqua participatio illi⁹. et ita est hic. tota enim plenitudo huius sacramenti est in vno ordine. s. in sacerdotio in alijs autem est aliqua participatio ordinis. ex quo ergo tota plenitudo sacramenti est in sacerdotio in alijs autem solum quedam participatio patet ꝙ non sunt proprie sacramenta sed quedã sacramentalia. nec video quare hoc nõ possit teneri probabiliter. imo non videtur ꝙ aliter possit saluari dictum fratris thome cuius sunt verba precedentia. quia si quilibet ordo est per se et simpliciter sacramentum: tunc plures ordines sunt plura sacramenta et non vnum tantũ vt ipse dicit. et iterum ordo erit totum vniuersale ad speciales ordines et sacramentũ. similiter speciales ordines erunt eius partes subiectiue. quia ille sũt partes subiectiue que per se et simpliciter recipiunt predicationem totius. et sic esset in proposito si quilibet ordo esset per se et simpliciter sacramentum quod iterum ipse negat. si vero omnes ordines sunt vnum sacramentum vt partes eius quemadmodum consecratio panis et cõsecratio vini faciunt vnum sacramentum completum eucharistie: sequeret̃ ꝙ speciales ordines erunt partes integrales vnius sacramenti ordinis. quẽadmodum in sacramento eucharistie cõsecratio panis et vini sunt partes integrales eius. hoc autez iterum ipse negat. non restat ergo ꝙ possit ei⁹ intentio saluari nisi modo supradicto. s. ꝙ sacerdotium sit per se et simpliciter ordo et sacramentuz cetera vero sint sacramentalia tantum. ¶ 5°. ꝑncipaliter. quia si aliq̃d moueret ad oppositũ: hoc potissime videretur ratio quam quidam inducũt

que talis est. omne illud in quo confertur gratia ex opere operato: est sacramentum. sed in ordinatione diaconi et subdiaconi gratia confert ex opere operato. ergo sunt sacramēta. minor pbatur sic. quicūq deputatur diuinit⁹ ad aliquod officium cuius executio non pōt fieri ꝯgrue sine gratia: illi datur grā in collatione officij quia de⁹ nō deficit in necessarijs. sed diaconus et subdiacon⁹ in sua ordinatione deputant ad officia que congrue sine gratia exequi nō possunt. deputant eniz ad sacra tractanda q̄ imundis tangere nephas ē fm dionisiū pmo capitulo ecclesiastice hierarchie ergo in eorum ordinatione confertur eis gratia. ergo sunt sacramenta. Sed hoc non valet ppter duo. pmo quia maior ppositio ē vera in illis operibus q̄ directe et īmediate ordinant ad tollēdū peccatum. qz cum peccatū non tollatur nisi p gratiam: actio per quā confert gratia est ibi principalissima et ideo est sacrm sicut est ablutio in baptismo. in operibus autē q̄ non imediate ordināt contra peccatū sed ad conferendū potestatē seu officium ppter aliquē finem: illa sola operatio est sacrm per quam cōfertur potestas q̄ directe ꝛ immediate ordinat ad finem intentū: quia illa sola est principalis: cetere vero et si eis conferat gratia: sunt adminiculatiue. ꝛ ideo solū sunt sacrales et non sacrm. sic autē est in ordinibus vt declaratum est prius ideo et ē. ❡ 2°. quia posset dici ad minorē propositionez q ipsa non sumitur vniuersaliter pro omnibus ordinib⁹ sub sacerdotio sed solū pro diaconatu et subdiaconatu. nec eius pbatio se extendit ad minores ordines de quibus superius facta est mentio videlicet ad hostiariuz lectorem et acolythū. quia officia predictoruz ordinum possunt exerceri sine gratia quamuis non meritorie quia sine gratia nullum opus est meritorium. et ideo per illam rationem non probat q in collatione predictorum ordinum conferat gratia. Dictum etiam dionisij q īmundis symbola tangere nephas est: intelligitur de administratione sacramentoruz que non pertinet ad diaconum vel subdiaconum sed solum ad sacerdotez. Rursus si dicatur q sacramentum et sacramētalia debent simul conferri: cum sacerdotio autem non simul conferuntur reliqui ordines: non valet. quia non oportet sacramentalia simul conferri cum sacramento. nam in primitiua ecclesia prius multis diebus et quandoq pluribus annis cathetizabantur aliqui prius q̄ baptizarentur sicut legimus de beato martino. et eodē modo prius tempore promouetur quis ad minores ordines gradatim antequā fiat sacerdos vt probato i minoribus: maiora cōmittantur. hec durandus in forma. ❡ 6°. ab alijs arguitur sic. si quilibet ordo per se non debeat dici sacramentum sed omnes simul vnum sacramentum sunt: ergo quilibet ordo aut essentialiter pertinet ad sacramenti ordinis rationez sicut consecratio vini essentialiter ptinet ad sacramentum eucharistie sicut consecratio panis ꝛ ecōuerso quod nullus dicit. vel i vno tantum consistit ratio sacramenti. s. in sacerdotio in alijs autem concomitatiue tantū tanquā in sacramentalibus adiunctis et habetur propositūz. ❡ 7°. quia si ordo est sacramentum: quilibet ordo erit sacramentum. sed cum ordines sint septē sequitur q sint septem sacramenta. ❡ 8°. quia si quilibet ordo est sacramentū: aut per se et sic sūt partes subiectiue et ordo erit totum vniuersale. aut sic q omnes sunt vnuz sacramentum: et tunc sunt partes integrales. sed vtrūq est falsū. ❡ 9° illud solum est sacramentum quod attingit ad effectum principaliter intentum. quod vero disponit est sacramentale. ꝛ hoc patet per Tho. supra distinctione vigessima tertia questione prima. cū ergo solum sacerdotium attingit ad effectuz pncipalem: illud solum est sacramentum: cetera vero sacramentalia.

Quantum ad articulum tertium primo notādū est prout. S. Tho. dicit sup dis. 4ª. q. pª. ar. p°. in cor. q differētia est inter habitum et potētiā. quia potentia est qua possumus aliquid simpliciter. habitus autem est quo possumus aliquid bene vel male. sicut intellectus est quo cōsideram⁹. sciencia est qua bene consideramus. concupiscibilis est qua concupiscimus. temperantia qua bene concupiscimus. intemperantia qua male concupiscimus. Sed aduertenduz est q licet modi agēdi bene vl male et facile vel difficile ꝛ similes: sint fm habitum eo q sint quedam ipsius actus qualificationes: et tamen aliqui sunt modi agendi qui non dicuntur fm habitum sed magis conueniūt agenti fm potentiam agendi eo q determinant agens fm q est potens agere. sicut licite vel illicite agere aut agere ex officio vel non ex officio. nā licite vel ex officio agere: est agere fm q habet facultatem vel potestatem aut gradum siue statuz illud agendi. illicite vero vel non ex officio agere est non fm potentiam aut fm statum vel officiū agere. hec enim omnia respiciunt actum ex parte agentis fm q potens est vel non potens. vnde i proposito nostro posse agere simpliciter et posse

agere licite vel ex officio in actibus hierarchicis
ecclesie militātis: ad characterē ordinis ptinet q̄
est in habēte potestas q̄dam agēdi. vñ qr subdia
cono cōpetit licite et ex officio oblatiōes a popu
lo accipe et in altari ponere ac eas offerre diaco-
no simul et calicem cuȝ patena ministrare: diaco-
no vero competit licite ex officio corp⁹ xp̄i in pa-
tena portare et sanguineȝ cum calice dispensare
ideo et in subdiacono et in diacono ponit̄ chara
cter ordinis: alius t̄n et alius s̄m vtriusq̄ʒ ordinis
differentiā. et idē dicendū est de habētibus ordi-
nes generaliter siue sacros siue nō sacros. qr eniȝ
p singulos ordines cōpetit ordinato licite et ex
officio act⁹ pprios singuloꝝ exercere: idcirco cuȝ
singulis ordinibus arguitur dari suscipienti pote
stas quedā sp̄ualis q̄ dicit̄ character sine q̄ nullus
eosdeȝ actus licite et ex officio ministrare valet.
dico aūt vtrūq̄ʒ simul: quoniā vt. S. Tho. notat
in hac dis. q. 2. ar. 2. ad. 9ᵐ. omnes act⁹ minorū
ordinū possunt p nō ordinato aliis ordinibus li
cite exerceri: non tamē ex officio. Ex quo accipit̄
de mente ipsius q̄ p characterez ordinis habeat
ordinat⁹ directe et p se q̄ actus eiuscemodi ordi-
nis ex officio ministret. vnde falsum est qd̄ aliqui
dicūt q̄ licere nō est posse nisi s̄m q̄d. nam licere
aliq̄d facere: nō ē aliud dictu q̄ȝ posse licite aliq̄d
facere. posse aūt licite facere: potestatis simplicit̄
est vt patet ex premissis. Et cōfirmat̄. q̄m pote-
stas iuris: potestas simplicit̄ est. sicut cōiugē pos-
se vti coniuge sua: potestatis simpliciter est ma-
gis q̄ȝ posse vti aliena quod nō est iuris potesta-
tis. potestas aūteȝ iuris est ꝓprie potestas licite
vel ex officio aliquid faciendi.

Secundo Notanduȝ est prout
accipitur ex dictis. S.
Tho. supra dis. 7. q. pᵃ. ar. pᵒ. sub. ar. pᵒ. in cor. Et
dis. 23. q. pᵃ. ar. pᵒ. sub. ar. pᵒ. in cor. q̄ hec est diffe
rentia inter sacramentum et sacramentale. quia
sacramentum habet aliquem effectum principa-
liter intentum in administratione sacramentoꝝ
ad quem sua actione attingit illum efficiēdo aut
perficiendo. sacramentale vero dicitur illa actio
que non habet alium principalem effectuȝ nisi ef-
fectum sacramenti. quem sua actione non attin-
git sed ad illum ordinatur disponendo vel ornā-
do aut prohibens remouendo vel quomodoli-
bet aliter. ita q̄ et sacramentum et sacramentale
ad eundem effectum principalem ordinantur a-
liter tamen et aliter sicut dictum est. effectus autē
principalis sacramenti cuiuslibet accipitur hic nō
cōmunis qui est collatio gratie gratum facientis
s̄m q̄ perficit ad opera virtutum et donoꝝ: sed
effectus proprius qui dicitur gratia sacramenta-
lis. est enim huiuscemodi effectus specialis cuius-
libet sacramenti ordinatus ad specialem ipsius fi
nem qui est vel ad perficiendum hominem i his
que pertinent ad cultum diuinum s̄m religioneȝ
christianam vel i remediuȝ contra defectum pec
cati et aliquando ad vtrūq̄ʒ prout Sanct⁹ Tho-
mas deducit tertia parte q̄stione sexagessima qui
ta articulo p̄mo. vnde in administratione sacra-
mentorum omnis illa actio que attingit ex ope-
re operato ad effectum principaliter idest prop-
ter se intentum: est operatio sacramenti. si vero
sint plures actiones ordinate ad vnum effectum
principalem tantūmodo: vna attigendo illuȝ et
perficiendo: alie vero disponendo qualitercunq̄ʒ
non tamē attingēdo: omnes ad vnū sacr̄m preci-
se ptinent. sed vna illaruȝ q̄. s. attingit et p̄ficit est
actio sacramēti: alie vero dicunt̄ actiones sacr̄a-
les. Ex quibus inferim⁹ q̄ cū in collatione cuiusli
bet septē ordinum sit actio ordinata ad causan-
dum ex opere operato aliquē effectū principaleȝ
consequēs est q̄ quilibet ordo sit sacr̄m. Proba-
tio assumpti. p̄mo qr in quolibet septē ordinū im
primitur specialis character. vnde et nullus ordi
nū est iterabilis. omne aūt sacr̄m in quo nō imp-
mitur character est iterabile. itē et p quēlibet or-
dinem aliquis cōstituit̄ sup plebē in distincto gra
du potestatis quod fit p characterē qui est signuȝ
distinctiuū ab aliis. character aūt est effectus qui
dā principaliter intent⁹ in administratione sacr̄i
in quo imprimit̄. Secūdo idē ꝓbat̄. q̄m quilibet
ordo habet propriā formā et ꝓpriā materiā sen-
sibilē et in quolibet coꝝ dat̄ cum quadā consecra
tione specialis potestas spiritualis sicut ex formis
singuloꝝ apparet. quilibet ergo ordo est sacr̄ȝ. nā
vt. S. Tho. dicit in hac dis. q. pᵃ. ar. pᵒ. sub. ar. 3. i
cor. sacr̄m nihil aliud est q̄ȝ q̄dam sc̄tificatio hoi
exhibita cū aliquo signo visibili. Tertio quia sin-
guli ordines cōferri possunt seorsum ab aliis et d̄
facto talis erat ꝯsuetudo antiqua, put apparet ex
cap̄lo in singulis. et cap̄lo sequēti. 77. dis. et idem
seruat̄ nūc de tribus sacris ordinibus vt in cap̄lo
de eo. et cap̄lo litteras. et cap̄lo dilect⁹. de tēpo.
ordi. minores vero ordines q̄uāuis nūc dari pos-
sint omnes vna die: et tamen collatio vnius p̄ce-
dit semp collationē alterius. et in singulis ordini
bus collator sistere potest si vult. hoc aūt non li-
cite fieret si aliqui ordines sacr̄m non essent s̄ q̄-
dam sacr̄alia vt nōnulli putāt de sex ordinib⁹ sa-
cerdotio inferioribus. nam nullus sacramentoꝝ
collator sistit in his que sacramentalia tantūmo
do sunt: sed semper officiuȝ suū complet in sacr̄o

ad qḋ sacramētalia disponūt. Itē si peractis aliquādo sacramētalib⁹ sacramētū nō deſ: oportet q̄n sacrm̄ ꝯferſ iterare sacramētalia. ſ si q̄s ordineſ quocūq; ordine abſq; alio ſupiore vł inferiore: postea cū ordinē ſuſcapit q̄ deſuit: nō iteraſ ordo ſuſcept⁹. ergo null⁹ ordo respectu alteri⁹ est sacramētale. Vn̄ p vtraq; p̄te pōt formari ratio sic illḋ nō ſe h̄ʒ ad aliud vt sacramentale: qḋ nō pōt cū eo licite cōferri nec cū ipo omiſſo licite iterari. ſ ſic eſt ō singulis sacris ordinib⁹ ad ſcām vice: et de nō sacris respectu sacroꝝ. ergo et c̄. Sciēdū tn̄ ꝙ licet q̄libet ordo eccleſiaſtic⁹ ſit sacramētū ſʒ premiſſa: plures tn̄ ordines nō ſūt plura sacramēta. vnū enī tantūmodo ē ordinis sacramētū cōtinēs ſeptē ordines. et rō eſt. q: sacramētū ordinis cōplete et p̄fecte ſtat i ordine ~~sacramētali~~ a q̄ ſex alij ordines eccleſiaſtici rōnem participāt sacramēti ad quē et vltimate ordinanſ. vtrūq; aūt horūʒ ē de mēte. S. Tho. ꝙ enī q̄libet ſeptē ordinū ſit sacramētū: dicit in hac diſ. q. 2. ar. p°. ſub. ar. 3. q̄libʒ inquit ordo eſt ſacer cū ſit sacramētū. ꝙ aūt licet ſint plures ordines nō ſint plura sacramēta: dicit eadē queſtione. ar. p°. ſub. ar. p°. ad. 2.ᵐ.

**Tertio** Notādū eſt ꝙ vt. S. Tho. deducit. p². p. q. 77. ar. p°. totū poteſtatiuū mediū ē inter totū vł'e et totū integrale. nā totū vł'e adeſt cuilibet parti ſm totā ipſius eſſentiā et virtutē vt aīal hoī et equo: ꝛ ideo de ſingulis ei⁹ partib⁹ ꝓp̄e predicaſ. totū vero integrale nō eſt in q̄libet p̄te neq; ſm totā eſſentiā nec ſm totā virtutē. q̄ēadmodū tota dom⁹ non eſt in pariete aut in tecto precise. nec totuʒ corp⁹ hoīs ſm eſſentiā et virtutē eſt in vno ei⁹ brachio aut crure. idcirco totū itegrale nullo modo ō ſingulis partib⁹ p̄dicaſ. predicaſ aūt aliq̄ modo licʒ improp̄e de oīb⁹ ſimul. vt ſi dicam⁹ ꝙ paries tectū et fundamētū ſunt dom⁹. totū vero potētiale ſeu poteſtatiuū adeſt ſingulis partibus ſm totā ſuaʒ eſſentiā: ſed nō ſʒ totā virtutē. ſicut tota aīa quātū ad ſui eſſentiā eſt in viſu et tota in auditu et tota in intellectu et tota in volūtate et ſic ō ceteris eius partib⁹ potētialib⁹. ſed nō eſt in earū ſingulſ ſm totā ſuā v̄tutē. nō enī videt p auditū; nec audit p viſum nec intelligit p volūtatē; nec amat p intellectū. vnde et medio modo ſe habet totuʒ poteſtatiuū in p̄dicatione. q: enī eſt totū ſm eſſētiā in ſingulis partib⁹: participat quodā modo p̄dicationē toti⁹ vł'is: ita vt predicari poſſit aliq̄liter de ſingulis partibus. ſed q: nō adeſt illis ſm totā ſuā virtutē: talis p̄dicatio nō eſt ꝓpria ſicut ē totius vł'is. et p hunc modū aug⁹ dicit. 10. de trinitate ꝙ memoria intelligentia et voluntas ſunt vna vita vna mens et vna ſub̄a anime. Cum igiſ in ꝓpoſito noſtro sacramentū ordinis ſe habeat vt totū poteſtatiuū ad ſingulos ordines eccleſiaſticos ꝑut. S. Tho. notat in hac diſ. q. 2. art. p°. ſub. ar. p°. ad. 2.ᵐ. poterit predicari quodā modo quāuis improp̄e ō ſingulis ordinib⁹: ita vt q̄libʒ ordo dicaſ ordinis sacramentuʒ et omnes ſimul vnū ordinis sacramētū. et huiuſcemodi predicatio eſt p participationem ꝑut. S. Tho. dicit loco ꝓxime allegato. participāt enī alij ordines nomē et rōnem sacramēti a ſacerdotio in q̄ eſt cōplete et p̄fecte. Sed ſic dicendo videſ ex natura ipſius predicationis cōſequi ꝙ plures ordines ſunt plura sacramēta. q̄ēadmodū quia q̄libet hō eſt aīal conſequēs eſt ꝙ plures hoīes ſint plura aīalia. id aūt eſt expreſſe cōtra mentē Scti Doctoris loco ꝓxime allegato ſicut patet recte ītuēti argumētū ipſi⁹ et reſpōſionē. Propter qḋ eſt conſiderandū ꝙ natura totius vniuerſalis ita eſt in ſingulis ſuis partib⁹ ſubiectiuis: ꝙ ad earū diuiſioneʒ et multiplicationē ipſa diuidiſ et multiplicaſ in creaturis ꝑut. S. Tho. docet. p². p. q. 39. ar. 3. i plurib⁹ enī hoībus plures ſunt humanitates et plures ſunt aīalitates. et ideo natura vł'is pluraliter predicatur de plurib⁹ partib⁹ ſubiectiuis. dicim⁹ enī petrū et ioānem et martinuʒ eſſe plures hoīes et plura aīalia. Natura aūt toti⁹ poteſtatiui licet aſſit tota ſm eſſentiā cuilibet p̄ti: nō tn̄ diuidiſ et multiplicaſ ad earū diuiſionē et multiplicationeʒ. non enī in plurib⁹ anime potētijs diuidiſ aut pluriſicatur ipſa aīa: ſed vna numero tātūmodo eſt in ſingulis et in oībus ſimul. et ꝓpter hoc licet potētie aliquādo recipiāt predicationē ſui toti⁹ poteſtatiui qḋ eſt aīa: nūquā tamē pluraliter de illis p̄dicatur ſ ſingulariter dūtaxat. vn̄ quāuis auguſtinus in auctoritate preallegata cōcedat plures potentias anime eſſe vnā anime eſſentiā: nūquaʒ tamē ꝯcederet illas eē plr̄es aīas ſeu anime ſubſtātias. Quia igiſ sacramētū ordinis ſe habet ſicut totuʒ poteſtatiuū ad ſeptē ordines eccleſiaſticos: ideo quāuis dici poſſit ꝙ quilibet ordo eſt sacramētuʒ plures tn̄ ordines nō ſunt plura sacramēta ſ vnū sacramētū. qḋ complete et p̄fecte ē in ſacerdotio in alijs vero ordinib⁹ et incōplete et participatiue. hec eſt via ſancti thome. Scot⁹ vero facilius ꝛ min⁹ artificioſe ꝓbat in ſeptē ordinib⁹ vnitateʒ sacramenti ex eo. ſ. quia omnes ordines alij ordināntur ad ſacerdotiū et ab eo habent vnitatē sacramenti. ſed nec iſtā viā. S. Doc. reliquit intactaʒ.

Verū ex ſupradictis oriſ dubitatio. q: ſicut sacramentū ordinis ſe habet vt totū poteſtatiuum ad ſeptē ordines; ita et ordo qui eſt sacramentū.

et tamē nō solū dicim⁹ singulos ordines esse ordinē: sed et dicim⁹ plures ipsorum sicut diaconatum et subdiaconatum et acolitatum esse plures ordines. vnde videt̄ q̄ pari ratione sacramentū predicetur pluraliter de pluribus ordinibus quemadmodum et ordo. ¶ Ad huius dubitationis solutionem: animaduertendum est q̄ vt Sanctus Thomas distinguit in hac distinctione questione tertia articulo secundo sub articulo secūdo in corpe: ordo prout de eo hic loquimur dupliciter pōt accipi. vno modo s̄m q̄ est sacr̄m. alio modo s̄m q̄ est officiū quoddā respectu aliquarū actionū sacrarū. nec est eadē ratio vtriusq̄ n̄ aūt episcopatus ponit̄ ordo secundo modo: nō tn̄ primo modo vt ibi deducit. S. Doc. Scd̄m hāc ergo distinctionē respōdem⁹ ad dubitationē q̄ ordo s̄m q̄ predicatur pluraliter de septē ordinib⁹: accipit̄ ꝓut est officiū quoddā et vt dicit gradū quendam potestatis spūalis ad quasdā actiones hierarchicas. et in hac acceptione ordo habet se vt totum vniuersale ad septē ordines ecclesiasticos. et ideo p̄dicat̄ de singulis singulariter et de pluribus pluraliter. s̄m vero q̄ ordo est sacr̄m: nō predicatur pluraliter de septem ordinibus sed singulariter. quia vt sic nō se habet ad ipsos vt totum vniuersale sed vt totum potestatiuū. vnde presbyteratus et diaconatus ac subdiaconatus et sic de ceteris: nō sunt plures ordines sed vnus tantū s̄m q̄ ordo est sacr̄m. quia in omnib⁹ ratio sacri est vna ab vno. s. sacro eucharistie vel sacerdotio cui omnes deseruiunt. sunt tamen plures ordines s̄m q̄ ordo est officiū vel gradus quidā spūalis ministerij. Et potest dari simile nam potestates pretorū et presidum plures potestates sunt considerātis eorum supposita et s̄m q̄ sunt quedam participationes a regia potestate deriuate. sed considerādo illas in q̄m sunt radicaliter regia potestas que in illis residet et vim eis tribuit: non sunt plures numero sed vna tantum. quemadmodum et de veritate dicitur cōmuniter q̄ omnium verorum est vna veritas scilicet diuina considerando originem a qua omnes veritates deducuntur ⁊ que in omnibus veris relucet et dat eis rationem veritatis et s̄m quam de omnibus iudicamus. vnde anselmus dicit in libro de veritate q̄ sicut tempus se hab; ad omnia temporalia quia est in omnibus vnum numero: sic veritas se habet ad omnia vera. si autem cōsideretur veritas in respectu ad supposita in quibus est subiectiue et quantum ad diuersas participationes singulorum: plurimū verorum sunt plures veritates.

# Quantum ad ar

ticulū quartū respondēdum est obiectionib⁹ in cōtrariū. Et q̄dē ad p̄mū scoti contra p̄mā ꝯclusionē dicit̄ q̄ nihil concludit contra nos qui ponim⁹ episcopatū esse ordinē q̄dam modo, ꝓut in sequēti questione declarabit̄. ¶ Ad 2^m. negat̄ consequētia. et ad eius ꝓbationem negat̄ assumptū. nec valet eius ꝓbatio. nā posse aliquid facere congrue vel licite et ex officio quēadmodū pōt diacon⁹ ⁊ subdiacon⁹ potestatis ē, ꝓut in primo notabili fuit deductū. quā potestatē laicus nō habet etiā; si attēptet facere q̄d illi faciunt q̄d et arguēs cōcedit. ¶ Ad. 3^m. negat̄ cōsequentia. et ad ei⁹ ꝓbationē; negat̄ assumptū. nā ptās conficiēdi corpus dn̄i et ptās absoluēdi et ligādi in foro penitētie: vna tātūmodo potestas ē quātum ad essentiā, ꝓut dictū; fuit supra. 19^a. dis. nec vt sic vna est prior altera vt arguēs fingit. q2 vbi vnum tm̄ est: nō est prius et posteri⁹. ipsam autē vnā potestatē xp̄s cōtulit apostolis in cena quantū ad actū conficiēdi eucharistiā. post resurrectionem vero Joā. 20. eandē potestatē extendit ad actū ligandi et soluēdi penitētē. vnde argumētū ꝓcedit ex falsis. ¶ Ad argumēta durādi cōtra secundā cōclusionē ad primū; dicit̄ q̄ maior habet veritatē quando vtraq̄ actio ordinat̄ de ꝓpinq̄ et imediate ad eundē effectū spiritualē et actio q̄ illū nō attigit nō habet aliū effectū, p̄rimiorē quē attingit ex ope opato. nam agere ex ope operato non cōuenit nisi sacro. et tunc ad minorē; dicit̄ q̄ quāuis omnes ordines ministrorū ecclesie ordinent̄ vltimate ad sacr̄m eucharistie tanquā ad finem remotū: quilibet tn̄ ordo habet specialē effectū ad quē imediate ordinat̄: et illū attingit ex ope opato, ꝓut in secundo notabili lati⁹ deductū fuit. vnde argumētū deficit q2 minor ꝓpositio nō sumit̄ sub maiore recte intellecta. ¶ Ad. 2^m. dicitur q̄ licet potestas q̄ dat̄ in baptismo sit passiua et potestas q̄ dat̄ in ordine sit actiua: nō oportet q̄ vna nō se extēdat plus q̄ alia. quia nō se habēt adinuicē vt potētia actiua et passiua in eodē genere. nā potestas ordinis nō est actiua respectu potentie passiue baptismi. nec ecōuerso potestas q̄ dat̄ in baptismo est passiua respectu actiue q̄ dat̄ in ordine. et ideo quāuis potestas passiua baptismi sit tātūmodo ad suscipiendū sacra: non n̄ sequit̄ q̄ ptās actiua ordinis sit tātūmodo ad cōferēdū sacr̄m. et tn̄ est verū q̄ omnis ptās ordinis ē vel ad cōferēdū sacr̄m vel ad ministrandū; in sacro. ¶ Ad. 3^m. dr̄ falsum eē q̄ ptās sit tantūmodo ad

posse simplr̃ et nõ ad posse licite vel ex officio ꝓut in primo notabili fuit deductuꝫ. vnde argumẽtum in illo falso fundatũ: nullã vim habet. et quãuis in minoribus ordinib⁹ non detur potestas ad aliquid licite faciendũ quod prius facere non liceret: in omnib⁹ tamen et maioribus et minoribus datur potestas faciẽdi aliqd ex officio quod non ordinat⁹ facere nõ poterat ex officio. ¶ Ad. 4m. cõcedimus vsqꝫ ad secundã consequẽtiã ad quaꝫ dicimus ꝙ est falsa. nam licet in sacerdotio sit ꝑfectio et plenitudo sacramẽti ordinis in alijs vero ordinibus sit partialiter et ſm participationẽ: nõ ideo sequitur ꝙ alij ordines non sint sacramenta participatiue. quẽadmodũ licet ꝑfectio ⁊ plenitudo entitatis sit in deo: nõ ideo sequit̃ ꝙ creature q̃ entitatem a deo participant nõ sint entia ꝑ participationẽ. dictum antẽ. S. Tho. aliter saluatur melius ꝗ̃ falsa opinione arguentis prout apparet ex tertio notabili. vnde argumentum quod arguens adducit. S. Tho. obijcit et ad illud respõdet in hac distin. q. 2. arti. pᵒ. sub. arti. pᵒ. ad. 2m. sed fortasse arguens non satis habuit menteꝫ ipsius. ¶ Ad. 5m. dicitur ꝙ ratio ibi inducta ꝓ nostra cõclusione sufficiens est. et ad eius primã impugnationem dicit̃ ꝙ limitatio maioris ꝓpositionis est ab arguente conficta cõtra cõmune dictuꝫ doctorum et contra diffinitionẽ sacri generaliter sũpti ſm quam cõmune est sacris noue legis id efficere ex opere operato quod exterius designãt. Fallit̃ autem arguens primo putans ꝙ in sacris noue legis sola gratia gratuꝫ faciẽs est effect⁹ qui ex opere operato cõfertur. hoc autẽ est falsum. naꝫ vltra gratiam in quibusdaꝫ sacris character confert̃ ex opere operato. et in omnibus ex oꝑe operato cõfertur ornatus vel aliqua dispositio. Fallitur secũdo putans ꝙ quia alij ordines a sacerdotio ordinantur principaliter et vltimate ad sacrm̃ eucharistie quod est finis intentus in sacerdotio: ꝙ nõ habet eorũ quilibet ꝓprium et specialem finẽ intentum ꝓpter quem sit. hoc autem est falsum sicut patuit in tertio notabili. ¶ Ad. 2am impugnationem dicit̃ ꝙ assumptũ est falsum. imo minor ꝓpositio rationis assumpte est vera vniuersaliter pro omnib⁹ ordinib⁹. in omnib⁹ enim datur gratia nõ habenti vel augetur habenti nisi ordinandus fictus accedat: eo ꝙ nullus actus ordinum debite exercetur cum peccato mortali. deus autẽ nõ deficit in necessarijs. neqꝫ est dicendũ ꝙ deus instituerat ordines in ecclesia quorũ actibus ordinatus mereri nõ posset quod sine grã nequit fieri. limitatio vero ad dictũ dionisij est absqꝫ ratiõe ab arguente conficta. si enim in veteri lege non licuit homini de semine aaron accedere ad ministrãdum deo cum macula corporali, ꝓut dicitur Leuitic. 21º. multo minus licebit ministris noui testamenti accedere ad ministerium dei cũ macula spirituali. Quod autem arguẽs dicit non oportere ꝙ sacr̃alia simul cum sacr̃o conferant̃: falsum est. neqꝫ obstat ꝙ in primitiua ecclesia prius multis diebus vel ãnis cathetizabant̃ aliqui ꝗ̃ baptizarentur: nam adueniente baptismi tempore iterũ cathetizabantur saltem sub compendio dum q̃rebatur ab eis: credis hoc et illi respondebant credo. et illud ꝓprie erat sacramẽtale ad sacramẽtũ baptismi. vnde semper sacr̃alia suo adiunguntur sacr̃o. ¶ Ad. 6m. dicit̃ pͥmo ꝙ supponit quod nos non dicimus. imo dicimus ꝙ quilibet ordo per se in tertio modo dicit̃ sacrm̃ et omnes simul vnum sacrm̃. Dicitur secundo ꝙ diuisio posita ab arguente est insufficiens. deficit enim alius modus ꝙ .s. in vno tantũ consistit perfecta ratio sacramenti vt in sacerdotio: in alijs autem participatiue. nõ tanquã in sacramẽtalibus vt arguens fingit: sed sicut in participantibus non perfecte rõneꝫ sacramenti. ¶ Ad. 7m. patet responsio ex hisq̃ dicta sunt in tertio notabili. ¶ Ad. 8m. negatur prima consequentia. nam quilibet ordo est sacramẽtuꝫ per se in tertio modo: et tamen non ideo sequit̃ ꝙ ordines sint partes subiectiue. sufficit enim ad talem predicationem ꝙ sint partes potestatiue. secunda etiam consequentia est falsa prout in tertio notabili est deductuꝫ. ¶ Ad. 9m. dicitur ꝙ minor est falsa. quia imo quilibꝫ ordo habet aliquẽ effectum specialem et imediatuꝫ principaliter intentum quem attingit: quamuis omnes ordines cõmuniter et mediate ordinentur ad effectũ principalem sacerdotij vltimate. et de hoc latius dictum fuit in secundo notabili. ¶ Ad argumentuꝫ ante oppositum respondet Sanct⁹ Thomas in hac distinctione questione pͥma articulo pͥmo sub articulo tertio ad tertium. et stat solutio in hoc ꝙ licet ordo qui est sacramentuꝫ detur cum quadaꝫ consecratione: non inde sequitur ꝙ omne qđ datur cum consecratione sit sacramentum. sed illud tantũmodo quod datur ad dispensationem diuinorum sacramentorum quod non est in benedictione et consecratione aut etiã vnctione monachoꝝ abbatũ vł regũ. Et in hoc articul⁹ termiat̃.

Teruz circa vigessimā3 quarta3 distictionē q̄ritur vtrū episcopat⁹ sit ordo et arguit̄ q̄ non. q2 vn⁹ ordo nō dependet a p̄cedēti quantū3 ad necessitatem sacramēti. sed episcopalis potestas dependet a sacerdotali quia nullus pōt recipere episcopalē nisi prius habeat sacerdotalē. ergo episcopatus nō est ordo. ¶ In oppositū arguitur. quia ordo nihil aliud est q̄3 quidā potestatis gradus i spūalibus dispēsandis. sed episcopi possunt dispēsare aliqua sacr̄a q̄ nō possūt dispēsare sacerdotes sicut ꝯfirmationē et ordinē. ergo episcopatus est ordo. ¶ In hac questione erunt q̄tuor articuli vt supra.

Quantu3 ad primū articulū sit prima cōclusio q̄ ep̄alis potestas est superior potestate simplicis sacerdotis i respectu ad corpus christi mysticū. Hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac disti. q. 3. ar. 2. sub. ar. p̄mo. Et cōtra gen. li. 4. caplo. 75. ¶ Secūda cōclusio est q̄ episcopat⁹ est ordo s̄m q̄ ordo est potestas ad actiones hierarchicas respectu corporis mystici: non autē s̄m q̄ ordo est sacramentū. Hāc cōclusionē tenet. S. T. vbi sup̄.

Quantū ad articulū secundū arguit̄ cōtra cōclusiones. Et quidē cōtra primam sunt multe auctoritates hieronimi qui videt̄ sensisse q̄ sūma potestas ꝯsecrationis siue ordinis erat p̄tās sacerdotalis. ita q̄ ois sacerdos quātū est de p̄tāte sacerdotali pōt oīa sacr̄a ministrare: ꝯfirmationē oēs ordines oēs benedictiones et oēs consecrationes facere. s̄ ppter periculū scismatis fuit ordinatū vt sacerdotes vnū ex ipsis eligerēt q̄ diceret̄ ep̄s idest sup alios intēdēs. cui obedirēt et cui reseruatū est ordines facere et hmoi q̄ nō faciūt nisi soli epi. et q̄ ep̄s est maior sacerdote quātū ad p̄tātē iurisdictionis: s̄ nō quo ad p̄tātē ordinis vl' cōsecrationis: sed sunt pares quāuis ex ordinatiōe ecclesie aliq̄ sint reseruata ep̄is et p̄hibita presbyteris. q̄ quidē dicta hieronimi habent̄ in decretis dis. 93ª. caplo legim⁹ in Esaia et c̄. sed q2 dicta opinio nō plus est cōtra thomā q̄3 ꝯtra oēs alios doctores: et rōnes eius sufficiēter soluit durādus et petr⁹: et dicta hieronimi cōuenienter exponūt ideo eas nō recito de presenti. ¶ Cōtra secūda3 cōclusionēet ei⁹ p̄bationē arguit durādus dicens q̄ quicq̄d sit de cōclusione: rō tn̄ istoꝝ nō concludit bene s̄m mētē eorū. cū eni dicūt q̄ sacr̄m importat habitudinē ad sacr̄m eucharistie: si intelligat̄ in cōsecrādo tm̄: contra eos est q2 minores ordines nullā talē habitudinē habēt: et tamē s̄m eos sunt sacramēta. si aūt intelligat̄ hec habitudo in cōsecrādo vel disponēdo ad cōsecrationē seu cōsecrati susceptionē: iterū est cōtra eos. q2 sicut potestas minoꝝ ordinū est ad disponēdū populu3 ad sacramēti eucharistie susceptionē: sic p̄tās episcopalis est ad ordinādū ministrū ad eiusdē cōsecrationē vel cōfectionē. sicut ergo p̄pinquiore3 et nobiliorē habitudinē ad sacr̄m eucharistie habet ꝯsecrās q̄3 recipiēs: sic nobiliore3 et p̄pinquiorem habitudine3 hēt ad illud sacr̄m p̄tās episcopalis q̄3 potestas minorum ordinū. ergo si minores ordines sunt sacramēta s̄m istos: sequit̄ q̄ ordinatio episcopalis fortiori rōne erit sacramentum. ¶ 2°. quia sicut cōsecratio panis et vini cōstituūt vnū sacramētū tanquā p̄tes ei⁹ integrales: sic ordinatio sacerdotis simplicis et ordinatio summi sacerdotis. i. episcopi cōstituūt vnū cōpletū sacramentū sacerdotij. cū eni p̄fectū sit q̄d potest facere simile sibi: illud sacerdotiū nō est cōpletu3 per quod sacerdos nō recipit potestatē ordinādi aliū in sacerdotē et tale est sacerdotiū simplex. sacerdotiū aūt sūmum. i. ep̄atus est p̄fectū sacerdotiū: q2 p ip̄m recipit̄ potestas ordinādi aliū in sacerdotē sūmum vel simplicē. et sic ordinatio simplicis sacerdotis et ordinatio ep̄alis constituunt vnū sacramentū p̄fectū. ¶ 3°. quia ordo non est aliud nisi grad⁹ potestatis vel ministerij in spūalibus dispēsandis. sed episcopi p̄nt dispensare aliq̄ sacr̄a q̄ nō possūt dispensari p simplices sacerdotes: sicut cōfirmationē et ordinē sacrū. ergo ep̄atus est ordo et sacr̄m. ¶ 4° arguit̄ ab alijs. q2 satis videret̄ mirabile q̄ ordinatio acoliti qui deb3 portare cādelabrū vrceolū aquā et vinū esset sacramentū: et ordinatio ep̄alis ad qua3 vel a qua dependet tot⁹ ordo ecclesiasticus nō esset sacr̄m. ¶ 5°. quia ep̄atus est a deo institut⁹ et cum signo sensibili cōsecrationis dat̄: et ex opeoprato confert gratiam vt videtur multo magis q̄3 alij ordines quia de⁹ nō deficit in necessarijs et ipse episcopus plus indiget q̄3 quicūq̄ ali⁹. ergo videt̄ q̄ ep̄at⁹ sit verū sacramētū habēs oīa q̄ requirunt̄ ad essentiā sacramēti. ¶ Contra candē cōclusione3 et cōtra primā simul arguit aureol⁹ p̄bādo q̄ ep̄at⁹

non sit alius ordo distinctus a sacerdotio. qꝛ aut esset ordo supior sacerdote aut inferior. sed nec sic nec sic. ergo nullo modo. ꝓbaꝛ minor. qꝛ ꝙ nõ sit inferior patet. qꝛ inferius pri⁹ sumiꝛ et presupponiꝛ ordini supiori. sed cõsecratio in epm non ꝑsupponiꝛ ordinationi in sacerdotiũ sed magis ecõtra. ergo et c. ꝙ etiã nõ sit supior patet. qꝛ nullum actũ supiorẽ habet vt distiguiꝛ cõtra sacerdotiũ. patet quia act⁹ epi vt differt a sacerdotio est ordinare. actus vero sacerdotis vt differt ab epo: est cõficere corpus xpi. cõstat aũt ꝙ cõficere corpus xpi est act⁹ melior et dignior ꝙ̃ ordinare. ergo et c. Diceꝛ forte ꝙ gradus epalis est dignior eo ꝙ includit ordinẽ sacerdotalez et vltra hoc addit aliqd aliud qd est sibi ꝓpriũ et ambo sunt digniora simꝉ ꝙ̃ alterũ ꝑse: cõtra qꝛ hic nõ cõparaꝛ epatus ad sacerdotiũ quãtũ ad illud qd ambo includũt: sed precise quãtũ ad illud quo vnũ differt ab alio. licet ergo epatus posset dici ordo: nõ tamẽ distinctus a sacerdotio: qꝛ nõ ordinaꝛ ad actũ supiorẽ actu sacerdotis: nec ad inferiorẽ nec ad equalez. ꝙ enim nõ ad supiorẽ nec inferiorẽ: ꝓbatuz est. ꝙ autẽ non equalẽ patet. tũ quia cõficere et ordinare nõ sunt actus equales. tuz qꝛ in ordine hierarchico nõ possunt esse duo equalia. ¶ 2°. sic. gradus epalis et sacerdotiũ nõ sunt distĩcte potestates. ergo nec distincti ordines. antecedẽs patet. quia quãdocũqꝫ aliq̃ forma sic se habet ꝙ ei debẽtur multi act⁹: si alter eoꝝ impediꝛ et postea contingat remoueri ĩpediẽs: non causaꝛ noua forma nec in ꝑma forma aliud variaꝛ nisi ꝙ remoueꝛ impediẽs prioris forme. Exẽplũ est. quia in habente aiam rationalẽ vbi quandoqꝫ impediꝛ act⁹ rõnis et postea remoueꝛ impedimẽtũ: nõ daꝛ noua anima vel forma: sed tñ remoueꝛ illud qd prius impediebat aiam rõnalem ne exiret in actuz rõnis. sed ordinare in sacerdotẽ est act⁹ cõmunis sacerdoti inquantũ sacerdos est: et tñ est act⁹ impeditus in eo. ꝓbaꝛ. qꝛ nemo dat qd nõ habet sicut in naturalibus vbi forma trãsfundit seipsaz. ergo sacerdotis est ordinare in sacerdotẽ. sed hoc ptinet ad sacerdotẽ qui hẽt illã formã potentẽ transfundere seipsam. vnde papa non posset ordines cõmittere nõ sacerdoti. posset aũt cõmittere cuicũqꝫ sacerdoti. ergo videꝛ ꝙ conferre ordines sit ptinẽs ad sacerdotẽ. Cõfirmaꝛ. qꝛ pone ꝙ aliquis sit sacerdos omni alio circũscripto: papa potest ei cõmittere ordines. pone autem omnia alia et circũscribe sacerdotium: non poterit ei papa cõmittere potestatem ordinandi. hoc videtur satis probabile. quia omnis forma ex quo est i actu: videtur ꝙ possit se cõmunicare in eadẽ specie. ergo quicũqꝫ sacerdos poterit ordines celebrare. ergo si potestas illa nõ sit impedita sicut est ĩ facto et impedimẽtum remoueatur per hoc ꝙ fit episcopus: non datur ei noua potestas sed tantũmodo pristina potestas prius impedita expediꝛ impedimẽto remoto. et hec reductio illius potestatis ad vsum dicitur ampliatio potestatis. hec aureolus in forma.

Quantuz ad tertium articulũ primo notãduz est ꝙ vt accipiꝛ ex dictis. S. Tho. i hac distinctione omnis ordo ecclesiasticus accipit nomẽ et rõnẽ sacramenti a sacramẽto eucharistie ad quod ordinatur. vnde et omnes septẽ ordines sunt vnuz sacrm quia ad vnũ. s. eucharistie ordinanꝛ. ordinanꝛ autem ad illud ꝑ actiones ꝓprias actualiꝛ deseruiendo eucharistie sacramẽto: siue ei⁹ consecrationi siue sumptioni siue adorationi siue q̃modolibet aliter ministrando. cum igiꝛ potestas episcopalis ſm ꝙ dicit gradũ supra sacerdotiũ non ordinetur actualiter ꝑ actiones suas ad sacramẽtum eucharistie: cõsequẽs est ꝙ non sit ordo q̃ est sacramẽtũ. Ad cui⁹ plenior ẽ intellectũ sciendũ ẽ ꝙ quia nullus põt episcopalẽ potestatẽ recipe nisi fuerit sacerdos: epatus in sui ratione implicat sacerdotiũ. ex quo fit vt episcopus sũmus sacerdos dictus sit. põt ergo ꝯsiderari epatus vel quãtum ad rõnem sacerdotij precise quam includit vel quantũ ad gradũ sacerdotio supiorẽ quẽ importat. ꝑmo modo idez est iudiciũ de episcopatu et de sacerdotio. vñ vt sic: ita ordinaꝛ epatus ad sacrm eucharistie sicut et sacerdotiũ. et pari modo dici põt ordo q̃ est sacrm sicut et aliud. sic eniz idẽ est dictu: epatus est ordo q̃ est sacrm: ac si dicatur sacerdotiũ est ordo q̃ est sacrm. Consonat his qd. S. Tho. dicit supra dis. 7ª. q. 3. ar. ꝑ°. sub. arti. 3. sciendũ inquit ꝙ cũ epatus nõ addat aliqd supra sacerdotiũ ꝑ relationẽ ad corp⁹ dñi veruz ſ; solũ ꝑ relationẽ ad corpus mysticuz: papa ꝑ hoc ꝙ est epoꝝ sũmus: nõ diciꝛ habere plenitudinez potestatis ꝑ relationẽ ad corp⁹ dñi verũ: sed ꝑ relationẽ ad corp⁹ mysticũ. et sub ista cõsideratiõe nõ loquiꝛ. S. Tho. de episcopatu vbi dicit ꝙ nõ est ordo ſm ꝙ ordo est sacrz. imo sub hac cõsideratione inuit ꝙ epatus est idẽ ordo q̃ et sacerdotiũ cũ dicat ꝙ vt sic. i. in ordine ad eucharistiã: eps nõ habet ptãtẽ supiorẽ sacerdote. Alio modo potest ꝯsiderari epatus quãtũ ad gradũ ptãtis quẽ addit sacerdotio: et quãtũ ad hoc nõ directe et ꝑmo ordinaꝛ ad corp⁹ xpi verũ seu ad eucharistie

sacr̃m: sed ad corpus xp̃i mysticũ. est eni ptãs epi scopalis ẜm q̃ preeminet sacerdotio: ad regẽduz et disponendũ populũ xp̃ianũ circa sp̃ualia ⁊ ad preficiẽdos ecclesie ministros ad diuinũ cultuz et ad quedã alia subseruiẽtia et consequẽtia diuino cultui mãcipãda. vnde ep̃atus hoc secundo modo consideratus: nõ est ordo q̃ est sacr̃z: ẜ est ordo q̃ cõmuniter dict⁹ est gradus q̃daz ptãtis. et quia character ordinis cuiuslibet ordinat p̃mo et directe recipientẽ ꝑ actiones ꝓp̃as ad eucharistie sacramẽtuz: ideo ep̃atus secũdo modo dict⁹ q̃ non p̃mo respiciat eucharistie sacr̃z: characterẽ nõ imp̃mit. et sub ista ꝯsideratione loquit̃. S. Tho. cum dicit q̃ ep̃at⁹ nõ est ordo ẜm q̃ est sacr̃z. Facit ad premissa qd̃. S. Tho. dicit supra dis. 7. q. 3. ar. p̃°. sub. ar. 2. ad. 3^m. ait eni. quãuis ep̃s nõ habeat aliquẽ ordinẽ supra sacerdotẽ ẜm q̃ ordines distinguunt̃ ꝑ act⁹ relatos ad corp⁹ dñi verũ: tamẽ habz aliquẽ ordinẽ supra sacerdotẽ ẜm q̃ ordines distinguunt̃ ꝑ act⁹ supra corp⁹ mysticuz. vnde dionisius in ecclesiastica hierarchia ponit ep̃atum ordinẽ; et cũ quadã ꝯsecratione dignitas episcopalis confert̃. et ideo in ꝓmotione mẽbroꝝ corporis mystici: aliquid potest cõpetere episcopo qd̃ non cõpetit simplici sacerdoti. Itẽ. 3^a. ꝑ. q. 82. ar. p̃°. ad 4^m. episcopus inq̃t accipit potestatẽ vt agat in ꝑsona xp̃i in corpus ei⁹ mysticuz. i. sup ecclesiã. quã quidẽ potestatẽ nõ accipit sacerdos in sua consecratione: licet possit eam habere ex episcopi commissione. Et infra. ad ep̃m ꝑtinet tradere non solum populo sed etiaz sacerdotib⁹ ea et quib⁹ possunt ꝓp̃ris officiis vti. ¶ Ex p̃missis inferim⁹ falsam esse opinionẽ quorũdam dicẽtiũ q̃ episcopatus nõ sit aliud q̃z sacerdotiũ cõpletũ siue ad totã sui ꝑfectionẽ extensum. nã sicut corp⁹ xp̃i veruz et corp⁹ xp̃i mysticuz nõ sunt eiusdẽ rationis: ita nec sacerdotiuz qui est ptãs ordinata ad xp̃i corp⁹ verũ: est eiusdẽ rõnis cũ episcopatu q̃ ẽ potestas ad corpus xp̃i mysticũ ordinata quãtũ ad id in quo superat sacerdotiũ. et ꝑ ꝯñs vnũ extensione non sit aliud ꝓut isti dicũt. Et cõfirmat̃. q2 ep̃at⁹ et sacerdotiũ habẽt materiã et formã alteri⁹ speciei q2 alia verba et alias res sensibiles. ergo nõ sunt idẽ sacramentũ qd̃ essentialiter constat ex reb⁹ ⁊ verbis. non eni possunt esse idẽ essentialit̃ sacramẽtũ q̃ sunt in essentialib⁹ diuersa. vnde. S. Tho. i hac dis. q. 3. ar. 2. sub. ar. 3. ad. 3^m. alteri⁹ generis dicit esse ep̃atum a sacerdotio quantũ ad id in q̃ ep̃atus sacerdotiũ precellit. ait eni sic. potestas sacerdotis excedit̃ a ptãte ep̃i quasi a potestate alterius generis. sed potestas episcopi excedit̃ a potestate pape quasi a ptãte eiusdẽ generis.

¶ Secundo notãdũ est q̃ nõ quecũq3 relatio vel ordinatio ad sacr̃m eucharistie: dat ordini q̃ sit sacr̃m: ẜ ordinatio vel relatio p̃ncipaliter et directe ordinata ad actualẽ eucharistie cõsecrationẽ vel vsũz aut ministeriũ. vñ q2 septẽ ordines tã sacri q̃z nõ sacri p̃ncipaliter et directe ordinant̃ ad deseruiẽdũ sacr̃o eucharistie quãtũ ad actualẽ ei⁹ cõsecrationẽ vel vsum: ideo q̃libet septẽ ordinũ sortitur rationẽ sacri ordinis. q2 vero ep̃atus ẜm q̃ est altior sacerdotio nõ ordinat̃ p̃ncipalit̃ ⁊ directe ad actualẽ eucharistie ꝯsecrationẽ vel vsum: nõ eniz ptãs episcopalis vt sic coopat̃ actualiter sacerdoti missam celebrãti aut eucharistie sacr̃m actu cõficienti: ideo ep̃atus non est sacr̃m nec pars sacri. Pro quo sciẽdũ est q̃ licet sacerdotalis potestas ab episcopali deriuetur cuius auctoritate sacerdotes agere possunt qd̃ ad eoꝝ ꝑtinet officiũ et i eucharistie sacr̃o vtuntur reb⁹ ꝑ ep̃m consecratis sicut calice altari et palliis: ad cõsecrationem tamẽ corporis xp̃i in quo sacr̃m eucharistie essentialit̃ cõsistit: nõ iuuatur sacerdos ab ep̃o nisi inquãtuz ab eo ptãtem consecrãdi corpus xp̃i accepit. per hoc aũt q̃ quis ab alio accipit potentiaz ad actuz non ꝓp̃rie dicitur habere actum ab illo aut illum cooperari ad eius actũ: nec dicit̃ ab illo agẽs actu sed potens actu agere. nõ enim generãs ꝓp̃rie dicitur cooperari actualiter corpi graui ad motum ꝑ eo q̃ dedit sibi formã et grauitatẽ. vnde pro eo q̃ ep̃s sacerdotem ordinauit et contulit ei ptãtez consecrandi eucharistiaz: non ꝓp̃rie dici debet q̃ cooperatur sacerdoti vel illi ministrat ad eucharistie consecrationẽ. sicut nec pater sacerdotis ꝓp̃rie dici debet cooperari illi ad consecrationem seu dispensationem sacramẽti: quia dedit illi mẽbra quibus in ipsa consecratione vel dispẽsatione ministrat. Et confirmat̃. quia potestas ep̃alis nõ solum data est ecclesie ad ministros sacramẽti eucharistie ordinandos: sed ad plurima alia in ecclesia dei et circa populum christianum peragenda. non igitur debet simpliciter et absolute dici q̃ episcopatus sit potestas data et ordinata ad sacramentũ eucharistie conficiendũ. ac per hoc nec dici debet q̃ sit ordo qui est sacramentuz. quia vt supra habitum est: ordo non participat rationez sacramẽti nisi quia directe et principaliter est institutus ad ministrãdũ circa eucharistie sacr̃m dum actu celebrat̃. Et preterea sicut bene arguit petr⁹ d̃ palude si ep̃at⁹ deberet ꝑtinere ad sacr̃m eucharistie, ꝑ eo q̃ instituit et ordinat ministros ad ip̃i⁹ sacri ministeriũ: multo magis d̃beret dici q̃ pertinet ad sacr̃m confirmationis quia illud confert.

et ad sacr͞z penitētie ac extreme vnctionis: q2 ita ordinat illoꝝ ministros sicut ministros eucharistie.

¶ Tertio Notandū est ꝙ vt accipitur ex plerisq3 locis scripture. S. Tho. et ꝑsertim. 3ᵃ. p. q. 62. ar. vltimo. et. q. 70. ar. 4. potissimū in sacr͞is noue legis est ꝙ i causādo id qð significāt: habēt efficaciā tanq̄ instrumēta ex ope opato: siue quātū ad effectū ꝓpriū3 cuiuslibet q̄ est gr͞a sacr͞alis vel character aut ornat⁹: siue quātū ad effectū cōmunē q̄ est gr͞a gratū faciēs. vn͞ precipua differētia inter sacr͞a noue legis et sacr͞a veteris legis est q2 si aliqð sacr͞m legis veteris cōferebat gr͞am sicut cōmuniꝰ tenet̄ ð circūcisione: illā nō causabat ex ope opato sed ex fide passionis xp͞i cui⁹ circūcisio erat signū. quā circūcisus ꝓfitebat̄ vel adult⁹ ꝑ se vel ali⁹ ꝑ paruul̄. dicunt̄ aūt sacr͞a noue legis efficacia3 h͞re ex ope opato: q2 ex ipso sacro .i. ex reb⁹ et verbis qb⁹ cōsicit̄ sacr͞m q̄ h͞nt virtutē supnaturalē in ipsis existētē s͞m eē intētionale: efficiūt qð significant et non ex sacr͞m conferētis merito aut intētione vel fide ex q̄bus vel aliq̄ istoꝝ sacr͞a veteris legis efficaciā habuerūt: et non ex ipso ope opato qð nulla3 i se cōtinebat virtutē iustificātē. vn͞ ap͞ls Ro. 4°. dicit ꝙ abrahā accepit signū circūcisionis signaculū iusticie fidei. quia .s. iusticia erat ex fide significata non ex circuncisione significante. ¶ Ex quib⁹ inferim⁹ ꝙ nulle actiones quantūcūq3 cōsistant in signis et reb⁹ et sint ex institutione diuina: attingūt ad rationē sacr͞i noue legis nisi habeāt efficacia3 ꝛ virtutē ex ope opato efficiendi id quod significāt quantūcūq3 etiā in tali actione det̄ gratia gratu3 faciens aut aliq̄s sp͞ūalis effect⁹ consequat̄. ē enī3 quasi differētia specifica sacr͞i noue legis ꝙ ex ope opato virtutē habeat causandi id quod figurat. vn͞ licet vnctio regū et cōsecratio virginū fiat per signa sensibilia et in eis gr͞a det̄ ꝓut. S. Tho. inquit infra dis. 38. q. p°. ar. 5. ad. 2ᵐ. q2 tn͞ gratia i eis nō ꝯfert̄ ex ope opato: sacr͞a nō sunt. Et consimiliter in ꝓposito n͞ro licet cōsecratio episcopi fiat ꝑ signa sensibilia et cōsistat in q̄busdam reb⁹ et verbis et habeat institutionē a xp͞o ac etiā in ipsa detur episcopo cōsecrato sp͞ūalis q̄dā potestas ꝛ gratia gratū faciēs nisi obex ponat̄: q2 tn͞ hos effectus nō habet ex ope opato sed vel ex fide vel ex deuotione cōferentis aut suscipiētis et p͞ncipalit̄ ex diuina virtute assistente que non deficit in necessarijs: ideo ipsa episcopi consecratio nō est ꝓprie sacramentum noue legis. nec ideo episcopatus meretur dici sacramentum quia est potestas indelebilis: quia etiam consecratio calicis et altaris est indelebilis que tamē non est sacramētū.

Quantum ad articulū quartū respōdendū ē obiectionib⁹ in cōtrariū. Et quidē ad primū durādi cōtra secundā ꝯclusionē dicit̄ ꝙ ordo qui est sacramētū: importat habitudinē ad sacramentum eucharistie et in cōsecrādo et in ministrando consecrationi et sumptioni sacramēti siue ad sūptionem disponēdo. et cū arguens obijcit ꝙ pari modo ep͞atus ordinat̄ ad sacr͞m eucharistie ordinando ministrū ad ei⁹ consecrationē: negat̄ similitudo. nā vt visum fuit in secūdo notabili: episcopatus non ita ꝓprie dicit̄ ordinari vel habitudinem habere ad eucharistie sacr͞m sicut sacerdotium et sex alij ordines inferiores. ꝓpter quā differentia3 isti possunt dici sacr͞m non aūt episcopat⁹. ¶ Ad 2ᵐ. negat̄ assumptū. et ad ei⁹ ꝓbationē dicitur ꝙ procedit ex falso supposito .s. ꝙ ep͞atus rōne sacerdotij ꝑfecti quod includit: habet p͞tātem ordinādi aliū sacerdotem. hoc autē falsum est. tum quia sacerdotiū episcopi nō est ꝑfecti⁹ aut cōpletius q̄3 sacerdotiu3 simplicis sacerdotis. vnde. S. Tho. contra gē. li. 4°. capl͞o. 76. necesse est inquit aliquā supiorē potestatē esse in eccl͞ia alicuius altioris ministerij qui ordinis sacr͞m dispēsat. et hec ē episcopalis potestas q̄ et si quantū ad cōsecrationem corporis xp͞i nō excedat sacerdotis potestate3 excedit tamē eam in his q̄ ꝑtinent ad fideles: nā et ipsa sacerdotalis p͞tās ab ep͞ali deriuat̄. Tum etiam q2 licet episcopus debeat esse sacerdos ad hoc ꝙ possit alium in sacerdotem ordinare: non tamen id potest ex vi sacerdotij ꝑ se: sed magis ex potestate quā habz supra corpus xp͞i mysticū. Facit ad hoc quod. S. Tho. dicit i hac disti. q. 3. ar. 2. sub. ar. p°. ad. 3ᵐ. sacerdos inquit represētat xp͞m in hoc ꝙ per seipsum aliqð ministeriū impleuit. s͞ ep͞s in hoc ꝙ alios ministros istituit et ecclesiā fundauit. vn͞ ad ep͞m ꝑtinet mācipare aliq̄d diuinis obsequijs quasi cultū diuinū ad similitudinē xp͞i statuēs. ¶ Ad. 3ᵐ. d͞r ꝙ non militat ꝯ nos nā ex vi argumēti nō alið concludit̄ nisi ꝙ ep͞at⁹ ē ordo qð nos nō negam⁹. ꝙ aūt sit sacr͞m: ex ꝓcessu argumēti nō i͞fert̄. ¶ Ad. 4ᵐ. d͞r ꝙ recte cōsiderāti vnde ordo habeat rōnem sacr͞i qð latius dictū fuit i scð͞o notabili: nō est mirabile ꝙ ordiatio acoliti sit sacr͞m ꝛ nō ordinatio episcopalis. neq3 obstat ꝙ ab episcopatu depēdeat totus ordo ecclesiasticus: nā ex tali dependentia nō necessario infert̄ ꝙ sit sacr͞m. sicut nec ꝙ papat⁹ sit sacr͞m: lic3 ab eo plenı⁹ depēdeat totus ordo ecclesiasticus. ¶ Ad. 5ᵐ. dicit̄ falsum eē ꝙ potestas episcopalis

detur ep̃o ex ope operato aut etiã grã gratũ faciens. datur enĩ ista in ↄsecratione episcopi: quia ep̃s indiget grã et deus nõ deficit in necessarijs. sed nõ datur ex ope operato sed ex opere operante et magis ex diuina assistẽtia et largitate, put latius dictum fuit in tertio notabili. ¶ Ad argumẽta aureoli cõtra secũdã ↄclusionẽ ad pmũ dicit ꝙ minor est falsa. imo episcopat⁹ quantũ ad id qð est sibi ppriũ est supior sacerdote. nec valet pbatio in cõtrariũ quia assumit falsum. nã licet null⁹ act⁹ episcopi sit superior vel altior actu sacerdotis in respectu ad corp⁹ xp̃i verũ: sunt tñ alij act⁹ in respectu ad corpus xp̃i mysticũ in quib⁹ ep̃s precellit sacerdotez simplicez: sicut est cõfirmare sacerdotes ordinare cõsecrare altare et calicẽ et virgines benedicere et plures alij. vnde. S. Tho. i hac dis. q. 3. ar. 2. sub ar. p° in pma rõne ad oppositũ sic dicit. potestas tãto est altior quãto ad plura se extẽdit. sed ptãs sacerdotalis vt dicit dionisi⁹ extẽdit se ad purgãdũ et illuminãdũ tm̃. ep̃alis aũt ad hec et ad pficiendũ. ergo supra sacerdotalẽ ptãtẽ debet eẽ episcopalis. et hãc cõclusionẽ in decisione articuli ipse tenet. ¶ Ad. 2m. dr̃ ꝙ antecedẽs est falsum. et ad eius pbationẽ negat̃ minor ꝙ. s. ordinare sit communis actus sacerdotii inquãtũ est sacerdos. pser tim si intelligat̃ quãtũ ad om̃es ordines. nã maiores ex eo ꝙ sacerdos est cõferre nõ põt etiã ex cõmissione pape, put. S. Tho. dicit dis. sequẽti. q. pª ar. p°. ad. 3m. et supra dis. 7ª. q. 3. ar. p°. sub. ar. 3°. in cor. minores aũt ordines põt sacerdos cõferre nõ ex vi sacerdotij: sed ex speciali pape cõmissiõe. vñ argumẽtũ pcedit ex falsis. Et p hec patet respõsio ad cõfirmationẽ. pcedit enĩ ex illo falso fundamẽto ꝙ sacerdos ex rõne sacerdotij hẽt ꝙ possit cõferre ordines. hoc aũt est falsum. qm̃ magis de pse id habet ex ptãte speciali et noua sibi a papa collata. sacerdotiũ autẽ presupponit̃ materialiter et dispositiue, p eo ꝙ hẽt ptãtem ↄficiẽdi corpus dñi verũ a quo depẽdet tota pfectio corpis mystici. Quod aũt dicit omnẽ formã ex quo ẽ in actu posse cõmunicari in eadẽ specie: non est vir verũ nisi forte in formis q̃ sunt educibiles ð materia q̃lis nõ est ptãs sacerdotalis. grã enĩ non põt aliã grãm causare nec vn⁹ angel⁹ aliũ creare et sic de multis simili b⁹. et certe mirabilis est sapientia arguẽtis q̃ nõ habere ptãtem: vocat hr̃e impeditam ptãtem. et papã cõmittere vel ðlegare sacerdoti facultatẽ minores ordines cõferendi: vocat papã auferre impedimẽtuz quo sacerdos ordĩes cõferre nõ valet. et q̃rendũ esset ab arguẽte qð impedimentũ illð est qð ab ipsa sua pmotiõe hẽant om̃es sacerdotes. nõ enĩ est specialis phibitio pape vel sibi facta reseruatio cũ hec nõ legat̃. vnde imaginatio arguẽtis irrationabilis est et pura fictio. ¶ Ad argumẽtũ ante oppositũ dicit̃ ꝙ procedit de ordine q̃ est sacr̃m de quo nos cõcedimus ꝙ episcopat⁹ nõ est ordo. ¶ Argumẽtuz in oppositũ admittim⁹. nõ enĩ militat cõtra nos qui ponim⁹ ep̃atũ eẽ ordinẽ, put ẽ q̃dã ptãtis grad⁹ i spũalib⁹ dispẽsandis. Et in hoc articulus terminat̃.

# Distinctio vigessima vj vigessima vij. vigessima viij. et vigessima ix.

Circa vigessimã sextã distinctionẽ et tres sequẽtes q̃ritur vtruz matrimoniuz sit sacr̃m et arguit̃ ꝙ nõ. qr omne sacr̃m noue legis hẽt aliquã formã q̃ est de essẽtia sacr̃i. s benedictio q̃ fit p sacerdotẽm nuptijs: non est de essentia matrimonij. ergo nõ ẽ sacr̃m. ¶ In oppositũ arguit̃. qr dr̃ Ephe. 5°. sacr̃m hoc magnũ ẽ. & et ẽ. ¶ In hac q̃stione erũt q̃ttuor articuli vt sup.

Quantuz ad primũ articulũ sit pma conclusio ꝙ matrimoniũ est vere et realiter sacr̃m. Hãc cõclusionẽ tenet. S. Tho. i hac dis. q. 2. ar. p°. ¶ Secũda cõclusio ẽ ꝙ sacr̃m matrimonij ↄfert grãm. Hãc ↄclusionẽ tenet. S. T. vbi sup. ar. 3. ¶ Tertia ↄclusio ẽ ꝙ ↄiũctionex⁹ matrimonij nõ est relatio rõnis s̃ est aliquid reale. Hec cõclusio habet̃ ex dictis. S. Tho. dis. 27. eius quarti. arti. primo sub. arti. pmo in cor. et ad argumẽta.

Quantum ad secũdũ articulũ arguit̃ ꝯ cõclusiones. Et q̃dẽ ꝯ pmã arguit durãdus dicẽs. tenẽduz ẽ absolute ꝙ matrimoniũ ẽ sacr̃m cũ hoc ðtermінet ecc̃lia extra ð hereticis ad abolẽdã. vbi numerat̃ matrimonium inter alia sacr̃a vbi dicitur sic. vniuersos qui de sacramento corpis et sãguinis dñi nostri iesu christi vel ð baptismate seu pec

catorum ꝓfessione matrimonio seu ceteris sacris ecclesiasticis aliter sentire aut docere nō metuūt ꝙ sacrosancta romana ecclesia predicat et obseruat: vinculo anathematis innodam⁹. matrimonio etiā cōpetit generalis rō sacri q̄ est ꝙ sacrm est sacre rei signū. matrimoniū enim significat coniunctionē xpi et ecclie. vñ aplus loquēs de matrimonio Ephe. v°. dicit. sacrz hoc magnū est. ego aūt dico in xpo et in ecclia. Duo ergo sunt tenenda ꝺ matrimonio nec opposita eoꝝ possunt teneri vel asseri sine periculo heresis. ꝑmū est ꝙ matrimonium est licitū. et ideo taciani et marciani et ceteri qui nuptijs detrahūt: censenꝫ heretici. secundum est ꝙ matrimoniuꝫ est sacrm eo modo quo sacre rei signū dicitur sacrm. et dicere oppositū similiter ē hereticū cū sit cōtrarium dicto apliiam allegato. matrimoniū enim initiatū inter cōiuges ꝑ cōsensuꝫ animorū: significat cōiunctionē xpi et ecclesie per fidē et charitatē. matrimoniuꝫ vero cōsumatum significat cōiunctioneꝫ xpi et ecclesie ꝑ cōformitatem nature assumpte. Preter autē duo predicta sunt alia duo circa matrimoniū circa q̄ sine periculo heresis licitū est cōtrarie opinari. quorū vnum est theologicū videlicet vtrū in matrimonio conferatur gr̄a ex ope opato sicut in alijs sacris noue legis. secundū vero ē logicū vtrū matrimoniū habeat plenā vniuocationē cū alijs sacris. hec durādus. Et post multa dicta circa primū: loquēs de secūdo sic dicit. sciendū inqt ꝙ cū vniuoca sint q̄rum nomē est cōmune ꝛ rō. i. diffinitio ꝺm illō nomen ē eadē: discurrendū est ꝑ rōnes seu diffinitiones sacri in ꝑncipio hui⁹ quarti positas quarū ꝑor et cōmunior diffinitio sacri est ꝙ sacrm ē sacre rei signū. et ꝺm hāc diffinitionē nō est dubiū quī matrimoniū sit vniuoce sacrm cū alijs. est eni signuꝫ sacre rei idest cōiunctionis xpi et ecclesie vt prius dictū fuit: quāuis aliter sit in hoc sacro et in alijs. qꝛ in alijs sacris: res sacra cui⁹ signū sunt: nō soluꝫ est significata sed contēta. in matrimonio aūt res sacra cui⁹ est signū: est solū significata sed nō cōtēta. alie aūt sunt diffinitiones seu descriptiones sacramēti assignate ꝑ beatū augustinū et hugonem de scō victore et magistrū sententiaruꝫ. qui oēs cōueniunt in hoc ꝙ sacrm noue legis est aliqō signū vel sensibile extrinsec⁹ hoī appositū ad effectuꝫ spūalis sanctificationis. et quantū ad hoc matrimoniū nō videtur hr̄e ꝑfectā vniuocationem cū sacramētis noue legis. ꝑmo quātū ad hoc ꝙ sacrm est signū. qꝛ illa q̄ exteri⁹ agunꝫ in sacris noue legis: excedūt dictamē rationis naturalis. cū enim sacra sint q̄dam facta, ꝑestātia fidē: sicut fides est de hisque rōneꝫ naturalē excedūt: sic ea q̄ exteri⁹ aguntur in sacramētis sunt signa ex diuina institutione et excedūt dictamen rōnis naturalis vt patet in ceteris sacris a matrimonio. s. in baptismo cōfirmatione et ordine et hm̄oi. de illis enim que exteri⁹ in predictis sacramētis agunꝫ: nulla rō naturalis pōt reddi. de illis autē q̄ exterius agunꝫ i matrimonio: potest reddi ratio naturalis puta ꝙ cōtrahentes matrimoniū cōsentiāt et cōsensum suū exprimāt. hoc eni dictat ratio naturalis de q̄libet cōtractu volūtario. ergo illud signū corꝑale vel sensibile qō est in matrimonio et in ceteris sacramentis: nō sumiꝫ vniformiter vel vniuoce hic et inde. qꝛ in alijs sacris illa q̄ exteri⁹ agunꝫ sunt signa spūalis effect⁹ ex diuina institutione cui⁹ nō pōt reddi rō naturalis. illud aūt qō exterius agiꝫ in matrimonio dū contrahiꝫ: ē pure de dictamine rōnis naturalis excepta significatione coniunctionis xpi et ecclesie ꝺꝫ quā dictū est ꝙ matrimoniū habet cuꝫ alijs sacris quandā vniuocationeꝫ. ¶ 2°. patet idē ex hoc ꝙ sacrm est aliqd extrinsecus appositū. ex quo pōt sic argui. sacra cōsistūt in opere opato applicato illis q̄ suscipiūt sacrm. sed istud nō conuenit vniuoce matrimonio et ceteris sacris. ergo et c̄. maior patet ex his q̄ dicta sunt ꝺ sacris noue legis. minor ꝑbaꝫ. qꝛ in ceteris sacris baptismo cōfirmatione ordine extrema vnctione ꝛ penitētia: preter omnē actū suscipiētiū sacramentū est aliqd extriſecū qō eis applicaꝫ. sicut aq̄ in baptismo cū determinata forma verborū. et i ceteris similiter et etiā in penitētia de q̄ minus videꝫ ꝙ preter omnē actū suscipientis: applicanꝫ ei verba sacerdotis absoluentis. in matrimonio autem nihil est de predictis. qꝛ ad matrimonium sufficiunt verba cōtrahentiū exprimētia cōsensuꝫ suum sine quocūqꝫ extriſeco apposito vel eis applicato. ergo quantū ad hoc ꝙ sacrm est opus opatuꝫ homini extriſecus appositū: nō est vniuocatio inter matrimoniū et sacra noue legis. Et si dicatur ꝙ verba vni⁹ coniugū alteri applicanꝫ extrinsecus et econuerso quando vn⁹ dicit accipio te in vxorem: ꝛ mulier dicit accipio te in maritū: adhuc nō est hic plena vniuocatio cum his que extrinsec⁹ agūꝫ i alijs sacris. qꝛ i alijs sacris applicatio nō fit per suscipientes sacramentū sed ꝑ aliū. et ideo sacramētū dicitur signū sensibile extrinsecus appositū in matrimonio aūt ꝑdicta applicatio fit ꝑ suscipiētes et nō ꝑ exteriorē. quare non similiꝫ ē hic et ibi. Itē matrimoniuꝫ nō solū cōtrahiꝫ inter ꝑsentes exprimentes sibi inuicē cōsensuꝫ suū: sed inter absentes ꝑ litteras vel per nuncium. et tūc nō ē applicatio vniuoca cum applicatione que fit in alijs sacris in quibus oportet suscipientem esse realiꝫ

presentem cōferenti. nō enī eps pōt cōferre ordines vel sacrm cōfirmationis vel baptismi vel extreme vnctionis vel sacralis absolutionis peccatorz his q̄ sunt ab eo plōga terrar spacia semoti: sed solū presentibus. nec sacerdos existēs in hispania pōt cōficere panē existentē in india. mulier aūt existēs in frācia cōtrahere pōt cū viro existēte in hispania et est verū matrimoniū. quare non est vniuoca applicatio hic et ibi. ℂ3°. patet idem ex eo φ sacrm exhibet ad effectū sanctificationis spūalis. ex quo arguit sic. sacrm cōfert grām non habētī nisi ponat obicē: aut si habet auget eā. sed matrimoniū nullū isto facit. ergo nō est vniuoce sacrm sicut alia sacra noue legis. maior supponitur. minor pbat. φ enī matrimoniū nō cōferat grām non habētī: satis patet. q2 hoc ptinet soluz ad sacra q̄ ordinant ad remissionē culpe mortalis vt sunt baptism⁹ et penitētia. nec auget eaz ꝓ habenti. q2 cōtinentib⁹ existentib⁹ in gratia et postea cōtrahentib⁹: nō auget gratia sed potius minueret si grā et charitas reciperent diminutionē. q2 meli⁹ est cōtinere φ nubere fm illud apli pma Cori. 7°. qui nubit bene facit. q̄ nō nubit melius facit. ergo et c̄. ℂ4°. quia circa sacra noue legis alia a baptismo: ordinatio ecclesie pōt hr̄e vi precepti sed nūquā est de necessitate sacri. sed ordinatio ecclesie circa matrimoniuz: est de necessitate matrimonij. facit enim ecclesia psonas legitimas ad cōtrahenduz: et de illegitimis facit legitimas vt placet. ergo matrimoniū nō est vniuoce sacrz cū predictis. ℂ5°. quia absq3 baptismo null⁹ est susceptiu⁹ sacri proprie dicti cū baptismus sit ianua sacramētorz. sed ante baptismū contrahunt infideles verū matrimoniuz inter se sicut fideles post baptismū. ergo et c̄. nec obstat φ matrimoniū eorz nō dicit ratū: q2 si ambo baptizent: iam matrimoniū eorz est ratū. sed nō est magis sacrz φ pri⁹ vt pbabit. ergo et c̄. pbatio assūpti. q2 in sacro opus est nouo sacro cū cōsistat in opere operato. ꝫ in tali matrimonio nihil ē d nouo factū. solū enim sunt baptizati. baptism⁹ aūt est sacrm distinctū a matrimonio. sicut ergo tale matrimonium non fuit sacrz ante baptismū vniuoce cū p̄dictis ita nec post cū tamē sit verū et ratū. et mirum est φ aliqui volūt q̄rere plenā vniuocationē inter sacramēta que sunt precise noue legis et tenent sola fide: et matrimoniuz quod nō solum est in noua lege sed fuit in veteri et ante omnē legē scriptā tam pro statu inocentie φ nature et est precise d dictamine rationis vel absq3 fide excepta significatione coniunctionis xp̄i et ecclesie. igitur et c̄. ℂ6°. quia sacramentū qd nō est necessitatis: habet p ministros ecclesie dispensari. vn de solus baptismus q̄ est sacrm necessitatis pōt p quemlibet laicū dispēsari. ꝫ matrimoniū non est necessitatis quātū ad qualibet psonā: et tn̄ nō dispēsat p ministros eccl'ie. benedictio eni nubētiū nō est d necessitate. ergo matrimoniū nō est sacrm. ℂ7°. q2 omē sacramētū hēt formā distictā a materia. sed hoc nō est ī matrimonio. nō eni verba exprimētia cōsensum viri: sunt magis forma φ verba mulieris nec ecōtra. ergo et c̄. ℂ8°. quia q̄ exteri⁹ agūt in sacris ꝓpe sumptis: nō possunt eē d dictamine pure rōnis naturalis. q2 cū sacramēta sint q̄dam ꝓtestationes fidei: sicut fides est de his q̄ rōnem naturalē excedūt: sic eorū q̄ exteri⁹ agunt nō pōt esse rō naturalis in sacramentis sicut in baptismo cōfirmatione et ordine. in matrimonio aūt eorū q̄ exteri⁹ agunt: pōt reddi naturalis rō vtpote φ essentiam et consensum suū exprimant. ergo et c̄. ℂ9°. quia circa sacramenta ordinatio eccl'ie pōt hr̄e vim p̄cepti. sed tale p̄ceptū nūquā est d neces sitate sacramēti vt patet ex p̄cedentib⁹. ꝫ ordinatio eccl'ie circa matrimoniū ē de necessitate sacri. facit eni eccl'ia psonas illegitimas ad cōtrahēduz et d illegitimis legitimas ꝓut placet. ergo matrimoniū nō est ꝓpe sacrm. ℂ10°. q2 sacra non deijciūt hoiem a pfectiori statu. sed matrimoniū deijcit hoiem a statu cōtinētie q̄ est melior et pfectior matrimonio dicēte aplo p̄a Cori. 7°. q̄ nubit bene facit. q̄ nō nubit meli⁹ facit. ergo videt φ matrimoniū nō sit stricte et ꝓpe sacramētū: ꝫ solū large ꝓut sacrm dicit sacre rei signū. ℂ11°. quia rōnes contrarie opinionis nō mouēt q̄ sunt specialit due. ꝓma est q2 omē remediū ꝯtra pctm̄ ē sacrm. ꝫ matrimoniū ē in remediū cōtra pctm̄ institutū dicente aplo p̄a Cori. 7°. ꝓpter fornicationē vnusq̄sq3 suā vxorē habeat. ergo ē sacramētū. Secunda rō est q2 si matrimoniū nō esset sacrm: causa matrimonij esset pure corpalis et ptineret ad iudicē secularē et nō ecclesiasticū. ꝫ illd ē ꝯ canones. q̄ et c̄. Sed ista argumēta nō cogūt. nō q̄dē primum: q2 nō omē remediū ꝯtra pctm̄ ē sacramētū. q2 si alicui idigēti det pecunia: ē sibi in remediū ne egestate cōpulsus furet. et sic dat sibi ī remediū ꝯ pctm̄. et tamē datio pecunie nō est sacramētū. sic cuz per actū matrimonij satisfiat ꝯcupiscētie: matrimōiuz est remediū ne ꝯcupiscētia iatet ad alias corruptelas puta fornicationē adulteriū. et sic ē in oib⁹ q̄ ex natura ꝯtra act⁹ īpediūt pctm̄ ne fiat. talia āt nō sūt sacramēta ꝫ solū illa remedia q̄ ex natura act⁹ nō hn̄t hoc facere: sed ex diuina īstitutione p v̄tutē supnaturalē eis collatā vel assistētez adhibitis quibusdā sensibilib⁹ quorū non posset reddi ratio

naturalis qđ non ē in matrimonio. Similiter se-
cunda rō nō valet. qȝ dicit̃ q̄ matrimoniū ē sacṁ
saltē large. esto etiā q̄ nullum esset sacṁ: adhuc
cognitio ei⁹ ptineret ad iudicē ecclesiasticū. qȝ co-
gnitio de hoc qđ est pure peccatū et ptinet ad cō
sciētiā solā nec ledit rempublicā tpaliter vel ī re-
bus vel psonis: pertinet ad iudicē ecclesiasticuȝ.
talis aūt est error circa matrimoniū. ideo quo ad
hoc causa matrimonij est pure spūalis et ptinet
ad iudicē ecclesiasticū. ideo et c̃. ¶ Cōtra secūdā
cōclusionē arguit idē durādus dicēs q̄ circa hanc
ɔclusionē aliter opinant̃ iuriste ⁊ aliter theologi.
iuriste eni qui nouerūt textū decretoꝝ et decreta
lium in q̄bus mens romane ecclesie exprimitur ⁊
fuerūt expositores et glosatores canonū et decre-
taliū et aliqui eoꝝ fuerūt de collegio cardinaliuȝ
sancte romane ecclesie: tenēt q̄ in sacṁo matrimo
nij nō confert̃ gr̄a. gaufredus eni in sūma sua titu
lo de sacṁis nō iterandis dicit sic. fit et alia diuisio
sacṁoꝝ. quedā eni sūt in q̄b⁹ ɔfert̃ gr̄a vt p̄ª. q. p̄ª
quicquid: vt sunt sacṁa necessitatis et ordinis. q̄-
dam aūt sunt in q̄bus nō confert̃ gr̄a vt matrimo
nia cū cōtrahunt̃ ⁊ ob hoc in eoꝝ cōtractu precia
interueniunt. vt. 32. q. 2. honorant̃. et ɔdiciones
pecuniarie vt extra đ cōdi. appo. in matri. caplo đ
illis. hec gāfred⁹. Itē hostiēsis in sūma p̄mo libro
titulo de sacṁis nō iterādis dicit. tertia diuisio sa-
cramētoꝝ hec ē. qȝ q̄dā sunt in q̄bus ɔfert̃ gratia
vt p̄ª. q. p̄ª quicq̄d. vt sunt sacṁa necessitatis ordi-
nis siue dignitatis. quedaȝ vero sunt in q̄bus gr̄a
nō cōfert̃ sicut matrimonia siue cū cōtrahunt̃ q̄m
precia interueniunt. 32. q. 2. honorant̃. 30. q. 5.
aliter. et condiciones pecuniarie apponunt̃. extra
de cōdi. appo. c. de illis. siue cū cōsumant̃. 30. q. 3.
cōnubia. qđ nō esset si p ip̄m gr̄a conferret̃. nā il-
lis in q̄bus gr̄a cōfert̃: talia symoniā inducūt et c̃.
Itē extra đ symo. cū in ecclesia et cor. p̄e dicit ber.
in apparatu. p̄ benedictionib⁹ nubētiuȝ aliq̄d accipi
ɔhibet̃ quia p eas gr̄a cōfert̃. sed p matrimonio
aliq̄d dare vel recipe nō est peccatū p̄ª. q. p̄ª quic-
q̄d. 32. q. 2. honorant̃. qȝ licet sit sacṁm: p ipsum
tñ gratia nō ɔfert̃. argumēto. 25. q. p̄ª. nuptiarū.
32. q. 2. cōnubia. Itē sup illu caplo honorātur
notat̃ sic in apparatu. si q̄ras quare ī hoc sacṁo po
tius interueniat pecunia q̄ȝ in alijs: dicūt quidam
q̄ ppter onera matrimonij. sed certe eadeȝ rōne
p ingressu monasterij possȝ recipi pecunia ppter
onera q̄ sustinet monasteriū. sed hec est rō. quia ī
hoc sacṁo nō cōfert̃ gratia spūssancti sicut fit ī alī
js. vt p̄ª. q. p̄ª mulier. et caplo sicut inuisibilis hec
apparatus. q̄ aūt sub pacto precij possit quis lici-
te aliquā sibi desposare: expresse dicitur extra de
condi. appo. caplo de illis. ibi enim dicit̃ q̄ si aliq̄s
sub his[?] verbis iuramētū alicui mulieri prestite-
rit: ego te in vxorē accipiā si tantuȝ mihi donaue-
ris: reus piurij nō habet̃ si eam nolentē sibi solue-
re quod sibi dari petijt: non accepit in vxoreȝ. sup
quo dicit ber. in apparatu. talis cōdicio est licita in
sponsalibus vt hic patet. sed cōstat q̄ pro sacṁis
conferētib⁹ gr̄am non licet dare aut recipe pecuni
am ex pacto seu ex ɔtractu alicui⁹ precij. ergo s̄m
predictos doctores in sacramēto matrimonij nō
confert̃ gratia. quoruȝ opinio an sit vera vel fal-
sa et allegationes quas de iure canonico p se idu
cunt an bene adducant̃ p eos vel male: nō deter
mino quo ad presens. sed hoc solū accipio tanq̄ȝ
verū q̄ cū predicti doctores nouerunt iura cano-
nica et eoꝝ scripta et dicta habeant̃ a papa ⁊ car-
dinalibus et a prelatis et ceteris ecclesiaꝝ recto-
ribus quoꝝ est specialiter scire quid ecclia roma-
na predicat et obseruat: nec scripta eorū quo ad
predictū articulū de matrimonio reprobent̃ tāq̄ȝ
erronea vel ɔtraria determinationi ecclie: q̄ senti
re q̄ sacṁm matrimonij nō cōferat gr̄am: non ē cō
tra determinationē ecclesie nec cōtra illud quod
ecclesia romana predicat et obseruat. Huic etiaȝ
opinioni consentit magister sen. li. 4°. dis. 2ª. cir
ca p̄ncipiū dicens q̄ sacṁoꝝ noue legis: alia reme
dia cōtra peccatū prebēt et gr̄am adiutricē cōfe-
runt vt baptism⁹. alia in remediū tantuȝ sunt vt
coniugiū. alia gratia et virtute nos fulciūt vt eu-
charistia et ordo. ergo tā ex diuisione q̄ȝ ex dictio
ne exclusiua cū dicit in remediū tm̄ sunt vt coniu
giū: videt̃ magister sententiaꝝ sacṁm cōiugij a col-
latione gr̄e sepasse. Moderni aūt theologi quasi
cōmuniter tenēt q̄ p sacṁm matrimonij ɔfert̃ gr̄a
nisi contrahētes ponāt obicem sicut fit in alijs sa
cramētis quib⁹ cōparant sacṁm matrimonij ī hoc
casu. alias nō videt̃ eis posse tenere q̄ matrimo-
niū sit sacṁm noue legis. hec durādus. ¶ Contra
tertiā ɔclusionē arguit aureol⁹ pbando q̄ matri-
moniū nō sit relatio realis. qȝ relatio realis nō ad
uenit nouiter sine mutatione facta in aliq̄ absolu
to puta ī fundamēto vel rōne fundandi. s; relatio
cōiugis ad cōiugē aduenit nulla mutatione facta
in fundamēto vel rōne fundādi. fundamētū ei⁹ ē
corp⁹. ratio vero fūdādi est actus volūtatis. mo
do nulla mutatione facta in corpe: solū actu vo-
luntatis aduenīēte et consensu: orit̃ relatio nulla
facta mutatiōe reali sed tātūmodo est ibi p actuȝ
voluntatis. talis autē relatio eque bene est respe
ctiua rōnis sicut illa que aduenit p actum intelle-
ct⁹. hec aureol⁹. ¶ 2°. ɔtra eādē ɔclusionē arguit
petr⁹ de palude pbādo q̄ vinculū matrimōiale sit

aliqd absolutū in corpe. et q sit aliqd absolutum potest sic pbari. quia oīe sacrm noue legis ē causa gratie disponēdo ad eam. et sicut in imprimētibus characterē ipse character est dispositio i aliis ornat⁹: ita et hic ipsummet vinculū cōiugale ē dispositio. et sic ē aliqd absolutū cū dispositio sit in pma specie q̄litatis vel secunda et nō in genere relationis. q aūt sit dispositio in corpe: ex hoc videtur. qz gr̄a sacr̄alis in matrimonio est contra carnis cōcupiscentiā ppter quā melius est nubere q̄ vri. vbi autē est morb⁹: ibi et medicina. et si vinculum est in ipo corpe subiectiue: tūc esset bene causa quare corrūperet̄ corruptione ipsius corporis sicut in morte mariti corrūpit̄ vinculū in corpore eius sicut et ois dispositio corpea. et p consequēs illa q̄ est ad gr̄am sacr̄alem q̄ est vt sciat hō suum vas possidere in sanctificatione p quā generatio ordinat̄ et alia q̄ ad bonū vsum ꝯiugii reqrūtur. sed quomodo corrūpit̄ corruptione obiecti cū distictoꝝ obiectoꝝ absolutoꝝ corruptio vni⁹ nō sit corruptio alterius nec generatio vni⁹ sit generatio alteri⁹. imo q̄ sunt vnū corrūpunt̄ simul et simul generant̄ et diuersa seorsum maxime quādo vnū nō est causa alteri⁹. pōt eniz absolutū destrui nō solum p se sui corruptione: sed p accidēs corruptione sue cause in cōseruari. nō est aūt vn⁹ cōiux causa alteri⁹ nec essentia coniugū in vno est causa essentie viculi in alio. vñ dicēdū q sicut corrupto colore corrūpit̄ visio quāuis visio sit aliqd absolutū: nō quia color sit ei⁹ causa qz idem esset visio esset a deo effectiue: sed qz est termin⁹ ei⁹ a quo depēdet: sic qz in matrimonio vinculū qd est in vno ꝯiugū habet alterū p termino: ideo illo deficiēte deficit. sicut visio licet nō sit relatio sed q̄litas absoluta: tamē necessaria cōsequētia includit respectū ad visibile sicut ad terminū. et inde q illo respectu destructo: destruitur et ipsa visio. sic et in pposito. ¶ 3°. arguūt alii vt dicit petr⁹ q tale vinculū sit in aīa subiectiue. qz sacr̄alis dispositio est ad gr̄am gratū facientē q̄ est ex parte anime separate. et vbi est gr̄a subiectiue: ibi etiaz debet esse ipsa dispositio. et tunc videt̄ q siue sit relatio siue aliquid absolutū: non possit deleri. qz aīa q̄ est ei⁹ subm et aīa que est ei⁹ obiectū: sunt incorruptibiles. vnde cū talis relatio nō corrūpat̄ corruptione subiecti nec obiecti nec a ꝯtrario qd nō habet nec p peccatum cū sit in peccato ib⁹: p consequēs nec p morte alterius nec vtriusq3. sicut nec similitudo q̄ vna anima rōnalis alteri assimilatur postq3 create sunt: nō corrūpit̄ i eternū. nec tamē vna est causa alteri⁹. Pōt tamē pbabiliter sustineri q adhuc tale vinculū morte cōiugū alterius corrūpit̄. quod patet tripliciter. pmo qz illud quod est ab agēte et cōseruāte p intellectū ppter certū finē: fine deficiente deficit. vnde motus celi quē angelus facit ppter generationē: illa deficiente cessabit quia angelus non plus mouebit ad effectū postq3 nō plus mouebit̄ a fine. sic quia deus ad actus corpales licet mediante sacr̄o hoc vinculū impressit: inde est q altero mortuo a quo vel ad quē non possit huiusmodi act⁹ exerceri: deus desinit cōseruare ne frustra conseruet. et sic desinit esse vinculū p subtractionē influentie cause cōseruantis. secus aūt est de charactere qui est ad act⁹ spirituales propter quod est indelebilis. Sed cōtra hoc est quia character nō est nisi ad act⁹ vie. sicut baptismus ad recipiendū hic alia sacr̄a. cōfirmationis ad confitendū corā tyrāno. ordinis ad conficiēdū et c̄. que oīa ppria sunt huic vite prout distinguit̄ contra aliā. ergo homo non deberet indelebiliter habere characterem si solum habet actum vel effectuz in hac vita mortali et non in alia in qua cessat collatio et susceptio sacramētoꝝ. Ad hoc posset dici quia sicut remanēt et reparantur virtutes cardinales in patria quo ad act⁹ circa finem: sic et characteres. est enim quidam specialis ornatus sanctorum noui testamēti ex charactere baptismali respectu antiquorum qui non habuerunt hanc conformitatem ad xp̄m. et similiter confirmatoruz erit specialis gloria respectu non confirmatorum quasi militum xp̄i. et similit̄ ordinatorum quasi christi ministrorum. sed vinculum matrimonii non esset ad gloriam sed ignominiam: cum status coniugatorum sit infim⁹ pro tempore gratie quando vinculum istud est aliqd reale. nam tempore legis quando preferebatur coniugium virginitati: non erat aliquid reale. vnde non potest manere realiter. ¶ 2°. patet idem sic. quia sicut propter maximam egritudinez sciētia a sensibilibus acquisita corrumpitur in intellectu: sic et vinculum per mortez habentis: licet sit in anima. et etiam per mortem alterius q̄si obiecti sicut sciētia p corruptionē organi phātasie in litargia et furia qd ē corruptio obiecti nō subi. Sed cōtra hoc qd dictū est sciētiaz corrūpi p egritudinē: est illud qd dicūt doctores sciētiā remanere in anima separata q̄ tamē magis corrūpi deberet p mortē q̄3 per aliam minorē trāsmutationē. ppter qd videret̄ alicui q cū dicit̄ sciētiaz corrūpi p egritudinē: intelligit̄ quo ad vsum et actū. qz in parte sensitiua corrūpit̄ spēs et aliq̄ hit⁹ correspōdētes quos oportet d nouo gen̄rari si d̄beat in actū exire. sed essentia habitus intellectualis non corrūpit̄ et c̄. Sz sustinēdo dictū cōmune pōt dici q

ista stant simul sm habitū scientie in intellectu et virtutis in volūtate corrūpi per infirmitatē non p mortē. nā p infirmitatē vita durāte corrupto obiecto intellect⁹ et p consequēs volūtatis qḋ est organū fantasie: oportet habitū intellectualē cessare ab actu. sola aūt cessatio act⁹: corrūpit habitū et habitib⁹ acquisitū. sicut subtractio calefaciētis remittit et tandē corrūpit calorē aque hoc est in via quādo nihil sic firmat in aīa quin possit corrūpi. sed in morte sicut aīa separat a corpe ī corruptibilibus: sic in ipsa q̄cunq; tunc sunt vt species et habit⁹ imobiliter firmant. vñ sicut frequētia actuum nō causat in ipsa habitū nouū: sic nec cessatio actuū corrūpit habitū antiquū. Itē nō est ibi cessatio actuū. quia ois dispositio et pfectio disponit et pficit suū subm diuersimode sm diuersum modū essendi ei⁹. vñ habit⁹ et species anime coniūcte sursum sine actum nō habēt sine specie fantastica: qr tūc est natura anime intelligētis et volūtatis specularis fantasmata. sed quādo est sepata: habet modū intelligēdi et volēdi cōformez angelis sicut modū essendi. vñ tunc pōt vti speciēb⁹ z habitibus suis sine fantasmate. ¶ 3°. patet idez sic. pōt enim imaginari q sicut p cōsensum expressum causat vinculū spūale qr significat cōiunctionem xpi et ecclesie spūalez. et significādo causat p ꝯsis cōiunctionē animoꝝ quā etiā significat vt rē contentā. sed p ꝯiunctionē corpoꝝ sequētez significātem cōiunctionē xpi et humane nature: causat vinculū corpale. sicut ergo corrūpit visio corrupto visibili ad qḋ est vel subtracto ab ei⁹ presentia: sic qr vinculū matrimoniale corpale et spūale est ad alterū in ordine ad act⁹ vite huius mortalis cui homo fundit⁹ morit per mortē naturalē: inde est q tunc corrūpit vtrūq;. sic igit per mortē ciuilē qua cogitat q̄ dei sunt: tollit spūale qḋ erat ad cogitādum q̄ mūdi sunt. sicut sublata intellectione tollitur volitio etiā si nō esset ab ea causata: qr est tale obm ad qḋ habet necessariā hītudinē. sicut scibile sublatū aufert scientiā. hec petr⁹ in forma.

Q

Uantuz ad tertiū articulū pmo notandū est q vt. S. Tho. dicit sup disti. pª. lec. pª. ar. p°. sub. ar. 3. diffinitio sacri quā magister ponit q. s. est inuisibilis grē visibilis forma cui⁹ similitudinez gerit et causa existit: rōnem sacri noue legis cōpletissime designat. cui sentētialr eadē est diffinitio posita ab hugone de sctō victore q sacrm noue legis est signū aliqḋ sensibile extrīsec⁹ hoi appositū ad effectū spūalis sanctificationis. put. S. Tho. ibidez dicit sub. ar. 5. cuicūq; ergo sacro hec diffinitio cōpetit vere et ꝑprie dicet sacrm noue legis. et si ꝺ oibus verificat: consequēs est q nomē sacri noue legis vniuoce dicat. illud eniz nomē de multis vniuoce dicat: quoꝝ est vna et eadem rō nois. put phs dicit in predicamētis. qḋ intelligi debet de idētitate rōnis nois illi⁹ quod de plurib⁹ cōmuniter predicat. non ꝺ idētitate rōnis nois cōmunis ad aliquā spēm cōtracti addita differētia. nam vt. S. Tho. notat. pª. p. q. 29. ar. vltimo in cor. aliquid est de significatione min⁹ cōmunis: qḋ tñ non est de significatione magis cōmunis. rōnale eni includit in significatione hois: qḋ tñ non ē de significatione aīalis. vñ aliud ē q̄rere ꝺ significatione aīalis: et aliud est q̄rere de significatione aīalis qḋ ē homo. hec ille. Unde in ꝑposito nr̄o qr diffinitio vel rō sacri noue legis preallegata ꝯuenit matrimonio et nō solū alijs sex sacris: sequit q nomen sacri noue legis vniuoce dictū sit de sacro matrimonij et ꝺ alijs sacris noue legis. Probatio assūpti. qm in matrimonio est visibilis forma. s. signū sensibile exterius sensui suppositū videlicet verba vtriusq; contrahētis auditui sensibilia. accipitur eni in pmissa diffinitione visibile extēso noīe p sensibili cōmuniter. huiuscemodi aūt visibil' seu sēsibilis forma est signū inuisibilis grē cui⁹ et causa existit ex diuina institutione. Ut eni. S. Tho. declarat supra dis. 2. q. pª. ar. p°. sub. ar. 2. et in hac dis. q. 2. ar. 3. sacrm matrimonij sicut z alia sacra noue legis grām cōfert instrumētaliter et dispositiue. nō ex ꝑpria virtute: sed ex ipsa institutione diuina. p grām eniz q̄ dat in matrimonio sic carnis concupiscētia reprimit vt sciat matrimoniū contrahēs vas suū in honore possidere et nō in passione desiderij. put apl's dicit pma Thesa. 4°. et nō solū grām sacrm matrimonij causat et significat ex diuina institutione: sed etiā id qḋ est in matrimonio res et sacrm. s. cōiunctionē seu nexū adinicē contrahētiū. nā licet ex natura verboꝝ et cōsensu cōtrahētiū inascat nexus q̄daz inter cōtrahētes aīseparabilitas tñ huiuscemodi nexus sm quā est sacrm noue legis: ex diuina ē institutione. vñ et inter bona ꝯiugij inseparabilitas ꝯiugū sacrz appellat. huiuscemodi aūt ꝯiūctio spūalis ē in q̄tum matrimoniū est sacrm: quāuis sit ibi etiā aliq̄ materialis cōiunctio sm q matrimoniū est in officiū nature et ciuilis vite. put. S. Tho. inq̄t distin. sequēte. q. pª. ar. 2. sub. ar. p°. in cor. et sicut in alijs sacramentis: ita et in matrimonio ipse spiritualis nexus qui est res et sacramentū operatur dispositiue ad gratiam ex diuina institutione. consequēs ergo est q nomen sacramēti noue legis vniuoce dicatur

dicatur d̄ matrimonio ⁊ de aliis sex sacris. Nec obstat q̄ matrimoniū aliqd hēat ꝓprium ab aliis sacris: aut aliquo etiā careat quo nō oīa alia sacramēta carēt. nam sicut q̄libet spēs sub cōmuni genere vniuoco hēt aliqd propriū qd alie spēs sub ipso genere nō hn̄t eo q̄ q̄libet spēs specifica differētia ab aliis distiguit̄: ita et nimirū q̄ sacrm̄ quodlibet aliqd ꝓpriū hēat vl' aliquo careat qd alia sacra nō hēant aut illo nō careāt. nā vt premissum ē: idētitas rōnis generis vniuoca nō tollit̄ ꝑ diuersas specificas rōnes spērū sub illo genere

**Secundo** Notandū est q̄ d̄ forma sacri matrimonii expsse habet̄ ꝑ. S. Tho. q̄ sunt verba qb' cōsensus matrimonialis exp̄mit̄. vt ī hac dis. q. $2^{a}$. ar. $p^{o}$. ad. $p^{m}$. Et. dis. 28. ar. 3. secūda rōne ī oppo$^{m}$. de materia autē: nō ita expsse determinate habet̄ ex scriptis suis. imo videt̄. S. Doc. dubie loqui. nam in hac dis. 26. loco ꝓxime allegato ad $2^{m}$. dicit q̄ sacrm̄ matrimonii nō hēt aliā materiam nisi ipsos actus sensui subiectos q̄ sunt loco materialis elemēti queadmodū est in sacr̄o penitētie. Itē. ar. $3^{o}$. ad. $2^{m}$. dicit q̄ sicut aq̄ baptismi vel forma verborū nō operatur ad gratiā imediate sed ad characterē: ita act' exteriores ⁊ verba exp̄mētia cōsensum directe faciūt nexū qui ēdā q̄ est sacramētū matrimonii. vbi videt̄ q̄ accipiat act' exteriores ꝓ materia: ⁊ verba cōsensum exp̄mētia ꝓ forma. Sed dis. 28. ar. $3^{o}$. secūda rōne in oppo$^{m}$ que ē prope sentētie cōfirmatiua tenet q̄ debita materia sacri matrimonii: sūt ꝑsone legitime ad contrahēdū: qd ⁊ iuriste coiter tenēt. In decisione etiā q̄stionis dicit q̄ consensus expssus ꝑ verba d̄ p̄senti inter ꝑsonas legitimas ad cōtrahēdū: matrimoniū facit. q2 hec duo sūt de eēntia sacramēti: alia autē oīa sunt de solēnitate sacramēti. In respōsione quoq3 ad. $4^{m}$. nō sunt inq̄t ꝓhibita clādestina matrimonia q̄si cōtra eēntialia matrimonii existētia sicut sunt ꝓhibita matrimonia illegitimarū ꝑsonarū q̄ sunt materia indebita huic sacr̄o. hec ille. Itē dis. 42. q. $3^{a}$. ar. $2^{o}$. in. cor. ait. cum in secūdis nuptiis inueniātur omia q̄ sunt de eēntia: q2 debita materia quā facit ꝑsonarū legitimitas: ⁊ d̄bita forma. s. expssio cōsensus interioris ꝑ verba: cōstat q̄ scdm̄ matrimoniū est sacrm̄ sicut $p^{m}$. vn̄ videt̄ q̄ sit q̄dā variatio in dictis. S. Tho. de materia sacramēti matrimonii. ¶ Sed ꝓ dictorū concordātia distinguēdū videt̄ de materia. q2 q̄dā est materia ex q̄. s. res consistit sicut corpus dicit̄ materia ex qua homo cōstituit̄. alia vero est materia circa quā3 q̄ hēt rōnē obiecti. vbi ergo. S. Tho. dicit q̄ actus humani sensui subiecti sunt materia sacri matrimonii: videt̄ accipere materiam sacri ex q̄. cōsistit eni integritas sacri ex actib' humanis ⁊ ex verb' cōsensum exp̄mētib'. vbi vero dicit ꝑsonas legitimas eē materiā hui' sacri: videt̄ capere materiā circa quā. actus eni cuiuslibet matrimoniū cōtrahētis: terminātur ad aliū contrahētē in quem tāq3 in cōiugē cōsentit. Sed nō satis apparet q̄ sunt actus humani in matrimonio cōcurrētes q̄ p̄ter verba cōsensum exp̄mētia dicātur eē materia sacramēti. nā actus cōsensus cum sint mētales: non sunt sensibiles. materia autē ⁊ forma in oibus sacramētis sūt q̄dā sensibilia. alii vero actus humani p̄ter cōsensum ⁊ verba vl' nutus cōsensum exp̄mētia: nō videtur eē de eēntia sacramēti. ac ꝑ hoc nec sunt materia aut forma q̄ eēntiam sacramēti cōstituūt. nō enim3 tact' manuum vel amplexus aut etiā verba alia incidētia sunt de necessitate sacri. quāobrē videt̄ q̄ actus humani quos. S. Doc. ponit materiā hui' sacri sint vel ipsi cōsensus vtriusq3 cōtrahētis q̄ scdm̄ q̄ ꝑ verba exp̄mūtur: fiūt quodāmodo sensibiles. queadmodū. S. Tho. dicit. $3^{a}$. p. q. vltima. $ar^{o}$. $2^{o}$. ad. $p^{m}$. q̄ cōtritio scdm̄ eēntiā est in corde ⁊ ꝑtinet ad interiorē penitētiā. ⁊ tn̄ virtualiter ꝑtinet ad penitētiā exteriorē inq̄tum implicat ꝓpositum cōfitēdi ⁊ satisfaciēdi. ⁊ supra dis. 22. q. 2. ar. $p^{o}$ sub. ar. 2. ad. $3^{m}$. dicit q̄ cōtritio q̄ videt̄ interioris tm̄modo eē penitētie: inuenit̄ in penitētia exteriori scdm̄ q̄dā signa q̄bus sensibiliter manifestatur vel aliis vl' saltē ipi penitēti. Sic ergo dicam' in ꝓposito nr̄o q̄ licet cōsensus voluntatis scdm̄ se non sit sensibilis sed mētalis: efficit̄ tamē sensu ꝑceptibilis dum ꝑ verba vel nut' manifestatur. ipe etiā motus lingue ⁊ labiorū quo verba ꝓferunt̄ ⁊ est aliud realiter a verbis ꝓlatis: dici pōt actus humanus q̄ est materia ex qua ī hoc sacramēto. ⁊ sic q̄ alii motus vel actus sunt ad cōtractum matrimonii cōcurrētes de necessitate.

**Tertio** Notādum est q̄ ex natura matrimonii inter coniuges initur q̄dā cōtractus quo vn' alteri obligat̄ propria volūtate ad actus matrimoniales. oīs aūt cōtract' reddit̄ debit' q2 lege ē regulatus. regulatur aūt matrimonii cōtract' triplici lege. implicat enim q̄dā ad legē nature ꝑtinētia ⁊ q̄dā ad legē humanam cōcernētia ⁊ alia q̄ lege grē instituta sunt. Ad legē nature ꝑtinet ꝓcreatio ⁊ educatio filiorū ⁊ ad quā sicut ad finē ordinat̄ cōmunicatio operū inter virū ⁊ vxorē prout sunt matrimonio cōiuncti. nā eni ad id inclinat nō solū hoīs specifica: sed ⁊ generica aīalis. oībus siq̄dem aīalibus

cõmunis intẽtio est filios procreare, put phs dicit 8°.ethi. et fm hoc bonũ matrimonij ponit ples. Rursus lex nature fm rõnẽ specificã.s. humane nature dictat vt ꝯiuges sibi inuicẽ fidẽ seruẽt vt .s. neuter ad alienũ thorũ accedat. et debitũ matrimonij sibi inuicẽ reddãt. ad q̃ ex ipa nã cõtract⁹ matrimonialis obligãtur, ppt mutuã potestatẽ quã in inuicẽ cõiuges sibi tribuunt fm illud apli p^a Cori. 7°. mulier sui corporis potestatẽ nõ hẽt sz vir. similiter et vir sui corporis potestatẽ nõ hẽt sz mulier. et q̃ntũ ad hec: ponit bonũ matrimonij fides. Ad legẽ vero humanã ptinet amicitia cõiugalis et mutuũ obsequiũ sibi inuicẽ a cõiugib⁹ ipẽdẽdũ et alia nõnulla q̃ eorũ cõmertiũ respiciũt. et ista q2 debiti rõnẽ iportãt: ad bonũ fidei reducunt. Ad legẽ vero grẽ ptinet et significatio cõiunctionis xpi ad ecclesiã: et insepabilitas cõiugũ cuius oppo^m huic significationi repugnat. et collatio grẽ q̃ in sacro matrimonij sicut et in alijs confert. nõ eni ex nã cõtract⁹ matrimonialis ista cõsecuta sunt: sz ex xpi institutione. vñ ante xpi incarnationẽ matrimoniũ ista nõ habuit. et q̃ntum ad hec: bonũ matrimonij ponit sacrz. Quia igitur in matrimonio ex ipa nã cõtractus cõcurrũt aliq̃ ptinẽtia ad legẽ humanã et alia ptinẽtia ad legez nature q̃ per hũanas leges determinãtur prout. S. Tho. deducit. p^a. 2^e. q. 95. ar. 2. ideo sacrm matrimonij magis subiacet ordinationi et legi hũane q̃z aliud sacrm. fundat eni put est sacrm: in ꝯtractu matrimonij fm q̃ est i officiũ nature et ad cõiugalẽ societatẽ ordinat. put. S. Doc. dicit infra dis. 31. q. p^a. ar. 2. ad. 7^m. quãobrẽ aliq̃ sunt de necessitate hui⁹ sacri fm ordinationẽ ecclesie: ita vt nõ solũ deficiẽtib⁹ illis q̃ fm legẽ grẽ ex institutione xpi reqrunt: sz et deficiẽtib⁹ illis q̃ ad rõnẽ ꝯtract⁹ matrimonialis fm legẽ nature et hũana iura necessaria sũt: deficiat sacrz matrimonij. et inde ẽ q̃ fm leges hũanas ipedimẽta q̃dã assignant q̃b⁹ sacrm matrimonij non solũ cõtrahẽdũ impedit: sz et dirimit contractũ. q̃uis tñ hoc speciale hẽat pre ceteris sacris: non ideo dici debet q̃ nõ vniuoce cũ alijs rõnẽ sacri noue legis pticipat. nã q̃ntũ ad hoc q̃d est eẽ noue legis sacrm: eadẽ rõ est ipi⁹ et alioꝝ. quicq̃d sit de illo fm q̃ in sui rõne implicat cõtractũ quẽdã volũtarie donationis q̃ humanis legib⁹ subijcit et eaꝝ cõditionib⁹ ac determinationibus firmatur vel infirmatur.

Quarto Notãdũ est q̃ sacrm matrimonij post pctm: est i remediũ cõtra cõcupiscẽtiã put in hac dis. et sup dis. 2^a. magister ex sctõꝝ auctoritatibus tradit. q̃d et apli sentẽtia roborat dicẽtis p^a Cori. 7°. propter fornicationẽ vnusq̃sq̃ vxorẽ suã hẽat et vnaq̃q̃ viꝝ suũ. Circa q̃d tñ aduertẽduz est, put. S. Tho. inq̃t i hac dis. q. 2. ar. 3. ad. 4^m. q̃ ꝯtra cõcupiscentiã põt matrimoniũ pstare remediũ duplicit. vno mõ ex parte actus ei⁹ et hoc dupliciter. vno mõ vt act⁹ ad quẽ inclinat cõcupiscẽtia exterius: turpitudine careat. et hoc fit p bona matrimonij q̃ honestãt carnalez cõcupiscẽtiã. alio mõ vt act⁹ turpitudinez hñs ipediat q̃d fit ex ipa nã act⁹. q2 dũ cõcupiscẽtie satisfit i actu cõiugali: ad alias corruptelas non ita incitat. ppter q̃d dicit apostol⁹ meli⁹ est nubere q̃z vri. q̃uis eni opa cõcupiscẽtie cõsiderata fm se nata sint cõcupiscẽtiã augere: tñ fm q̃ rõne ordinãtur: ipam repimunt q2 ex similib⁹ actib⁹ similes relinquũt dispositiones et hitus. Alio mõ pstari põt remediũ ꝯtra cõcupiscẽtiã: vt repmat in sua radice. et sic remediũ pstat sacrm matrimonij p grãm q̃ in eo dat. hec S. T. Q2 aũt matrimonij sacrm gratiã cõferat pbat codẽ. ar. i. cor. et sup dis. 2^a. q. p^a. ar. p°. sub. ar. 2°. tũ q2 p hoc q̃ ẽ grãm cõferre ex ope opato: differũt sacra noue legis a sacris veteris legis. tũ etiã q2 vbicũq̃ dat diuinit⁹ facultas aliq̃ dant etiã auxilia q̃b⁹ homo ꝯueniẽter vti possit facultate illa. eo q̃ de⁹ nõ deficit i necessarijs nec in illis q̃ rõnabilit expediunt. q2 ergo i sacro matrimonij dat hoi ex diuina institutione facultas vtẽdi sua vxore ad plis procreationez: cõsequẽs ẽ q̃ det ei grã sine q̃ id ꝯueniẽter facere nõ posset. fuit eni ppter pctm pmi parẽtis vuln⁹ cõcupiscẽtie effrenate sic appetitui hois inflictum: q̃ absq̃ grẽ medicina sufficiẽter sanari nõ põt. quãobrẽ apostol⁹ paul⁹ dolẽs et gemẽs de carnalis cõcupiscẽtie infectione: p solã dei grãm posse liberari clamabat dicẽs Ro. 7°. video aliã legẽ in mẽbris meis repugnãtẽ legi mẽtis mee et captiuantẽ me in lege peccati q̃ est in mẽbris meis. infelix ego homo q̃s me liberabit d corpore mortis huius? et respõdet. grã dei p iesum xpm dñm nrm. Et ca⁹ seq̃nti dicebat. lex eni spũs vite. s. gratia in xpo iesu liberauit me a lege pcti et mortis. Itẽ 2^a. Cori. 12. aplus refert ter dñm rogasse q̃ten⁹ discederet ab eo stimul⁹ carnis et responsum sibi fuisse a dño: sufficit tibi gratia mea. q̃si nihil aliud eẽt remediũ sufficiẽs cõtra carnis effrenataz ꝯcupiscẽtiã. Inde ẽ q̃ sapiẽtie. 8. dr. sciui q̃m aliter nõ possum eẽ cõtinẽs nisi de⁹ det. Cõcludim⁹ ergo ex pmissis q̃ nec act⁹ cõiugalis nec bona matrimonij sufficerẽt remediuz pstare corruptioni cõcupiscẽtie carnalis: nisi in sacramẽto matrimonij grã ad illud prestãdũ cõferret. vñ iuriste dicũt

tes sacrm matrimoniū fuisse a deo institutū in remediū cōtra cōcupiscētiā: nō tñ in eo grām dari videtur pptā vocē ignorare. Cū aūt magister dicat supra distinctione secūda q sacrorū noue legis qdā pbēt remediū ɔtra pctā ⁊ grām adiutricē cōferūt vt baptism⁹: alia in remediū tñ sunt vt cōiugiū: alia gra ⁊ virtute nos fulciūt vt ordo: distiguit sacra fm id ad quod pncipaliter ordinātur put. S. T. exponit ibi. lec. 2a. in glo. li. nā vt ipe dicit: oīa sacra noue legis ⁊ cōferunt gratiā ⁊ i remedium sunt cōtra pctm. verūtamē qdā pricipaliter ordinata sunt i remediū cōtra specialē morbū: vt matrimoniū cōtra cōcupiscētiā. quedā vero pricipaliter sunt ordinata ad remedium morbi simul ⁊ ad gratiā cōferēdā: sicut baptism⁹ q est spūalis regeneratio per quā vet⁹ homo corrūpit ⁊ nou⁹ generat. qdā aūt q gratiā psupponūt: ordinātur ad gratie pfectionē sicut eucharistia. vñ. S. T. eadē lectione dicit. q. pa. ar. 2°. ad. 3m. matrimoniū dr a magistro eē tñ in remediū: sz hoc ē p grām q in eo cōfertur.

**Quinto** Notandū est q vt accipi pōt ex dictis. S. T. in hac dis. q. pa. preserti. ar. p°. sub. ar. p°. ad. 2m. ⁊. 3m. ⁊ infra dis. 29. ar. 3. sub. ar. 2. c. cōiunctio vl nex⁹ q dicit matrimoniū: relatio qdā est realis. q licet sit vna ex parte cause finalis q. s. ad eādē numero generationē prolis ac educationē ordinātur sed ex parte subiecti alia ⁊ alia est fm numerū. huiuscemodi autē relationis fundamētū videt esse fm mētē. S. T. multiplex. nā inqtū matrimoniū importat indiuisibilē animorū ɔiūctionē fundamētū ipsius ē vel mutu⁹ amor vel mutua fides quā vterq cōiux alteri debet. et sic loqtur 3a. p. q. 29. ar. 2°. in. cor. cum dicit. forma matrimonij cōsistit i quadā indiuisibili cōiūctione animorū per quā vnus cōiugū indiuisibiliter alteri fidē seruare tenet. inqtū vero matrimoniū importat cōiūctionē obligatoriā corporū: fundamētū relationis matrimonij est potestas quedā q in vtroq cōiuge ex verbis cōsensum exprimētibus causat. qua alteruter cōiugū in corp⁹ alterius put apls dicit Ro. 7°. habet potestatem. illud eni videt esse fundamētū relationis matrimonij: in quo eēntialiter subsistit vel fundat matrimoniū. hoc aūt ē mutua potestas cōiugū in alterutrū. put scūs doctor dicit infra dis. 30. q. pa. ar. 2. in. cor. Et cōfirmat p ea q dicit dis. 28. ar. 4. in. cor. matrimoniū inqt nō est essentialit ipsa cōiūctio carnalis: sed quedā associatio viri ⁊ vxoris i ordine ad carnalem copulā fm q eis dat potestas in inuicē. hoc aūt fundamētū videtur esse mediatū. est eni immediatū fundamētū associationis ɔiugalis vnitas eo q ad vnā plis generationē ⁊ ad vnā vitā domesticā ordinat put. S. T. innuit in hac dis. q. pa. ar. p°. sub. ar°. p°. Unde. S. T. infra dis. 31. q. pa. ar. 3. ad. 5m. dicit q in sacris in qbus imprimit character: tradit potestas ad act⁹ spūales. sed in matrimonio ad actus corporales. vnde matrimoniū rōne potestatis quā in se inuicē cōiuges accipiūt cōuenit cū sacris in qbus character imprimit ⁊ ex hoc hēt inseparabilitatē. sed differt ab eis inqtū potestas illa ē ad actus corporales: ⁊ pp̄ter hoc non imprimit characterē spūalē. hec ille. Utrūq autē fundamētū. S. Doc. innuit dis. 27. hui⁹. q. p°. ar. p°. sub. ar. 2. ad. 3m. vbi dicit q cōiūctio viri ad mulierē per matrimoniū: ē maxima cū sit ⁊ animarū ⁊ corporū ⁊ ideo cōiugiū nominatur. Secundū aūt q matrimoniū est sacrm: videt q fundamētū relationis cōiugij sit vnitas cult⁹ fidei xpiane ⁊ cōcors itētio cōiugū ad prolē generādā ⁊ educādā ad fidē xpi. sicut eni matrimoniū vt ē sacramētū addit quādā rōnē cōiunctionis ad matrimoniū put est i officiū nature: ita ⁊ hēt imediatū fundamētū supueniēs fundamēto matrimonij fm q est in officiū nature. Unde. S. T. infra dis. 31. q. pa. ar. 2. ad. 7m. aliud inqt est matrimonio eē matrimoniū: ⁊ aliud est ei eē sacrm. q nō solū ad hoc est institutū vt sit i signū rei sacre: sz etiā vt sit i officiū nature. ⁊ ideo rō sacramēti est quedā cōditio adueniēs matrimonio fm se cōsiderato ex quo etiā honestatē hēt. Et īfra. q. 2a. ar. 2. ad. pm. dicit q proles prout est bonū sacri addit supra plē prout est bonū intētū a natura. nā eni intēdit prolē put in ipa saluat bonū spēi. sed in prole fm q est bonū sacramēti matrimonij: vltra hoc intelligit vt proles suscepta vlterius ordinet in deū. Nō igit est vera opinio dicētiū q nexus vel cōiunctio matrimonialis q ex ipo matrimonij sacramēto causat ex institutiōe diuina: sit relatio nō realis sed rōnis. nā relatio illa q fundamētū ⁊ causam hēt realē: realis est. cum igitur matrimonialis nexus viri ad mulierem ⁊ ecōuerso hēat causam sui realē. s. sacramētum qd in verbis et rebus cōsistit: hēt etiā fundamētum reale. s. mutuā potestatē in inuicē: cōsequēs est q ipse nexus relatio sit realis. Et cōfirmatur. q id qd est dispositio ad effectū realem oportet esse reale. non eni ens rōnis causalitatē hēt i effectū realē: ageret eni vltra suā speciē. cū igit predicta cōiūctio vel nexus sit dispositio ad aliqd reale. s. ad gratiā gratum facientē: seqtur q aliqd reale sit. Si autem nexus matrimonialis

disponat ad gratiā ex virtute diuina: notat. S. Tho. in hac dis. q. 2. ar. 3. ad. 2m. sicut inquit aq̄ baptismi vel forma verboꝝ nō operaꝛ ad grāam imediate: ita actus exteriores ⁊ verba exprimentia cōsensum directe faciunt nexum quēdā q̄ est sacramentū matrimonij. ⁊ huiusmodi nexus ex virtute diuine institutionis dispositiue operatur ad gratiā. hec ille. ꝙ autē hic dicit nexum ipsum esse matrimonij sacramētum: debet intelligi nō de eo qđ est sacramētum tm̄: sed de eo quod est res ⁊ sacramētum prout ipse Doc. S. dixerat supra eadē. q. ar. pᵒ. ad. 5m. ⁊ videtur ꝙ nexus iste sit ornatus in sacramēto matrimonij quē supra distinctione quarta diximus esse effectum specialem ī singulis sacramētis causatum.

Quantum ad q̄rtum articulū respōdendum est obiectionibus in cōtrarium. Et q̄dem ad ꝑmum durādi contra primā cōclusionē: dicitur falsuꝫ esse ꝙ sacramētum matrimonij nō participet eā dem rationē sacramenti noue legis cum alijs sacramētis. ⁊ per cōsequēs ꝙ nō dicatur sacramentum noue legis vniuoce cū illis. neqꝫ valēt probationes in contrariū. nā per nullā illaꝝ probaꝛ ꝙ ratio cōmunis sacri noue legis diuersificeꝛ in matrimonio ⁊ in alijs sacris prout in ꝑmo notabili deductū fuit. ꝙ autē probēt rōnē specificā eē diuersam ī matrimonio ⁊ ī alijs sacris: nō obstat cōclusioni. nam illud generale est oībus cōtētis sub coī vniuoco. vnde si argumētū valeret: pari ratione probari posset ꝙ nullum sacrm̄ dicaꝛ sacramētū vniuoce cū aliquo alio. nā nō est aliqđ sacrm̄ qđ nō ab oībus alijs differat per aliq̄d sibi speciale. sicut patet inducēti ꝑ singula. Uerūtamē arguēs ad ꝓbationē minoris. s. ꝙ hoc sacrm̄ cū alijs noue legis in q̄busdā nō conueniat: aliq̄ falsa assumit. sicut est illđ ꝙ sacra noue legis excedūt dictamē naturalis rōnis: nō autem sacrm̄ matrimonij. hoc autē falsum est. nā ⁊ ī sacro matrimonij sunt aliq̄ de quibꝰ reddi non pōt rō naturalis. sicut est ꝙ ex verbis vtriusqꝫ cōiugis cōsensum exꝑmētibus causeꝛ in aīa vtriusqꝫ ornatus quidā ⁊ dispositio spiritualis ꝑ quā coꝝ q̄libet sciat vas suū possidere ad honorē dei ⁊ nō in passione desiderij, ꝑut aplūs dicit pᵃ Thesa. 4ᵒ. Itē nec rō naturalis reddi pōt de hoc ꝙ huiusmodi ornatus dispositiue operetꝛ ad collationē gr̄e gratū facientis. Itē ꝙ proles sit bonum sacri matrimonij fm̄ ꝙ ē ad fidē xp̄i procreāda ⁊ educāda: excedit dictamē naturalis rōnis sicut ⁊ ipsa fides xp̄i. ⁊ nōnulla alia assignari possunt. Preterea ꝙ signū sensibile sit extrinsecus appositū per suscipientes vel ꝑ alios: nihil refert ad rōnē sacri inq̄ztum sacrm̄ ē. vnde ⁊ huiuscemodi appositio aliquādo fit ꝑ ministros ecclesie vt ī sacro ordinis ⁊ cōfirmationis. aliquādo ꝑ alios vt in baptismo ⁊ in matrimonio. aliquādo aūt fit per ministros maiores. s. sacerdotes. aliquādo ꝑ minores vt ꝑ diaconos q̄ sanguinē dispēsant sumentibus eucharistiā. nec est cōtra rōnē sacri ꝙ etiam caro xp̄i per eos dispēsetur quicq̄d sit de rōne ꝑcepti. Patet igiꝛ ꝙ non est de rōne sacri noue legis inq̄ztuꝫ huiusmodi aliq̄s determinatꝰ modꝰ applicādi exterius sensibile ad suscipiētez sacrm̄. quāobrez diuersitas huiuscemodi applicationis nō arguit diuersitatez rōnis vniuoce ī sacris. Et confirmatur. qꝛ in sacro penitētie licet quedam pars signi sensibilis appliceꝛ suscipiēti sacrm̄ per aliū. s. per sacerdotē vt est absolutio: aliq̄d tamē eius per ipmmet suscipientē sibi applicaꝛ sicut est cordis cōtritio ⁊ oris cōfessio. neqꝫ etiā est cōtra rōnem sacramenti eucharistie ꝙ talis applicatio fiat ꝑ suscipiētē sacrm̄. nam pōt q̄s proprijs manibus sumere corpus ⁊ sanguinē dn̄i salua veritate sacri eucharistie. Ex q̄bꝰ apparet ꝙ arguens nō satis rationabiliter motus est ad equocādū nomē sacri dictū de matrimonio ⁊ de alijs. Et ꝑ hec patet respōsio ad. 2m. ¶ Ad. 3m. dicitꝛ ꝙ minor est falsa ꝑut in pᵒ notabili deductū fuit. ⁊ ad eius probationē dicitur ꝙ assumptū nō est vniuersaliter verꝝ. nam in sacramēto cōfirmationis ordinis ⁊ eucharistie: gr̄a cōfertur nō habēti nisi ponat obicē. q̄ tamē non ordināttur ꝑncipaliter ad remissionē culpe mortalis sed ad alios spūales effectus. Itē falsum est ꝙ sacrm̄ matrimonij non augeat gratiā habēti ipsam. nec valet ꝓbatio in cōtrariū. tum qꝛ licet cōtinētes sint in ꝑfectiori statu q̄ꝫ nubentes: nō inde seq̄tur ꝙ sint in maiori gratia gratū faciēte. Unde. S. Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 152. ar. 4ᵒ. ad. 2m. licet virginitas inquit sit melior q̄ꝫ continētia cōiugalis: pōt tamē cōiugatus melior esse q̄ꝫ virgo duplici ratione. ꝑimo quidem ex parte castitatis si. s. ille q̄ est coniugatus habeat animuꝫ magis paratum ad virginitatem seruādam si oporteret q̄ꝫ ille qui est actu virgo. vnde augustinꝰ instruit virginez in libro de bono coniugali vt dicat. ego non suꝫ melior q̄ꝫ abraham: sed melior ē castitas celibum q̄ꝫ castitas nuptiarum. et rationem postea subdit dicens. quod enī nūc ago: melius ille egisset si tūc agenduꝫ esset. quod autem illi egerunt: sic ego non agerem etiam si nunc agēdū esset. Secūdo

q2 forte ille q̄ non est virgo habet aliquā excellē tiorem virtutem. vnde augustinus dicit i libro ď virginitate. vnde scit virgo q̄tūuis solicita que sunt dñi: ne forte propter aliquā sibi incognitā3 infirmitatem non sit matura martyrio. illa vero mulier cui se p̄ferre gestiebat: iā possit bibere calicem dñice passionis. ¶ Tum secundo q2 licet cōtinentibus postea contrahentibus non augeat̃ gratia ad omnes actus virtutū generaliter: augetur tamē ad act⁹ matrimoniales debite exercēdos. vnde apostol⁹ p̄ª Thesa. 4°. cōiugatos vocat per matrimoniū sanctificatos cū dicit. vt sciat vnusquisq3 vestrū vas suū possidere in sanctificatione ꝛ honore: nō in passione desiderij sicut gētes q̄ ignorant deū. auctoritas autē apostoli debet intelligi q̄tum ad statū: non q̄tū ad vite meritū quod magis pensatur ex aīo operātis q̄3 ex ipso genere actus. ¶ Ad. 4m. dicitur q̄ dissimilitudo ibi assignata: non p̄tinet ad rationem sacramēti in genere: sed ad specificā differētiā. et de hoc dictu3 fuit latius in tertio notabili ¶ Ad. 5m. dicitur ad minorem q̄ licet ante baptismum inter infideles sit verū matrimoniu3 vt est quidā contractus in officium nature: non tñ inter eos est sacramētu3 matrimonij. vnde sicut est de alijs sacramētis: ita ꝛ de matrimonio q̄ .s. nullu3 suscipi pōt absq3 baptismo. vt eni ait. S. Tho. infra dis. 39. ar. 2°. ad. p̄m. q̄tūuis infidelib⁹ non cōpetat matrimoniū fm q̄ est sacrm i dispē satione ministro2 ecclesie cōsistēs: cōpetit tamē eis inq̄3m est i officiū nature. Quod aūt arguēs dicit q̄ si infideles cōiugati baptizētur eo2 matrimoniū nō est magis sacrm q̄3 prius: falsum ē. imo tunc est sacrm: nō pri⁹. et ad ei⁹ probationē dicit̃ q̄ minor est falsa. tum q2 ipa eo2 vita cōiugalis ꝛ actus matrimoniales i inuicē reddi post baptismū in ordine ad fidē xp̄i: sunt noua facta ꝛ opa quib⁹ eo2 matrimoniū hēt rōnē sacri. tu3 etiā q2 ipse actus baptismi ē quoddā op⁹ opatū faciēs matrimoniū pri⁹: eē denuo ratificatu3 ꝛ p̄ cōsequēs hēre rōnē sacri propter fidē in ipso acceptam ꝛ cultū religionis xp̄iane protestatum. vnde. S. T. infra disti. 39ª ar. 5°. ad. p̄m. dicit q̄ matrimoniū infideliū nō est oīno firmū et ratu3 sed ratificat̃ postmodum per fidē xp̄i. ¶ Ad. 6m dicitur q̄ maior non est vniuersaliter vera. non eni necessitas vel non necessitas sacramenti est ratio q̄ ministretur vel non ministretur per ministros ecclesie: sed talis ratio sumitur ab institutione diuina. si eni nullus esset eps in mūdo nec sacerdos: nemo posset ordinari in epm vl' sacerdotem: q̄tūuis necessitas huiuscemodi ordinationis immineret populo xp̄iano ad suscipiēda sacra. ecclesie salte sacramētū penitētie qđ est necessitatis mortaliter peccantibus. ¶ Ad. 7m. dicitur q̄ minor ē falsa nec valet p̄batio arguētis vt apparet ex secūdo notabili. ¶ Ad. 8m. patet solutio ex respōsione ad p̄m. ¶ Ad. 9m. patet responsio ex his q̄ dicta sunt in tertio notabili. ¶ Ad. 10m dicitur q̄ minor est falsa cōsiderando matrimoniu3 fm q̄ est sacrm. s. inq̄3tum ex istitutione diuina est signū rei sacre ꝛ inseparabilitatem inducit ꝛ alia q̄ ad ipsius significationē3 pertinēt. fm quā rationē matrimoniū sacrm grē dicitur ꝛ est quid dignius statu continētie. vnde ꝛ in ipo vt sic: ex opere opato virtus diuina supra natura3 aliqd opatur. Iteē ex habūdāti dicimus q̄ etiam cōsiderādo matrimoniū fm sui naturā: dicta minor est falsa. alias beata virgo p̄ cōtractū matrimonij cū ioseph decidisset a statu p̄fectionis qđ est absurdū. matrimoniū eni beate virginis nō fuit sacrm noue legis christo nondū incarnato. Neq3 valet probatio arguentis ex auctoritate apostoli. nā aplus ibi loq̄batur de matrimonio non q̄tū ad sui essentiā q̄ cōsistit in quodā nexu ꝛ societate cōiugali: sed q̄tū ad eius act⁹ matrimoniales ꝛ solicitudinē domesticā ac curā mūdanam quā cōiugati habere cōsueuerūt. ꝛ hunc intellectū aplus satis exp̄ssit cū p̄mitteret auctoritati allegate. qui sine vxore est: soliciatus ē que dñi sunt quomodo placeat deo. qui aūt cū vxore est: soliciatus est q̄ sunt mūdi quomodo placeat vxori ꝛ diuisus est. sup quo verbo interlinearis dicit. nō natura. s. matrimonij: s3 actu. i. diuisione officij: non p̄ncipalis intentionis vt ibi. S. Tho. exponit. et vocat p̄ncipalē intentionē: vinculū cōiugale vel prolē. Q2 autem matrimoniū ex sui natura nō habeat impfectionem s3 ex vsu nubentium: innuit apostolus eodem caº cum dicit. reliquū est vt qui habent vxores tanq3 non habentes sint. vbi interlinearis dicit. studendo dei seruicio: non operi carnis. ꝛ glosa marginalis super eodem verbo ait. quod vtiq3 facit qui habens vxorem non exigit debitū sed reddit. ꝛ qui propter infirmitatem propriā duxit vxore3 plangens poti⁹ q2 sine vxore esse non potuit: q̄3 gaudens quia duxit. ꝛ maxime qui pari consensu continentiam seruant. hec glosa. et addit. S Doc. vel causa generande prolis ad cultum dei vxorem propriā3 cognoscit. fm quas rationes celibatus ioānis non prefertur cōiugio abrahe prout augustinus inquit in libro de bono coniugali. Confirmat propositum nostrum augustinus in libro de sancta viduitate. vides inquit

Itē contra gē.li°.4.ca°.81. Itē super epistolas pauli exponēs illud.pª.Cori.15. sed dicet aliqs ꝙmodo resurgūt mortuij. ¶Secūda ꝯclusio est ꝙ res habēs esse ꝑmanēs si fuerit corrupta vl' annihilata: pōt per diuinā potentiā eadē numero reparari. Hāc cōclusionē tenet. S. T. locis ꝑxime allegatis. ¶Tertia cōclusio ē ꝙ res successiue sicut mot⁹ ⁊ tēp⁹ si corrupte fuerit vl' ānihilate: nō pñt ꝑ aliquā potētiā etiam diuinā eadē numero reparari. Hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in quodlibet ꝑallegato.

QUantum ad secundū articulū arguēdū est cōtra cōclusiones. Et qdem cōtra ꝑmaꝫ arguit scot⁹ probādo ꝙ ꝑ agēs naturale aliqd destructuꝫ possit idē numero reparari. ꝑmo ꝑ illō. 8°. metha. ca°. 3. si agēs idē ⁊ materia eadē: effect⁹ erit ideꝫ. qꝛ nō assignat diuersitatē effectus possibileꝫ nisi ꝓpter diuersitatē efficiētis vel materie. ⁊ possibile est idē esse efficiēs ⁊ eādē materiā respectu secūdo ꝓducti. ergo possibile est secūdo ꝓductuꝫ esse idē cuꝫ ꝑmo ꝓducto. minor ꝓbat̃. qꝛ ⁊ si frequēter i corruptione fiat dispsio vel diuisio materie: tñ oppositū est i multis casib⁹. puta ꝙ includatur ignis intra vrinale ⁊ ibi corrūpat̃ in aereꝫ deinde ex isto aere generet̃ ignis ꝑ reflexionem radioꝝ solariū: tūc materia inclusa erit eadē. cōsimiliter si ex solido generetur solidūꝫ vbi ꝑ̄ase forma geniti pōt seq̄ formā corrupti: seq̄tur ꝙ q̄ rōne tota materia ꝑ̄fuit sub forma corrupti: pari rōne eadē tota erit sub forma generādi. Dicetur forte ꝙ illud dictū phi debet intelligi cū hac cōditione ẜm ipm. 5°. phi. ꝙ nō est tm̄modo numeratio forme propter alietatē subiecti vl' materie sed etiā tēporis. Uel forte aliter dicetur ꝙ aristoteles licet asserat ꝙ si agens sit aliud a materia alia: nō tñ ex opposito antecedētis si agens idē ⁊ materia eadē: seq̄tur ꝙ effect⁹ sit idē. vnde in fine cōcludēdo ait. si ergo idē cōtingit ex materia idē facere: palā qꝛ ꝑncipiū qð est vt mouēs idē. nam ⁊ si materia altera ⁊ mouēs: ⁊ quod ꝑfectū est su ꝑple: cū mouēs aliud: qð factum ē erit aliud. ¶Sed cōtra ꝑmā respōsionē arguit̃. qꝛ si agēs agat nūc in. a. instāti vsqꝫ ad instās. b. causabit idē. ergo si causet in. a. ⁊ in tēpore intermedio inter. a. ⁊. b. destruatur illud causatuꝫ ⁊ iteꝝ agat i instāti. b. causabit illud idē. tenet cōseq̄ntia ex hoc ꝙ cōtinuitas tēporis intermedij: nihil facit ad idētitatem permanentis quod habet in illo tēpore et in terminis. Si neges assumptum qꝛ in. b. instāti nō pōt causa secunda a causa vniuersali puta celo habere eandē influētiaꝫ quam habuit in instāti. a. ⁊ ideo nō poterit tunc causare idē: cōtra hoc arguitur dupliciter. Primo qꝛ similis influentia sufficiat ad identitatē effectus. si eni in instanti. a. esset aliud agēs approximatū passo: produceretur idem in numero quod illō agens producit: ⁊ tamē influentia non esset eadem numero cū influentia istius: sed tantūmodo similis. nunc autē in alio instanti puta. b. erit influentia similis que fuit in instanti. a. ¶. 2°. qꝛ influentia non est aliquid absolutum receptuꝫ in causa inferiori: sed est tm̄modo ordo in causando ad causam superiorē continue quantum est de se coagētem. ergo non erit alia influentia sicut nec alius ordo cause superioris ad inferiorem. igitur. ¶. 3°. qꝛ aut simpliciter est impossibile idem numero bis producí: et tunc seq̄tur ꝙ deus hoc non poterit. aut nō simpliciter est impossibile: ⁊ tunc seq̄tur ꝙ in causalitate coruꝫ in q̄bus fuit ꝑ̄us istud possibile: et nūc erit. sed ꝑ̄us fuit in causalitate rerum naturaliū. ergo ⁊ nunc erit. ¶. 4°. quia si vbi est continua actio agētis naturalis respectu producti sicut est i sole respectu radij si pro primo instanti produceret radiū ⁊ in tēpore habito conseruaret: in vltimo instāti puta. b. erit idem radius cum non dependeat illa identitas radij in secundo instanti ab existētia eius in tempore intermedio. quia sine illa existentia posset idem numero esse productum in eodē instāti. ergo sequitur ꝙ esse in illo intermedio destructo: posset esse idē in vtroqꝫ extremo. ¶. 5°. qꝛ potentia ad formam semel productā: adhuc remansit in materia destructa illa forma vel quocūqꝫ modo cessante. ergo post corruptionem illius forme: iterum pōt produci eadem forma in numero ꝑ agēs naturale. assumptum probatur. qꝛ si deus reduceret eandem formam quod nō negatur sibi possibile illam faceret per se vnum cum materia sicut ꝑ̄us. ergo in materia erat potentia respectu eius eadem que ꝑ̄us. consequentia vero probatur. qꝛ nihil est in potentia materie: quod nō possit reduci in actū per agēs naturale. ¶. 6°. quia negatio illa que succedit corruptioni rei: est eiusdē rationis cum negatione que precedit rei productionem. sed illa negatio que precedit generationem rei: nō impedit eius productionem. ergo nec illa que sequitur impedit quin eadem res producatur. ¶. 7°. qꝛ variato posteriori: non oportet variari prius. sed vnitas rei prior est q̄ꝫ eius permanētia: ⁊ permanētia posterior est vnitate rei. ergo

variatio in permanētia seu in cōtinuatione durationis que est per mediam corruptionē inter generationē rei et eius reparationē: nō impedit eius vnitatē. ¶. 8°. arguit ꝙ probatio cōclusionis nō valeat que consistit in hoc. s. ꝙ si actio vel motus non possit reparari idē numero: ꝙ nec terminus motus vel actionis. et hoc tripliciter. primo quia duo motus differentes sm speciem vt motus rectus et circularis: possunt esse ad eūdē terminum vel locū numero vt patet. 7°. physicorū. Secūdo quia augustinus. 3°. de trini. ca°. 9. dicit ꝙ generatio vniuoca et equiuoca possunt ad idem terminari. aliqua enī sunt q̄ possunt generari ex putrefactione et nihilominus ex ꝑpagatione. Tertio quia in ꝑposito resurrectio et naturalis propagatio: ad idē terminantur numero: et tā sunt diuerse actiones sm speciē differentes. et ideo non sequitur si mutatio vel actio nō est vna: ꝙ ideo non sit forma vna vel idem terminus. ¶. 9°. quia auctoritas phi. 2°. de generatione ad oppositum allegata: non cōcludit propositum. quia intētio philosophi est ꝙ ea quorum substa non deperit: redeūt eadē numero: sicut sol ē idē numero in qualibet circulatione. sed ea quorū substātia deperit: nō est necesse eadem numero redire. sed non intendit ꝙ non sit possibile. hec scotus. ¶ Contra eandem conclusionem arguit aureolus dubitatiue inq̄rēdo. quia non apparet ratio quare non possit per agens naturale idē numero redire: nisi propter diuersitatē tēporis precedētis et sequētis. sed hoc non valet: quia identitas temporis non requiritur ad identitatē effectus. quia si sic: sequerētur multa inconuenientia. primum est. quia capio ignē et stupam: tunc in illo instanti possum applicare ignem ad stupam. pono ꝙ non aplicē pro illo instanti sed ꝑ alio. aut ergo erit idem ignis generatus in stupa q̄ fuisset si in illo instanti applicatus fuisset: aut non. si sic: ergo varietas temporis nihil facit ad varietatem effectus. si non: hoc videtur manifeste inconueniēs ꝙ ille ignis nunq̄ potuisset produci ab aliquo igne nisi in illo instanti. Secundū est quia pono ꝙ ignis calefaciat aliq̄d calefactibile vsq₃ ad certum gradū et tunc cesset calefacere. pono ꝙ post modicam horam incipiat iterum calefacere illud idem. hoc posito manifeste patet ꝙ eadē numero intēsione intendit nunc istum calorem illius calefactibilis: qua intendisset si prima calefactio non cessasset. ergo identitas temporis nihil facit ad propositum. hec aureolus in forma. ¶ Contra secundam conclusionem arguit durandus in hunc modum dicēs ꝙ salua reuerentia potētie diuine cui subest oīe possibile: videtur ꝙ nullū ꝑmanēs corruptum vel annihilatū pōt idem numero reparari. quod pōt multipliciter probari. primo sic. nō plus pōt deus nunc agens ꝑ voluntatē: q̄₃ si ageret ex necessitate nature. sed si deus ageret ex necessitate nature: nō posset eandē rem numero corruptam reparare. ergo nec agēs per voluntatem. maior patet quia posse respicit potētiam. eādem autē potentiam supponimus in deo si ageret ex necessitate nature: quā habet agens ꝑ voluntatē. voluntas enī non addit nec auget potentiam: imo quicquid pōt per solam potētiam. sed ꝑ voluntatē habet ꝙ potentia sm formā voluntatis exeat in actū. vnde ꝑ volūtatem non habet nisi libertatē vtēdi potentia: quam non haberet si ageret ex necessitate nature. vnde philosophi q̄ posuerunt deum agere ex necessitate nature: posuerunt in eo tantam potētiam quantam nos ponimus. s. infinitam. minor declaratur. quia si deus ageret ex necessitate nature licet ageret ꝑ potētiam infinitam: ageret tamē modo aliorū agentium naturalium. ꝓpter quod licet posset producere ꝑfectiorē effectum q̄₃ alia: non posset tamē corruptum repare sicut nec alia. ¶ Cōfirmatur. quia pater in diuinis generat filium ex necessitate nature. et ab omnibus conceditur ꝙ si diuina generatio interrumperetur et iteraretur ꝙ esset alia generatio et alius filius. et si hoc esset in deo respectu diuinorum: fortiori rōne esset i eo respectu creaturarū. ¶. 2ª. ratio talis est. agēs naturale non pōt repare idem sm numerum: ergo nec deus. antecedēs supponit. ꝓbatur consequentia. quia si agēs naturale non posset repare idē sm numerum et deus possit: hoc erit vel propter differentiam virtutis agētis vel ꝓpter differētem modū agēdi. ex parte enī termini non pōt esse differentia cum ponatur idē terminus respectu vtriusq₃ agētis et actionis. non ꝓpter differētem modum agendi vt pote quia deus agit sine motu et mutatione natura vero non. quia in repatione rei quo ad formam corruptam: a quocunq₃ fiat ē vera mutatio: quia subiectum se habet aliter nunc q̄₃ ꝑ̄us. s. materia recipiēs formā que ꝑ̄us fuit spoliata. vnde si lumine corrupto deus repararet ipsum esset vera mutatio sicut si sol repararet illud. Item ꝙ aliquid rei remaneat idem numero: magis videtur facere ꝙ illud cuius erat pars possit idem numero redire: q̄₃ si nihil remaneret. quia plus est reparare vtrāq₃ partē q̄₃ alteram tantum. sed in motu et mutatiōe aliq̄d rei corrupte remanet. s. materia vel subm: in annihilatione autē angeli

nihil remanet. ergo facilius videt q res corrupta reparetur p motum τ mutationē: q res annihilata p creationē vel recreationē. ergo modus agēdi p motuz τ mutationē: non impedit agēs naturale plusq diuinum quin possit idē numero reparare. Itē nec propter differētē virtutem agēdi vt pote q deus agit ifinita virtute: agēs vero naturale finita. quia effectus finitus q sm spēm suam pōt produci et producitur a virtute finita: nunq exigit infinitatem virtutis in causa sua nisi propter modum quo producitur. puta si producatur p creationē vel alio modo q creature non competit. sed omnis forma naturalis in rebus generabilibus τ corruptibilibus excepta anima rationali: est quidam effectus finitus qui sm spēm suam pōt produci et producitur a virtute finita. ergo nunq requirit in producēte virtutē infinitam nisi producatur p creationem vel tali modo qui creature non cōpetat. sz eius productio in secunda productione etiam si fiat a deo: est p veraz mutationē sicut si fieret a creatura vt statim dictum ē. ergo reparatio rei corrupte non necessario requirit virtutē infinitam. differētia ergo virtutis infinite in agēte: nō pōt esse causa quare deus posset reparare idē numero non autē natura. quod ergo ē in causa quare natura nō possit: absq dubio videtur eē illud quod tangit phus. 2°. de generatione. s. q idē manēs idē semp natum est facere idē. ad hoc autem q agēs faciat idē numero: oportet q maneat idē in se quo ad virtutē τ idem in habitudine ad passum vel productum quo ad actionē. cuz autem actio nature interrumpatur: non manet eadem habitudo agētis ad passum vel productum. nec eadem habitudo reparari pōt. τ ideo non pōt reparari idez productum sm numerum. istud etiam inuenitur in deo p comparationem ad ea quoz substātia deperijt in toto vel in parte. quia actio dei in creaturam interrumpitur: τ ideo non manet eadem habitudo dei agētis ad creaturam pro prima rei productione τ eius reparatione. τ hec ratio cōmunis est ad ea q sunt successiua τ pmanētia. ¶. 3ª. ratio talis est. quia idem locus acquiritur pluribus motibus localibus. sed eadē forma sm materiam vl' sm numerum non acquiritur pluribus actionibus: τ causa est quia motus non terminatur ad locum vt sit sed vt mobile sit in loco. τ ideo non oportet locum variari naturaliter. sed formā oportet variari actione p quam forma acquiritur. Ex hoc pōt sic argui. si eadez forma numero sit in materia pluribus actionibus: oportet q vtraq actio vel saltē altera terminetur ad formaz non vt sit simpliciter sed vt sit in materia vel in subo. τ ppter hoc ad eādē formam terminatur generatio hominis τ eius resurrectio: quia vl' vtraq actio vel saltē altera terminatur ad animā nō vt simpliciter sit sed vt sit in materia. sed in his quoruz suba deperijt: vtraq actio. s. productionis τ reparationis terminatur ad formam vt sit τ nō solū vt sit in hoc. s. materia vel subiecto. ergo impossibile ē q he due actiones terminētur ad eādem formam. ¶. 4ª. ratio talis est. quia si deus crearet angelum τ postea annihilaret τ deinde repararet: verum esset dicere q angelus bis fuit realiter τ non numeratione agentis puta dei q vnus est: nec cuiuscuq extrinseci ab angelo: q si deus nihil fecisset nisi angeluz quē annihilatū postea reparasset: adhuc esset verū dicere q angelus bis fuisset. quod non posset verificari nisi numeratione angeli vel durationis eius quod idē est. ¶. 5ª. ratio talis est. quia eandē formam puta lumē idem numero reparari aut est possibile simpliciter aut impossibile simpliciter. si sit possibile: ergo erit possibile virtute nature. pbatur. q quandocuq aliqs effectus est simpliciter possibilis τ causa est eque potēs nunc τ prius: ex tali causa potest idē effectus produci nunc τ prius. si ergo reparatio eiusdē luminis est effectus simpliciter possibilis: ergo causa naturalis q primo facit et eo corrupto manet eque potēs vt prius posset illum modū essendi sm numerum reparare. hoc autē est falsum. relinquitur ergo q reparatio eiusdē luminis sm numerum: est simpliciter impossibilis. talis autem effectus subterfugit omnē causam. ergo p nullam virtutē potest idē lumē sm numerum reparari. ¶. 6ª. ratio est quia multiplicato eo a quo per se τ totaliter vl' essentialiter depēdet effectus: multiplicat effectus. sed productum illo modo depēdet a productione. ergo impossibile est eē vnum productum τ duas productiones. ¶. 7°. quia hoc expresse dicit frater thomas vt dicit. 4°. sentē. dis. 44. ar. 2°. in solutione tertij argumenti quod fuit tale. vnus homo nō est plura animalia etc. ad quod respondet q illa ratio concludit optime τc. vt prius recitatum est. ex quibus clare patet q intentio eius est q ea quorum substantia in aliquo deperijt: non possunt sm numeruz reparari. hoc dicit in codez. 4°. dis. 12. ar. 2. q. 4. in cor. solutionis. τ in vltima parte. q. 77. ar. 5. idem per omnia dicit. hec autem pars fuit eius opus vltimum τ finale vt patet ex eius incompletione. hec durandus. ¶ 8°. arguit aureolus

probando ꝙ corruptum redire idē numero aliquo modo implicet cōtradictionē. qꝛ illud quo apprehenso omnibus alijs stantibus eisdē intellectus necessario ponit diuersitatē numeralē circa illud: impossibile est ꝙ illo stante stet numeralis vnitas. si enī illud posset stare cum identitate numerali: intellectus concipiens illud non necessario poneret circa illud diuersitatē numeralem. ergo si apprehenso aliquo omnibus alijs stantibus eisdez intellectus necessario ponit diuersitatē numeralem: videtur impossibile ꝙ illo stante fiet identitas numeralis. sed apprehenso hoc ꝙ aliquid fuit corruptum ⁊ redijt omnibus alijs stantibus paribus: intellect⁹ necessario ponit circa illud diuersitatem numeralez. ergo impossibile est ꝙ stante hoc ꝙ aliquid sit corruptū ⁊ postea redient: impossibile est ꝙ illud sit idem numero. maior patet. quia si itellectus cogitur estimare ⁊ ponere diuersitatem numeralem: necessario oportet ꝙ hoc sit ex natura terminorū sic occurrētium intellectui qui statim apprehendit talem diuersitatem sine discursu. minor probatur. accipio enim eundem motorem numero idē celum mobile: eandē terraz circa quam moueatur. volo ꝙ omīa ista sint eadē hodie ⁊ cras postea considero reuolutiones celi ab oriēte in occidēs ⁊ ecōtra q̄ sunt hodie: ⁊ vlterius cōsidero reuolutiones q̄ erunt cras: quero vtrum iste vbietates ⁊ reuolutiones vel circulationes sint eedez hodie ⁊ cras seu hodie ⁊ heri aut nō. si nō habetur propositum. si vero intellectus cōsiderat istas esse easdē hodie ⁊ cras: contra quia tūc non conciperet plures motus nec hodie et cras nec duos dies: qꝛ p diuersas reuolutiones fiunt alij ⁊ alij dies. ergo intellectu apprehēdēte diem hodiernā ⁊ crastinā: essent dies vn⁹. ergo intellectus non hēt vnde numeret istas vbietates ex numeratione celi vel motorꝫ vel terre circa quā mouetur: quia ista manēt hodie ⁊ cras eadē numero. ergo hoc habet ex natura interruptionis qꝛ eo ipso quo reuolutio et dies concipit̃ vt interrupta: cōcipit̃ vt numerata. similiter sol mouetur ab oriēte ⁊ fit aer lucidus et ascēdēte sole cessat aer eē lucidus ⁊ post sole redeunte iterum fit lucidus. patet ꝙ intellectus non apprehēdit primam lucē ⁊ secundam eē eādē: ⁊ tamē manet idē sol ⁊ idē aer. vnde ergo: certe non nisi qꝛ intellectus apprehēdit lucez corruptam ⁊ post redeuntē interruptam ⁊ ex hoc necessario numerat ipsam omnibus alijs stātibus eisdē. similiter idē patet d lumine candele pluries abscōse ⁊ discooperte ꝙ intellect⁹ necessario numerat hoc solo cōprehenso ꝙ lumē interrūpit̃ ⁊ redit. ℭ. 9°. arguit sic. qꝛ sicut se hēt quātitas pmanēs ad suum dimēsionatū: sic quātitas successiua ad suū. sꝫ si interrūpat̃ quātitas pmāsiua: necessario numerat̃ suū quātum nec manet idē numero. sicut lignū ante diuisionē erat vnū numero ⁊ post diuisionē est plura. ergo sic erit de quantitate successiua ꝙ illud qđ est quātū successiuū cuius est ipm durās: si interrūpat̃ necessario cedit in alietatē numeralē. sed eē ⁊ temporalia in cōm significant̃ p verba: sunt q̄dam durabilia ⁊ mēsurata tēpore. ergo impossibile ē ꝙ si sint interrupta fm tēpus: sint eadē numero. ℭonfirmatur. quia sicut se hēt motus ad suam durationē: ita q̄es ad suā pmanētiaz qꝛ tēpus mēsurat omnia ista. sꝫ interrupta duratione: motus non pōt cōcipi idē qui prius quia non est idē tēpus. ergo ita est d q̄ete ⁊ pmanētia. ℭ. 10. arguit sic. quia interrupto intellectu alicuius: interrumpitur et ipsuz. ⁊ illo non redeunte: non redit. oppositum enim implicat cōtradictionē. sed d intellectu vniuscuiusqꝫ eē ⁊ actus: est duratio ⁊ tēpus quia talia significata p modum verbi: non possunt intelligi sine tēpore ⁊ duratione. sed idē tēpus ⁊ eadez duratio nullo modo pōt redire eadē numero si interrumpat̃. ergo nec eē aut quicūqꝫ alius actus talis. minor probatur primo qꝛ eē ⁊ ea q̄ significātur p verba: includūt in suo intellectu ipsum tēpus vt patet p cōmētatorem. 4°. phy. qui dicit ꝙ formalis ratio motus in cōm est passio: est ꝙ sit mutatio coniūcta tēpori. ⁊ subdit ꝙ verba sunt imposita formis fluētibus. fluxus autē intelligi non pōt sine tēpore. sed probat̃ minor quo ad aliā partē. s. ꝙ non possit idē tēp⁹ aut idē motus redire idē numero. quia impossibile est motum seu tēpus corruptū ⁊ rediēs continuari: alias tēpus rediēs non fuisset interruptum nec corruptum illud quod redijt. ℭonfirmatur. quia ratio quare aliqui imaginant̃ ꝙ corruptū possit idez numero redire: est quia capiūt ꝙ tēpus non sit de eēntia ⁊ intellectu rei. est tū de oīm intellectu quo res exprimit̃ per verbuz. ℭonfirmat̃. quia impossibile est ꝙ aliquis bis viuat nisi duplici viuere. sed q̄ prius fuit mortuus ⁊ postea reuixit: bis vixit. ergo oportet ꝙ sit duplex viuere: ergo duplex eē. maior patet p simile. qꝛ impossibile ē aliquē bis moueri vno motu. ergo impossibile est aliquē bis viuere nisi p duplex viuere. ℭ. 11°. arguit qꝛ variata causa variat̃ effect⁹. sed causa idētitatis in forma corrupta ⁊ redeūte: est idētitas materie ⁊ agētis. ipsius aūt corrupti licet sit eadē materia: non tamē est idē agēs formaliter

⁊ in actu. agēs enī formalr̄ ⁊ in actu: est ꝑ actionē ⁊ formalē ꝓductionē. sed ꝓductio ⁊ actio nō ē eadē q̄ redit post interruptionē. ergo nec agēs in actu: qđ req̄rit ad idētitatē numeralē. Cōfirmat̄. q2 sicut actio specificat̄ ex termino ⁊ forma sic numerat̄ ex ipo. si ergo nō possit redire eadē actio: nec eadē forma. ¶ Cōtra tertiā ꝯclusionē arguit aureolus ꝓbādo ꝙ oēm rē successiuā corruptā preter tēp⁹ pōt deus eādē numero reparare siue illa sit mot⁹ siue actio siue relatio. primo sic. deus pōt facere quicq̄d facere nō est nō facere ⁊ ꝙ factū nō implicat ꝯtradictionē. sed si de⁹ faciat aliq̄d quicq̄d sit siue ꝑmanēs siue successiuū3 qđ fuit sub prioritate esse sub posterioritate: nulla est cōtradictio. q2 cōtradictio ē affirmatio ⁊ negatio eiusdē de eodē. sed in ꝓposito nō sequitur affirmatio ⁊ negatio eiusdē p̄dicati de eodē subiecto. si enī dicat̄ ꝙ subiectū prioritatis ⁊ posterioritatis est idē numero: nō negatur idē de eodē: q2 subm prioritatis vl̄ posterioritatis nō est ipsa prioritas vel posterioritas. si enī subiectū p̄oritatis ⁊ posterioritatis eēt idē qđ prioritas ⁊ posterioritas: cōtradictio eēt ꝙ deus repararet aliq̄d corruptū pri⁹: q2 tūc faceret ꝙ p̄oritas eēt posterioritas. ¶ .2°. q2 deus pōt facere ꝯtra repugnantiā intellectuū vbi nō pōt inferri contradictio primi modi. licet ergo repugnet intellectui significare ꝙ idē numero reparetur: cui⁹ ratio ē q2 duratio ē de cointellectu rei: ideo numerata duratiōe intellect⁹ numerat necessario ipm durās. ꝓpter qđ cōmuniter dicit̄ ꝙ res ꝑmanēs nō mēsurat̄ tēpore. s3 licet hoc repugnet intellectui intelligere ⁊ significare: q2 tn̄ pōt arguere ꝙ ibi nō est cōtradictio q2 p̄dicatū affirmatū ⁊ negatū nō dicit̄ de eodē q2 non est idē res durās ⁊ sua duratio siue res p̄or ⁊ sua p̄oritas. ergo etc̄. hec aureolus. ¶ Cōtra eādē cōclusionē3 arguit̄ ab alijs. q2 nulla rō adducta pro illa cōclusione siue a scō thoma siue a godofredo siue ab ipso durando: efficaciter concludit propositū. qđ patet discurrēdo ꝑ singulas rationes eorū. godofredus namq3 arguit sic primo loco pro illa cōclusione. q2 ponere vnitatē cū interruptione eēndi in illis ō quorū vnitatis rōne est continuatio implicat cōtradictionē. q2 ponēdo ꝯtinuationē eēndi: negat̄ interruptio. ⁊ ponēdo interruptionē: negatur cōtinuatio. et sic ponēdo vnitatē in talibus cū3 interruptione: est implicare cōtradictionē. sed omnia successiua sicut motus et tēp⁹ includūt in ratione sue vnitatis continuitatem eēndi: quia eorū vnitas est eorum continuitas. ergo ponere vnitatē in talibus cū interruptiōe est ponere contradictoria. qđ ponit q̄ dicit eundem motū qui fuit reparari: quia discōtinuatus est. ¶ .2ª. ratio eiusde3 talis est. q2 qui ponit ea esse simul de quorū ratione est non eē simul: cōtradictionē implicat. sed ō ratione prioris ⁊ posterioris in motu ⁊ tēpore est non esse simul. ergo qui ponit ea esse simul implicat cōtradictionē. sed qui ponit partē motus vel tēporis p̄teritam eandē numero reparari: non solū ponit prius ⁊ posterius esse simul sed etiā esse idē quia p̄teritum prius et postea reparatū sequitur ꝙ prius ⁊ posterius sint idem ⁊ per consequēs simul. ¶ .3ª. sua ratio est ista. quia ponatur ꝙ mobile moueatur ab. a. in. c. ꝑ. b. si ergo eadem pars numero motus q̄ precessit pōt postea reparari: sequitur ꝙ pars motus q̄ fuit ab. a. in. b. possit reparari postea dū mobile moueatur ab. a. b. in. c. sed hoc implicat cōtradictoria. quia sequeretur ꝙ ide3 mobile moueretur simul pluribus motibus differētibus solo numero: ⁊ ꝙ eodē tēpore moueretur ad. b. ⁊ a. b. ergo eandē parte3 motus numero q̄ precessit posse reparari: implicat contradictione3. he sunt rationes godofredi q̄ videtur esse eedē cum probatione scti thome ꝓ tertia ꝯclusione inducta: ⁊ tū probatione hēna 7°. quodlibet. q. 14ª. ¶ Predicte tū rōnes non videtur valere. nō quidē prima. vn̄ ad illā respōdet durand⁹ dicēs ꝙ quicq̄d sit de cōclusione: rō tū prima videt̄ solubilis. cū enī dicit̄ ꝙ oē successiuū ad sui vnitatē numeralē req̄rit continuitatē eo ꝙ sua vnitas est sua continuitas: dicēdū ꝙ cōtinuitas q̄ req̄rit̄ ad vnitatē mot⁹ nō est cōtinuitas ei⁹ cū alio motu: q2 sine hac q̄libet motus est vnus in se. nec est cōtinuitas eiusdē motus ad seipsum q2 idē non continuat̄ sibi ipi. sed est continuitas partiū continētiū eundē motū. sola ergo interruptio huic continuitati contraria soluit vnitatē motus. nunc autē ita est ꝙ interruptio q̄ esset inter primū motum et eius reparatione3: non solueret illam continuitatē nec esset ei contraria. ponimus enī ꝙ sicut prima vice partes motus fuerūt continuate: ita ⁊ in eius reparatione. interruptio ergo q̄ poneret̄: solū3 argueret ꝙ motus primo existēs et postea reparatus non essent duo motus continuati cōstituentes ꝑ suam continuationē vnū tertiu3 motū. sed nō argueret qui eēt idē motus p̄mo existēs ⁊ postea reparat⁹. qđ aūt plus assumit̄ ꝙ mot⁹ req̄rit ad sui vnitatē continuitatē essendi: dicendū ꝙ cōtinuitas eēndi quā req̄rit mot⁹ nō est ꝙ sit cōtinue ⁊ semp: alioqui hoc pōt poni dato ꝙ motus corrupt⁹ idē numero reparet̄. q2 tā prima

vice ꝗ̃ secunda: ponitur ꝙ eius duratio esset continua successione suarum partium. hec durandus. ¶ Similiter secunda ratio nõ videtur valere. qꝛ vt patet per dicta aureoli contra tertiã cõclusionem recitata: nulla cõtradictio est ꝙ illud quod fuit subiectũ prioritatis postea sit subiectũ posterioritatis. ¶ 3ª. denique ratio non videtur valere. imo sicut dicit durãdus illa ratio clare deficit: quia cũ dicitur ꝙ si deus posset reparare eundẽ motũ sm numerum tũc prima pars mot⁹ qua transitur ab. a. in. b. posset reparari dum adhuc durat secũda pars qua transit. a. b. in. c. dicendũ enim ꝙ hoc non est verũ. quod etiam patet in permanentib⁹. si enim ponamus ꝙ deus posset reparare albedinem corruptam in aliquo cui successisset nigredo opposita vel alia albedo numero differens a pma tamen non diceremus ꝙ deus possit reparare eãdem albedinẽ stante nigredine in eodẽ subiecto vel alia albedine numero differẽte. non enim possunt opposita esse in eodẽ simul subiecto nec duo accidẽtia solo numero differẽtia. similiter in ꝓposito pma pars mot⁹ non põt reparari manẽte secũda. sed nullũ argumentũ est nõ põt hoc modo reparari; ergo nullo modo. imo est fallacia cõsequẽtis, ꝓcedendo a destructione inferioris ad destructionem superioris. aliquid enim implicat contradictionem vno modo quod nõ implicat alio modo. hec durãdus. videtur ergo ꝙ rationes ille nõ sufficienter probent conclusionem. ¶ Ulteri⁹ videtur ꝙ nec rationes quibus durandus eandẽ ꝓbat cõclusionem valeant. premittit enim durandus quomodo successiua vel transeuntia differũt a pmanentibus ex quibus arguit ad propositum. prima differentia est. quia res pmanens duratione sua non interrupta: potest pluries sumi sm se totam et sm quãlibet partem sui vt homo vel lapis. successiua vero et generaliter transeuntia: nõ possunt pluries sumi sm se nec per aliquid sui duratione sua non interrupta. secunda differentia ẽ ꝙ res permanentes sunt res ꝓprie et simpliciter vt homo lapis albedo nigredo et sic de ceteris. res autem successiue non sunt res proprie et simpliciter sed solum quedam rerum habitudines vel qdam reales modi essendi. cuius ratio est. quia illud quod adueniens alicui non reddit ipsum magis compositũ ꝗ̃ prius: non est res proprie et simpliciter. sed talia sunt omnia transeuntia et successiua vt motus tempus et huiusmodi. non enim celum est magis compositum ꝗ̃ si staret: quia mot⁹ ad locum nihil variat circa rem vt dicitur. 8°. phy. et idem est de motu ad formam ꝗ̃m est precise de ratione motus. quia nullam compositionem ponit sm se circa subiectum preter illam que est forme terminantis motum et est res permanens. ¶ Ex prima differentia arguit sic. minus est rem iam existentem conseruare ne corrũpatur: ꝗ̃ corruptam reparare. sed in successiuis et transeuntibus deus non potest rem conseruare ne corrumpatur. ergo fortiori ratione nec potest corruptã reparare. maior videtur manifesta. sed minor ꝓbatur. quia si aliquod successiuũ vel transiens posset conseruari dum est in esse ne corrumperet: tũc posset pluries sumi. et sic esset pmanens et nõ trãsiens. Sed dicet aliquis ꝙ de rõne trãseuntis est ꝙ non possit pluries sumi continue ꝛ sua duratione non interrupta: quia tunc esset stans et nõ trãsiens. sed nihil ꝓhibet quin possit pluries sumi ea interrupta. nec ꝓpter hoc erit stans sed qualibet vice erit fluens et transiens. ꝓpter quod maior videtur falsa. quia magis videt esse contra rõnem successiui vel transeũtis ꝙ possit pmanere ne corrumpatur: ꝗ̃ possit reparari postꝗ̃ corruptũ est. sed istud non valet. quia si idẽ successiuũ puta idẽ motus numero põt reparari: verum esset dicere ꝙ mobile subiectũ esset bis motũ realiter. illud aũt nõ diceretur ratione numerationis subiecti quia illud est vnum. nec ratione numerationis spacij qꝛ similiter est vnum. ergo oportet ꝙ sit ratione numerationis motus vel durationis eius vel mensure extrinsece. si rõne numerationis mot⁹: habetur ꝓpositũ qꝛ omnis realis numerus est plurium rerũ. et ita motus precedẽs et sequens nõ essent vnus motus realiter sed plures quod est nostrum ꝓpositum. si dicat ꝙ hoc est ꝓpter numerationẽ durationis: in idem redit. qꝛ duratio motus non est aliud ꝗ̃ mot⁹. et ideo si vnum numeratur realiter: et aliud. nec ratione mẽsure extrĩsece vel cuiuslibet alteri⁹ extrinseci: qꝛ de⁹ posset facere ꝙ esset solum motus primi mobilis et illum posset interrũpere et iterato reparare et esset verũ dicere ꝙ celũ esset bis motum: non per numerationẽ alicui⁹ mensure extrinsece quia nulla esset: nec p numerationem subiecti vel spacij aut mouentis. ergo p numerationem mot⁹ vel durationis qđ idem est. ¶ Item eundem motũ posse reparari vel est possibile simpliciter: vel impossibile simpliciter. si sit impossibile simpliciter: ergo erit possibile virtute nature. probatio. quia quandocunque aliquis effectus est simpliciter possibilis ꝛ causa est eque potens nunc et prius: et causa tali potest idẽ effectus ꝓduci nunc sicut prius. si ergo reparatio eiusdẽ motus sit effectus simpliciter possibilis: ergo causa naturalis q̃ primo facit et eo corrupto remanet eque potens vt prius: possit illum motum eundẽ numero repa-

re. hoc autem est falsum. relinquitur ergo q̃ repa-
ratio eiusdē motus sm numerū est effect⁹ simplr
impossibilis. talis autē effect⁹ subterfugit omnē
causam. ergo per nullam virtutē potest mot⁹ idē
numero reparari. ¶ Itē si motus posset idē nu-
mero reparari: eodē modo posset et tēpus. et sic
dies que precessit posset statī reparari et non so-
lum semel sed semp. et ita totus decursus tēporis
esto q̃ duraret in infinitū: nō esset realiter nisi vn⁹
dies imo vna breuissima hora vl breuissima pars
vnius hore. q2 idē argumentū potest fieri de ho-
ra et de parte hore sicut de tota die. q̃ omnia sunt
absurda. ergo et c̃. ¶ Ex secunda differētia argu-
it sic. licet idē subiectum posset esse successiue sub
oppositis formis vl habitudinibus impossibile ta-
men est et cōtradictionē implicat q̃ oppositarum
formarum vel habitudinū vna sit alia nec simul
nec successiue. sicut possibile est q̃ eadē aqua pri⁹
sit calida et postea frigida vel q̃ idem homo pri-
mo sedeat et postea stet. sed impossibile est q̃ ca-
liditas sit frigiditas vel q̃ sedere sit stare. s̃ si idē
successiuum vel transiens posset reparari: seqtur
q̃ vna habitudo sit alia. ergo ipossibile est q̃ idē
successiuū vel transiens reparetur. minor pbatur.
quia sicut dictum est: successiua non sunt proprie
res sed habitudines rerum. sicut motus essentia-
liter est successio vel habitudo successionis mobi-
lis in loco. per eandem rationē partes mot⁹ sunt
essentialiter partes successionis. partes autē suc-
cessionis sunt prius et posterius vel potius prio-
ritas et posterioritas. ita q̃ quādo dicitur q̃ vna
pars motus est posterior et alia prior: non est p̄-
dicatio denominatiua alicuius habitudinis addi
te ad partes mot⁹: sed est essentialis quia partes
motus sunt essentialiter ipsa habitudo priorita-
tis et posterioritatis existentie mobilis sm aliā
et aliam partē in loco: sicut mot⁹ est essentialiter
successio eius per totum locum. si ergo pars mot⁹
que preterijt posset reparari eadē numero: tunc
habitudo prioritatis efficeretur habitudo poste-
rioritatis quod est impossibile vt dictum fuit. pa-
tet ergo q̃ successiua vt motus et tempus nō pos
sunt eadem numero reparari. hec durand⁹. Sed
q̃ iste rationes non sufficiēter concludāt ppositū
imo sint solubiles: ostendit petrus de palude di-
cens q̃ ad rationes illas durādi potest instari q2
durandus ad suam primā rationē bene instat nec
soluit ad instātiam sed contra arguit adducendo
nouam rationem ad conclusionē. et potest instā-
tia cōfirmari sic. plus enim videtur aliquid d̄ no-
uo pducere quod nūquā habuit esse: q̃ illud quod
aliquod esse habuit illo perdito reparare. si ergo
plus est aliquid corruptū reparare q̃ existens ne
corrumpatur conseruare: similiter maius est illud
quod nūquā fuit pducere q̃ pductum ꝯseruare.
sed motū qui nūquā fuit pōt deus de nouo pdu-
cere. ergo multo magis productū ne flueret et de
fineret cōseruare. consequens est falsum: ergo et
antecedēs. et sic si ratio bene concludit q̃ motus
non pōt postq̃ fuit reparari: ita concludit q̃ ante
q̃ fuit non potuit pduci. ppter qḋ est dicendū q̃
maior est vera ex parte agētis: quia non est mino
ris virtutis pducere et reparare q̃ pductum con
seruare: sed non ex parte effectus. sunt enim aliq̄
effectus quibus repugnat conseruari eodē mo-
do nunc et prius sicut successiua: non autem pdu-
ci et ideo possunt pduci ad essendū non autē con
seruari in essendo. ¶ Ad secundam rationē vt di
cit pōt instari. quia ex sola numeratione habitio-
nis vel habitudinis pōt dici aliquid ēē bis habitum
sine hoc q̃ habēs vel habitū sit multiplicatū. sicut
corpus humanū fuit in resurrectiōe bis animatū
vel vnitum sine binario corpor̄ et animarum ex
sola habitudine eor̄ adinuicē multiplicata: ita et
in pposito. item si vltima spera moueretur: nihil
esset ibi habēs nisi celū: nec habitū nisi mot⁹: nec
vbi nec aliquis terminus: et tamē diceret̃ bis mo
tum si ei⁹ motus interrūperet̃ sicut alia corpora q̄
mouent̃ ad vbi et locum. ergo. ¶ Ad tertiā pōt
dici q̃ idē numero reparari est possibile simplicit
et tamen est impossibile nature quia quāuis natu
ra agentis et subiecti sint eque potentia sicut pri⁹
ex quo sequitur q̃ eque perfectū effectū possunt
producere sicut prius: non tamen se habent eodē
modo numeraliter adinuicē sicut prius: sed solū
modo eadē specie. et ideo in eundē effectum spe-
cie possunt non numero. licet autem materia nō
eodem modo se habeat ad deum postq̃ habuit
formam q̃ prius quando eā a deo recipiebat: de⁹
tamen eodem modo se habet ad omnia. et vlte-
rius etiam deus ex parte obiecti nullam habitu-
dinem requirit. vnde sicut sine subiecto pōt pdu-
cere effectum: sic sine hoc q̃ subiectū habeat eā-
dem habitudinem potest eundem effectum imp
mere. ¶ Ad quartam dicit q̃ bene concludit nisi
q̃ est ibi petitio principij. quia cum continuitas sit
tota causa vnitatis in rebus successiuis motu et tē
pore: nullus diceret tempus posse reparari q̄ ne-
garet de motu. si autē dicatur q̃ post diem iudi-
cij erit vna dies: nihil ad propositum quia loqui-
mur de die qui est motus celi: tunc autem non e-
rit. sed forte aliquis diceret q̃ nullum est incon-
ueniens si sit idem dies numero heri et hodie: si-
cut nō est incōueniens si est idem asinus germani

suscitatus et mortuus et oculus perdit⁹ et restitutus. ¶ Ad quintam dicit q̃ supponit multa falsa i plogo suo. primo q̃ omnes res permanẽtes sint res proprie et simpliciter dicte. quia hoc est contra eum qui dicit q̃ relatio est res permanẽs: que tamen est habitudo et per consequẽs non est res proprie et simpliciter ſm eum. etiam ſm eum sequentia sex predicamẽta non sunt res sed habitudines: quoꝝ tamẽ sit⁹ habitus et vbi possunt habere esse permanẽs quod est cõtra suã distinctionem. ¶ 2°. quia cũ motus sit actus entis in potẽtia: et ex actu et potentia ꝓprie dicta sit cõpositio vera et ꝓpria: videt̃ q̃ omnis motus cuꝫ suo mobili faciat vnam compositionẽ. nec obstat quod dicit quia non variat aliquid circa subiectuꝫ: quia verum est de motu ad vbi in mobili incorporali. sed falsum est de mobili corporali quod per motum calefit. motus autem ad formam: per se variat aliquid circa subiectum quantum ad accidẽtalia. sed q̃ꝫᵐ ad substantiam non nisi per accidẽs inq̃ꝫᵐ generatio et corruptio sunt termini alterationis extrinseci. ¶ 3°. quia continuitas successiua que per essentiam est motus: nõ est habitudo sicut nec continuitas manens vt linea superficies corpus. quia simul iste species quantitatis ponuntur in predicamentis. et sicut diuisibilitas ĩ ea que insunt est ratio cõmunis quantitatis: ita continuitas omnis quantitatis continue tam permanentis q̃ꝫ successiue. differentia autem diuisiua alicuius predicamenti non videtur esse species alterius cuꝫ predicamenta sint impermixta. vnde cũ continuitas et prioritas sint differentie quantitatis: quia prima diuidit contra discretum secunda contra permanentem: videtur q̃ ista non sint essentialiter habitudines que sunt de genere relationis. hec petrus. ex quibus videtur q̃ rationes durandi non sufficienter probant conclusionem istam. ¶ Ulterius videtur q̃ nec rationes quorũdam aliorum ad eandem conclusionem sufficiant. arguunt enim sic primo. quia sicut continuitas est de ratione linee: sic de ratione temporis. ſ deus non potest facere q̃ linea discontinua sit vna: quia cum numerus causetur ex diuisione continui: contradictio est q̃ sit continuum actu diuisum et non sit ibi numerus: et sic esset vnum ⁊ nõ vnum sed multa. ergo similiter est ex quo motus est interruptus non est vnus. ¶ 2°. arguũt. quia deus non potest facere speciem generis alicuius simul cum oppositis differentijs. sicut non posset facere aliquod animal quod simul esset rationale et irrationale. sed presens preteritum et futuꝝ sunt differentie per se essentiales in motu et tempore. ergo non potest facere ꝺ preterito presens vt. s. quod est preteritum: idem numero sit p̃sens ¶ 3°. arguunt. quia cõtradictio est q̃ idem sibi ipsi succedat. cum autem posterius succedat priori facere de motu preterito presentẽ: est facere q̃ vnum idem et ſm idem sit prius et posterius et sibi ipsi succedat: imo q̃ sit et non sit: quia quod p̃terierat: non est: et quod est nõ preterijt. he sunt rationes eorum. ¶ Sed iste non videtur valere ad propositum concludendum vt dicit petrus. nam contra primã est instantia. qꝛ sicut de⁹ non potest facere q̃ due linee simul existentes in actu diuise sint vna: sic etiam non potest facere q̃ duo mot⁹ simul existentes discontinuati sint vn⁹ nec de hoc est questio. sed sicut potest facere q̃ linea ãnihilata eadem numero reparetur et habebit eãdẽ numero continuitatem quã prius non obstante discontinuitate temporis que fuit media: sic et motum qui fuit cum sua continuitate reparabit non obstante q̃ sua cõtinuitas fuerit interrupta sicut et continuitas linee fuit annihilata. ¶ Similiter vt dicit secunda ratio videtur non valere si motus est alia res a tempore. quia licet nõ possit fieri de preterito presens sicut nec ꝺ albedine nigredo si tamen hoc est verum: tamen sicut subiectuꝫ quod est album fit nigrum: sic videtur q̃ motus qui erat subiectum temporis preteriti vel futuri fiat subiectũ t̃pis p̃sentis. imo pl⁹ videtur q̃ de vno contrario fiat aliud formaliter. quia non est maior incompossibilitas inter contraria proṗe dicta puta albedinẽ et nigredinẽ: q̃ꝫ inter formas subales distinctas ꝑ differẽtias oppositas puta aiatum inanimatũ. sed deus posset subito facere de trunco vitulũ et de non viuo viuũ et econtra. ergo de albedine nigredinẽ. sed ibi ẽ subiectũ cõmune qꝺ remanet ⁊ forma cedit forme nõ vna fit alia. ideo et c̃. ¶ Deniqꝫ tertia ratio non videtur valere vt dicit petrus. quia diceretur q̃ deus non posset facere quin preteritũ sit preteritũ: sed idipsuꝫ quod est preteritum potest resumere vt et fuerit preteritum et nihilominus sit presens et futuruꝫ. si enĩ deus celum dum mouetur annihilaret et postea repararet: nihil prohibet vt videtur q̃ cum eadẽ latione qua prius mouebatur: ipsum repararet. ideo et c̃. ¶ Ulterius bernardus de gãnaco in impugnationib⁹ henrici quodlibet. 7°. q. 14. arguit q̃ deus posset eundem motum numero reparare. quia sicut interruptio in esse aliorum nõ impedit ꝓpter identitatẽ ordinis ad potẽtiam diuinã sic nec in motu. ergo et c̃. vbi sciendũ q̃ bernard⁹ ibidem inducat aliquas rationes generales ad ꝓbandũ q̃ deus omne corruptuꝫ vel annihilatum

potest idē numero reparare dicēs. corrupta aliq̄
forma: certū est q̄ materia manet eadē numero
et etiā potētia ad formā sm̄ q̄ materia ē sua po-
tentia. sed si in materia distiguim⁹ istā potentiam
per respect⁹ diuersos ad formas diuersas: nō ma
net eadē potētia. potētia aūt hoc secundo modo
dicta: dicit ordinem ad talē vel talē formam. sed
in materia non manet ampli⁹ ordo ad formā cor
ruptam eandem numero reparandā. q2 materia
nō est p se in potētia ad formā que per agēs natu
rale non pōt in ea introduci: q2 potentia passiua
nō extēdit se vltra actiuā que sibi correspondet.
nullū autē agens naturale pōt eandē formā nu-
mero reparare cū non possit eandē trāsmutatio-
nē numero repetere. ergo in materia nō remanet
potētia ad eandē numero formā que corrupta ē
reparandā: sed ad eandē in specie solū. identitas
autem talis potētie: nihil facit ad hoc q̄ idem nu-
mero resurgat. bene tamen manet materia in po
tentia ad eandem formā. sed hec potētia non est
naturalis sed obedientialis: quia solum respectu
dei qui potest in materia facere quicquid nō impli-
cat contradictionē. qd̄ non est si eadē forma nu-
mero reparet̄. in materia autē preter potentiam
naturalē est potētia obedientialis sicut et in cete
ris creaturis. et quia nulla corruptio vel ānihila-
tio diminuit de diuina potētia aliquid: sicut deus
potuit hanc formā pducere antequā pduceretur
ita pōt postq̄ȝ corrupta est vel etiā ānihilata. vñ
si materia prima ānihilaretur: de⁹ posset eandem
numero reparare cum eius annihilatio nihil sub-
trahat diuine potentie. itē diuina potentia eo q̄
potētia: habet quendam ordinem ad oīa p̄ ipsam
possibilia saltē rōnis: q2 entis ad non ens non est
nisi relatio rationis. iste autem ordo non tollitur
ex parte diuine potentie per annihilationem cu-
iuscūq3. quia ita potest dei potentia circa nihil si-
cut circa aliquid. vnde eque potest producere la-
pidem de materia et de nihilo. ergo annihilatio
rei non impedit quin deus possit eandem repara
re. ex quo etiam patet q̄ interruptio in esse nō im
pedit quin deus eandem rem numero possit repa
rare. quia eundem ordinem quem habet potētia
dei ad illud esse: semper habet. ita q̄ licet fiat iter
ruptio in ipso esse: nūquam tamen in illo ordine
quin semper illud esse dependeat a potentia dei.
licet quando illud esse est in actu: potentia dei in-
fluat. quando autem non est: non influit. et ideo
infinities potest idem numero quantūcūq3 cor-
ruptum vel ānihilatum fuerit reparare. et hoc est
proprium deo et nulli alteri agenti cuius potētia
non habet eundem ordinē ad rem que est et ad

illam que non est: cum potentia creata non respi
ciat nihil quasi potens aliquid de nihilo produce
re sicut potētia dei. item quod producitur p ean-
dem actionem numero: potest esse idē numero
etiam in naturalibus. sed deus eadē actione nu-
mero producit hoc productū cum primo produ-
citur et cum secundo: quia ex parte dei non diuer
sificatur actio. nec ex parte eius in quo recipitur.
quia hoc non diuersificat necessario actionē: qd̄
non requiritur ad eam. receptio autē in subiecto
non requiritur in actione diuina que nullum sub-
iectum necessario requirit. nec terminus diuersifi
cat. quia sicut deus concepit hoc productum pro
ducere quando primo producit: ita etiam quan-
do annihilatū est pōt idem cōcipere quod iterū
infinities producat̄. vnde sicut conceptus diuin⁹
semper fertur super hoc productum quantūcūq3
annihiletur: ita pōt et potentia qua agit̄ semper
per eandem actionem. quod patet in simili. edifi
cator enim pōt concipere eandē domū numero
quam prius fecit que modo corrupta est: et pdu-
cere eandem specie non numero quia alia et alia
actione agit nunc et prius. alia autē et alia actio
requirit alium et alium terminum. sed quia deus
eadem actione semper agit idem frequenter: pōt
esse terminus sue actionis. non ergo idētitati po
tentie materie vel cuiuscūq3 creature imponēdū
est q̄ possit idē numero resurgere: sed diuine po
tentie que potest quicquid non implicat contra-
dictionem. hic autem nulla contradictio est cum
interruptio in esse respectu diuine potentie non
faciat aliquam diuersitatem in esse. hec ille. et po
stea subdit sicut supra dictum est q̄ ista argumen
ta ita concludunt de successiuis sicut de permanē
tibus. quare et c̄. ¶ Ultimo arguitur contra ea q̄
dicit sanctus thomas in quarto et supra recitata
sunt. arguit siquidē scotus q̄ aliquid totaliter an
nihilatum possit per dei potentiā idē numero re
parari. primo quia ad hoc est auctoritas augusti-
ni. 22°. de ciuitate dei caplo. 2°. vbi loquens de
carne hominū reddenda in resurrectione: et si in
quit omnibus perisset modis nec vlla eius mate-
ria in vllis nature latebris remansisset: vnde vel
let eam repararet omnipotēs. ergo totaliter cor-
ruptum et destructum in totali esse potest idē nu
mero reparari. ¶ 2°. quia si destructū esset anni-
hilatum: illud nihil sequēs annihilationē: esset eius
dē rationis cum nihilo quod esset termin⁹ a quo
creationis. patet. quia iste mutationes opposite
haberent idem pro termino: vna pro termino a
quo alia pro termino ad quē. sed nihilum prece-
dens creationē nō repugnabat quin illud cum op-

ponitur posset creari. ergo et post annihilationem poterit recreari idē numero. Confirmatur ratio. quia planum est q ex parte cause manet eadem ptās. ex parte autem lapidis esto q lapis sit annihilatus: tāta est possibilitas simpliciter ad esse post annihilationē: quāta ante creationē quia nō magis includit contradictionē. nec illud nihil in quo cessit lapis: magis priuat possibilitatē quia non priuat nisi tanquā oppositū. sed eidem et essentialiter opponebatur ante creationem. ergo et c. ¶ 3°. quia in homine est aliqua entitas positiua que neque ē pars materialis nec formalis nec partes simul sicut probatum est in tertio et arguitur sic. quia aliquid est ibi causatū a causis intrīsecis. sed nec causa materialis nec causa formalis est causata a causis intrinsecis nec ambo simul. est ergo ibi aliqua alia entitas a causis diuisim acceptis: et illa destruitur: alioquin homo non esset vere mortuus: quia nō esset corruptio totalis entitatis hominis. et tamen illa entitas reparabitur eadem numero: alioquin non esset idē homo. ergo. ¶ 4°. quia si deus in hoc instanti .a. et in toto tēpore medio usque ad .b. et in instanti .b. conseruaret istud esse: concedendum esset q esset omnino idē numero. ergo si in .a. conseruat et idem in .b. instanti: et in tempore nō conseruet: erit idem. et tamen erit interruptum in tempore intermedio. probatur consequentia. quia identitas istius esse ut est in .b. ad seipsum ut est in .a. non dependet essentialiter ex cōseruatione pro isto tempore medio. quia neque ut a causa formali neque ut a causa materiali neque ut a quacunque causa essentiali. hoc etiam probatur aliter. quia alioquin non posset deus idem esse causare in aliquo instanti posteriori quod in instanti priori. quia si in instanti priori causat et in tempore sequenti conseruat illud esse: ut conseruatum in tempore essentialiter requiretur ad identitatem illius cause in instanti .b. et si tunc non esset conseruatum in illo tempore sed primo causatum in .b. non posset creari idem. ¶ 5°. quia diuersitas posteriorum non arguit diuersitatem priorum essentialiter. sed illa instantia ad ipsum esse permanēs sunt essentialiter posteriora. unde et idem esse manet in quibuscunque instantibus succedentibus. ergo siue fiat cōtinuatio inter illa instantia siue non: non minus ipsum esse poterit idem esse. Uel sic. si idem eē esset in .a. et in tēpore sequenti in .b. esset idem in .a. et in .b. ergo si destruatur posterius eo quod est durare in tempore intermedio: adhuc non necessario sequetur ex hoc diuersitas eius in .a. et in .b. ¶ 6°. quia ex illa radice q esse simpliciter interruptū uel destructum non potest redire idem: sequuntur multa inconuenientia. primum est q deus non posset resuscitare brutum idem numero. cuius oppositū nōnunquam legitur factum miraculose a sanctis. ut patet de tauro quem suscitauit sanctus siluester ut habetur in legēda eius. et hoc negare deo eē possibile: uidetur esse magne infidelitatis. et tamē anima eius sensitiua interrupta ē et destructa. Secundum est quia omnia accidentia que corrūpūtur in corruptione hominis uel ante resurrectionem: nō possēt eadē numero redire. et tūc homo resuscitatus non haberet eandem propriam passionem numero quam prius. quia ista propria passio non mansit post mortē quia erat totius ut totius et non tm̄ anime. sed consequēs est impossibile q sit idem sub specie et non habeat eandem propriam passionem. Tertium est. quia potentie anime sensitiue que sm te sunt accidentia: cū nō sint accidentia solius anime sed totius compositi primo de sensu et primo de somno: q non possent redire eedem. et ita homo resuscitatus non haberet eandem potentiam uisiuam uel audituam. Quartum est q non haberet eandem quantitatem numero. quia illa non manet nec in materia sola manente: nec in anima intellectiua. igitur et c. ¶ 7°. positio tua deficit. quia totum esse hominis potest manere non iterruptum. primo quia ut probatum est entitas totalis interrumpitur. Secundo quia esse anime intellectiue non est totale esse hominis ut tu accipis. quia omne ens habet aliquod esse. sed homo ut homo: est aliquod ens et non tm̄ anima. ergo habet aliquod esse proprium et non tm̄ esse anime. Tertio quia contradicis tibi. quia alibi dicis q status anime in corpore est perfectior q̄ status eius extra corpus: quia ē pars compositi et omnis pars: materialis est respectu totius. Contra hoc arguitur. quia quod habet totaliter idem esse: non est imperfectius ex hoc solo q nō cōmunicat alteri idem eē. sed per te anima separata habet totaliter idem esse quod coniuncta: imo esse quod est totale eē hominis quādoque cōmunicatur corpori. ergo ipsa in nullo ē imperfectior pro eo q non cōmunicat idē esse corpori. maior apparet. quia perfectio naturaliter presupponitur ei quod est cōmunicare perfectionē. ergo non est maior uel minor per hoc q cōmunicat uel nō cōmunicat. et hoc maxime si per talem cōmunicationem nullum aliud est eē totius q̄ istud idem. Quarto quia in homine est aliqua forma substātialis alia ab aīa intellectiua. et per consequēs cū cuiuslibet forme sit dare eē: in anima intellectiua non est totale eē compositi. ergo et c. ¶ 8°. quia tunc cum in morte christi relatio maternitatis

q̃ erat in virgine ad xp̄m fuerit interrupta in passione xp̄i: sequitur q̄ post passionez non est eadez mater numero q̃ prius. hec scot⁹ in forma. ¶ Cōtra eandē cōclusionez arguit aureolus et p̄mo p̄bat q̄ dicere q̄ nulla realitas q̃ in morte fuit corrupta redeat eadem numero in resurrectione: est derogare veritati resurrectionis imo negare resurrectionē. tum q₂ resurrectio est ei⁹ quod cecidit iterum surrectio. nisi asit aliquid corruptuz et perdens esse iterū redeat: non stat veritas diffinitionis resurrectionis. ergo nec veritas diffiniti. q₂ ille casus non est localis sed ƀm entitatem in nō esse. Tum secundo quia forte corrupto corrūpitꝰ eius humanitas que est tertia entitas distincta a materia et forma. ⁊ illa eadem numero redibit in resurrectione. Tum tertio quia dato opposito: sequuntur inumerabilia incōueniēna vt puta q̄ sāguis xp̄i quem resumpsit in passione nō fuit idem numero et ante passionē. quia ille fuit corruptus nec eius forma substātialis mansit cum nō sit animatus anima xp̄i. similiter q̄ capilli sanctoꝝ quorū constat formā subalem in morte corrumpi: nō resurgent idē numero cōtra illud euangelij: capillus de capite vestro non peribit. similiter sequitur q̄ non redibit eadem p̄pria passio indiuidui: q₂ illa per te est accidens et corrūpitur in morte. seqtur etiam q̄ non redibit eadē masculinitas et feminei̇tas: similiter nec eadē filiatio. similiter seqtur q̄ nō redibit eadem caro numero. quia caro humana nō dicit solā materiam et formā: sed dicit materiā accidētibus affectā ex secūdo de anima vbi habetur q̄ caro est mediū calidi et frigidi et humidi et sicci. item q̄ sensus tactus non redibit idē numero: ac p̄ hoc nec idē aial: similiter nec idē oculus. q̃ omnia sunt cōtra sacraz scripturam. ¶ 2°. p̄bat q̄ dicere q̄ nullū corruptū possit idez numero redire diuina virtute: derogat diuine oīpotentie. tuz quia augustinus. 22. ō ciuitate dei vbi querens quomodo caro comesta a vermib⁹ incinerata et dispersa resurget et redibit eadē: dicit hoc non esse difficile apud illum qui nouit omnes partes. et dato ƀm eum q̄ non remaneret ꝑ omnibus perisset modis vt nulla eius materia in vllis nature latebris remansisset: vnde vellet repararet eam altissimus omnipotens. cum quia ī principio capituli querens de cicatricibus martyrum si remanebunt et redibunt: dicit q̄ apud omnipotentez possibile est q̄ redeāt. et hoc oportet concedere de xp̄o ƀm textum euangelij cuz appa rens apostolis post resurrectionem dixit. videte manus meas et pedes meos q₂ ego ipse sum. ergo redierūt eedē cicatrices. aliter non fuisset efficax argumentū xp̄i ad p̄bandū resurrectionem. diceretur enim sibi q̄ nō sunt iste cicatrices ꝑ alie. tum quia damascenus querēs possibilitatē resurrectionis: nō vadit ad aliud q̃ ad resurrectionez christi. vnde libro quarto cap̄lo vltimo dicit. non ens factum et effluxum: reparare poterit idē iterū omnipotens. tum quia textus canonis hoc idem ostendit vt patet de virga virtute diuina conuersa in serpentē et iterum redeūre eadem numero. et de manu moysi que prius fuit facta leprosa que postea redijt ad priorem statum. tum quia miracula sanctorum hoc testantur: vt patet de tauro quem sanctus siluester suscitauit. hec ille.

Quantū ad articulū tertiuz primo notanduz est ꝓut accipitur ex dictis sācti thome in pluribus locis et signāter de potētia dei. q. 2. ar. 2. ad. 5m et. q. 9. ar. 5. ad. 18m. et. q. 10. ar. 2. ad. 12m. q̄ generans et omne agens naturale assimilat sibi genitum vel passum: non q̃ꝫm ad proprietates indiuiduales ꝑ ƀm formā specificā. et rō ē. q₂ talis assimilatio causatur ƀm rationem principij formalis actionis vel generationis. illud enīz est principiū actionis in agente: ƀm quod effect⁹ agenti assimilatur. huiuscemodi autem principium non ē principaliter proprietas indiuidualis sed specifica: siue sit principium mediatum sicut est forma substātialis agentis: siue sit principium imediatuz sicut est forma accidentalis. non enīz pater ex ratione generationis generat filium sibi similem in paternitate que est proprietas indiuidualis. nec sapiēs generat sapientem nec artifex artificē nec petrus petrū. generat tamē semꝑ homo hoiēz ⁊ leo leonē et sic de ceteris q̃ denominanꝰ ƀm formā specificā. in rebus etiā inaiatis ignis generat ignē sibi similē in forma specifica: nō in ꝓprietatibus indiuidualib⁹ que accipiunꝰ ƀm hic et nūc et ƀm alia principia indiuiduātia. nō enim ignis generat ignem in eodez loco in quo ipse est. nec ignis generatus generaꝰ in eodē nisi in quo ignis generans est generatus: nec semꝑ eiusdē quantitatis et virtutis et actionis: nec in eadē numero materia ligni vel carbonis. vnde tam est propositio assumpta vera et infallibilis: q̄ etiā in diuinis vbi maxima vnitas est: nō fallat. non enim pater generat patrem aut ingenitū: sed filium ab eo distinctū in proprietatibus personalibus. nec pater et filius spirant patrez aut filium: sed spūm sanctū ab eis distinctū ꝓprietate personali. generat tñ de⁹ deū et deus spirat deū. eo q̄ deitas q̃ hēt modū quen-

dā forme specifice in eo ꝙ cōmunis ē trib⁹ ꝑsonis est principium formale generationis et spirationis. ¶ Ex quibus inferim⁹ ad ꝓpositū nr̄e q̄stionis ꝙ nulla consequentia necessaria inferri pōt ꝙ si agēs est idem numero etiā si eadē numero sit materia: ꝙ effectus sit idem numero. probatur hoc. qm̄ forma indiuidualis non est illi principium agēdi. nec per consequēs assimilatio effectus ad causam agentem: fit quantū ad eius formā indiuidualem sed ſm formā specificam vt deductum fuit. ergo idētitas numerica agentis: non causat effectū esse idem numero. vnde phs octauo methaphisice vbi dicit ꝙ si effectus est idem: principiū agens aut mouens est idem: intelligit de idētitate specifica non de indiuiduali vt clare accipitur ex exemplis ab eo positis. vnde sanctus thomas concludens ibi sententiam phi ait. si ergo contingit aliquid idem ſm speciem fieri ex alia et alia materia vt phialam ex auro et argento: manifestum est ꝙ principium mouens oportet esse idē. s. artem. ex quo etiam consequit̄ ꝙ illud dictum phi: idem inq̄ᵐ idem natum est facere idem: debet intelligi de idētitate specifica non d̄ indiuiduali que nō est per se et principaliter principium agendi: ac per hoc nec causa assimilationis effectus ad agēs: q̄uis q̄ principia indiuidualia nōnūquā conferant ad quādā operationis d̄terminationē, put. S. Tho. doc͡z de potētia dei. q. 2. ar. 2. in cor.

¶ Secundo Notandum est ꝙ sicut phs dicit p° phy. non quodlibet fit naturaliter ex quolibet: sed vnumquodq; habet ꝓpriam materiā ex qua fit, put ipse dicit etiā octauo libro metha͡c. neq; iterum agens naturale ex qualib; materia facere potest effectū quem aptum natum est facere: sed requirit materiam dispositam sue virtuti et actioni proportionatam. sicut enim agens naturale est quid finitum et determinatum in specie: ita est finite virtutis ac actionis ad vnum aliquid determinate: sic vt nō nisi certo modo et per determinata media suum effectum ꝓducat. et presertim hoc apparet quādo effectus habet agens vniuocum a quo ex necessitate nature procedat: ita ꝙ agens naturale equiuocum ad eius ꝓductionem non sufficiat queadmodū est de animalib⁹ ꝑfectis q̄ non generantur nisi ex semine. ad quoꝝ ꝓductionem simul cū virtute celesti sine qua nihil hic inferius naturaliter generatur: requirit̄ necessario agēs eiusdē speciei. ꝓpter quod phs dicit. 2°. phy. ꝙ sol et homo generāt hoīem. ¶ Ex q̄bus inferim⁹ ꝙ p agēs naturale idē numero corp⁹ quod fuit viuum: post ipsi⁹ mortem resurgere non potest nec ab aīa resumi. ꝓbat illud. qm̄ cadauera mortuorū aut pulueres vel elementa in que mortuorū corpora soluuntur: nō sunt ꝓpria materia corporis humani per animam viuificandi. nec sunt materia disposita et proportionata ex qua agens vniuocum. s. homo producere possit aut hominem aut corpus viuū anima rationali. nam nec ad productionem hominis nec ad formationē humani corpis homo agere potest naturaliter nisi per virtutem seminis ab eo resoluti et in loco determinato. s. in matrice mulieris materiam corporis humani ad carnem et ossa disponentem et preparantem. cum autem circa pulueres et cadauera mortuorum nec semē nec aliqua virtus humana talium operationum efficaciam habere possit naturali virtute: consequens est ꝙ per agens naturale nec idem homo qui viuus fuit resurgere nec idem ipsius corp⁹ numero resumi possit. Si autem quis contentiose dicat ꝙ celum primū alterans hec inferiora per aliquam influentiam potest ex pulueribus aut cadauere absq; hominis interueniente naturali operatione corpus humanum formare et ad animā et anime virtutes recipiendum organizare: quēadmodum et potest vermes aut ranas absq; agēte vniuoco quandoq; generare: poterit simili ꝓteruia contendere dicens primum hominem ex limo terre virtute celesti fuisse materialiter formatum contra scripture sacre doctrinam dicentis gene. 2°. formauit dominus deus hominem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. non enim maioris virtutis aut efficacie est ex limo terre corpus hominis formare: q̄ illud ex pulueribus aut etiam ex elemētis in que resoluitur corpus mortuum iterato reformare. nam vtrobiq; est materia multum remota et indisposita ad corporis humani formationem nullam inclinationē seu aptitudinem naturalem ad illud habens. Et de pulueribus in quos humana corpora resoluūtur post mortem: notāter id dicit sanct⁹ thomas in cōmento super epistolas pauli exponens illud pᵃ Corin. 15°. insipiens tu quod seminas non viuificatur nisi prius moriatur. vnde pari absurditate vtraq; contentio esset refellenda. homo nāq; aut etiam humani corporis formatio vt supra tactum est: non nisi per virtutem seminis ab homine decisi et certo modo ac loco et per determinata media multisq; motibus et alterationibus ac conuersionibus et ad vltimum nisi per cōmixtionem viri et mulieris: naturaliter produci aut formari non potest. talē enim modū ꝓducendi hoīes et hominum corpora viuentia: deus a principio mundi instituit et naturalibus causis indidit.

iuxta illud gene. p°. masculũ ⁊ feminã creauit eos
benedixitq; illis deus et ait. crescite et multiplica
mini et replete terram. vbi interlinearis dicit. fe-
cunditatẽ ⁊ fetus accipite. et glosa ordinaria. mul
tiplicatio inquit hominũ: coniunctione maris et
femine perficitur. nõ igitur dãnande sunt nuptie
quas ad propagationem superna benedictio in-
stituit. Unde augustin⁹ nono libro super genesim
ad litteram caplo. 3. exponẽs illud gene. 2. facia
mus ei. s. ade adiutoriũ simile sui ait. si autem que
ratur ad quam rẽ fieri oportuerit hoc adiutoriũ
nihil aliud ꝓbabiliter occurrit q̃ꝫ propter filios ꝓ
creandos. sicut adiutoriũ semini: terra est vt vir-
gultũ ex vtroq; nascatur. hoc enim et in prima re
rum conditione dictum erat masculuz et feminaz
fecit eos et benedixit eos deus dicens crescite et
multiplicamini et implete terram. que ratio con-
ditionis et coniunctionis masculi ⁊ femine atq; be
nedictio: nec post peccatũ hominis penãq; defe-
cit. ipsa enĩ est ẜm quam nũc terra hominib⁹ ple-
na ẽ dominantib⁹ eius. hec augustin⁹. ꝓremissaz
rationẽ p̃tẽdit. S. Tho. in hac dis. ar. p°. sub. ar. 3.

¶ Tertio Notãdũ est q̃. S. Tho. 4.
quodlibet. arti. 5. tenet q̃ q̃
vnitas rerum successiuaꝝ sicut mot⁹ et temporis
habet in sui ratione durationis cõtinuitatem que
interrũpitur in earũ corruptione: de⁹ non põt il-
la eadem numero reparare si corrumpanẽ. eo q̃
talium interruptio: coꝝ repugnat vnitati indiui-
duali. ea aũt que cõtradictionẽ implicant: sub nu
mero deo possibiliũ non cõtinenẽ quia deficiũt a
ratione entis. verũtamẽ res ille quarũ vnitas nõ
habet in sui ratione continuitatem durationis si-
cut sunt res permanẽtes nisi per accidẽs in quãtũ
earum esse est subiectũ motui: si in nihilũ redigañ
vel si corrũpanẽ ẜm substãtiã: possunt per diuinã
potentiam eedẽ numero reparari: non tñ p agẽs
naturale: eo q̃ naturale agẽs nõ põt illa ꝓducere
sine motu quẽadmodũ deus põt. quia in dei po-
testate ẽ ꝓducere effectus sine causis medijs. hec
ille. Et quãtũ ad id quod sãct⁹ doctor dicit õ agẽ
te naturali: stat eius ratio in hoc ꝓut aliqui ei⁹ se-
quaces intellexerũt: q̃ quia agẽs naturale nõ po
test aliqd ꝓducere nisi p motuꝫ: oportet q̃ noto
motu corrupta restaurenẽ alio a motu quo pri-
mo fuerũt ꝓducta. sed diuersis motibus et ꝓdu-
ctionibus: ꝓduci nõ põt eadẽ res numero. tuꝫ q̃
omnis res ꝓducta depẽdet essentialiter a sua pro
ductione. ac p hoc vbi est diuersitas numero ꝓdu
ctionũ: non põt esse idẽtitas numerica rerũ ꝓdu-
ctarũ. tum etiã q̃ diuerse ꝓductiones nõ videnẽ
posse terminari ad esse idẽ numero. idẽtitas aũt
ẜm numerũ ipsius esse: requirẽ ad idẽtitatem nu
mericam rei. Sed isti vt nobis videẽ falluntur in
verbis sãcti doctoris quãtũ ad vtrãq; ꝓbationẽ.
quãtũ ad primaꝫ quidem: qm̃ expresse tenet. S.
Tho. dis. sequente. 44. q. p^a. ar. p°. sub. ar. 2. ad
2^m. q̃ alia et alia coniunctio corporis et anime in
prima hominis generatione et ĩ resurrectione: q̃
coniunctio vt dicit significat actionẽ vel passioneꝫ
non põt impedire idẽtitatem humanitatis vtro-
biq; et p consequẽs nec hominis: quia actio ⁊ pas
sio ex quib⁹ consurgit humanitas: non sunt õ essẽ
tia humanitatis. et ideo earũ diuersitas nõ indu-
cit humanitatis diuersitateꝫ. nam et generatio et
resurrectio nõ sunt idem mot⁹ numero: nec tamẽ
ꝓpter hoc ĩpeditur idẽtitas resurgentis. hec ille.
Ubi manifeste apparet q̃ nõ fuit aliquãdo mẽtis
eius dicere q̃ idẽtitas numero motus vł actionis
requirẽ necessario ad idẽtitatẽ numericã rei ꝓdu
cte. imo patet q̃ mens eius fuerit diuersis motib⁹
et productionibus vt generatione et resurrectio-
ne eandem rem numero posse bis produci. Et p̃-
terea ad ꝓbandũ q̃ ideꝫ homo numero resurget
assumit ipse doctor sanctus ꝓ efficaci fundamen-
to loco prime allegato sub. ar. p°. ad. 4^m. et. 11°.
quodlibet. ar. 6. q̃ remanentib⁹ principijs essen-
tialibus indiuidui materia. s. et forma: remanet ĩ-
diuiduũ idem: etiam si accidẽtia eius varientur ⁊
mutentur. cum ergo mot⁹ et actio per quã res ꝓ-
ducitur sit illi accidens et nõ de ipsius essentia: cõ
sequens est q̃ eius diuersitas ẜm menteꝫ Sancti
Thome non obstet qui res ipsa sit eadẽ numero.
Quãtũ ad secundã vero ꝓbationem fallunẽ pla-
ne: qm̃ quicqd esset de alijs rebus ab homine ĩq̃-
rum corruptione esse earũ interrũpitur et perit: ⁊
tamẽ ratio nihil ꝓbat de homine cui⁹ esse manet
idẽ numero et actu in anima. aĩa eniꝫ rationalis
quãuis in corpore esse existentie acquirat: retinet
tamẽ illud idẽ a corpe separata. vnde p mortem
hominis nõ interrũpiẽ aut discontinuaẽ ipm ei⁹
esse. ac p hoc ex interruptione aut diuersitate ip-
sius esse ꝓbari non põt q̃ per agẽs naturale idem
homo numero nõ possit reparari. qđ tñ. S. Doc.
per verba allegata contendebat maxime ꝓbare.
vñ videẽ q̃ sanct⁹ thomas aliã rõnem pretendat
in verbis supradictis ad ꝓbandũ q̃ per agẽs na-
turale non põt idẽ numero corruptũ resumi. Ad
cuius intellectũ animaduertẽduꝫ est q̃. S. Tho.
in eo quodlibet non loquiẽ de qualicũq; rei cor-
ruptione vt p̃dicti eius sequaces male videntur
sensisse. sed loquiẽ de corruptione totalis substã-
tie rei per quam res in nihilum decidit. et hoc pa
tet tam ex titulo questionis q̃ꝫ ex ipsi⁹ cõclusione.
vbi cum

vbi cum dicit si in nihilũ redacta fuerint vel si fuerint ſm substantiã corrupta: ly ſm substãtiam: debet intelligi totã. et disiunctio vel tenet expositiue et ponit pro seu. sic ergo vere capiendo mentem sancti doctoris ratio quã pretendit ex illo fundamento. s. q̄ agẽs naturale non põt res pducere sine motu: est talis. agẽs per motum necessario requirit materiã presuppositã q2 motus est act9 existentis in potentia. cum aũt eius qd̃ in nihilũ decidit vel ſm totã subam rei deperit nec forma nec materia remaneat: consequẽs est q̄ p agẽs naturale qd̃ necessario agit p motum: id quod in nihilum decidit vel ſm totã sui subam deperit: idẽ numero reparari aut restaurari nõ põt. sed solũmodo p agẽs diuinũ quod põt agere absq3 motu ac per hoc nulla presupposita materia. vnde soli9 dei est et creare et ea q̃ in nihilum deciduñt eadez numero restaurare. Si vero quis cõtra titulũ et decisionem quodlibeti pallegati cõtendat dicere q̄ sanctus thomas intelligit nõ solũ de corruptione totius substantie sed etiã tãtũmodo partis. s. forme subalis: adhuc argumẽtatio seu pbatio quam illi pretendũt ex dicto fundamẽto nullã habet efficaciaz ſm doctrinam sancti thome prout supra fuit deductũ. sed põt ex illis verbis ratio alia accipi doctrine sancti doctoris consona. et est rõ talis. quia omnis mot9 et actionis vel opationis naturalis principiũ formale in agẽte est illud in quo effectus agẽti assimilat᷑. agit enĩ omne agẽs sibi simile in quãtũ agit. principiuz aũt formale agendi non est agẽti forma indiuidualis sed forma specifica: siue tale principiũ sit mediatum siue imediatum, put in pmo notabili deductũ fuit. quia ergo inquit sanctus doctor: agẽs naturale non potest aliquid producere absq3 motu quo agit circa materiam quam presupponit quia ex nihilo aliqd facere non potest: consequẽs est q̄ per agens naturale non possit produci aliquid nisi simile aut idẽ ſm formã et nõ ſm materiam. ac per hoc q̄ non agit nisi simile aut idem ſm speciem et nõ idẽ numero q̃m est ex vi motus eius vel actionis. Et licet per hanc rationem directe et imediate probetur q̄ non possit produci idem numero ipsi agenti: ex consequenti tamen imo et multo magis pbatur q̄ non possit produci idem numero alteri. quoniã agẽs per formã suam que est agendi principium: magis natum est assimilare sibi passum q̃ alteri. veruntamẽ prima ratio sumpta ex premissis verbis sancti doctoris. s. agens naturale non potest agere seu producere absq3 motu: ẽ magis ad mentem et ad propositum sancti thome in pallegato quodlibet.

¶ Quarto Notandũ est circa secundam cõclusionẽ q̄ sicut durandus allegat. S. Tho. videtur tenere in nonnullis locis oppositũ conclusionis. s. q̄ res permanens si fuerit corrupta vel annihilata non potest eadẽ numero redire etiam p potentiã diuinaz. sicut in hoc. 4°. supra dis. 12. q. pa. ar. 2. sub. ar. 4. in cor. vbi expresse dicit q̄ id quod in nihilũ redactum est non põt iterũ idem numero sumi. Item parũ infra cõcludẽs contra opinionẽ quorũdam sic dicit. et ideo impossibile est dicere q̄ substãtia panis redeat nec ſm totuz nec ſm partẽ: si redire proprie sumatur vt sit idem numero quod redit. si autẽ materia panis redire dicatur non q2 eadẽ numero redeat sed alia eiusdẽ rationis: tũc oportebit dicere q̄ illa alia materia de nouo creet᷑. hec sanct9 thomas. in cuius vltimis verbis satis apparet q̄ loquitur non d̃ potẽtia agẽtis naturalis sed de potentia dei cuius solius est materiam creare. Idẽ videtur tenere in hac dis. 44. q. pa. arti. p°. sub. ar. 2. ad. 3m. vbi dicit q̄ si in homine pret᷑ animã rationalẽ esset alia anima sensitiua vt quidaz opinati sunt: argumentũ ad quod respondet optime concluderet. s. q̄ homo resurgens non esset idem animal numero. nam stante illoꝝ opinione cum anima sensitiua non sit incorruptibilis sicut patet in brutis: in morte hominis corrumperet᷑ siue cederet in nihilum: et ita non posset eadẽ numero redire ac per hoc nec idez numero animal et per consequens nec idez homo. quia quod nõ est idem animal: nõ est idem homo. et videtur loqui de potentia dei per quam resurrectio hoĩm ẽ futura. Item illud idem videt᷑ dicere. 3a. p. q. 77. ar. 5. c. inquit enĩ. si vero suba panis aut vini sit annihilata: non põt iterũ redire. quia quod in nihilum redigitur: non redit iterũ idem numero. nisi forte dicat᷑ redire predicta substantia: quia deus de nouo creat aliam nouã substantiã loco prime. hec sanct9 thomas. vbi loqui videt᷑ nõ d̃ potẽtia agẽtis naturalis: sed de potẽtia dei cui9 solius est nouã subam de nouo creare. Sed quia in preallegato quodlibet sanct9 doctor ex pposito mouet questionem vtrũ deus possit id quod in nihilum est redactũ idem numero reparare arguens pro et contra: et sic d̃ principali intentione questionẽ pertractans et per membra diuidens concludit res permanentes corruptas vel in nihilum redactas easdẽ numero posse per dei potentiam redire non autem successiuas vt sunt motus et tẽpus hoc tenẽdum est fuisse de mente ipsius quicquid dixisset in alijs locis incidentaliter loquens alias deducẽdo q̃stiones. sic enim pħs in plerisq3 philo

sophie libris vtit ppositionib⁹ alioꝝ ad ppositum suũ pbandum: cõtra quas tamẽ arguit vbi occurrit ex pposito et in speciali de eis inquirere et veritatem determinare et illas refutat. nõ enim eis aliquãdo visus fuerat tanquã ex ppria sententia sed sicut pcedens ex concessis ab aduersariis. vnde et sanct⁹ thomas in ipsomet articulo per durandum allegato. 4. 4ª. distin. huius quarti: qꝛ argumentum primũ specialiter tangebat questionem de reditu eiusdẽ rei numero post ipsi⁹ corruptionem, pbãs ex auctoritate phi partẽ negatiuã: ipse sanctus doctor in respõsione tenuit partem affirmatiuã conformiter his que in questione de qlibet determinauerat: respondẽs ad dictum phi ꝙ loquebatur de iteratione que fit per motum vel mutationem naturalem. ac per hoc ꝙ ratio inducta ſm phi intentionem: non est ad propositum. vbi .s. sermo erat de resurrectione cõmuni que nõ per motum vel mutationem naturalem sed per virtutem et actionem diuinam est futura. ex quo satis apparet ꝙ in responsione ad tertium imediate subsequens eiusdẽ articuli non mutauit sententiam: sed visus est alioꝝ opinione contra ipsosmet ponentes animã sensibilem et rationalẽ diuersas esse in homine.

¶ Quinto Notandũ est ꝙ sicut boetius dicit in libro de ebdo. id quod est: potest habere aliquid admixtum seu adiunctum. sed ipsum esse: nihil preter se hẽt admixtũ nec aliquo participat. cuius ratio assignatur a sancto doctore in cõmento: ex duplici modo quo aliquid potest aliud participare. est enim duplex mod⁹ participandi. vnus est quo materia vel subiectum participat formam vel accidẽs. et isto modo esse non põt aliquid aliud participare quia est quid abstractũ et formalissimũ et est actualitas oĩs forme. abstractũ aũt designatur absq3 cõcretione quẽadmodũ bonitas et albedo et similia. participatio vero p modũ quo materia vel subm participat formã vel accidẽs: nõ fit absq3 compositione participãtis et participati et nomine concreto designatur sicut est lignũ vel albũ. alius mod⁹ participãdi est q̃ particulare vel singulare participat vniuersale sicut homo animal. per quẽ modũ etiam ea q̃ in abstracto designantur: pñt aliqd participare. sicut albedo participat colorem et bonitas qualitatem. sed ipsum esse: nec isto modo aliqd participat quia ẽ quid cõmunissimũ nihil sup se habẽs sub rõne esse vniuersali⁹. vnde et ipsum ens qđ est cõmunissimũ: participat ipm esse p modũ quo cõcretũ participat abstractũ. ¶ Ex qbus inferim⁹ cũ. S. Doc. in. q. de po^a dei. q. 5. ar. p°. ad 2^m. ꝙ esse subale rerũ pmanẽtiũ: est p se quid simplex et indiuisibile et per consequens totũ simul ac per hoc ꝙ non mensuratur tempore sed instãti. vnde opus. 4 4. caplo. 3. cum ditass. S. Tho. in principio capituli ꝙ mobilia q̃tũ ad suum esse et suam durationem mẽsurantur tempore quia duratio eorum non est tota simul: quasi in fine capituli exponens illud ſm verum sensũ: sic ait. iuxta quod intelligendũ ꝙ mobile põt considerari dupliciter. vel q̃tũ ad suam subãm seu essentiam: vel quantũ ad suum esse. si consideratur q̃tũ ad suam subãm: sic non mensuratur tempore. eo ꝙ substãtia mobilis in quolibet nunc temporis est: nec habet successionem nec prius nec posterius. si autẽ consideretur quãtũ ad suũ esse: hoc põt esse dupliciter. quia aut cõsiderari põt q̃tũ ad suum eẽ subale: aut q̃tũ ad suũ esse quod habet in motu quod est suum moueri. si consideratur primo modo: sic non mensuratur tempore. secundo autẽ modo mensuratur tempore. moueri enĩ mobilis: nõ est totum simul sed successiuũ. hec ille. Ex quibus apparet ꝙ ſm mentẽ sancti thome: esse subale ſm se totum est simul non in successione. vnde idem esse existentie vel subsistentie est in reb⁹ inanimatis p totam earum durationẽ et idẽ viuere in animalibus. viuere autem viuẽtibus est esse prout phs dicit. 2°. li. de aĩa. Unde. S. Tho. 2°. li. sen. disti. 15. q. 3. ar. p°. ad. 4^m. dicit ꝙ diuina bonitas semper esse rebus influit: non aliud et aliud sed vnũ et idem: nec tamen res dicuntur semper fieri vel creari vel institui apud nos: sed tunc cum primo esse acceperint. Iuxta quod in de virtu. in cõmuni. arti. 11°. in coꝛ. dicit. esse substantiale quod dat forma substantialis: est vno modo. et ideo vbi ẽ aliud esse substãtiale: est alia res. Item cõtra gẽ. li. 2°. caplo. 19. ratione. 4ª. dicit. ipsum esse creature substantiale nõ est diuisibile predicto modo .s. ſm magis et minus. Uerũtamen dicitur a sancto doctore in nõnullis locis: esse coꝛruptibilium rerum mensurari tempore eo ꝙ subiaceat motui duplici ratione. ratione .s. subiecti quod subiacet transmutationi propter actionem contrarioꝝ quoꝝ est subiectum. et iterum ratione causarũ inferioꝝ que cõferunt ad conseruationẽ ipsi⁹ esse. que subiacent motui et transmutationi saltẽ corpoꝝ celestium ex quibus duratio rei habet varietatem ſm quam ipsũ esse rei per accidens dicitur variari. est enim duratio accidens consequens rem ipsã ratione sui esse. Unde. S. Tho p^a 2^e. q. 31. ar. 2. in coꝛ. quia humanũ inquit esse subiacet causis transmutabilibus: ſm hoc hominem esse est in tempore. Item p°. sen. disti. 19ª. q.

2.ar.p°.ad.4m.dicit q esse reruz temporaliũ nõ mensurat tempore nisi put subiacet variationi ex motu celi. Item. 4°.sen.dis.17.q.2.ar.p°.sub.ar.3.ad.3m. esse inquit hoiem quod fm se est in istã ti: p accidẽs mẽsurat tempore fm q cause sue variabiles sunt p tempus. sed quãdiu cause ipsi esse hominis manẽt eedẽ: et ipsum esse manet. fm mutatis causis mutat illud esse priori destructo. hec ille. Itẽ dis. 49.q.3.ar.p°.sub.ar.3.sic dicit. p accidens vero aliquid i tempore esse dicitur: ad cuius speciei cõplementũ nihil requirit quod in futurũ expectet: sicut esse hoiem quod in vno instãti cõpletur: sed est cõiunctuz motui q per se est in tẽpore, put esse hois variabile ẽ. Itẽ in.q.de pot dei.q.5.ar.p°.ad.2m.dicit q ipsum esse rerũ permanentiũ non est diuisibile nisi per accidens, put alicui motui subiacet. fm se aũt est in instãti. In cõmento quoqz sup.8°.phy.lectione.21.sic dicit. motus fm se cadit in tẽpore. esse vero non cadit in tempore sed solum fm q subiacet motui.

¶ Sexto Notanduz est q res successiua ideo sic dicta est: quia eius partes ex quibus constat sibi inuicẽ succedunt et non simul stant: ad differẽtiam rei pmanentis cuius partes simul stant. rerũ autem successiuarum est differẽtia. quia quedaz sunt successiua discreta sicut mot9 qui reperitur in angelis ex indiuisibilibus cõpositus: et tempus eiusdem modi motũ mẽsurans: de quibus dictũ fuit in pmo libro distin. 37. alia successiua sunt cõtinuitatẽ habentia quorum partes nõ solum sibi inuicẽ succedũt: sed continuantur et copulant ad aliquẽ terminũ quod est cõmune omni cõtinuo, put dicit in predicamentis. ex ratione aũt successionis, puenit in reb9 successiuis q semp vna pars sit prior et alia posterior. ex ratione vero cõtinuitatis: competit rei successiue vnitas et idẽtitas. imo nõ est alia vnitas rei successiue et idẽtitas: nisi ei9 cõtinuitas fm quam solum cotũ cui9 partes sunt diuerse et nõ simul stãt est vnum et idẽ numero. vñ de ratione totius successiui cõtinui sunt duo. s. q sit vnũ et idẽ numero in sui totalitate nam hoc ipm est esse cõtinuum: et q sit ex partibus priori et posteriori compositũ. Ex quibus inferim9 q quia corrupta vel annihilata re successiua eius prior continuitas redire nõ potest eadem numero per aliquam potẽtiam: cõsequens est q nec redire possit eadez numero ei9 vnitas et identitas. assumptum probatur. q fm re successiua corrupta: eius continuitas interrumpitur imo et destruitur. posito ergo q res ipsa successiua vt motus vel tempus restauret per potẽtiaz diuinam: continuari non potest rei iam corrupte quia non enti nihil potest cõtinuari. ergo non est vna vtriusqz continuitas. existente autem alia et alia continuitate rei successiue corrupte et rei instaurate: non põt esse res ipsa vna et eadẽ numero. Sed ad hanc rationẽ dicetur q licet continuitas rei instaurate nõ possit cõtinuari continuitati rei corrupte: redit tamẽ ipsa eadez in re restaurata sicut et redit ipsamet res corrupta. Sed responsio hec stare non põt. quod, pbatur ex rõne prioris et posterioris rei successiue. nam dato casu q res successiua corrupta vel annihilata restauretur: necesse ẽ q omnes partes rei istaurate: posteriores sint omnibus partib9 rei prius corrupte tum quia succedunt illis. quod autez alteri sic succedit in rebus successiuis: posterius est eo. tũ etiã quia restauratio rei corrupte: est in tẽpore posteriori illi tempori quo res corrupta prius esse habuerat. ergo partes rei istaurate posteriores sũt partibus prioris rei corrupte. cũ ergo partes priores et partes posteriores in rebus successiuis nõ possint esse eedez numero sed necessario sunt alie et alie: consequẽs est q non eadem numero fm alia et alia sit continuitas vtrarũqz. et per consequens res que ex vtrisqz constituit est alia et alia. si vero iterũ dicatur subterfugiendo q ad eandez continuitatem rei alicuius successiue non necessario exigitur q sint eedem partes numero sed q sibi inuicem succedant: dicimus q nec istud valet i pposito nostro. tum quia licet ad continuitatem sufficiat q partes sibi inuicẽ succedant: ad eandẽ tñ numero cõtinuitatẽ requirit necessario q eedẽ numero sint partes sibi inuicẽ succedẽtes. quia sicut simpliciter ad simpliciter: ita magis ad magis. tum secundo qz inter rem prius corruptã et eius instaurationem: intercidit tempus medium in q nec iste nec ille sunt. ratione cuius ipsa successio vtrarũqz partium non põt habere cõtinuitatez cũ fuerit prius interrupta. interruptio autem successionis: soluit et rescindit eius continuitatem. patet igitur q partes rei successiue instaurate p quãcũqz potentiã: continuari non possunt partib9 rei successiue prius corrupte. et per consequẽs nec ex successione vtrarũqz partiũ constitui põt vnuz et idẽ totũ continuũ successiuũ. Sed forte rursus dicetur q inter rem corruptã et eius instaurationẽ nõ necessario intercidit tẽpus mediuz: sed eẽ põt q in tempore pcedente res successiua corrũpat et in instanti quod est termin9 ipsius tpis restauret per dei potentiã. inter tẽpus autẽ et vltimũ istãs quo terminat: nõ cadit aliquod mediũ vt phs pbat. 4°.et.6°.phy. Sed ɔtra hoc sunt duo. vnũ est q saltẽ vbi intercidit tẽpus mediũ vel incidũt

duo instātia q̄ etiā successionē et cōtinuitatē rescindunt: non potest per potentiā diuinam eadē res numero successiua redire qđ satis esset nostro ꝓposito. aliud est. qꝛ etiā in casu ꝙ .s. nō incideret tempus mediū: stat ratio supra posita ꝓbans ꝙ rei instaurate et rei prius corrupte partes nō pñt esse eedē numero: cū alie sunt priores alie posteriores. que diuersitas licet nō repugnet identitati partiū rei ꝑmanentis nec earum cōtinuitati: repugnat tamē continuitati et identitati numerali partiū rei successiue q̄ necessario exigit eundē numero ordinem in earum successione. eo ꝙ rei successiue continuitas et eius partiū: ex ipsa earū successione cōstet. cū eni non sint simul ꝑmanētes: cōtinuari sibi inuicem non pñt nisi successionis non interrupte cōtinuitate: et quia prioris et posterioris partis semꝑ est idem ordo in re successiua. ita ꝙ eiusdē numero rei successiue nūquā ea pars q̄ ē altera prior: est illa posterior aut simul cū ea nec ecōtra. nec eiusdē numero rei successiue possunt esse nunc partes priores nunc posteriores sibi ipsis inuicem. qđ necessario cōtingeret si res successiua corrupta eadem numero posset redire. nam vt supra dicebatur: partes eius in reditu posteriores essent partibus quas ante corruptionem habuit vt pote in posteriori tempore esse habētes. ex quo sequeret̄ ꝙ esset eadē res numero et non esset eadē res numero. quia in eo ꝙ partes rei corrupte sunt priores partibus rei instaurate: sequit̄ ꝙ res corrupta et res instaurata non sit eadē numero. sed ponebatur eadē numero. et ita esset eadem numero et nō esset eadem numero: quod ē cōtradictoria esse simul vera. vnde patet ex premissis ꝙ nō subiacet potētie diuine rē successiuā corruptā seu ānihilatā eādē numero restaurare.

Uantū ad articulū quartū respondēdū est obiectionib⁹ in cōtrariū. Et quidē ad primū scoti cōtra ꝑmā cōclusionē dicit̄ ꝙ auctoritas phi non est ad ꝓpositū. qꝛ phs loquit̄ de identitate et diuersitate specifica vt manifeste accipit̄ ex exēplis ab eo ibi positis et patet etiā rōne. nā sicut deductū fuit in ꝑmo notabili: in agēte naturali ꝑncipiū formale agēdi ꝗm ꝙ effect⁹ assimilat̄ agēti: nō est forma idiuidualis sed specifica. et ideo ex ipsa ratione actionis vel ꝓductionis non habet passum vel ꝓductū ꝙ sit simile vel idem agenti identitate numerica sed dūtaxat specifica. vnde vt bene durandus obijcit contra arguentē: si ꝓpositio phi deberet intelligi q̄tū ad identitatem vel diuersitatem numericam: eadē numero circulatio celi q̄ fuit heri esset hodie et cras et semper: cum agēs sit idem numero. s. mouens celum et idem numero subiectum. s. celum. nec valet argumentum a simili quod aliqui adducunt dicentes ꝙ sicut agēs idē specie producit idem sibi specie: ita agens idē numero producit idem numero. qm̄ similitudo non valet pro eo ꝙ principiū formale agendi sicut dictum est non est forma iduidualis sed forma specifica. et assimilatio producti vel passi ad agens: ē naturaliter ꝗm id quod est principiū formale agēdi. ¶ Ad. 2ᵐ. dicitur ꝙ hoc argumentū est replica cōtra respōsionem quā ipse arguēs introducit quā nos nō ꝓbam⁹ et ideo cōtra nos nō militat. ¶ Ad. 3ᵐ. dicit̄ ꝙ idē numero bis ꝓduci: non simpliciter est īpossibile qꝛ deo ē possibile. ē tñ īpossibile agēti naturali, ꝓpt rōnes tactas in ꝑmo et secūdo notabili. ex q̄bus etiā apparet falsitas vltime cōsequētie. nō eni res post sui corruptionē est sic in potētia agētis naturalis: nec etiā in potētia materie ꝓpinq̄ sicut ātequā ꝑmo fieret. ¶ Ad. 4ᵐ. dicit̄ ꝙ assumit falsū. s. ꝙ idētitas numerica radij ī vltimo instāti nō depēdet a cōtinua existētia radij tēpore intermedio. qꝛ imo ipsa continuatio radij in toto illo tēpore causat ꝙ idem radius sit in quolibet ei⁹ instāti. vnde si tēpore intermedio cesset existentia radij: nō iam erit idē radius in vltimo instāti cum habeat alias indiuiduales conditiones. s. quandā nouitatē quia tēpore intermedio non fuit et postea est. it ē est noua actione agētis ꝓductus: eo ꝙ agēs ꝑ casum fuit in ocio tēpore intermedio: ac ꝑ hoc aliter se habuit nūc q̄ prius. item et ipse radius habuit esse in alia tēporis duratione. huiuscemodi aūt diuersitas conditionum indiuidualium facit rem esse non eandē numero. ¶ Ad. 5ᵐ. dicit̄ ꝙ antecedēs est verū loquēdo de potētia materie remotissima q̄ est idem cū sua essentia q̄ nullū ordinē determinatū habꝫ ad determinatā formā. et tunc cōseqnentia est nulla qm̄ agens naturale nō est sufficiēs ex tali potētia remotissima formā determinatā educere: quod tamen de⁹ pōt qui etiam ex nihilo pōt formā educere. vt enim deductū fuit in secundo notabili: agens naturale non pōt ex quolibet facere qđlibet sed ex materia disposita et ꝓportionata facit determinatū effectū. illa aūt ꝓpositio nihil ē in potētia materie qđ ꝑ agēs naturale nō possit in actū reduci: habet veritatē de potētia naturali non de obediētiali. potētia aūt naturalis materie per se est ad id ad quod agēs naturale habet per se ⁊ directe potētiā actiuā. id autem est simile vel idem specie non numero, vt in ꝑmo notabili fuit dedu-

ctum. ¶Ad. 6m. dicit q̄ pductionē rei corrupte non impedit negatio ipsius inq̄m negatio est. sed impedit quia in agente naturali non est potentia actiua ad pducendū rem corruptā vel annihilatam eandem numero. nec in materia est potentia per se ad illud sicut dictū est. impediunt preterea indiuiduales proprietates vt temporis loci et aliarum circunstantiarū q̄ faciunt vnum numero. ¶Ad. 7m. dicitur q̄ in eo cōmittitur fallacia non cause vt cause. non enim variatio in pmanentia vel duratione rei corrupte impedit per se eādem numero redire: sed impediunt que dicta sunt ī p̄cedente solutione. ¶Ad. 8m. dicitur q̄ procedit ex falso intellectu quē arguēs habuit ī verbis sancti thome. nō enī sanct⁹ doctor fundat pbationē cōclusionis in hoc q̄ actio vel motus alius et ali⁹ non possit terminari ad idem numero sicut male intellexit arguēs: cum ipse teneat contrarium de p̄ma hominis generatione et d̄ eius resurrectione sicut in tertio notabili fuit ostensū. sed fundat illam in hoc quia agēs naturale p̄supponit materiā eo q̄ agat necessario per motū. et ideo actio eius nō se extendit ad id quod est simpliciter corruptū vel annihilatū. nā de tali corruptione ibi loquebatur, put latius deductū fuit in tertio notabili. ¶Ad. 9m. dicit q̄ arguēs false exponit textū phi sicut clare apparet litterā inspiciēti. vnde nullus comētator talem habuit expositionē. vbi et comētator auerroi sic ait. dicamus ergo q̄ omnis substantia indiuidua manens incorruptibilis necessario reuertitur fm idem indiuiduum. corruptibilia autē impossibile est vt reuertantur nisi fm speciē. verbi gratia. aer gen̄rabitur ab aqua et aqua ab aere: non q̄ indiuiduū illius aque corrupte reuertatur per se quamuis materia esset eadē et agens idem. qm̄ si idem agens ex eadē materia faceret lateres ⁊ postea corrumperentur vt faceret alios posterius: manifestum est q̄ differūt a precedentibus. hec comentator. ¶Ad ea que obijcit aureolus cōtra eandem cōclusionem dicatur q̄ quicquid sit de eorū pcessu nam non est satis efficax: et tamē quantū ad presens sufficit: pcedunt ex falso supposito. non enim diuersitas tēporis est sufficiēs causa quare non possit per agēs naturale idem numero corruptū redire. sed causa est que in precedētibus solutionibus est tacta ⁊ latius in primo et secundo notabilibus. ¶Ad argumenta durādi contra secundā cōclusionem: ad primū dicitur ad minorē q̄ est falsa. et ad ei⁹ probationē dicimus q̄ quāuis in tali casu de⁹ ageret modo aliorum agētiū naturalium quātū ad hoc qd̄ est ex necessitate nature agere: non tamē seq̄-tur q̄ quantū ad omnia haberet modum agēdi illorum. nam cū deus habeat virtutē et potētiam infinitam quam nullum agens naturale habet: alium modū agendi habere posset q̄m ad illa q̄ virtutem et potentiam infinitam requirunt. sicut est agere nulla materia presupposita et agere in istāti et agere ex quolibet quodlibet nulla dispositione aut proportione naturali presupposita. quos modos agendi non attingit agēs naturale quia est virtutis finite et non agit nisi per motum. et d̄ numero illorum est eādem rem numero corruptam restaurare. Ad confirmationem dicimus p̄mo q̄ argumentum est cassum quia procedit nō solum ex casu impossibili: sed etiam incompossibili. dicitur secundo ex superabundanti q̄ posito p impossibili casu arguentis: argumentū procedit ex falso supposito. quia enim diuina generatio nō est res successiua cum sit ipsa dei patris potentia ⁊ substantia: eadē numero gen̄ratio virtute dei patris et idem filius reiteraretur. ¶Ad. 2m. negat consequētia. et ad eius pbationem dicit q̄ illud est propter differentiam virtutis agentis et pter differentem modum agēdi. et ad eius p̄mam improbationem q̄. s. non pter differentem modum agendi; dicitur q̄ arguens insufficienter tangit differentiam vtriusq̄ agentis q̄m ad modum agendi. nam non solum aut primo et per se stat ī hoc q̄ est agere cum motu vel mutatione vel sine illis: sed in multis alijs. et quantum sufficit ad positum nostrum stat in hoc differentia: q̄ deus potest ex nihilo aliquid agere: propter quod potest corruptum seu annihilatum idem numero restaurare. hunc autē modum agendi naturale agens habere non potest. item potest deus agere ex materia presupposita absq̄ motu et mutatione prius disponente et preparante ac proportionante materiam ad formam introducendam. q̄lem modum agendi non potest habere agens naturale. quamobrem deus potest ex quolibet q̄dlibet agere quod non potest agens naturale. et licet in tali modo agēdi materia aliquo modo mutetur quia nunc habet formā quam prius non habebat: nō tamen mutatur preuijs alterationibus et motibus quibus mutatur et variatur fm modum agendi agentium naturalium. patet igitur q̄ nostra conclusio verificatur propter diuersum modum agendi agentis dei et naturalis agētis. Item neq̄ valet improbatio arguentis secunda quātū. s. ad differentē virtutem agentis. vnde cōceditur primus processus vsq̄ ad minorem principaliter intentā ab arguente. s. q̄ productio rei corrupte secundo facta etiam si fiat a deo: est per

verã mutationẽ sicut si fieret a creatura. ad quaz
dicim⁹ q̃ deficit. tum q2 falsum est q̃ etiaz si de⁹ in
reparatione eiusdem rei numero ageret per ve-
ram materie vel subiecti mutationez: q̃ effectus
fieret a creatura per talem motũ et mutationez.
nam vt statim probatum est: agens naturale nõ
potest effectum naturaliter producere omni illo
motu et eo solo quo agens diuinũ potest illũ pro
ducere. tum etiaz quia reparatio rei corrupte vel
annihilate etiam si fiat per motum vel mutatio-
nem: requirit in agente virtutẽ infinitam q̃ possit
ex q̃libet facere quodlibet: eo q̃ res corrupta non
remaneat in potentia naturali ad secundam sui-
in et numero ꝑductionez vt deductum est supra.
vnde argumentum procedit ex falsis. ¶ Ad. 3m.
dicitur q̃ assumptũ est falsum q̃ᵭm ad secundã par
tem .s. q̃ eadẽ forma ſm numerũ non acquiritur
pluribus actionib⁹. nec causa ibi assignata est ve-
ra. imo eadẽ forma numero acquiri põt varia a-
ctione. Unde ad formaz argumẽti dicit̃ primo q̃
maior nõ est vniuersaliter vera nec arguens eam
probat. Dicit̃ secundo q̃ ⁊ si in actionib⁹ agẽtium
naturalium gratia materie sit vera eo q̃ ꝓpter ra
tiones preallegatas non possunt rẽ corruptã eã-
dem numero reparare: formaliter tñ et ꝑ se nõ re
pugnat pluribus actionibus eandẽ formã acquiri
non solum vt sit in subiecto: sed etiã vt simpliciter
sit. Nec valet ratio quorũdam ꝓbare volentium
q̃ repugnet cõtradictorie pluribus actionib⁹ agẽ
tis vel agẽtium naturaliũ eandẽ formã acquiri. ar
guunt enim sic. omne agẽs naturale agit ꝑ motuz
ita q̃ actio agentis naturalis materialiter est mo
tus. sed mot⁹ ſm phm. 3°. phy. est in genere ⁊ spe
cie sui termini. ergo multiplicat̃ vel identificat̃ ex
ratione sui termini: quia a quo aliq̃d spẽm habet
habet et vnitatem vel pluralitatem. sequitur er-
go q̃ ad eandem formã numero non pñt diuersi
mot⁹ terminari: ac ꝑ hoc nec actiones diuerse a-
gentis naturalis. Sed certe ratio istoꝝ parũ va-
let nam valet gr̃a materie nõ gratia forme. qm̃ li
cet actio agẽtis naturalis nõ fit sine motu qui ſm
se specificat̃ a termino ⁊ reducit̃ ad ei⁹ predicamẽ
tuz et genus ⁊ speciẽ: formale tñ in actione nõ est
motus nec accipit̃ ex termino: sed ꝓpriũ genus ⁊
differẽtias habet et ad speciale predicamẽtũ per
tinet: et diuersificant̃ eius species ſm formarũ di-
uersitatẽ q̃ sunt principia agẽdi. vnde ꝑ se et for-
maliter loquẽdo actio sicut nõ specificat̃ a termi-
no: ita nec identificat̃ nec plurificat̃ ab vnitate vel
pluralitate termini. et ꝑ consequẽs nõ repugnat
per se et formaliter loquẽdo q̃ eadẽ actio termi-
netur ad plures terminos sicut est de actione di-
uina: aut q̃ plures actiones terminent̃ ad eundẽ
numero terminũ. plures nãq3 actiones etiã agen
tium naturaliũ: ad eandẽ formã et ad idẽ produ-
ctum videmus terminari. sol enim et agens par-
ticulare diuersis actionibus eandẽ rem producũt
vt plantã vel animal. quocirca phs dicit. 2°. phy.
q̃ sol et homo generãt hominẽ eundem .s. nume-
ro. non certe eadem actione sed pluribus. consi-
militer pater et mater diuersis actionib⁹ eundem
numero filiũ generãt. et licet mater magis se ha-
beat vt patiẽs q̃z vt agens: aliquas tamen habet
actiones circa filij generationez. et si id reperitur
in actionibus agẽtium naturaliũ: multo veri⁹ erit
si fuerit agens diuinũ cui⁹ actio nullã realem idu-
dit relationẽ ad eius ꝓductuz. ¶ Ad. 4m. dicitur
q̃ in illo casu angelus diceret̃ bis creat⁹: non nu-
meratione ipsius angeli nec ipsius esse subalis: ꝫ
propter duplicẽ eius creationẽ passiuam et ꝓpter
duplex tempus vel duplex instans temporis in q̃
primo et secũdo fuisset creatus et habuisset esse.
¶ Ad. 5m. patet solutio ex responsione ad tertiũ
scoti contra ꝓmam conclusionem. ¶ Ad. 6m. dici
tur q̃ minor est falsa. vt enim deductum est i ter-
tio notabili et dictis sancti thome: nec actio nec
passio sunt de essentia rei producte. ¶ Ad. 7m. pa
tet quid dicẽdũ sit ex quarto notabili. ¶ Ad. 8m.
quod est aureoli dicit̃ q̃ maior est vera de intelle
ctu qui falli non potest: nõ autez de intellectu qui
humanus vel sensibilibus imaginationibus deci-
pi potest. et tũc ad minorẽ dicit̃ q̃ quantũ ad cir-
culationes et reuolutiones et dies vel tẽpora nõ
militat contra nos. nam ista sunt entia successiua
de quibus cõclusio nostra tertia tenet q̃ si corrup
ta vel annihilata fuerint: per nullã potẽtiam pos-
sunt eadẽ numero restaurari. de luce vero solis q̃
ſm se est qualitas ac per hoc res ꝑmanẽs: dicim⁹
q̃ intellectus verus et qui nõ fallitur vnã tantũ-
modo lucez solis et eandẽ numero iudicabit esse
tam sole ascendẽte q̃z descendente: quicq̃d dicat
intellectus deceptus ex sensus apparentia. idẽ di-
cendum est de lumine candele absconse et disco-
operte. vtrobiq3 enim est eiusdem lucis cõtinua-
tio q̃uis sensus noster id non percipiat eo q̃ rem ꝑ
ipsam bis illuminãtur. Unde. S. Tho. 2°. sentẽ.
distin. ꝑa. q. ꝑa. arti. 5. ad primũ in oppositũ dicit.
q̃ si sol essz ab eterno: radius eius ab eterno essz.
Et infra distin. 15. q. 3a. arti. ꝑ°. ad. 4m. dicit q̃ si-
cut influentia solis per irradiationem est semper
quãdiu aer illuminatur vt possit dici semp sol fa-
cit lumen in aere; ita et diuina bonitas semp esse
rebus influit: non aliud et aliud sed vnum et idẽ.
Item quodlibet. 4°. arti. 9. ad primũ: lumen in-

quit semper fit in aere quia semper actione solis illuminātis conseruatur: non ꝙ semper fiat aliud et aliud lumen. ¶ Ad. 9^m. conceditur deductio. non enī aliquid concludit nisi de rebus successiuis. Et ad confirmationē de quiete: idem est dicē dum. nam vt. S. Tho. dicit infra dis. 49. q. 3. ar. p°. sub. ar. 3. in cor. quies sicut et mot⁹ est in tēpore eo ꝙ quiescere est eodē modo se habere nunc vt prius. ita ꝙ de ratione quietis est vt aliq̄d sui complemēti in futurū expectet. omne autē tale vt ibi sanct⁹ doctor premittit est per se in tempore. ¶ Ad. 10^m. dicitur ꝙ minor est falsa loquendo de esse rerū permanētiū et de actu qui est forma. et ad eius probationē dicit ꝙ dictū commentatoris non habet veritatē de verbis substātiuis seu significantibus res pmanētes qualia sunt esse viuere et similia: sed de verbis adiectiuis impositis ad significandū res successiuas. s. formas fluentes vł fluxus earū. et per hec patet ad primā confirmationē. Ad secundā confirmationem negat antecedens. nā vt dictum fuit ad. 4^m durādi contra secundā cōclusionem: s̄m idē numero esse et viuere potest aliquid bis esse et viuere ꝓpter duplicē sui ꝓductionem saltem passiuā: et ꝓpter duplicē sui durationem vel tempore vel instanti. neq̄ valet eius ꝓbatio per simile de motu. quia mot⁹ ē essentialiter res successiua: non autem esse aut viuere. ¶ Ad. 11^m. dicitur ꝙ ꝓcedit ex falso supposito. s. ꝙ requiritur ad idētitatem rei restaurate postquā fuit corrupta: idētitas agētis s̄m ꝙ est actu agens idest s̄m ꝙ agit eadem actione numero qua primo rem ꝓduxit. hoc autem non necessario exigit q̄ꝫ^m est ex ratione identitatis rei prout dictum fuit ad. 3^m. durandi contra secundam conclusionē. quod autem arguens dicit ꝙ non est eadem productio actio post interruptionē: dicitur ꝙ loquēdo de actione dei per cuius solam potentiam fit ꝙ redit eadem numero res corrupta: dictum arguentis est falsum. nam dei vna tātūmodo actio est qua producit omnes creaturas ꝛ circa vniuersas res agit etiam si millesies eas produceret. Ad confirmationem dicitur ꝙ assumit falsum. nō enī actio formaliter et inquantū actio: specificat ex termino: sed magis ex pricipio formali prout sanctus thomas docet in pluribus locis: et per se habet genus et differentias que pertinent ad speciale predicamentum. ¶ Ad argumenta aureoli cōtra tertiam conclusionem: ad primū dicitur ꝙ minor est falsa. imo ex illa positione sequeretur contradictio prout deductum fuit in sexto notabili. neq̄ valēt ea que arguens adducit ad probationem minoris. quia licet non sequatur hec cōtradictio. s. ꝙ prioritas sit posterioritas: sequitur tamen ista contradictio ꝙ eedem partes numero simul sint priores et posteriores respectu eiusdē: et ꝙ eadem numero res sit et non sit eadē numero prout ibi fuit ostensum. Et per hec patet responsio ad. 2^m. vbi arguēs nōnulla falsa assumit. vt ꝙ duratio sit de cointellectu rei. item ꝙ repugnet intellectui eandem numero rem permanentē corruptam restaurare: propter que etiā argumentū deficit. ¶ Ad argumenta aliorum cōtra eandem conclusionem dicitur ꝙ assumptū est falsū. et ad eius probationē dicitur ꝙ impugnatio prime rationis non valet. dicimus enim cum arguente ꝙ continuitas que requirit ad idētitatē numeralē motus: est continuitas suarū partiū. sed hec eadē numero nō redit nec redire potest in restauratione rei prius corrupte. nam ad eandem cōtinuitatem numero necessario exigitur idem ordo partium sibi inuicem succedētium. nam continuitas partium rei successiue: ex earū successione non interrupta constat prout dictū fuit in sexto notabili. in restauratione autem rei successiue corrupte non potest idem ordo partiū redire. quia cū esse huiuscemodi partium sit in successione: necesse ē ꝙ partes rei instaurate succedant partibus quas res habuit ante sui corruptionē et sint illis posteriores tam ex ratione successionis q̄ꝫ etiā quia existunt tempore posteriori. cum autē partes priores et posteriores rerū successiuarū non possint esse eedem: consequens est ꝙ res ex eis constituta non possit esse eadē numero. ita ꝙ ponere ipsam eandem numero: est ponere contradictoria prout in sexto notabili fuit deductum. ¶ Neq̄ valet impugnatio secunde rationis. nam non solum sequitur ꝙ eadē res q̄ prius fuit subiectū prioritatis: postea sit subiectū posterioritatis vt arguens fingit. sed sequitur ꝙ eadem res sit simul ꝑor et posterior seipsa s̄m idem. ac per hoc ꝙ sit eadē res numero ꝛ non sit eadem res numero quod ē contradictoria simul eē vera. ¶ Impugnatio aūt tertie rationis non militat contra sanctū thomā q̄ talē rōnē nō adducit. et per consequēs neq̄ cōtra eum militant subsequentes instantie cōtra rationes aliorum inductas ad probandum tertiā conclusionē. et ideo nobis non incumbit ad eas respondere. ¶ Ad rationem bernardi de gānaco quam adducit contra tertiā conclusionē ex simili de rebus permanētibus: dicit ꝙ non est simile de successiuis. quia ad restaurationem eiusdem numero rei successiue post eius corruptionem: sequitur implicatio contradictionis vt dictum est: nō autem ex restauratione rei permanētis corrupte.

¶ Ad argumenta scoti ultimo posita contra ea q̃ scripsit sanct⁹ thomas in quarto et in tertia parte que recitata sunt in quarto notabili preterq̃ ad septimū non respondemus. q̄m sicut ibi deductū fuit non videtur. S. Tho. illa scripsisse tanquam ex propria sententia: sed sequēs aliorum opinionem ubi quasi incidenter tangebat materia. unde in 4°. quodlibet ibi allegato ubi ex proposito inquirebat veritatem questionis: contrarium tenuit. ¶ Ad. 7ᵐ. in quo pbare nititur q̄ non totum esse hominis remaneat in anima sepata quod ē cōtra doctrinā sancti thome i multis locis: dicimus ad primā impugnationem q̄si loquatur de totali entitate hominis. s. corpe et anima: antecedens est falsum. nam anima nō corrūpitur nec materia pma. si autē loquat̄ d̄ totali entitate que. s. resultat ex unione anime ⁊ corporis que dicit̄ humanitas consequētia ē nulla. naꝫ quāuis humanitas i morte hominis non remaneat: nihilominus remanet cum anima sepata a corpe idem esse quod prius fuit totius cōpositi. et per hec patet responsio ad primā impugnationem. ¶ Ad secundā impugnationē dicitur q̄ arguēs falsum assumit. q̄m unum et idem esse existentie est anime et totius hominis. neqꝫ valet pbatio assumpti quia iterū assumit falsuꝫ. q̄m capiendo ens prout dicit̄ ab actu essendi: homo et anima cōiuncta corpi unum et idem ens dicunt: eo q̄ habent unū et idem esse existentie numero quicquid sit de esse essentie. ¶ Ad tertiam impugnationem dicit̄ q̄ assumptū est falsū. quia in dictis. S. Tho. nulla contradictio est i eo de quo arguens obijcit. nō enim sibi inuicē repugnant q̄ status anime sit pfectior in corpe q̄ꝫ extra corpus: et q̄ totum esse hominis remaneat cum anima sepata. non eni status anime dicit̄ pfectior in corpore pro eo q̄ habeat plus de esse existentie vel plura esse existētie q̄ꝫ a corpe separata. naꝫ neqꝫ existens in corpe habet nisi unuꝫ tātūmodo esse existētie nec plus de eo participat cum sit de se quid indiuisibile cuius pprietas est vel totum haberi vel nihil. et de eius indiuisibilitate lati⁹ dictum fuit in quinto notabili. attenditur aūt plus d pfectione anime in corpe q̄ꝫ extra corpus: q̄ꝫᵐ ad hoc quia in corpore complet rationeꝫ speciei humane q̃ resultat ex unione eius ad corp⁹. et q2 eius cognitio naturalis ad quā requirit̄ accipere a sensibilibus: pficitur in corpore magis q̄ꝫ extra. Unde. S. Tho. in questionib⁹ de anima. ar. p°. i responsione ad pmum dicit q̄ licet anima habeat esse cōpletum: nō tamē sequitur q̄ corpus ei accidentaliter uniat̄. tum quia illud idem esse quod ē esse anime cōmunicatur corpori ut sit unū esse totius compositi. tum etiaꝫ quia et si possit p se subsistere: non tamen habet speciem completaꝫ: sed corpus aduenit ei ad cōpletionem speciei. Et ad 7ᵐ. dicendum inquit q̄ anime unit̄ corpus et ppter bonum quod est pfectio sbalis ut. s. compleatur species humana: et ppter bonum quod est pfectio accidētalis ut. s. perficiat̄ in cognitione itellectiua quam homo ex sensibilibus acquirit. Unde ad formā argumenti dicit̄ primo q̄ maior procedit ex falso supposito. s. q̄ sanctus thomas dicat animā sepatam ex hoc solo esse impfectam q2 nō cōmunicat corpori suuꝫ esse. hoc autem falsuꝫ est. naꝫ ut ex dictis patet: non ex eo solo anima separata a corpe habet statū imperfectiorē q̄ꝫ in corpore: sed magis ppter ea que stati dicta sunt. Dicitur secundo q̄ maior ppositio sicut iacet est falsa quando id quod habet totaliter esse: est naturaliter aptum natum cōmunicare alteri suum eē. sicut est anima intellectiua q̃ naturaliter apta nata est uniri corpori et ei cōmunicare suum esse et in corpore habere complemētum speciei. unumquodqꝫ autem tunc perfectum est quando attingit vel habet id ad quod naturaliter est aptū natum. Neqꝫ valet probatio maioris. quia licet pfectio qua naturaliter aliquid est in se: presupponat̄ ei quod est cōmunicare alteri suam perfectioneꝫ non inde sequit̄ q̄ aliqua pfectio illi adueniat ex ipsa cōmunicatione quando naturaliter aptū natum est illam cōmunicare. naꝫ ut. S. Tho. notat p². p. q. 6. arti. 3. in cor. perfectio alicui⁹ rei triplex est. prima quidem sm q̄ in suo esse cōstituitur. secunda vero est prout ei aliqua accidentia supadduntur ad perfectam operationeꝫ necessaria. tertia autem perfectio alicuius est per hoc q̄ attigit illud ad quod ordinatur. ¶ Ad quartam impugnationem dicitur q̄ assumptum est falsum. d̄ quo latius dictum fuit supra in secundo libro. ¶ Argumenta aureoli ultimo posita concedimus q2 pro nobis faciunt. ¶ Ad argumentum ante oppositū patet responsio ex supradictis. Et in hoc articulus terminatur.

Terciũ circa quadragesimãterciam distinctionẽ qritur vtrũ resurrectio omnium mortuorũ erit in eodem instanti et arguitur q non. quia nullus resurget in instanti. ergo et cõsequentia patet. antecedens probatur. quia nullus motus localis potest esse in instanti nec subito vt habetur in de sensu et sensato. sed ad resurrectionem exigitur aliquis motus localis in collectione cinerum. ergo non fiet in instanti nec subito. ¶ In oppositum arguitur quia pᵃ Corin. 15. dicitur. omnes quidem resurgemus in momento in ictu oculi. ergo resurrectio omnium erit subito. ¶ In hac qõne erunt quattuor articuli vt sup.

Quantũ ad primum articulum sit prima conclusio q resurrectio mortuorũ fide tenenda est. ratione tamẽ naturali probabiliter cõuinci potest. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. quantum ad primã partem in hac distin. ar. pᵒ. sub. ar. pᵒ. et 3. Et opusculo. 3. capsᵒ. 154. Item opusculo. 6. in caplo de carnis resurrectione. Quantũ vero ad vtrãq partẽ tenet illam contra gen. li. 4ᵒ. capsᵒ 79. ¶ Secunda cõclusio est q licet resurrectio sola diuina virtute perficiatur: tamẽ angeli cooperabuntur ad aliquid preambulum resurrectioni. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac distin. vbi supra, ar. 2. sub. ar. 3. ¶ Tertia conclusio ẽ q resurrectio singulorum erit in instanti. Hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac disti. ar. 3. sub. ar. 3. ¶ Quarta cõclusio est q omnes homines resurgent simul et in eodem instanti. Hãc conclusionẽ tenet. S. Tho. in cõmento super epistolas pauli pᵃ Thes. 4ᵒ. lec. 2ᵃ.

Quantum ad secundũ articulum arguendũ est contra conclusiones. Et quidẽ contra primã arguit scotus dupliciter. pmo contra fundamentum conclusionis. s. q rationes pbantes imortalitatem anime non sunt efficaces. secundo q concesso illo fundamento: rationes pbantes resurrectionem non conuincunt. ¶ Contra primũ arguit sic. quia prima ratio nostra que fundatur i hac propositione q naturale desiderium non est frustra et cẽ illa inquit probatio nõ valet. quia aut arguitur de naturali desiderio prope dicto et illud non est aliqs actus elicitus sed sola inclinatio nature ad aliquid: et tũc planũ est q nõ põt pbari desideriũ naturale ad aliquid nisi primo pbetur possibilitas in natura ad illud. et p cõsequẽs cõuerso arguendo: est petitio pncipij. aut arguit de desiderio naturali minus ppe dicto q. s. est aliqs actus elicitᵘ sed concorditer inclinationi naturali et tũc certũ est q nõ potest pbari q aliquod desiderium elicitum sit naturale illo modo nisi prius pbetur q ad illud idẽ sit naturale desideriũ pmo modo. ¶ Et si arguas. illud naturaliter desideratur quod apprehenso statim actu elicito desideret quia ista pnitas non videt esse nisi ex inclinatione naturali: hoc vno modo negaret. primo quia vitiosus statim inclinatur ad desiderandũ ẽm suũ habitũ illud qd ei offert. sed quia natura non statim ex se est vitiosa nec in omnibus: et quilibet statim appetit illud apprehensum: sequit q illud desideriũ non est vitiosum. ergo ista responsio nõ est generalis. ideo põt dici q oportet ostendere illã apprehẽsionẽ esse ẽm rectã rationẽ et non erroneam. alioquin si ad apprehensionẽ erroneã statim omnes appetãt actu elicito: nõ sequitur illud esse consonum inclinationi naturali nature imo magis oppositũ. non est aũt manifestũ per rationem naturalẽ q ratio ostendẽs hoiem semp eẽ tãquã appetibile: sit recta et non erronea. quia priᵒ oportet ostendere q istud posset competere homini. breuiter ergo omne mediũ ex desiderio naturali videtur esse inefficax: qz ad efficaciã eiᵒ oportet ostendere vel potentiam naturalem esse in natura ad illud: vel q apprehensio ad quam statim sequitur desiderium illud si est actus elicitus: sit apprehensio certa et non erronea. et horũ pmũ est idem cum cõclusione q cõcludit ex desiderio naturali. secũdũ autẽ est difficilius vel minus notum cõclusione ista. et si dicat q desideriũ naturale hominis ad imortalitatẽ pbat ex hoc q naturaliter fugit mortẽ: non valet quia equaliter concluderet de bruto. ¶ 2ᵒ. principaliter arguit ad idem q illa ratio que adducitur ad idem ostendendũ ex imaterialitate ipsius anime que infert animã non habere potentiam ad non esse: non valet. qz licet materia sit illud quo res potest esse et non esse: non tamen est sic intelligendum q materia est qua res cuius ipsa est pars potest esse et non esse. sed sic q materia est qua res cuius ipsa ẽ pars vel que recipitur in ipsa: potest esse et nõ esse. alioquin forma ignis non posset non esse: qz materia

non est pars forme ignis. ¶ 3°. arguit q̃ illa ratio
que sumitur ex identitate esse ipsius anime in cor
pore et extra corpus: non valeat. quia si intelligi
tur animam per se habere esse idem in toto ꝛ ex-
tra totum prout per se esse distinguitur cōtra in-
esse accidentis: hoc modo forma ignis si essꝫ sine
materia: haberet per se esse et tunc posset concludi
q̃ forma ignis esset incorruptibilis. si autem in
telligitur de esse per se quod competit composi-
to vel supposito in genere substantie: falsum est q̃
anima sine corpore habeat per se esse. quia tunc
esse eius non esset cōmunicabile alteri. quia indi-
uiduus etiam per se esse isto modo est incōmuni-
cabile. tamē quolibet modo intelligatur: ratio de
ficit. anima habet per se esse sine corpore: ergo nō
indiget corpore. quia in secundo intellectu: ante-
cedens est falsum. in pmo consequentia non va-
let: quia nisi addas in quod naturaliter sine mira
culo habet per se esse primo modo. sed hec ꝓposi
tio est credita et non per naturalē rationem ostē
sa. ¶ 4°. principaliter arguit. quia illa ratio que
fundatur in hoc q̃ anima nō est separabilis a seip
sa et c̄: non concludit. quia non omnis corruptio
est per separationem alicuius ab alio. accipiendo
enim esse angeli si illud ponatur aliud ab essen-
tia: non est separabile ab ipso. est tamen distincti
bile per successionem oppositi ad ipsum esse. hec il
le. ¶ 2°. loco arguit q̃ rationes probātes animā
non posse perpetuo remanere extra corpus: sint
inefficaces. primo quidē: quia prima ratio q̄ fun-
datur in hac propositione: nulla pars extra totū
est perfecta et c̄: non ꝓcedit. quia illa maxima nō
est vera nisi de parte que recipit aliquā perfectio
nem in toto. anima rationalis autem non recipit
sed cōmunicat. vnde ratio potest formari ad op-
positum quia nō repugnat alicui eque perfecto i
se manere: licet alteri non cōmunicet suam perfe-
ctionem. hoc autem apparet ex causa efficiēte cui
nō repugnat quātūcūq̧ manere sine suo effectu.
sed anima manet eque perfecta in esse suo ꝓprio
siue coniūcta siue separata tantū in hoc habēs dif
ferētiam q̃ separata non cōmunicat suū esse alte
ri. ¶ 2°. quia secunda ratio fundata super hoc q̃
separatio anime a corpore est violenta et c̄: non
procedit. quia dicetur q̃ duplex est inclinatio na-
turalis. vna ad actū primū et imperfecti ad perfe
ctum et concomitatur potentiam essentialē. alia
ad actum secundū et concomitatur potētiam ac-
cidentalem. de prima verum est q̃ oppositum ei⁹
est violentum et non perpetuū: quia ponit impfe
ctionem perpetuā quā prius habuit ꝑ inconuenie
ti: quia ponit in vniuerso causas aliquando abla-
tiuas cuiuscūq̧ imperfectionis. sed secunda incli
natio et si perpetuo suspendatur: nullū violentū
proprie dicitur. quia nec imperfectio nature aut
inclinatio anime ad corpus est tantū secūdo mo
do. vel diceretur fm auicenaꝫ q̃ appetitus anime
satiatus est per hoc q̃ perficit corpus: quia coniū
ctio est ad hoc vt anima mediāte corpore acqui-
rat suam perfectionem et per consequens necsi-
ne corpore. simul autem cōiuncta acquisiuit quā-
tum ipsum simpliciter appetijt acquirere illo mo-
do. ¶ 3°. principaliter. quia tertia ratio fundata
super iusticia dei retribuentis: non valet. quia nō
apparet per rationem naturaleꝫ q̃ sit vnus rector
hominum fm leges iusticie retributiue et puniti-
ue. et esto q̃ sic: diceretur q̃ vnicuiq̧ in bono actu
suo fit retributio sufficienter. sicut dicit Augusti-
nus. iussisti domine et ita ē vt sit sibi pena omnis
peccator. ita q̃ ipsum peccatū est prima pena pec
cati. hec scotus. ¶ Contra secundam conclusio-
nem arguit aureolus probando q̃ opinio nostra
habet ponere q̃ anima beata potest virtute pro-
pria se vnire corpori organico et disposito: et ita
q̃ resurrectio non solum fiat diuina virtute quo
ad vnionem anime et corporis. quero inquit q̄d
intelligis per talem vnionem quam tu ponis esse
relationem inter animam et corpus. aut intelli-
gis intimam presentialitatem anime ad corpus:
aut vltra istam intimam presentialitateꝫ dicit ali
quod agere fluens ab anima in corpus. modo a-
nima potest in istos duos respectus in ordine ad
corpus perfecte dispositum. tum quia potest se fa
cere intime presentem corpori perfecte disposito
et potest propria virtute corpus perfecte disposi
tum animare. ergo et c̄. de presentialitate enīꝫ ꝓ-
bo assumptum. quoniam sicut anima post resur-
rectionem existens in celo potest se et corp⁹ pro-
prium facere intime presens alicui corpori in ter-
ra: sic separata corpori disposito. Cōfirmat̄. quia
sicut angelus pōt ꝓpria virtute se transmutare d
vna presentialitate ad aliam qua caret et de non
presente facere presentem se alicui: ita videtur q̃
anima separata possit facere se p̄sentē intime suo
corpori. secunduꝫ similiter probo. s. de animare.
quia omne agens respectu illius quod dicitur ab
eo profluere: habet potentiam. modo animare ꝛ
viuificare dicitur profluere ab anima. ergo et c̄.
¶ 2°. loco arguit q̃ vnio anime cum materia nō
importet coniunctionem seu copulationem que
sit habitudo mera positiua sed magis aliquid pri
uatiuum scilicet indiuisionem. non enim anima
ꝛ corpus sunt proprie copulata vel vnita scilicet
aliquo medio: sed potius sunt vnum indiuisum

in actu. et hoc probatur duplici ratione. prima ē. quia non est maior vnitas duarum partium ligni eiusdem continui sub quantitate: q̄ sit compositi ex materia et forma. sed vnitas partium ligni sub quantitate: non est vnitas que sit copulatio aut quedaʒ habitudo positiua: sed est vnitas omnimode indiuisionis eo ꝙ pars est omnino indiuisa in actu ab alia parte: alias nō esset vnitas cōtinuationis. Secunda ratio est ſm ꝙ omnes dicunt: tres sunt substantie. s. materia et forma ⁊ cōpositum ex his quod nō est res superaddita sed resultans ex duabus. tunc sic. compositum nō est altera partium nec ambe vt iuncte sunt: quia nō coniunguntur proprie sed diuiduntur abinuicem in actu. et hoc modo dicenduʒ est ꝙ sunt vna res indiuisa in quoddam tertium resultans. probatur ergo ꝙ sit dare talem tertiam rem: et per consequens ꝙ materia et forma sunt idem in actu: et per consequens indiuisa in illa re. quia entitas compositi est vna res. res autem et vnum conuertuntur: et vnum et indistinctuʒ sunt idem. quero quid est subiectuʒ illius indiuisionis et indistinctionis aut illud est materia et forma sic ꝙ quodlibet eorum ſm suam entitatem sit indiuisum ab alio: aut illud est res tertia que sit addita: aut illud est vtrūq;. s. materia et forma vt sunt indiuisa. non primo modo: quia indiuisio non potest fundari ī rebus diuisis. nec secundo modo: quia tunc compositum esset res tertia composita et esset diuisa ab alijs. oportet ergo dare tertium. s. ꝙ illam indiuisionem fundat vtrūq;. s. materia et forma: et hoc modo resultatiue constituāt vnum indiuisuʒ. ❡ Cōfirmatur per dictum philosophi approbantis dictum licroson qui dicit ꝙ non debet concedi ista homo est albꝰ: sed homo albet. quia in prima notatur diuisio inter subiectum et predicatum quod non notatur in secunda. et aristotiles quidem dicit ꝙ subiectum ⁊ forma sunt duo in potentia sed nō ī actu. hec aureolus. ❡ Contra eandem conclusionem tendunt in virtute argumenta henrici quodlibeto. 11°. q. 14. vbi querit vtrū anima separata non impedita possit reuniri virtute ꝑpria corpori disposito. dicit enim sic. anima cum sit forma que non educitur de potētia materie sed creatur et per naturam vel essentiam fit presens suo perfectibili vt proprium actiuū cum proprio passiuo: actionē que est esse: anima ex seipsa agit naturaliter in proprium corpus cum est ei approximata. sicut calidū approximatū calefactibili: perficit ipsum in esse calido. proprium enim actiuum approximatū suo passiuo: īpossibile est non agere propriam actionem. et ideo anima vnita corpori: communicat ei vires suas vt forma materie. et ideo cum vnita fuerit corpori suo disposito vt se habeat ad ipsum sicut naturalis perfectio: agit in ipsum perfectionem que ē esse. ita tamē ꝙ licet anima non impedita voluntarie transferat se ī corpus suum et ei intimetur: per hoc tamen non vnitur ei sic. naʒ tam anima q̄ angelus potest se trāsferre in lapidem: sed sic intimata corpori suo disposito vt naturale actiuuʒ ꝑprio passiuo: naturaliter non volūtarie nisi volūtate concomitante: vnit̃ corpori et dat ei esse substantiale. sicut si sub speciebꝰ sacramēti virtute diuina reiteret̃ substantia panis: ille species illi subiecte darent esse accidentale sicut prius. et sicut graue non impeditū facit se deorsum et vnit se ei vt terminetur appetitꝰ eiꝰ. sed hoc aliter est in graui aliter in anima. q2 graue per pondus grauitatis: anima per pondus amoris volūtarij fertur ad suū corpus et ei intimatur. tamen ꝑ pondus amoris naturalis: vnit̃ ei et quiescit naturalis appetitus. et sic propria virtute potest se trāsferre ad suuʒ corpus non impedita. hec ille. ❡ Contra tertiā conclusionē arguit durādus probando ꝙ resurrectio mortuoꝝ q̄m ad organizationeʒ corpoꝝ non fiet in instāti. primo q2 impossibile est motū localē fieri in instanti. sed si organizatio corpoꝝ in resurrectione subito fieret motus localis fieret in instāti. ergo ista organizatio non fiet subito. maior supponit̃. ſ minor ꝑbat̃. quia pulueres ex q̄bus formabit̃ corpꝰ vel erunt maioris quātitatis aut minoris q̄ corpꝰ formādū aut equalis. si maioris quātitatis et corpꝰ formet̃ ex eis subito: sequit̃ ꝙ aliq̄d de loco puluez remanebit vacuū: aut ad illuʒ mouebit̃ alia pars aeris circūstātis in istāti. vacuū aūt nō pōt eē: ergo iste motꝰ erit ī istāti. si aūt sit maioris quātitatis q̄ corpꝰ formād͡ū: idē sequit̃. q2 corpꝰ formatum subito occupabit maiorē locū. ſ hoc nō poterit eē nisi subito cedat ei aliq̄ pars aeris circūstātis. cessio aūt illa nō poterit fieri subito nisi q2 pars illa aeris q̄ dꝫ cedere subito moueat̃ ď loco: et sic idē qd priꝰ. si aūt equalis: adē sequit̃. q2 organizatū aliter figurabit̃ q̄ pulueres ex q̄bus formabit̃. ſ ī figuratiōe noua necesse ē eē nouū ordinē et nouā positionē partiū sibi ſm dextrū et sinistrū ante ⁊ retro. si ḡ corpꝰ formabit̃ subito: noua positio partiū fieret subito. ſ talis nō pōt fieri nisi cū locali cessiōe corporis circūstātis. ḡ motꝰ localis esſʒ ī istāti. Forte dicet̃ ad hāc rōneʒ ꝙ motꝰ local' pōt diuia v̄tute fieri in istāti: licet hoc nō possit fieri v̄tute nature. illa āt cessio q̄ localr̃ cedit pars aeris corpi resurgēti fiet v̄tute diuia. nā sic corpꝰ motū ab aliq̄ expellit aliud ď loco suo ⁊ cogit ipm̄ moueri: et tñ corpus

expulsũ, ꝓpꝛie nõ mouet a corpe expellẽte ĩ a mo
to re eius: ita in ꝓposito deus formãs corpus ma-
ius qꝫ sint pulueres ex quib⁹ formabit: formando
tale corp⁹ expellet partes aeris circũstãtis de lo-
cis suis in instãti. sed ista respõsio nõ videt vale-
re. qꝛ qð dicit q motus localis virtute diuina põt
fieri in instãti: nõ est verũ. qꝛ simile est de altera-
tione per quã forma educit de esse imperfecto ad
esse pfectum p medios gradus: et de motu locali
per quẽ mobile quacũqꝫ virtute moueat ptransit
de extremo in extremũ p mediũ. sed talis altera-
tio non põt fieri in instãti sed necessario fit in tpe.
ergo et oĩs motus localis. maioꝛ patet. qꝛ magis
videt q talis alteratio possit fieri in instãti qꝫ ali-
quis mot⁹ localis. videm⁹ eñi in genere alteratio
nũ q aliqua põt fieri in instãti etiã p naturã vt il-
luminatio aeris. sed nullũ motũ localẽ videmus
fieri in instãti. ergo quantũ est ex genere coꝝ: ma
gis repugnat motui locali fieri in instanti qꝫ alte-
rationi. in speciali aũt ponit simul causa vtrobiqꝫ
quia ponit q non sit ꝓcessus ab extremo in extre
mũ nisi per mediũ. quia si nõ est possibile talẽ alte
rationẽ esse in instãti: impossibile est aliquẽ motũ
localẽ fieri in instanti. minoꝛ ꝓbat. qꝛ sequeret q
subiectũ alterationis simul esset magis pfectuꝫ et
min⁹ pfectũ fm eandẽ formã vel spẽm. qꝛ in eodẽ
instãti esset sub forma fm gradũ mediũ et fꝫ gra
dum pfectũ. illud autẽ est ĩpossibile: qꝛ tunc idem
posset simul esse magis et min⁹ calidũ et magis et
min⁹ album quod ẽ impossibile qꝛ maius et min⁹
habẽt oppositionẽ et incõpossibilitatẽ cũ possint
esse termini mot⁹ seu mutationis. itẽ si mot⁹ locał
posset fieri in instãti: sequeret q mobile simul esſꝫ
in medio et in termino. si enim pri⁹ esset in medio
qꝫ in termino: iam nõ esset mot⁹ in instanti sed in
tẽpoꝛe: quia pri⁹ et posteri⁹ duratione necessario
requirunt tẽpus. sed idẽ corpus esse simul ĩ diuer
sis locis localiter: est ĩpossibile quacũqꝫ virtute. er
go impossibile est q mobile simul sit in medio et ĩ
termino. et p cõsequẽs q mot⁹ localis fiat in ĩstã-
ti. ¶ 2°. principaliter arguit cõtra conclusionem
ꝓbãdo q aĩatio et organizatio nõ fiãt in eodẽ in-
stãti. qꝛ animatio est q̃dam mutatio. sed termini
mutationis q̃ sunt habit⁹ et priuatio fm phm. 7°
et. 5°. phy. non possunt esse simul tẽpoꝛe in eodẽ
subiecto. ergo aĩatio nec ꝓcessit tpe in corpe orga
nizato q subijcit anime ꝑuatio actualis existẽs ip
sius aĩe. et sic animatio corpis et eius organizatio
non fuerũt simul. ¶ Forte dicet ad hãc rõnem q il-
la aĩatio non erit mutatio: qꝛ omnis inductio for
me in passum quam nõ precessit ipm passum tpe
non ẽ mutatio sed ẽ passio de genere passionis. q
non sit mutatio: videtur qꝛ omnis mutatio est in-
ter terminos oppositos qui nõ cõpatiunt se inuiceꝫ
in eodẽ subiecto ꝓ eodẽ instãti. ergo vbi est vera
mutatio: opoꝛtet terminũ a quo ꝓexistere in sub-
iecto ante introductionẽ termini ad queꝫ. si ergo
subm nõ p̄exstitit: nõ erit mutatio. erit tñ passio
quia omnis receptio passio quedam est. Sed ista
respõsio non valet. licet eñi possit esse aliq̃ passio
seu receptio q̃ non sit vera mutatio: tñ animatio
q̃ erit in resurrectiõe: erit vera mutatio quia subꝫ
se habebit aliter tũc qꝫ prius. materia eñiꝫ ĩ q̃ reci
pietur aĩa: fuit pri⁹ imediate sub forma pulueriꝫ.
non eñi vt isti imaginant precedet formatio coꝛ-
poꝛis naturaliter aĩationem: imo animatio prece
det naturaliter formationẽ. si enim formatio coꝛ-
poꝛis ꝓcederet aĩationẽ: ꝓcederet eam vt disposi-
tio materie in fieri solũ qꝛ illa nõ manet cum foꝛ-
ma. sed talis formatio vt isti dicũt in eodẽ instãti
est cum aĩa. ergo simul esset et nõ esset. Itẽꝫ deus
in agẽdo non indiget dispositionẽ fieri: qꝛ potest
quãlibet formã introducere in materiã imediate
post quãcũqꝫ aliam. nõ eñiꝫ est limitatus ad agẽ-
dum per determinata media sicut agentia natu-
ralia. cũ ergo animatio fiat virtute diuĩa: patet q
nõ requirit aliquã dispositionẽ in fieri precedẽtẽ.
nec põt dici q formatio corpis sit dispositio in eẽ
et q precedat animationẽ: qꝛ omnis dispositio in
esse sequit formã subalem q̃ imediate pficit mate
riã et prius ordine nature qꝫ quecũqꝫ alia pfectio
¶ Cõtra quartã cõclusionẽ arguit durãdus. dicit
eñi q nõ oẽs resurgẽt in eodeꝫ instãti: ꝫ prius re-
surgent illi q̃ fuerũt mortui qꝫ illi q̃ in aduentu xp̄i
inuenient viui ⁊ nihilomin⁹ moꝛient vt resurgãt.
et dicit q hoc opoꝛtet ponere maxime ꝓpter au-
ctoꝛitatẽ scripture. dicit eñi apl's p° Thesa. 4°. q
mortui qui in xp̄o sunt: resurgẽt primi. deinde nos
qui relinqmur simul rapiemur cũ illis in nubibus
obuiã xp̄o in aera. ex quo patet q quãdo mortui
iã resuscitati obuiabunt xp̄o in aera: tũc simul ra-
pient illi q̃ viui inuenient. sed illi in ipo raptu mo
rient et deinde resuscitabunt. ergo posteri⁹ resus-
citabunt qꝫ p̄mi qꝛ cuꝫ primis resuscitatis adhuc
vixerunt vita moꝛtali. hoc etiã cogunt verba au-
ctoꝛitatis. dicit eñi q illi ꝑus mortui: viui erãt ma
ioꝛis meriti et maioꝛis dignitatis apud deum qꝫ
aliq̃ eoꝝ qui postea fuerũt mortui. nec videt itel-
ligi de prioꝛitate nature: qꝛ inter indiuidua eius-
dem speciei non est oꝛdo nature. opoꝛtet ergo q
intelligat de prioꝛitate tpis q tã alijs resuscitatis
illi qui in aduẽtu xp̄i viui reperient: cũ illis rapien
tur adhuc viuẽtes vita moꝛtali: ac deinde moꝛiẽ
tur et postea resuscitabuntur. hec ille.

Quantum ad articulũ tertiũ p̄mo notandum est q̄ vt. S. Tho. dicit ī hac dis. 43 ar. p°. sub. ar. 3. principiũ resurrectionis corpoꝝ humanorum nō pōt esse natura: quãuis ad vitam nature resurrectio terminet̃. cuius rationē assignat q̄ꝛ in natura nullũ est actiuũ principiũ resurrectiōis nec respectu cōiunctionis anime ad corp⁹: nec respectu dispositionis q̄ est necessitas ad talē cōiunctionem. qm̄ talis dispositio induci nō pōt a natura nisi determinato modo p̱ viaꝫ generationis ex semine. vnde et si ponat̃ eē aliqua potētia passiua ex pte corp̄is seu etiã inclinatio quecūq̧ ad anime cōiunctionē: nō est talis q̄ sufficiat ad rōnem mot⁹ naturalis. Idē sententialiter dicit contra gen. li. 4° caplo. 81. respōsione vltima. resurrectio inq̄t quãtum ad finē naturalis est inq̄ꝫm̄ naturale ē aīe esse corp̄i vnitã. sed p̄ncipiũ ei⁹ actiuũ nō est naturale sed sola virtute diuina causatũ. Cōsonãt ista verbis apl̄i p̄ᵃ Cori. 15. dicētis. quoniã quidē per hominē mors. s. p̱ adam: et p̱ hominē. s. xp̄m resurrectio mortuoꝝ. Iuxta quod ioan. 5°. dicebat dn̄s. qui in monumētis sunt audient voceꝫ filij dei et q̄ audierint viuent. et caplo. 6°. et ego resuscitabo eum in nouissimo die. hic est q̄ articulus fidei ponitur in simbolo carnis resurrectio. ¶ Ex quibus inferim⁹ q̄ nō fuit de mēte sancti thome aliquando dicere q̄ gn̄ralis hoīm resurrectio futura cognosci possit ratione naturali demōstratiua. ꝓbat̃ hoc. qm̄ quod naturali virtute siue actiua siue passiua fieri nō potest: ratione naturali et presertim demōstratiua a priori cognosci non pōt. nam rō naturalis nequaq̄ꝫ se extēdit ad cognoscēdos effectus efficaciter aut demōstratiue causaꝝ supnaturaliũ: cũ non se extēdat lumīe naturali ad cognoscendũ demōstratiue quidditates supnaturalium causarum: et p̱ consequēs nec efficaciã virtutis earũ. quia virtus et opatio rei: subam eius demōstrat: eo q̄ ꝓpa rei opatio ꝯsequat̃ ꝓpriã ipsi⁹ naturã. Qd̄ ergo. S. Tho. dicit ꝯtra gē. li. 4. ca°. 79. q̄ ad ostēdendũ resurrectionē carnis futurã euidēs rō suffragat̃: debet accipi nō simplicit̃ ꝛ absolute dictũ: sed ex q̄busdã suppositis q̄ ibi subiungit. s. q̄ anime hoīm sunt imortales: et q̄ naturale hoīs desideriũ est tēdere ad felicitatē. itē q̄ ex diuina ꝓuidētia peccantib⁹ ꝯdigne pena debet̃ et bene agētib⁹ p̄miũ. ex q̄bus suppositis: resurrectionē hoīꝫ seu corpoꝝ humanoꝝ ibi sctūs doctor deducit. q̄ꝝ veritas licet nob̄ nō ꝯstet p̱ rōnē naturalē certitudīe euidētie: q̄ꝛ tñ intellect⁹ lumīe naturali illustrat⁹ hēt ad eis assentiendũ ꝓbabiliores rōnes q̄ꝫ ad ꝓbandũ opposita: ideo illoꝝ veritatē p̄supponit tanq̄ꝫ recto iudicio rōnis cōsentaneã. ex qua p̄supposita: cognosci pōt p̱ certitudinē euidētie futura resurrectio corpoꝝ humanoꝝ. vt enim deductũ fuit p̄mo libro p̄ma q̄stione ꝓlogi: ex p̄ncipijs nō satis ſ firmit̃ creditis: pōt iferri cōclusio scīetifica et p̱ euidētiã cognita. nã vt ibi fuit declaratũ euidētia ꝯclusionũ nō necessario arguit euidētiã p̄ncipioꝝ in oīm cognoscēte q̄ꝫm̄ ad q̄d rei vl̄ ꝓpter q̄d. sufficit enī q̄ q̄s firmiter assentiat p̄ncipijs vl̄ ꝓpositionib⁹ p̄suppositis: ad habēdũ euidētiã ꝯclusionũ q̄ ex illis p̄suppositis necessario cōsequūtur. nec refert q̄ euiuscemodi credita vl̄ p̄supposita sint ꝓpositiones necessarie et p̱ se note: aut q̄ sint ꝓbabiliores q̄ꝫ opposite: dũ tñ credēs vel eas p̄supponēs firmit̃ illis assētiat. et quãuis tal̄ deductio nō sit demōstratio faciēs simplicit̃ scire. i. oīb⁹ est tñ demonstratio faciēs scire credēti principia.

¶ Secundo Notandũ ē q̄ ad ꝓbādũ veritatē aliquã intētã. S. Tho. sicut etiã est moris p̄hi et cōmunit̃ oīꝫ doctoꝝ scribētiũ: nō solũ adducit rōnes necessarias vel simpl̄r euidētes: ſ etiã ꝓbabiles et verisimiles. nã ex vtrisq̧ ſm eaꝝ grad⁹ veritas adiuuatur. imo ꝛ nōnūq̄ꝫ putat sibi satis eē quēadmodũ et p̄hs solit⁹ ē facere: si afferat tantūmodo ꝓpositiones recto iudicio ꝓbabiliores q̄ꝫ sint eaꝝ opposite. tñ q̄ꝛ forte veritas ꝓbãda nō patit̃ demōstrationē humano igenio euidētē. qm̄ vt p̄hs dicit p̄° ethi. certitudo nō est in oībus simil̄r ꝑquirēda. nã ad hoīem disciplinatũ ꝑtinet vt nō aliã certitudinē querat in vnaquaq̧ materia: q̄ꝫ patit̃ rei natura. tum etiã quia veritatis amatorib⁹ sufficit ad ꝓbandas conclusiones intētas: ꝓpositiōes habere ꝓbabiliores et magis intellectui cōsentaneas q̄ꝫ earũ opposite. vñ in ꝓposito nr̄o. S. Tho. ꝓbat i diuersis locis aīas hoīm eē imortales: et q̄ naturale desideriũ ē hoī ꝑpetuo viuere: ac etiaꝫ q̄ ſm ordinē diuine iusticie et ꝓuidētie: hoīes et ī corpe et in aīa sunt puniēdi vel p̄miãdi ꝓ meritis suis: sicut et p̱ corp⁹ et p̱ aīam peccãt et bene agūt. ex q̄b⁹ p̄suppositis vt inq̄t ꝯtra gētiles loco sup̄ allegato: rō euidēs accipi pōt ad ꝓbandã futuraꝫ hoīm generalē resurrectionē. ꝓbat aūt ea ipsa q̄ p̄supponit: multis rōnib⁹. quibusdã efficaciter id ꝓbātib⁹ iuxta modũ q̄ lumīe rōnis naturali in hac vita ab hoīe ꝓbari pñt. q̄busdã vero tãquã multo magis recte rōni ꝯsentaneis ac ꝓbabiliorib⁹ q̄ꝫ sint illaruꝫ opposite: ita vt inidic aut ipudētie sit illas negar̃. q̄ ꝓbatio sufficit nō ꝯtētiosis ꝛ q̄rētib⁹ v̄itatē: ꝛ p̄cipue qm̄ etiã fidei documētis roborat̃. nō. n. doctor

veritatis debitor ē omnia q̄ docet ꝓbare demonstratione a priori via tātūmodo resolutoria. nec tenetur ora ꝓteruo x̄ et qui nō nisi cōtentionibus studēt: obstruere. essꝫ eni labor superuacaneus. naꝫ calūniatoribus et cōtentiosis: nequaquā desunt verba quib⁹ veritatem impugnare audeant et cōtentionib⁹ ꝓ suo desiderio inseruiāt. imo et si angulo concludanṫ: foramina sibi fictionū et adinuētionū parare nō cessant quibus hincinde euadere possint ne a veritate capiantur. quēadmodum iuxta chrisostomi exēplū super illō Mathei. 22. tunc abeuntes pharisei et c̄. si aliquis claudere voluerit aque currētis meatuꝫ: si exclusa fuerit ꝑ aliquā violentiā: aliunde sibi semitam querit.

¶ Tertio Notandum est ꝙ in aīabus separatis est naturalis inclinatio ad ꝓpria corpa. tum quia anime create fuerunt a ṗncipio vt essent forme taliū corporū. forme aūt: naturalis appetitus est vniri ꝓprie materie. ꝓpter quod phs dicit. 8°. methaͨ. ꝙ non est q̄renda ratio quare ex materia et forma vnuꝫ fiat nisi quia hic est act⁹ et illa est ipsius potentia. tum etiam qꝛ anima quādiu est separata: nō hēt totaꝫ sui ꝑfectionē. neqꝫ quātū ad esse qꝛ creata ē a deo vt sit pars essentialis hoīs. pars autē non totalit̄ est ꝑfecta extra totū. item nec habet complementum speciei separata a toto cui⁹ est complemētuꝫ habere speciei. nec iterū habet totā sui ꝑfectioneꝫ q̄ᵐ ad opationē et virtutem. desunt enī illi ꝓprie opationes q̄ per corp⁹ necessario exercenṫ quales sunt vegetatiue ⁊ sensitiue. desunt ei preterea potentie naturales q̄ sunt dictarū opationū īmediatum principiū. nā licet eas habeat aīa separata ī radice sue virtutis et essentie: non tn̄ illas habet ī actu: cū earū ꝓpriū subm sit cōpositūꝫ ex corpe et anima. vnde resurrectio futura hoīm: dici pōt naturalis nō solum quia terminaṫ ad vitam nature idest q̄ naturaliter viuiṫ: sed etiā quia aīa naturalem habet appetitū et inclinationē vt reuniaṫ ꝓprio corpori. ¶ Sed occasione dictoꝝ quidā etiā sancti thome sequaces opinati sunt ꝙ in resurrectione cōmuni vnio aīarum ad corpa sufficienter disposita et organizata: fiet ex necessitate nature supposito cōmuni cursu ꝭm diuinā ordinationem ꝙ habita dispositione sufficiente in subiecto: stati et necessario introduciṫ forma. ꝓpter quod talis dispositio diciṫ necessitas ad formā. dicunt preterea ꝙ quia ꝓpo actiuo naturali approximato suo passiuo vltimate disposito necessario sequitur actio agētis in passium sicut calidū approximatū calefactibili satis disposito non pōt non agere in ipsuꝫ: ideo in generali resurrectione corpibus reformatis et organizatis ac sufficiēter dispositis: anime seipsas reuniunt effectiue per actū elicitū prome voluntatis quo appetūt et volunt corporib⁹ reuniri. Probant isti opinionē suam. qꝛ anime sal tem beatificate possunt se trāsferre ad quodcūqꝫ corpus voluerint quēadmodū et angeli sancti. cū ergo velint et appetant reuniri suis corporib⁹: poterunt se trāsferre multo magis in ꝓpria corpora q̄ in alia. vnde dicunt ꝙ mot⁹ seu translatio qua anime se transferunt in propria corpa sicut illorū motores: est voluntaria actu volitionis elicito. ꝙ autem sic translate vniantur eis vt forme substantiales dando illis esse et vitam: inest eis naturaliter inq̄ᵐ ex sui natura sunt forme ipsorū corporum. ¶ Sed certe istorū opinio deficit et in ꝓbatione et in presupposito et in seipa. in probatione quidē: qꝛ non est equa libertas transferendi se ad corpora animab⁹ etiam beatis et angelis. naꝫ quia anima a sui creatione et ex ꝓpria natura determinatur ad vnum solū corpus quod viuificat nō pōt etiam a corpe separata aliquod aliud corpus mouere naturali virtute. et ꝑ consequēs nec ei vniri vt motor. angel⁹ vero quia nec ex sua natura nec ex ei⁹ creatione est forma d̄terminata ad aliquod corp⁹ imo est naturaliter a corporibus absolutus: potest indistincte se transferre ad q̄ocūqꝫ corpus voluerit et illud mouere. ¶ Deficit preterea opinio in presupposito. supponit enim ꝙ in resurrectione reformatio corpoꝝ quantūꝫ ad suas partes integrales ⁊ organizatio precedit anime reunionem tanquā dispositio media necessitans anime vnionem. hoc autē falsum est. tū qꝛ vt. S. Tho. optime deducit. pͣ. p. q. 76. ar. 6. et i. q. de spiri. crea. ar. 3. et in. q. de anima. ar. 9°. anima non vnitur corpori per medium nec mediantibus aliquib⁹ dispositionib⁹ accidentalib⁹. et vniuersaliter nec forma subalis sue materie eo ꝙ materia ꝭm seipsam est in potētia ad esse subale corporeū quod ei acquiriṫ ex ipa forme subalis vnione: ita vt ad hoc nullaꝫ reqrat dispositionē. vnde anima et oīs forma subalis: nō subiecto cōposito ꝭ materie nude vniṫ q̄ est ꝓpriꝫ ipsi⁹ receptiuū. in nuda autē mā ante formā subalem non sunt aliq̄ accidētia q̄ ex sui ratione p̄supponūt subiectum in actu. verꝫ ē tn̄ ꝙ quedā dispositiones possūt q̄daꝫ modo dici medie respectu forme subalis, put dicetur q̄stione sequēte. Tū etiā qꝛ speciali rōne deficit p̄suppositū i resurrectione futura in q̄ ꝭm cōem sentētiā doctoꝝ reformatio corpoꝝ humanoꝝ quātū ad ꝑtes itegrales et eorū organizatio sola diuina v̄tute fiet cui⁹ opatio nō indiget tpe. vn̄ vt cōmuniter ponitur huiuscemodi reformatio ⁊ or

ganizatio simul cũ animatione p anime reunionẽ fiet in instãti. ita q deus vniẽdo aiam corpibus reformat ea debitis partibus et organis necessarijs ad anime opationes. ac p hoc fm ordinez cause agentis ipsa vnio animarũ ad corpa et coꝝ viuificatio precedit naturaliter reformationem corporũ et organizationem. ¶ Rursus illoꝝ opinio deficit in seipsa. quia anime humane vniunt corporibus siue in sui creatione siue in resurrectione sicut forme coꝝ sbales dãtes eis eẽ ⁊ viuere. vnio autẽ formarũ subalium ad pprias materias: non est per ipsarũ actionem ita q seipsas effectiue vniant. sed vnio earũ quantuz est ex parte sui est p informationẽ. quãobrem dicunt vniri formaliter dũtaxat. vnio aũt sube spũalis ad corpalez p modum forme: est vnio q̃tũ ad esse. nullius aũt rei eẽ est sue potestatis subiectũ. et ideo nõ est in ptãte sube spũalis vniri corpori vel ab eo separari. effectiue aũt et per actionẽ: a sola causa efficiente causatur. Unde. S. Tho. cõtra gen. li. 2. caplo. 68. forma inquit subalis est principiũ essendi subaliter ei cuius est forma. nõ principiũ effectiuũ sed formale quo aliquid ẽ et denomiaf ens. forma nãq̃ et materia conueniũt in vno esse: quod nõ contĩgit de principio effectiuo cum eo cui dat esse. hec ille. Et infra caplo. 71. dicit. non est aliqd vnum faciẽs ex materia et forma nisi agẽs quod potentiam reducit ad actum. hec ille. Neq̃ possunt saluare dictũ suum fm q anima est motor corporis. quia q anime humane vniant corporib⁹ vt corũ motores: habẽt ex eo ipso q sunt coꝝ forme substantiales dantes eis esse et viuere. vnde nõ alio modo anime mouent corpora q̃ informãt: q̃z dãdo eis vitã. ex quo fit vt si aliquod membrũ corporis mortificetur: non possit ab anima moueri. omnis nãq̃ mot⁹ corpi animato cõueniẽs ab anima: est opatio vite. cum ergo anime separate nõ possint habere a seipsis effectiue. s. p actum ppriе voluntatis q vniant corporibus dando eis vitã sicut corũ forme subales vt pbatum est: sequitur q neq̃ a seipsis habeãt. i. p propriã voluntatez q vniant suis corporibus vt motores: sed q id habeant a deo q̃ animas creauit et talẽ naturaz illis dedit vt essent suoꝝ corpoꝝ forme subales: et eis naturaliter vniant primo ⁊ p se vt forme: et ex cõsequenti vt motores. verũtamẽ non negamus q anime separate in resurrectione habeãt actũ voluntatis elicitũ q̃ velint et illis cõplaceat corporibus reuniri. nõ tñ ita q talis actus sit causans reunionem: sed quia est illam tantũmodo concomitans. vnde p concomitantiam dũtaxat sustineri posset dictum istoꝝ: quãuis non sit pprie dictum nec tali modo loquendi cõmuniter est vtendum absq̃ determinatione apposita. vt dicatur q anime separate in resurrectione seipas reuniunt corporibus per concomitantiaz: quia de ipsa earum reunione quam solus deus sua potentia et beneplacito facit: ille gaudent.

¶ Quarto Notandũ est q in resurrectione corpoꝝ concurrũt quattuor actiones, put ex dictis sancti thome accipitur in hac dis. ar. 2. sub. ar. 3°. scilicet collectio cinerũ et eorum preparatio ad reformationẽ corporis humani: et ipa corpoꝝ reformatio ac organizatio: et vnio anime ad corp⁹ formatũ et organizatum. pme due actiones vt cõmuniter ponũt fient ministerio angeloꝝ fm illud Mathei. 24. mittet filius hoĩs angelos suos et congregabunt electos eius a quattuor vẽtis a sũmis celoꝝ vsq̃ ad terminos coꝝ. i. a quattuor climatib⁹ mũdi. s. oriente occidẽte aquilone et austro. q̃ loca ponũtur pro quocũq̃ loco indeterminate vbi fuerint pulueres et cineres corpoꝝ mortuoꝝ. mot⁹ autẽ localis quo angeli mouent corpa: non fit in istãti sed in tẽpore siue discreto siue cõtinuo, put dictuz fuit in secũdo libro. vnde due actiones pmo enumerate in tẽpore fiẽt nõ in instãti: si instans pprie capiaf p indiuisibili tpis. eo q nõ fiãt absq̃ motu locali q̃ saltẽ a creatura fieri non põt nisi in tpe. si vero capiaf min⁹ pprie p tpe breuissimo et impceptibili: posset dici q predicte due actiones angeloꝝ fient in instãti. fm quẽ modũ illud apli p° Cori. 15. in momẽto in ictu oculi: põt referri etiaz ad actiones pdictas angeloꝝ. due vero alie actiones. s. formatio corpoꝝ et organizatio ⁊ vnio anime ad corpa: fiẽt in resurrectione a solo deo. non eni illa duo fieri psũt ministerio ãgeloꝝ. nã imutatio materie p formã: nõ subest potẽtie angeloꝝ nisi aplicãdo p motum localẽ actiua passiuis, put augustin⁹ dicit. 3°. li. d tri. et deducit illd. S. Tho. in plurib⁹ locis vt. p° p. q. 91. ar. 2. et. q. 110. ar. 4. ad. 3m. et ꝯtra gẽ. li. 3°. caplo. 103. Qr ergo pprĩũ actiuũ i natura nõ est qd possit ex pulueribus corporum p mortẽ resolutoꝝ eadẽ numero corpa reformare et organizare, put deductũ fuit i pmo notabili: ꝯñs est q angeli ex pulueribus ab eis collectis reformare et organizare nõ psũt corpa hoĩz mortuoꝝ. et multo min⁹ nec aĩas corpib⁹ ipis reunire q̃ sicut a solo deo creãf: ita ⁊ a solo deo ppriis corporib⁹ vniunt. de⁹ aũt qr i resuscitatione mortuorum et generaliter circa creaturas non agit ex necessitate nature sed per voluntatem: potest agere reformationem et organizationẽ corporum et in tẽpore et in instãti. est eni huiuscemodi effect⁹

cui non repugnat fieri in tempore aut in instanti. vnio vero anime ad corpus si consideref ex parte anime: fieri non põt successiue in tẽpore: sic intelligendo ꝙ aliquid anime pri⁹ vniaẜ corpi et aliqd post. quia cũ nullũ indiuisibile habeat partes: eẽ non põt ẜm vnã partem et nõ ẜm aliam: sed aut totũ est aut nihil est. anima aũt ẜm suã essentiam indiuisibilis est. vnde ꝛ in corpore quod viuificat tota est in toto et tota est in qlibet eius parte. quaꝫ obrem ẜm rationẽ sue essentie vniri non põt corpori nisi tota vniatur. et ꝑ consequens repugnat anime ꝙ eius vnio ad corp⁹ quantũ est ex pte sui vniatur successiue ac in tẽpore. non eni potest eẽ in motu vl' actione successio ex parte mobilis aut passi: nisi mobile habeat partẽ et partez ẜm quas successio datur. verũtamẽ posset deus si vellet vnionem anime ad corpus facere successiue et in tẽpore: hoc modo ꝙ aĩa primo vnireẜ tota vni mẽbro vt capiti et postea vnireẜ alteri membro tota. sed quia volũtatẽ dei et rationes diuine ꝓuidentie cõprehẽdere nõ possumus: iudicare nos oportet de diuinis actionibus ꝛ effectib⁹ ẜm ea q̄ nature rerũ patiunẜ. videmus aũt ꝙ in actionib⁹ rerum naturaliũ trahitur mora tẽporis et maior vel minor ẜm maiorẽ vel minorẽ resistentiã mobilis ad motorẽ vel etiã ex parte medij. resistẽtia autẽ hm̃oi est ꝓpter aliquẽ defectũ agentis. nam si agẽs esset sũme potens: nec passum aut mobile nec etiam mediũ per quod fit motus sue actioni resistere posset. cum aũt deo agẽti ex nulla parte possit a creatura fieri resistẽtia cũ sit infinite virtutis: iudicanduꝫ nobis est ꝙ diuine actiones circa creaturaꝫ presertim ille in quibus agentia creata non cõmunicant: fiant in instanti non ꝑ successionem tẽpoꝝ. ac ꝑ hoc tenendũ est ꝙ in resurrectione reformatio et organizatio corpoꝝ et vnio animarum ad omnes partes suoꝝ corpoꝝ: fiet diuina virtute et actione in instanti. et habet auctoritatẽ apostoli p⁹ Corin. 15. dicẽtis. omnes quidem resurgem⁹ in momẽto in ictu oculi. vbi ẜm expositionem sancti thome in cõmento: ly in momento quod accipiẜ magis ꝓprie ꝓ instanti temporis qđ ẽ nunc: refertur ad organizationeꝫ corporuꝫ et ad vnionem animarũ corpib⁹ q̄ fiunt a deo. quod vero dicit in ictu oculi: refertur ad collectionem puluerum et coꝝ dispositionẽ que ꝑ angelos fient in tempore imperceptibili. ictus eni oculi prout dicitur esse apertio palpebrarũ: fit in tam breuissimo tempore ꝙ quasi est imperceptibile.

**Quinto** Notanduꝫ est ꝙ durand⁹ ad argumẽta q̄ adducit cõtra tertiã cõclusionẽ q̄ sunt originaliter scoti respõdet dicẽs ad pmũ ꝙ non oportet motũ localẽ fieri in instãti dato ꝙ organizatio fiat in instanti. quia cũ collectio puluerũ fiat prius tẽpore ministerio angeloꝝ: põt de⁹ facere ꝙ pulueres ex q̄bus corpa formanẜ sint eiusdẽ quãtitatis et figure cuꝫ corpibus formãdis. et tũc nõ habebit locuꝫ argumentũ: qꝛ corp⁹ formatũ precise occupabit illum locũ quẽ pulueres occupabãt. vel dato ꝙ corpus formãdũ sit maioris quãtitatis q̄ꝫ pulueres: põt dici ꝙ deus annihilare poterit partes aeris circũstantis q̄ꝫ᷑ sufficit ꝓ occupatione corpis formãdi et illud est cõueniẽtius dicere q̄ꝫ ponere motũ localẽ fieri in instãti qꝛ illud ẽ possibile ẜm omnes. motũ aũt fieri in istanti ẽ simpliciter impossibile. similiter si corp⁹ formandũ sit maioris quãtitatis meli⁹ esset et possibili⁹ dicere ꝙ locus ad modicũ tẽpus maneret vacu⁹: q̄ꝫ ꝙ partes aeris vicini illuc mouerenẜ in instãti. de⁹ eni põt facere vacuꝫ ꝓut vacuũ dicit vltimũ continẽtis non habentis actu aliquod corp⁹ contẽtũ. sicut posset oĩa annihilare q̄ sunt infra celũ celo remanente in sua figura. Posset etiã dici ẜꝫ aliquos ꝙ rarefactio ꝛ cõdensatio cũ sint alterationes: possent fieri in istãti. ad rarefactionẽ eni sequiẜ maior quãtitas que ẜm istos de nouo generaẜ: et ꝑ condẽsationẽ sequtur minor q̄ similiter de nouo generaẜ. et sic ꝑ subitam rarefactionẽ aut cõdensationẽ põt aer occupare maiorẽ vel minorẽ locũ: et sic cedere alteri vel implere locũ alterius et non ꝑ motũ localẽ. hec durandus. et vt nobis videẜ pma respõsio et tertia sunt magis verisimiles q̄ꝫ secũda. Põt etiã ꝓbabiliter dici ꝙ quãuis mot⁹ localis ꝓprie dict⁹ per nullã virtutẽ possit fieri in instanti eo ꝙ de rõne eius sit durationis successio: capiendo tñ trãslationẽ corporis de loco ad locuꝫ ꝓ mutatione ẜm ꝙ a motu distinguiẜ: fieri põt in instãti saltem virtute diuina. nõ enim repugnat cõtradictorie ꝙ fiat transit⁹ de loco ad locuꝫ in instãti magis q̄ꝫ de forma ad formã. sed de⁹ potest trãsmutare in instanti aliquid de forma ad formã vt albũ in nigrũ et ecõtra sine repugnãtia cõtradictionis: nam et hoc põt natura in generatione rerũ naturaliũ qꝛ in eodẽ instanti fit trãsitus de forma in formã. simul cuꝫ et in istanti introduciẜ in materia forma ignis et expelliẜ forma aeris qꝛ generatio vnius est corruptio alteri⁹. ergo multo magis deus põt trãsferre in instãti corp⁹ de loco ad locũ absq̄ꝫ cõtradictione. imo et videẜ ꝙ huiuscemodi translatio de facto fuerit in formatione corpis xp̄i ĩ vtero v̄ginis. qđ vt cõmuniter teneẜ virtute spũs sancti formatũ fuit et organizatũ ac aĩatum nõ in tẽpore sed in instãti. ex q̄ necessario sequiẜ ꝙ subito in instanti

in instāti occupauit maiorē locū. qḋ fieri nō potuit nisi corpus in eo existēs cederet corpori xpi trāsferēdo se in aliū locum in eodē instāti. alias dandū fuisset vbi vacuū vel p aliquod tēpus fuissent duo corpora i eodē loco quod nullus scribētium dixit: q̄uis τ hoc deo sit possibile. Secūdū hoc igitur ꝓbabiliter dici pōt ad argumētationē durandi ꝙ in resurrectione corpoꝝ in eodem instāti in quo formaꝶ τ organizatur corp⁹ diuina virtute τ occupat maiorē locū q̄ puluerес ex quib⁹ formaꝶ si maioris est quātitatis: corpus p̄existēs in ea parte quā occupat corpus organizatū simul τ i eodē instāti cedit illi trāsferendo se in aliū locū saltē diuina virtute si naturaliter id fieri nō pōt: quod nobis quicq̄d dicat durandus certum non est. nam s̄m pħos quib⁹ etiam theologi cōsentiūt: quādo ex aere generatur ignis vel ex aqua aer: corpus generatū cū sit rarius q̄ illud ex quo fit: necessario occupat maiorez locum. oportet igitur ꝙ aliud corp⁹ in illa parte maiori p̄existēs: cedat illi τ trāsferatur vel s̄m totum vel s̄m partē in aliū locū in instāti tēporis. Probatur hoc. quia generatio fit in instāti: ita ꝙ aer vel ignis est generat⁹ in instanti τ per cōsequēs in eodē instāti est in loco sibi eq̄li alias in aliquo tēpore eēt corpus nō in loco qḋ est absurdū. cum ergo locus sibi equalis sit maior q̄ corpus ex quo generatus est: ex necessitate debet subintrare locum alterius corporis ibi p̄existētis nam locus ille nō erat vacuus. oportet igitur ꝙ tale corpus in ipo eodem instāti cedat corpori generato trāsferēdo se in aliū locuz vel s̄m totum vel s̄m partē. alioqui vt supra dicebatur seq̄retur vnū e duobus: vel ꝙ detur vacuū quod pħis est absonuz: vel ꝙ duo corpora p aliquā moram tēporis sint in eodē loco quod est impossibile absq̄ diuino miraculo. non ē aūt probabile ꝙ in omnibus eiusce modi generationibus naturalibus immisceaꝶ diuinū miraculum. ℭ Si vero quis obijciat contra p̄missa ꝙ omnis mutatio ē terminus alicuius motus s̄m doctrinā philosophi τ etiā scti doctoris qḋ nō videtur s̄m hanc respōsionē verificari: dicimus ꝙ immo verificaꝶ. nā in generatione ignis ex aere: acq̄sitio maioris loci τ translatio corporis cedētis in aliūm locum: est terminus motus alterationis q̄ naturaliter p̄cedit generationē disponēs materiam ad formā introducendā. τ pari modo in resurrectione corpoꝝ ipa loci acq̄sitio corporis organizati τ animati simul etiā τ trāsitus corporis illi cedētis: sunt terminum mot⁹ localis quo ministerio angeloꝝ pulueres colliguntur et disponunꝶ ad corpoꝝ reformationē et organizationē. neq̄ est incōueniēs ꝙ duo termini sint vnius motus q̄n do vnus terminat p̄mo τ alius ex cōsequēti τ vnus terminat ꝑpter aliū: p illaz regulam topicā: quādo vnū propter aliud: vtrobiq̄ vnū. ℭ Ad ea autē q̄ durādus adducit ad pbādum motū localē nō posse fieri in istāti: dicimus ꝙ nō sunt ad propositū nr̄m q̄ꝛ procedūt de alteratione et motu locali proprie dictis q̄ fiunt d̄ extremo in extremū p mediuz. nos aūt loq̄mur de eis s̄m ꝙ sunt q̄dam mutationes d̄ extremo ad extremū absq̄ medio. non ē enī necessarium ꝙ in motu locali fiat trāsitus de loco ad locum p mediū spaciū. sicut patet de motu angeloꝝ q̄ possunt trāsire a loco in locū sine eo ꝙ medium spaciū transeāt prout dictū fuit in secūdo libro.

Q Uantum ad articulum quartū respōdēduz est obiectionib⁹ cōtra cōclusiones. Et q̄dē ad argumēta scoti ꝯtra fundamētū prime conclusionis patet respōsio ex his q̄ dicta sunt in p° et secūdo notabili. ℭ Ad ea vero q̄ secūdo loco arguit: ad p̄mum dicꝶ ꝙ minor ē falsa. imo anima rationalis recipit vnita corpori aliquas pfectiōes quas non hēt separata a corpore: de q̄bus dictū est in tertio notabili. τ illa ipa cōmunicatio quā arguens cōcedit fieri p aīam corpori: est q̄dā aīe perfectio eo ꝙ naturaliter apta nata sit ad id cōmunicandū corpori: vt eē τ viuere et reliq̄s pfectiones potētiaꝝ τ opationuz aīe. neq̄ valet simile qḋ arguēs adducit d̄ causa efficiēte. q̄ꝛ talis causa efficiēs de qua verificatur dictuz arguētis: nō est ex sua natura ordinata ad cōmunicādū pfectionē suā effectui queādmodū est aīa rōnalis. ℭ Ad. 2.m. dicꝶ ꝙ distinctio arguētis est ficticia. nam oppositū vtriusq̄ inclinationis ē habēti inclinationē violētum. non enim grauι tm̄modo est violētum p̄uari grauitate: sed etiā est violētum impediri ꝙ deorsum nō moueaꝶ vel etiam ꝙ sursum feraꝶ. dictum aūt auicene parū valet q̄ꝛ naturalis anime appetitus nō solū est vt corpori coniungaꝶ quocūq̄ modo vel quātacūq̄ mora: sed etiā vt corpori cōiūcta maneat in sempiternū. s̄m illud aplī. 2.a. Cori. 5°. nam τ qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati eo ꝙ nolumus expoliari. s. a corpore sed supinduī vt absorbeatur qḋ mortale est a vita. Et cōfirmatur per id qḋ dn̄s dicit in euāgelio mathei 26. pater mi si possibile ē trāseat a me calix iste. vbi interlinearis dicit. s. vt me nō moriēte mors

moriatur. ¶Cõfirmatur ſecũdo rõne. quia mors
non eẽt penalis naturaliter niſi in aïa eẽt appeti-
tus naturalis ad manẽdũ cũ corpore. ¶Ad. 3^m
dicitur ꝙ aſſumptũ eſt falſũ prout ex deductio
ne ſcti thome optime apparet ẽ diuina prouidẽ-
tia contra gẽ. li°. 3°. ca. 64. ⁊. 75. ⁊. 76. ⁊. 77. ⁊
ca°. 111°. cũ ſeptẽ capitulis ſequẽtibus. ⁊ de diui
na iuſticia ꝑ penas ⁊ pmia ca°. 140. cũ ſeptẽ ca
pitulis ſequẽtib⁹. Itẽ. p^a. p. q. 22. de dei proui-
dentia. ⁊. q. 103. et de diuina iuſticia. q. 21. Et in
hoc. 4°. infra diſ. 46. ⁊ in pleriſq; alijs locis. Et
certe mirabile ẽ ꝙ arguẽti nõ appareat ratio na-
turalis ad probãdũ ꝙ ſit vnus rector hominũ
ſm leges iuſticie retributiue et punitiue: ad qḋ
phi fidei veritate carẽtes ſola ducti ratione na-
turali plures inuenerunt rationes. ſicut patet ꝑ
phm. 12. metha^c. ⁊. 10. ethicorꝫ. ⁊ in libro politi-
corꝫ. vnde ſalua pace eius dixeri: videtur ꝙ affe
ctu tantũmodo contentionis ne dicã proteruie
contra pmam concluſionẽ argumẽta ſua cõſin-
xerit. ¶Ad argumẽta aureoli contra ſecundã
concluſionẽ ad primũ circa id quod querit dica-
mus ꝙ vnio ſeu cõiunctio aïe ad corp⁹ ſm ſctm
thomã in pluribus locis et ſignãter diſ. ſequenti
q. p^a. ar. p°. ſub. ar. 2°. ad. 2^m. põt dicere actionẽ
⁊ paſſionẽ et relationẽ. põt etiam ſignificare inti
mã pſentialitatẽ aïe ad corpus vt arguẽs dicit.
tunc ad minorem dicimus ꝙ eſt falſa quocunq;
modo dictorũ capiatur vnio. ⁊ ad probationẽ
de intima pſentialitate: dicitur ꝙ ſimilitudo nõ
valet. quia pſentialitas quã anima ex ſe põt effe
ctiue habere poſt reſurrectionẽ ſimul cũ corpo-
re ad aliud corpus in terra: eſt tãtũmodo pſentia
litas motoris quã habebit per dotẽ glorie. pre-
ſentialitas autẽ aïe ſeparate ad corpus propriũ
eſt non ſolum per modum motoris ſed eſt etiã
tãq; forme materie ꝓprie. vt ſicut deductũ fuit
in tertio notabili: q̃uis anima propria volunta
te poſſit ſe et corpus ſuum mouere motu locali
⁊ tamẽ vnire ſe corpori vt forma eius naturalis
dando illi eſſe ⁊ vitã: non eſt per ſe in voluntate
anime per aliquẽ eius actum elicitum: ſed natu-
raliter ineſt ei non effectiue ſed formaliter. effe-
ctiue autẽ a principio agẽte quod eſt deus. ⁊ de
hoc latius dictum fuit in tertio notabili. Et per
idẽ patet reſponſio ad confirmationẽ. quia pre
ſentialitas angeli eſt tantũmodo ſicut motoris
⁊ non ſicut forme naturalis vel ſubſtãtialis cor-
poris ⁊ ideo non eſt ſimile. neq; valet probatio
ſecunda: quoniã animare ⁊ viuificare nõ dicitur
ab aïa profluere effectiue ſed formaliter. ¶Ad
id quod ſecundo loco arguit ad primam ratio-
nẽ dicitur ꝙ non aliud concludit niſi ꝙ forma ⁊
materia vnite habẽt inter ſe quandã indiuiſionẽ
quia ſunt vnum in compoſito et in vno eſſe exi-
ſtentie. ſed ex hoc non ſequitur ꝙ non ſibi inui-
cẽ coniungantur. vnum enĩ quod formaliter di
cit indiuiſionem: oĩe ens conſequitur. ſed non
ideo ab entibus remouentur vnitates quedam
poſitiue. neq; ẽ omnino ſimile de partibus ligni
prout arguẽs putat. q2 partes ligni ſunt eiuſdẽ
rationis ⁊ nature. materia vero ⁊ forma nõ ſunt
vnius nature ſed diuerſarũ. ⁊ ideo magis pro-
prie poſſunt dici inter ſe cõiũcta q̃ꝫ partes ligni
q̃ꝫ ⁊ ipe ſatis congrue dici poſſunt coniuncte.
Ad ſecundam rationẽ reſpõdetur conſimiliter.
nam ſiue compoſitum ex materia ⁊ forma ſit ter
tia res ex illis reſultans ſiue non ſit tertia res: rõ
non probat propoſitum arguẽtis. nã ex ea non
aliud concludit̃ q̃ꝫ ꝙ materia ⁊ forma vnite ha-
beant in compoſito quandã vnitatis indiuiſio-
nem. ſed ex eo non ſequitur ꝙ non ſit ibi vnitas
poſitiua. imo omnis indiuiſio cũ ſit priuatio re-
quirit vnitatẽ poſitiuam in qua fundetur: alio-
quin cum de ſe ſit negatio: per ſeipſam ſubſiſte-
re non poteſt. ¶Ad ea que hẽricus inducit cõ-
tra eandẽ concluſionẽ dicitur ꝙ non militant cõ
tra nos. non enĩ ex verbis eius accipi poteſt cla-
re ꝙ dicat animã poſſe ſe vnire corpori effectiue
ſed magis formaliter: cũ dicat ꝙ ſi non ſit impe-
dita poſſit ſe vnire corpori diſpoſito: non volũ-
tarie niſi voluntate concomitante: ſed naturali
ter quod ⁊ nos ſm doctrinam ſancti thome te-
nemus. in hoc tamẽ deficit ꝙ dicat animã dare
eſſe corpori mediante actione. hoc autẽ falſum
eſt. quinimo anima non aliter dat eſſe q̃ꝫ infor-
mando ⁊ viuificando corpus formaliter: quod
non eſt per actionẽ anime ſed per formalẽ efflu
xum. ¶Ad primum durandi contra tertiã con-
cluſionem patet reſponſio ex quinto notabili.
¶Ad. 2^m. reſpondet ipſe durandus ꝙ argumẽ
tum procedit ex falſo ſuppoſito. quia non poni-
mus vt argumẽtum ſupponit ꝙ organizatio ꝓ-
cedat tẽpore vel natura: ſed econuerſo anima-
tio ordine nature precedit organizationem. et
ſubiectũ eius eſt ſola materia que prius fuit ſub
forma pulu erum ⁊ poſtea efficitur ſub anima et
ſic eſt ibi vera mutatio. hec ille. et ſtat ſolutio in
hoc quia ꝑuatio exiſtentie anime in corpore: nõ
eſt ſimul cum organizatione ſed precedit ipãm
in materia. ideo non eſt in eodem inſtanti cum
animatione: q̃uis organizatio ſit cum ea in eo-
dẽ inſtanti. ¶Ad argumentũ durandi contra
quartam concluſionẽ reſpondet ſanctus tho-

mas in cōmento super epistolam primā ad thesa. ca°. 4°. lec. 2ª. q̄ ex auctoritate apostoli ab arguēte inducta non accipitur q̄ mortui qui in christo sunt resurgent prius q̄ illi qui reperient viui. sed quod ex ea potest accipi est q̄ illi prius resurgēt q̄ isti occurrant christo. ita q̄ ordo nō ponatur resurrectionis ad resurrectionē: sed resurrectionis ad raptum vel ad occurrētiam. vnde apostolus non dicit: deinde nos qui viuimus resurgemus. sed dicit: deinde nos qui viuimus simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā christo in aera. quia enim poterat quis opinari q̄ veniēte domino ad iudicium: illi qui pro tunc viui reperiētur prius ei occurrent q̄ q̄ in christo mortui fuerant: ideo apostolus volens illā opinionem excludere dicit q̄ tam viui qui tunc reperiētur q̄ qui mortui fuerant: simul rapientur in nubibus obuiam christo. quod intelligendum est viuis prius morientibus ꝛ simul cum alijs resurgentibus. Et hoc consonat dictis eiusdem apostoli pª Corin. 5°. dicētis. omnes quidem resurgemus in momento in ictu oculi. Cum autem ambrosius ꝛ augustinus dicunt q̄ qui tūc inuenientur viui in raptu morientur: raptus non accipitur pro raptu in nubibus: nam anteq̄ in nubibus subleuentur illi qui viui reperientur: morientur in terra et resurgent simul cum alijs. sed dicuntur in raptu mori: quia rapti idest breuissimo tēpore erunt mortui quia statim resurgent. ¶ Ad argumentū ante oppositum respondet sanctus thomas in hac distictione articulo tertio sub articulo tertio ad quartū: q̄ congregatio cinerum que sine motu locali esse non potest: fiet ministerio angelorū. ꝛ ideo erit in tēpore sed imperceptibili propter facilitatē operandi q̄ cōpetit angelis. ꝛ subintelligitur q̄ alia fiēt absq̄ motu locali vt organizatio corporū ꝛ animatio. ꝛ in hoc articulus terminatur.

## ¶ Distinctio. xliiij.

CIrca q̄dragesimā q̄rtā distinctionē p̄mo q̄rit̄ vtrū in resurrectiōe anima resumat idē corp⁹ numero qd̄ p̄us hūit ꝛ arguit̄ q̄ nō. q̄r corp⁹ humanū per icorruptionē vsq̄ ad elemēta resoluit̄. s; ille partes elemētorū in q̄s corp⁹ humanū resolutū est: nō conueniūt cū corpore humano qd̄ in ea resolutū ē nisi i materia p̄ma: q̄modo q̄libet alie partes elemētorū cū p̄dicto corpore ꝯueniūt. si aūt ex alijs partib⁹ elemētorū corp⁹ formaret̄: nō diceretur idē numero. ergo nec si ex illis partib⁹ corp⁹ repareт̄: erit idē numero. ¶ In oppositū arguit̄. q̄r sicut dicit damascen⁹. li°. 4°. resurrectio ē ei⁹ qd̄ cecidit secūda surrectio. s; hoc corp⁹ qd̄ nunc gerim⁹ p̄ mortē cecidit. ergo idē nūero resurget. ¶ In hac q̄stione erūt q̄ttuor articuli vt sup̄.

QUantum ad p̄mū articulū sit ista ꝯclusio q̄ ad idētitatē resurgētis exigit̄ q̄ habeat eādē materiā numero. ita q̄ si aīa petri iformaret materiā corporis pauli: nō eēt idē petr⁹ q̄ p̄us. Hec cōclusio hētur ex dictis. S. Tho. in hac dis. q. pª. ar. p° sub. ar. p°. ꝛ. 2. Et q̄dlibet. 11°. ar. 6.

QUantum ad secundū articulū arguit̄ cōtra cōclusionē cōtra quā arguit durādus dicēs q̄ cuicūq̄ materie aīa vniat̄ in resurrectione ex quo ē eadē forma fm numerū: ꝯ̄sequēs erit idē petr⁹ fm numerū. qd̄ p̄bat̄ p̄mo sic ex natura materie fm phm. 7°. metha. materia fm se nec ē q̄d neq̄ quātū neq̄ q̄le nec aliud p̄dicamētorū: nec tñ est nihil nec negatio nec p̄uatio sed ē tm̄ pura potētia susceptiua formarū corporaliū ꝛ p̄uationū. ꝛ ideo dicit beat⁹ augustin⁹. 12. cōfessionū q̄ materia nec ē corp⁹ nec forma nec aliq̄d d̄ se formatū ꝛ sic est p̄pe nihil: ꝛ tñ nō est nihil s; est aliq̄d informe receptiuū oium formarū. ꝛ cōmētator d̄ sub̄a orbis dicit q̄ materia subatur p̄ posse. ex q̄

patet ꝙ ad intriſecā naturā materie nulla actua
litas oio ꝓtinet ſed pura potētialitas ad recipiē
dū quācūq; actualitatē in materia poſſibilē reci
pi. ex hoc arguitur ſic. quādo aliqd nullā diuer-
ſitatē hēt ex ſe: ſed oportet ꝙ quā hēt vel habe-
re poſt trahat ex alio. ſ. ex forma ſibi idita ⁊ ex dā
te formā: ex vno formaliter et ex alio effectiue.
ergo materia debet iudicari eadē vel diuerſa ſo
lū ex forma ſibi indita. exiſtēte ergo eadē forma
o mis materia ſibi vnita nūc ⁊ ꝑus: debet iudica-
ri eadē. ſi aūt hec: ⁊ cōpoſitū. maior de ſe manife
ſta ē. minor ꝓbat̃ ex natura materie q̃ eſt ꝙ ma-
teria ſit pura potētia vt ſtatī dictū eſt. qꝛ ex quo
materia eſt pura potētia: ꝺ ſe nō hēt aliqꝺ eſſe ꝫ
ſolū poſſe eē: ſed totū ſuū eſſe ē a forma ⁊ ꝑ cōſe
quēs idētitas ⁊ diuerſitas: cum ab eodē habeat
quodlibet eē ⁊ eſſe vnū in ſe ⁊ diuerſum ab alio.
materia ergo cū de ſe nullā habeat entitatē ſed
ſolū potētiā ad entitatē: ex ſe non hēt aliquā di-
uerſitatē ſed ſolū potētiam ad diuerſitatē. ⁊ hoc
eſt quod dicit comētator ſup. 2°. metha. ꝙ ī fun
damēto nature nihil eſt diſtictū. vocat autē fun
damentū nature materiā p̄mā. ⁊ patet minor.
ſeqtur ergo concluſio. ¶ 2°. ſic. niſi tota vnitas
materie ⁊ cōpoſiti eēt a forma: tūc aial qꝺ nutri-
tur poſt conuerſionē alimēti nō eſſet ſimpliciter
idē qꝺ ꝑus ⁊ quo ad eēntiā. cōſequēs eſt falſuꝫ
ergo ⁊ antecedēs. falſitas cōſequētis patet ꝑ da
maſcenum. li°. 4°. ca°. 5°. vbi dicit ꝙ panis ⁊ vi-
num ⁊ aqua in corpus ⁊ ſanguinem comedētis
trāſmutant̃: nec tamē fit aliud corpus q̃ꝫ ꝑmo. ⁊
idē videtur ſentire ariſtoteles p̄mo de genera
tione. eſt etiaꝫ ad hoc ratio: qꝛ ſi aial eſſet aliud
eēntialiter poſt nutrimētum q̃ꝫ ante: aut eēt ſm
totum aut ſm partē. non ſm ſe totū vt de ſe pa
tet. tūc enī in oī nutritione eēt noua generatio
quod eſt falſum. nec ſm partē: qꝛ aut ſm formā
aut ſm materiaꝫ. non ſm formam: qꝛ vt dicitur
p̄° de gene. in hoc differt nutritio a generatione
ꝙ in nutritione nō accipit materia nouaꝫ formā
q̃ p̄ius non fuit: ſed fit ſoluꝫ ſub forma q̃ p̄ius
extitit. in generatione autē accipit materia no-
uam formam q̃ omnino nō fuit. nec ſm materiā
quia aut ſm totum aut ſm partē. non ſm totū
quia materia animalis preexiſtēs: non ſimul to-
ta abijcitur ⁊ alia totaliter noua inducitur vt de
ſe patet. nec ſm partē: quia materia non hēt de
ſe partē ⁊ partē in eſſentia ſua circumſcripta par-
tialitate quātitatiua de qua nō loquimur. ergo
idē animal penitus quo ad ſubſtātiam in toto ⁊
in parte eſt ante nutritionē ⁊ poſt. ⁊ ſic patet fal
ſitas conſequētis. probatio conſequētie. quia ꝑ

nutritionē forma animalis fit de nouo in mate-
ria alimēti q̃ ſi de ſe haberet aliquam vnitatē ꝑ-
ter illā quam hēt a forma: tunc materia poſt nu
tritionē differret a materia ante nutritionē ſicut
differt totum a parte. et ꝑ conſequēs eſſet aliud
animal ſalteꝫ in parte. patet ergo ꝙ materia de
ſe nullam habet identitatē aut diuerſitatem niſi
quam habet a forma. ⁊ ſic manēte eadem forma
erit eadem materia vndecunq; veniat et ꝑ con-
ſequēs idē compoſitum. ¶ 3°. arguit. quia ra-
tiones partis oppoſite non procedūt. arguunt
enim ſic quidam dicētes ꝙ ſi anima petri vniret̃
materie non quam hic habuit ſed illi quam pau
lus habuit: non eēt homo idē numero ſimplici-
ter. quia variato vno de illis q̃ ſunt de neceſſita
te ad vnitatē compoſiti: variatur compoſitum.
ſed ſic eſt hic. ergo ⁊c̄. maior ab omnibus conce
ditur. probatio minoris quo ad illaꝫ partē ꝙ. ſ.
vnitas compoſiti depēdet non ſolum ex forma
ſed ex forma ſimul ⁊ materia. quia ab illo habet
aliquid vnitatē a quo entitatē. ſed compoſitum
habet entitatē eſſentialē non ſolum a forma ſed
a forma ⁊ materia ſimul: alias tota ētitas ⁊ eēn-
tia hominis eēt in anima ſeparata. ergo ⁊ vnita
tem eēntialē. Item probatio ꝙ materia non ſit
vna vnitate ſue eēntie que eſt potētia a forma.
quia vnum conuertitur cum ente. vnde ſicut in
materia ē triplex entitas: ſic ⁊ triplex vnitas. eſt
enim in materia p̄ma potentia quedam a ſolo
deo effectiue ⁊ a nullo alio quomodocunq;. ſe
cūdo participat a forma eē actuale. tertio a quā
titate eē extēſum. p̄° debetur vnitas ſubſtantia-
lis potētialis. ſecundo vnitas ſubſtātialis actua
lis. tertio vnitas accidētalis que eſt p̄ncipium
numeri. modo iſta vltima numeratur numero
quantitatis cuius eſt effectus formalis. ita ꝙ illi
qui dicunt ꝙ in augmēto tota quātitas preexi-
ſtēs corrumpitur ⁊ noua generatur: nō poſſunt
ſaluare ꝙ ſit idē quantū puer ⁊ ſenex licet ſit idē
homo. ⁊ ſimiliter ſi i corpore chriſti viuo ⁊ mor-
tuo reſuſcitato non eſſet eadē quantitas nume
ro: non eēt idē quantum numero. ſed quo ad ſe
cundum eſt vnitas actualis ſubſtantialis a for-
ma ſubſtātiali. vnde iſta eſt tota a forma ſubſtā
tiali et ſola ſicut p̄ma a forma accidētali. tertia
eſt vnitas potētialis quam habet a ſe nō ab alio
formaliter ſicut nec entitatē. verbi gratia. in ge-
nerato ⁊ corrupto eſt vna materia numero nu
meroſitate eēntiali potētiali non actuali nec ac-
cidētali. Hanc rationē alij deducunt aliter dicē-
tes ſic. ab eodē habet aliquid vnitatē ⁊ entitatē
in ſe ⁊ diſtinctionē ab alio. ſed materia hēt enti-

tatē essentialē non a forma nec ꝑ formam licet nō sit forma. ergo habet vnitatē in se ꝛ distinctio nē ab alio non a forma nec ꝑ formam. non ergo habet materia totā vnitatē ꝛ distinctionē a forma sicut supponūt priores rationes. Probatur minor tripliciter. p° q2 materia est ingenerabilis ꝛ incorruptibilis vt dicit p°. phy. sed nulla entitas q̄ sit in materia ꝑ formā vel a forma ē ingenerabilis ꝛ incorruptibilis cum ꝑ generationē acquiratur ꝛ ꝑ corruptionē amittatur. ergo ꝛc. Itē secundo realis cōpositio ē ad minus duorū realiter differētium. sed materia ꝛ forma faciunt compositionē eēntialē vel realē. ergo sunt duo realiter distincta. quod non eēt nisi materia s̄m se haberet aliquā realē vnitatē preter illam quā habet a forma. Itē tertio subiectum manet idē sub vtroq̄ termino transmutationis. sed materia est subiectum transmutationis q̄ est a forma in formā. ergo eadē est materia sub diuersis formis. quod nō posset eē si materia haberet totā vnitatē suam a forma. Sed q2 iste rationes non cōcludāt patet. q2 cū materia ꝺ se sit in pura potētia ad eē: ex tali entitate cōpetit ei duplex distinctio. vna qua distinguitur a puro nō ente ꝑ hoc q2 ipa ē aliquo modo ens. alia qua distiguit ab actu ꝑ hoc q2 ipa est potētia. et ꝺ hac duplici distinctione ꝓcedit ratio q̄ probat q2 materia hēt aliquam entitatē ꝛ vnitatē in se ꝑ quam est ingenerata ꝛ incorruptibilis: ꝛ alia a forma realit ꝛ subiectū trāsmutationis q̄ est a forma in formam. ꝛ ad hoc sufficit entitas potentialis solū ꝛ vnitas proportionabiliter ei correspondēs. sed de hac nō loqmur: sed solū querim⁹ de distinctione materie a materia ꝛ eius vnitate. talē autē distinctionē: impossibile est inuenire in materia s̄m se cū omīs materia sit pura potētia tātū. ꝛ ꝑ hoc vna non potest distingui ab alia s̄m cōmunē rationē potētie cum in hac conueniāt: sed s̄m numeralē distinctionē potētie a potētia. q2 numerus eorū q̄ sunt vnius rationis: supponit actualitatē eorū seu entitatē actualē eorū qua numerātur si sunt actu plura. si aūt solū possunt esse ꝛ non dū sunt possunt quidē plura esse s̄m numerū sed nondū sunt. cū ergo materia non hēat aliquam entitatē actualē s̄m se sed omnē quam hēt habeat per formam ꝛ a forma: ꝯsequēs est q2 s̄m se non pōt habere aliquē numerū quo distiguatur actu ab alia materia. Si aūt aliquis diceret q2 tota distinctio numeralis ē quidē ꝑ formam vel a forma se solū q̄tum ad fieri nō aūt q̄tum ad conseruari: ac ꝑ hoc materia q̄ est facta ꝑ formā diuersa numero a quacūq̄ alia materia: semꝑ remanet alia nec recipit aliam vnitatē numeralē sub quacūq̄ forma fiat de nouo sed semꝑ retinet ꝑexistētem ꝛ sic non oportet q2 materia q̄ fit sub alia forma sit eadē numero cum omni materia q̄ prius fuit sub eadē: dicēdum q2 non valet. quia licet in causis efficiētibus aliquid possit esse causa in fieri et non in conseruari: non tamen in causis formalibus. nihil enī pōt eē albū sine albedine. cū ergo forma sit causa entitatis ꝛ vnitatis materie ꝑ quā vna distinguitur ab alia nō efficiēs sed formalis impossibile est talē distinctionē fieri vel cōseruari sine forma. patet ergo q2 remanēte eadem forma s̄m numerum: quecūq̄ materia adueniat ꝛ vndecūq̄: est idē homo s̄m numerum propter hoc q2 tota vnitas actualis cuiuscūq̄ rei ē a forma. ¶. 4°. arguit. quia s̄m hanc viam euadūtur multe difficultates q̄ sunt circa materiam resurrectionis. sicut est illa de costa ade ꝺ qua formatū est corpus mulieris vt dicitur gene. 2°. et illa qua queritur si aliq̄s homo nutritur ex carnibus alterius hominis ꝛ de supfluo alimēti generetur alius homo in quo illorum talia resurgēt. s̄m enī ea que dicta sunt prius: non differt q̄tum ad vnitatē numeralē resurgentis in quo talis materia resurgat cum ipsa de se nullam habeat vnitatē aut pluralitatē: sed omnia ista competunt ei per formam que si est eadē: totum cōpositum erit idē. hec durandus. ¶ Contra eandē conclusionē arguit ioannes de neapoli. 2°. quodlibet. q. 6. vbi sic dicit. si anima petri vniretur materie pauli vel lapidis: eēt idē petrus numero qui fuit. quod pōt sic probari. existēte eadē forma numero ꝛ eadē materia: est idē cōpositum numero. s3 sic ē in proposito. ergo ꝛ cetera. maior patet de se. quia sicut entitas realis compositi depēdet extrinsece ꝛ eēntialiter ex sola entitate materie ꝛ forme: sic ꝛ vnitas numeralis ex vnitate numerali. minor etiam q̄tum ad vnam partē supponitur. s. q2 sit eadē forma: sed q̄tum ad aliam declaratur. Ad cuius euidētiam sciēdum est q2 duplex vnitas attribuitur materie. s. intrinseca ꝛ eēntialis: ꝛ alia extrinseca. sed prima ē potētia q̄dam de genere substantie. ꝛ q̄tum ad talem vnitatē dicitur eē vna materia omniū generabilium ꝛ corruptibilium seu inuicē trāsmutabiliū vt patet in primo de generatione. ꝛ alia est superueniens. s. vnitas actualis ꝛ hec est etiā duplex. quia quedā est substātialis quam. s. habet a forma substantiali ratione cuius dicitur eē vna materia in vno cōposito. ꝛ quedā est actualis accidētalis quā hēt a quantitate dimēsiua s̄m quā dicitur eē materia generati ꝛ corrupti q2 forme

earum succedunt sibi in eadē parte materie. materia autem partialitatē hēt a quantitate dimēsiua. sed constat ꝙ si anima petri vniretur materie lapidis vel pauli: esset eadē materia q̄ prius extitit sub forma petri cum ꝑ̄ etiā sētē primo modo identitatis ꝛ secundo. Ad vnitatē autem numeralē cōpositi iste due vnitates materie sufficiunt nec requiritur tertia. quod probatur dupliciter. Primo quia plures partes materie quantitatiue distincte possunt concurrere ꝛ de facto concurrūt ad vnum numero vt patet de diuersis partibus materie elementorum concurrentibus ad generationem mixti quod est vnum numero: ꝛ ꝯ materia cibi ꝛ cibati que post nutritionē sunt in nutrito quod est vnum numero. Secundo quia si aliqua mulier de carnibus humanis nutriretur sic ꝙ materia fetus fuisset sub forma substātiali alterius hominis ꝛ tandē proles continue de humanis carnibus vesceretur: constat ꝙ in resurrectiōe finali materia talis prolis esset sub formis illorum hominū quorum carnibus talis proles nutrita fuisset ꝛ mater eius pasta. ꝛ per consequēs sub forma talis prolis esset alia materia isto modo ab ea q̄ prius fuit sub eadem forma. ꝛ tamen talis esset idē homo in numero qui prius fuit propter vnitatē numeralez forme substantialis ꝛ propter vnitatez materie numeralē primam ꝛ secundam de tribus predictis q̄uis deesset tertia. ergo predicte due sufficiunt ad vnitatez numeralem compositi nec requiritur tertia. per quod etiam patet conclusio principalis. ꝙ si anima alicuius hominis desineret eē in tota sua materia ꝛ ꝯ nouo vniretur toti alicui alteri materie: eēt idem homo numero qui fuit. ℭ. 2°. principaliter. quia hanc secundā conclusionez cum predicta secunda ratione expresse ponit augustinus. 22. ꝯ ciuitate dei. ca°. 20. vbi agens de resurrectione finali querit de illis qui vescuntur carnibꝰ humanis sub qua forma resurgent: ꝛ respondet ꝙ sub forma illorum quorum fuerunt ille carnes: et materiam in tali homine deus aliunde supplebit. et nihilominus erit idē homo numero qui fuit. vnde dicit sic. q̄ritur cum caro hominis mortui etiam si sit viuētis caro: cui potius eorum in resurrectione reddatur vt pote si quispiam cōfectus fame atq; cōpulsus vescatur cadaueribus hominum. ꝛ subdit responsionem paucis interpositis. reddetur caro illi homini cuius caro humana primitꝰ esse cepit sua. illi vero quez fames exinaniuit: ab eo qui pōt etiam exalata reuocare reddetur. ꝛ subdit quod ē ad propositum. quāuis et si omnibꝰ perijsset modis nec vlla eius materies ī vllis nature latebris remansisset: vnde vellet eam repararet omnipotens. ℭ. 3°. quia hec esse videtur sentētia ioānis baptiste Mathei. 3°. potēs ē deꝰ de lapidibus istis suscitare filios abrahe. ex quo videtur ꝙ anime filiorum abrahe qui iā mortui erant: possent vniri materie lapidis ꝛ essent nihilominus idē filij abrahe qui fuerant. vnde dicit hieronimus sup matheum predicta verba expōnēs. in quo dei indicat potētiam vt qui ꝯ nihilo cuncta fecerat: possit ꝛ de saxis durissimis populum procreare. prima enim sunt rudimēta fidei credere deū posse quicq̄d velit. hec io ānes.

Quantum ad articulum tertiū primo notandū est ꝙ vt latius deductū fuit. 3a. dis. secūdi libri. q. pa. cōmunicatio materie q̄ est perꝰ plurificationē sub multis formis et in multis indiuiduis nō fit nisi perꝰ diuisionē quaz materia non habet a se sed a quātitate prout phus inquit p°. phy. materia enim prima de se circumscripta quātitate: vna numero est omniū generabiliū ꝛ corruptibilium. fit autē plures numero p quantitatem per quam habet extēsionē ꝛ diuisionē. vnde materia p quantitatē habet ꝙ sit principium pluralitatis indiuiduorum ꝛ indiuiduationis cuiuslibet sm ꝙ indiuiduum ē hoc aliquid ad sensum demōstrabile distinctū loco ꝛ positione ac figura a quocūq; alio sue speciei. ac p hoc a quantitate primo et deinde ab alijs accidētibus q̄ consequuntur ꝛ fundāturin quātitate: hēt ꝙ sit materia propria. i. īdiuiduata huius ꝛ illius. materia autē sic plurificata ꝛ indiuiduata simul etiaz quia hēt rationē primi subiecti qꝺ in alio non recipit: ē primū principiū indiuiduationis formarum vt expresse dicit. S. D. pa. p. q. 75. ar. 5. in. cor. vt enī ipse docet in pluribus locis: forma receptibilis in materia q̄tm est ꝯ se communicabilis est multis sm eandē rationē. ꝛ inde ē ꝙ quia species rerum ē principaliter a forma: adeo vna species cōmunicabilis est pluribus indiuiduis. plures enim homines vnius tātūmodo sunt spēi. ꝛ iterū ꝓprietates q̄ per se cōsequūtur formā: sūt pluribus indiuiduis cōmunicabiles queādmodū risibile ꝛ disciplinabile sunt ꝓprietates omnibus hominibus communes. īdiuiduatio autē ꝛ incōmunicabilitas forme ꝛ formarum multiplicatio ac diuersitas sm numerū prouenit ex parte materie ꝛ ex parte materialiū proprietatū. et hinc ē ꝙ oēs aīe q̄tū est de se sunt eq̄les pfectio-

ne specifica. sunt autē inequales sm pfectiones individuales ex parte corporum in quibus recipiuntur ⁊ in quibus individuantur ⁊ multiplicantur prout ostensum fuit libro secundo dis. 32ª. vnde proprie loquēdo materia non habet a forma individuationē ⁊ q̄ sit hec sed magis ecōtra. ¶ Nec obstat dictus quod. S. Tho. dicit. pª. p. q. 7. ar. pº. in. cor. q̄ materia quodāmodo finit̄ p formam inq̄ᵗum materia antequā recipiat formā est in potētia ad multas formas: sed cum recipit vnam: terminatur p illam. forma vero finitur p materiam inquā ᵐ forma in se considerata cōmunis ē ad multa. sed p hoc q̄ recipitur in materia: fit forma determinate huius rei. nā finitatio seu terminatio materie p formā non est per modum individuationis sed p modum pfectionis inquātū p formā eius potētia reducit̄ ad actum: ⁊ de indeterminata ad plures formas: fit determinata ad vnā formā. nō q̄ fiat de vniversali particularis seu individua: nā materia ⁊ eius potētia ex se est vna numero omniū generabiliū ⁊ corruptibilium. itaq̄ vna numero existēs: est indeterminata ad plures formas ⁊ multis plurificabilis: quēadmodū limus terre vnᵘˢ numero existens est cōmunicabilis ⁊ plurificabilis in multa vasa. q2 enī cōmunitas materie ad plura materialia ē realis: cōpatit̄ secū individuationē materie. nā individuatio nō repugnat cōmunitati sꝫ vniversalitati. vna enī ciuitas nūero ⁊ vna possessio: ē cōmunis pluribᵘˢ. finitatio vero ⁊ terminatio forme p materiā: est p modū individuationis. q2 forma q̄ de se ē cōis ⁊ vniversalis ad plura individua: p hoc q̄ recipit̄ in materia individuat̄ ⁊ est ꝓpria forma individui distīcta nūero a forma ꝓpria alteriᵘˢ individui. ¶ Aduertēdū ꝫ tñ q̄ q2 aīe humane sunt a solo deo p creationē ⁊ a deo infundūtur corporibᵘˢ: ideo individuatio aīarꝫ humanarꝫ nō solum ē a corporibᵘˢ q̄ sūt carꝫ ꝓprie materie: sed ē pricipaliter a deo q̄ diuersas aīas numero diuersis numero corporibus deputat: ⁊ hāc infūdit huic corpori ⁊ illā illi ꝓut accipi pōt ex dictis. S. Tho. cōtra gē. liº. 2. caº. 81. ⁊ magis plane in responsionibus ad articulos cētum ⁊ octo magistri ioānis de vercellis arº vltimo. ¶ Ex quibᵘˢ inferimus falsam ēē opinionē et absq̄ fundamēto dictū materiā a forma tm̄modo habere vnitatē ⁊ pluralitatē ⁊ idētitatē aut diuersitatē. ꝓbat̄ hoc ex premissis q̄m dictū isto rꝫ ꝓcedit ex falso fundamēto. s. q̄ materia hēat individuationē ⁊ idētitatē aut diuersitatē a forma p̄ se. hoc aūt falsū ꝫ est sicut ex supradictis fuit deductū.

¶ Secundo Notandū est q̄ licet forma subalis aduениat materie nude nullā formā. s. habēti nec substantialē nec accidētalē: non tñ phisice loquēdo aduenit materie se habēti sm totā sue potentie capacitatē indifferēter ad oēs formas. Ad cuius intellectū considerādū est q̄ p motū p̄cedentē introductionē forme: materia disponebatur ad certā ⁊ determinatam formam quā in termino motus recipit. inter motū aūt ⁊ eius terminum: nullū cadit mediū forme vel durationis. nec inter tempus alterationis ⁊ instans generationis ad quod terminatur. vnde non est dandum tēpus aut instans temporis inter vltimā dispositionē materie et introductionem forme in quo materia sit indifferēs ad omnes formas ita vt causalitas qualitatū ⁊ dispositionum que per totum tēpus alterationis disponunt ad forme substantialis introductionē: attingat tanq̄ eius terminum ipsam forme introductionem ⁊ vnionē cum materia q̄ fit in instāti quod terminat motum alterationis p̄cedētis: q̄uis nō semper attingat ad ipsam forme substātiā producēdā. Nec obstat q̄ forma aduenit materie nude ab omi alia forma ⁊ dispositione. q2 talis denudatio materie nō nisi p introductionē forme cōplet̄. forma enī sua introductione: simul ⁊ materiā informat ⁊ a p̄cedētibᵘˢ forma et dispositionibᵘˢ expoliat. ac p hoc ipsam materiā nudā attigit ⁊ replet vt nullū tēpus vel instans tēporis dari possit in quo materia nō hēat vel dispositiones ad formā: vel ipsā formā. ⁊ propterea phūs dicit q̄ corruptio vnius est generatio alterius. quia. s. ipsa corruptio p̄cedētis forme: nō nisi generatione ⁊ introductione aduenientis forme pficitur. vñ precedētes dispositiones necessitāt et vt ita loquar trahūt nouā formam. ac p hoc ipsa forma nō aduenit materie indifferēti sed determinate ⁊ disposite. i. q̄ imediate ante instans introductionis forme fuit disposita ad ipsius forme receptionē. itaq̄ vtrūq̄ vere dici potest ⁊ q̄ forma substantialis vnit̄ ⁊ aduenit materie nude ab oī forma substantiali vel accidētali q2. s. in ipsa forme vnione materia expoliatur oī forma substantiali ⁊ accidentali quā prius habuerat. ⁊ q̄ aduenit ⁊ vnitur materie disposite ea. s. ratione quia tali materie vnitur q̄ immediate ante instās vnionis disposita erat ad talis forme receptionē. ita q̄ nullum tēpus aut instans temporis p̄cessit imediate forme introductionem in quo materia non fuisset disposita ad illam recipiēdā ⁊ in quo ad ipsius introductionē non necessita-

ret cursu ꝛ ordie nature. sicut aũt materia dicit
disposita mõ pdicto ad recipiẽdã formã subalez
quã agẽs intẽdit: ita ꝛ ẽ disposita ad recipiẽdum
ex cõsequẽti simul cũ forma quãtitatẽ ꝛ q̃litates
ꝛ generaliter dispositiones q̃bus fit ꝓpria mate
ria ꝛ ꝓpriũ subm forme denuo introducte. ipse
enĩ dispositiones p̃cedẽtes q̃ disponebant mate
riã ad forme subalis intro ductionẽ: simul dispo
nebãt ex ꝯsequẽti materiã ad recipiẽdũ cum for
ma dispositiones cõuenientes forme: q̃bus mate
ria esset ꝓpria ipsius materia. Et vt ista meli⁹ ca-
piãtur ꝓponamus sub exẽplo ꝙ in generatione
ignis ex aere: ignis generãs agit i aerẽ alterãdo
ipm inducẽs in eo caliditatẽ et alias ignis q̃lita-
tes: simul ꝛ minuẽs ꝛ gradatĩ corrũpẽs aeris q̃li
tates disponendo materiã aeris ad recipiẽdum
formã ignis subalem. tandẽ q̃litates ignis virtu
te ignis agẽtis intãtũ intẽdũtur: vt ꝑ earũ actio
nẽ necessario corrũpat aeris forma ꝛ inducatur
forma ignis substãtialis inductis simul cum for
ma qualitatibus igni cõgruentibus: corruptis
tñ prius natura simul cum forma aeris et i eodẽ
instãti qualitatibus igneis disponẽtibus i toto
tẽpore alterationis. qualitates aũt iste precedẽ
tes ꝛ disponentes: sunt eiusdem speciei cũ qua-
litatibus inductis cum igne generato: sed sunt
alie ab eis numero. ꝛ q̃uis sint dispositiones nõ
repugnantes forme ignis generati: corrumpũ-
tur tñ in eius aduentu per corruptionẽ subiecti
quod erat aer. accidentia nãq3 dupliciter corrũ
puntur. ꝛ actione contrarij: et corruptione sub-
iecti. differunt aũt iste dispositiones cum forma
inducte: a primis dispositionibus disponẽtibus
sicut perfectum ꝛ imperfectum. prime enim sunt
imperfecte vnde et compatiuntur secum in eo-
dẽ subiecto aliam formam vt aeris: quam tales
dispositiones cum noua forma subsequẽtes nõ
compatiuntur. differunt preterea q2 p̃me dispo
sitiones dicũtur esse dispositiones q̃tum ad fie-
ri tñmodo forme introducende: eo ꝙ sine illis
naturaliter non fiet introductio forme in mate
ria. disponunt enim p̃parãdo materiã ad recep-
tionẽ forme. subsequentes vero sunt eius dispo
sitiones q̃tm ad esse: quia per eas ꝯm cursum na-
ture forma introducta habet esse in materia: et
ipsis corruptis forma desinit esse in materia. rur
sus prime dispositiones possunt dici medie iter
materiam ꝛ formam q2 ad earum vnionẽ dispo-
nunt et quasi mediant quia precedunt in mate-
ria formam introducendaz. dispositiones vero
aduenientes cum forma: sunt posteriores in ma-
teria ipsa forma. vnde non intelliguntur vt me-
die inter materiam ꝛ formam: immo magis for-
ma est media inter ipsas ꝛ materiam. nam intro
ducta forma prius natura: subsequũtur ipe dis-
positiones in materia. Et de istis secũdis dispo-
sitionibus verificatur qđ sãctus thomas dicit in
pluribus locis ꝙ forma nõ vnit materie per ali-
quod mediũ. ac per hoc ꝙ nec aĩa vnitur corpo
ri mediãtib⁹ dispositionib⁹ accidẽtalib⁹. sicut pa
tet. pª. ꝑ. q. 76. ar. 6. Et de spiritualib⁹ creaturis
arº. 3º. Itẽ in. q. de aĩa. ar. 9º. nã de p̃mis disposi
tionib⁹ q̃tm ad fieri: ipse doctor ꝛ sctũs tenet ꝙ pñt
dici medie inter materiam ꝛ formam. vnde con
tra gen. liº. 2º. caº. 71. postq̃3 deduxit ꝙ aĩa non
vnit corpori per mediũ nec vniuersaliter forma
materie: subiũgit. põt tamẽ dici aliquid esse me
diũz inter aĩam ꝛ corpus ꝛ si nõ in essendo: tñ in
mouẽdo ꝛ in via generationis. in mouẽdo q̃dẽ
q2 in motu quo aĩa mouet corp⁹: est q̃dã ordo
mobilium ꝛ motoꝝ. aĩa enĩ oẽs operationes suas
efficit ꝑ suas potẽtias. vnde mediante potentia
mouet corp⁹ ꝛ adhuc mẽbra mediante spiritu ꝛ
vlterius vnũ organũ mediante alio organo. in
via aũt generationis: dispositiones ad formam
p̃cedũt formã in materia: q̃uis sint posteriores
in essendo. vñ ꝛ dispositiones corporis q̃bus fit
ꝓpriũ ꝑfectibile talis forme: hoc modo possunt
dici medie inter aĩam et corpus. hec ille. Quod
autem dicit dispositiones ad formam precedũt
formã in materia q̃uis sint posteriores i eẽndo
debet intelligi nõ quasi eedẽ numero sint dispo-
sitiones q̃ precedũt ꝛ dispositiones posteriores
in eẽ: sed q2 sunt eedẽ spẽ et differũt vt p̃missuz ẽ
sicut perfectum ꝛ imperfectũ. De ipsis etiam dis-
positionibus p̃cedentibus intelligitur quod di-
cit. pª. ꝑ. q. 48. ar. 4. ꝙ habilitas materie ad re-
cipiẽdum formam: est per dispositiones quibus
materia p̃paratur ad actũ. q̃ quãto magis mul-
tiplicant: tanto magis est habilior ad formam.
¶ Ex supradictis inferimus ad propositũz nr̃e
questionis ꝙ per actionẽ agentis et per disposi-
tiones quibus materia disponitur ad recipien-
dũ formã subalez: fit materia ꝓpriũ susceptibile
ꝛ propria materia talis forme: ꝛ non simpliciter
neq3 primo ꝑ formã ipsam. ac ꝑ hoc dicimus ꝙ
corpus hominis ab agẽte mediãtib⁹ dispositio-
nib⁹ hẽt ꝙ sit ꝓpria materia ꝛ ꝓpriũ subiectũ ani
me rationalis: ꝛ nõ primo aut simpliciter ab aĩa
rationali. ꝛ ꝑ cõsequẽs nec ꝙ hoc corpus sit idẽ
vel diuersum illi. cõtra opinionẽ quorundaz di-
centium ꝙ a sola anima ꝛ ab agente habet cor-
pus humanũ ꝙ sit idem vel diuersum alteri. ita
ꝙ si anima petri in resurrectione communi resu

mat corpus qd fuit pauli: erit illud idē corpus nu
mero quod fuerat ante mortē ipsius petri. certe
istoꝝ opinio q̄ꝫ ad radicē est falsa, put ex premis
sis fuit deductū. ac ꝑ hoc quod ex ea inferunt de
anima et corpe humano nō habet veritatē et ca-
sus est impossibilis, put. S. Tho. ꝓbat contra gē.
li. 2. caplo. 73. et est eius ꝓbatio. qm̄ q̄ est ꝓpor-
tio aīe hoīs ad corp⁹ hoīs: eadem est ꝓportio aīe
hui⁹ hoīs ad corpus hoīs huius. vn̄ sicut impossi-
bile est ꝙ aīa hoīs ingrediat̄ aliud corpus q̄ꝫ hoīs
sicut ꝙ aīa canis ingrediat̄ corpus lupi: ita nō est
possibile aīam huius hoīs ingredi aliud corpus q̄ꝫ
istius hoīs. ad motiuū aūt illoꝝ. s. ꝙ ab eo habet
res vnitatem a quo habet esse: dicetur in solutio-
nibus argumentorum.

¶ Tertio Notandū est ꝙ qꝛ vnum et ens cōuertūt̄ et vnūquodq̄ꝫ intantū est vnū inq̄ꝫm est ens, put p̄hs dicit. 4. me
tha. ideo sicut in materia considerat̄ triplex enti-
tas: ita et cōsiderat̄ triplex vnitas. considerat̄ enī
in materia quedā entitas potentialis quātū ad
id quod est in se: quia est q̄dā potētia a deo crea
ta in ordine ad formā subalē: non ad hāc vel ad
illā determinate tanq̄ꝫ ad ꝓpriū ipsius actum. et
hanc entitatē consequit̄ vnitas quedā realis qua
omniū generabiliū et corruptibiliū dicit̄ esse vna
numero materia. Alia entitas cōsiderat̄ in mate-
ria actualis quā habet a forma qua informat̄ sm
ꝙ ꝑ eam actu existit in rerū natura. et hāc entita-
tem cōsequit̄ in materia vnitas q̄dā specifica nō
directe sed ꝑ reductionē. forma enim ex ꝓpria rō
ne habet ꝙ sit cōstitutiua speciei. vnde per hoc ꝙ
aduenit materie ipsam informans: constituit for
maliter compositū in determinata specie ad quā
reductiue pertinet materia: eo ꝙ partes ad spēm
totius pertinent per reductionem non directe qꝛ
per se et directe non reponit̄ in genere vel specie
nisi quod habet rōnem toti⁹. vnde talis entitas
et vnitas magis ꝓprie conuenit materie ex rōne
compositi q̄ꝫ ex rōne forme: quāuis quodāmodo
forma sit causa. Alia entitas considerat̄ in mate-
ria actualis sed accidētalis qua dicit̄ esse extensa
et dimēsionata: quā habet a quātitate sm quam
materia dicit̄ esse magna vel parua. et hāc entita
tem consequit̄ in materia vnitas numeralis. Et
qm̄ ꝑ hoc ꝙ aliquid est vnū: habet ꝙ sit in se indi
uisum et distinctū ab aliquo alio: ideo sm quālibꝫ
harū vnitatū vna materia dici pōt distincta ab a-
lia. ꝑ primā nāq̄ꝫ vnitatē distinguit̄ materia p̄ma
generabiliū et corruptibiliū a materia corporum
celestiū. nā sicut dictū est: p̄ma vnitas conseq̄t̄ ma
teriā sm ꝓpriā rōnē inq̄ꝫm. s. est potētia. Qꝛ ergo
alterius rōnis est potētia materie generabiliū et
corruptibiliū a potētia materie corpoꝝ celestiū:
qꝛ illa est potētia ad esse ista vero est potētia tm̄-
modo ad vbi: ideo sm p̄mā vnitatē accipit̄ di-
stinctio materie vtrorūq̄ꝫ corpoꝝ. Secūdū vero
tertiā vnitatē accipit̄ distictio vni⁹ materie signa
te vel indiuidualis ab alia. distinguit̄ enī materia
huius idiuidui a materia alteri⁹ indiuidui etiā si
sint eiusdē speciei: ꝑ hoc ꝙ materia hui⁹ hat et aliā
numero quātitatē et extēsionē et figurā ac situ et
sic de ceteris ꝓprietatibus q̄ sm quātitatē dicunt̄
vel in ea fundant̄: a quātitate et ceteris conditio
nibus q̄bus materia alteri⁹ indiuidui est signata et
indiuiduata. Secundū vero vnitatē secundā quā
materia hēt suo modo ꝑ formā: non ꝓprie et dire
cte accipit̄ distinctio materie a materia: sicut nec
ꝓpe et directe materia dr̄ vna sm illam vnitatē
sed reductiue tm̄modo. vn̄ non est in vsu philoso
phoꝝ saltē magne auctoritatis dicere ꝙ vna ma-
teria in generabilibus et corruptibilibus differat
specie ab alia materia: sed tm̄modo primo et ter
tio modis reperit̄ apud ꝓbatos p̄hos et maxime
apud aristotelē cui⁹ phisica doctrina verior et ꝓ-
babilior habet̄: ꝙ vna materia distinguat̄ ab alia.
Unde. S. Tho. in. q. de spūa. crea. ar. 8. in cor. sic
ait. distinctio materie a materia non inuenit̄ nisi
duplex. vna sm ꝓpriam rationē materie et hoc sm
habitudines ad diuersos actus. cū enim materia
sm ꝓpriā rationē sit in potētia: potentia autē ad
actū dicatur: necesse est ꝙ sm ordinē actuū atten
datur distictio in potētijs et materijs. et hoc mo-
do materia inferioꝝ corpoꝝ q̄ est potētia ad esse
differt a materia celestiū corpoꝝ que est potētia
ad vbi. secūda autē distictio materie: est sm diui-
sionē quātitatis: put materia existens sub his di-
mēsionibus distinguit̄ ab ea q̄ est sub alijs dimen
sionibus. et p̄ma quidē materie distinctio facit di-
uersitatē sm gen⁹. qꝛ sm p̄hm. 5°. metha. genere
aūt differunt: sm materiā diuersa. secunda aūt di
stinctio materie facit diuersitatē indiuiduoꝝ in
eadē specie. hec sanct⁹ doctor. Ex q̄bus colligit̄ ꝙ
ois distictio materie a materia est vel sm gen⁹ q̄
accipit̄ ex ipsa potētia materie. vel sm numerum
et hec accipit̄ ex diuersitate dimēsionū p̄mo: et ex
cōsequēti aliaꝝ accidētaliū dispositionū. nō ergo
per formā subalem distinguit̄ hec materia ab illa
sicut false quidā opinati sūt. ac ꝑ hoc nec materia
habet a forma ꝙ sit vna nisi sicut fuit p̄missum in-
directe et reductiue. imo magis forme subales plu
rificāt̄ et distinguūt̄ numero sub vna spē ex eo ꝙ i
plurib⁹ et distictis numero materijs recipiūt̄. q̄ vn̄
habeāt ꝙ sint plures et distīcte numero: dictū est

latius in primo notabili. vñ quãuis huiꝰ forme sit hec materia et alteriꝰ altera: id nõ infert causatiue sed magis cõsecutiue. hec enim indiuidua materia: infert hãc indiuiduã formã sicut causa effectũ. nã materia est causa hecceitatis et indiuidua tionis forme. forma vero hec et indiuidua: arguit vel infert hãc indiuiduã materiã tanquã ꝓpriũ subm nõ sicut causa effectũ: imo econtra sicut effectus arguit et infert causam cõsecutiue. consequit̃ enim ad hãc materiã signatã: ꝙ forma in ea recepta fiat hec et signata sicut effectꝰ cõsequit̃ ad causam. omne eñ receptum recipit̃ ad modũ recipientis quẽ modũ recipiẽs illi cõmunicat.

eo quod locus circũscribit locatum secundum omnem eius superficiem, put phs dicit. 4°. phy. vnde in argumento negãda est cõsequentia qua infert quod ex replicatione partiũ totius sequit maximũ corpus esse in minimo loco. ¶ Ad. 3m. dicit quod similitudo sũpta in maiori est vera loquẽdo de ordine positionis partiũ quãtitatiuarum in toto: qm̃ vtrobique ẽ par necessitas. et sic cõcedimus quod nulla virtute fieri pōt quod partes quãtitatis cõtinue pmanentis sint simul positione. et p eandẽ rõnem nec due quãtitates diuersorum corporum. sed hoc cõcesso: nõ sequit ppositum argũẽtis. s. quod p nullã virtutẽ fieri pōt quod diuerse partes quãtitatis vel due quãtitates diuersorum corporũ sint simul positione seu situ locali. qm̃ positio vel situs localis nõ est ita essentialis quãtitati cõtinue queadmodũ positio vel ordo positionis partiũ in toto. nã sicut dicebat in tertio notabili: positio et situs localis ptinet ad aliud pdicamentum a quãtitate. ac p hoc nõ pōt esse de essentia quantitatis quia essentie pdicamentorum sunt impermixte. ¶ Ad. 4m. dicit quod maior est falsa qm̃ alia est cõparatio vtrobique. nã accidẽtia cõparant ad subm informatiue et intrĩsece. due aũt forme eiusdẽ speciei non pñt simul informare subm idẽ secundum eandẽ partẽ. corpus aũt cõparat ad locũ sicut ad aliquid extrĩsecũ et nõ informatiue. duo aũt nõ repugnat ad idẽ cõparari nõ informatiue sed extrĩsece: tam in absolutis sicut plures linee circuli ad idẽ centrum terminant et cõparant: quam in relatiuis queadmodũ in patre et matre sunt due relatiões reales terminate ad eũdẽ filiũ. locatũ vero cõparat ad locũ sicut ad terminũ, put phs dicit. 4°. phy. ¶ Ad 5m. dr quod assumptũ est falsũ sicut patebit p singulas rñsiones ad rõnes oppositas. pma nãque rñsio ad pmã rõnem est ficticia et ptra auctoritates sacre scripture secundum quod cõmuniter exponunt a sctis et in ecclia cãtant. canit eni ab vli ecclia de btã virgine quod est porta illa clausa de q ezechiel. 44. dr et puerti me ad viã porte sanctuarij exterioris q respiciebat ad oriẽtẽ et erat clausa et dixit dñs ad me. porta hec clausa erit et nõ aperiet et vir nõ trãsiet p eam. et post pauca. eritque clausa pricipi. vbi interlinearis dicit. virgo maria virgo ante partũ virgo in partu virgo post partũ. hec verba pphete ptractãs augus in sermone castissimũ ait. quid ẽ porta in domo dñi clausa nisi quod maria semper erit intacta. et infra. et qd est clausa erit in eternũ: nisi quia maria virgo est ante partum et post partũ. et sequit loquẽs in psona btẽ virginis. illi facta sum ianua clausa: q post suã resurrectionẽ ingressus est p ostia clausa. et infra. q natus ẽ de vẽtre meo: me matrẽ dimisit intactã. adimpleuit ventrẽ meũ diuinitate et vterum meum nõ euacuauit castitate. de beata etiã virgine cantat ecclia quod est ortus conclusus fons signatus. dicere autẽ quod vterus beate virginis in partu filij dei fuerit relaxatus: aperte repugnat pdictis auctoritatibus. nã relaxatio talis esse nõ posset nisi cũ quadã dilatatione mẽbri virginalis q nullo modo fieri posset manẽte eius omnimoda integritate. non enim integritas corporis solidi soluit per solam eius ruptionem aut scissionẽ: sed etiã per ptinuitatis pstine relaxationẽ. nam qd relaxat: nõ manet ita solidũ et cõpactũ sicut fuerat ante relaxationẽ. ac p hoc nec manet in eadẽ integritate nec ita clausum sicut ante. Et cõfirmat. qm̃ si eque integrũ et clausum ac solidũ mansisset claustrũ virginale post relaxationẽ ab arguẽte confictam sicut prius: vt qd ponit ab eo mẽbri virginei relaxatio. vnde videt quod arguẽs pretẽdat aliquẽ modũ apertionis fuisse mẽbri virginei in partu filij dei. qd manifeste derogat virginitati beatissime matris q a sanctis et a tota ecclesia predicat cum integritate inuiolata claustri pudoris. vnde augus in quodam sermone de natiuitate dñi ait. fas nõ erat vt p eius aduẽtũ violaretur integritas matris qui venerat sanare corrupta. et in alio sermone eiusdẽ festi. cuius ortus inquit ex carne vbertatem nutrientis attulit: integritatẽ pariẽtis nõ abstulit. item leo papa in sermone secũdo de natiuitate inquit. oportuit enim vt pmã genitricis integritatẽ: nascẽtis incorruptio custodiret. et in tertio sermone. hũc inquit sibi diem quẽ in salutem mundi ex beata maria nascere tur elegit: integro p omnia pudore generãtis. cuius virginitas sic nõ est violata partu: vt non fuerat temerata cõceptu. et iterũ in sermone quarto de beata virgine dicit. que salua integritate virginea: corporee tñ esset ministra substantie. vnde cõtra fictionẽ dicte relaxationis posset sic argui. vel talis relaxatio scidit aut discontinuauit cõtinuitatẽ membri virginei aut non. si primũ dicat: error est manifestus contra virginitatẽ beatissime matris que ab vniuersali ecclesia predicat virgo ante partum et virgo in partu et virgo post partum dicẽte ppheta: ecce virgo cõcipiet et pariet filium. si vero in relaxatione facta nõ fuit ruptio aliq seu scissura aut discõtinuatio partiũ claustri virginalis idipsum sequitur quod sua fictione vitare contendit scilicet duo corpora simul esse in eodẽ loco. nã quantũcũque mẽbrũ pudoris relaxatũ fuisset dum tamen nec corruptio nec partiũ discõtinuitas facta fuisset: in ipso exitu corporis xpi necessario duo corpora fuissent in eodẽ loco. ita eni duo corpora simul sunt in eodem loco si corpus gloriosum penetrans ptrãseat papirũ subtilem: sicut si transiens

penetraret parietē ferreū. nā difficultas essendi
duo corpora simul in eodē loco non stat in grossi-
tie aut duritie vel mollicie corporū: sed in hoc q
vnum corp⁹ penetrās et trāsiēs p aliud absq eo-
rum cōtinuitatis ruptione nō habet locū, ppriū
nisi locū corporis penetrati, put deductū fuit in q̄r-
to notabili. q aūt corpa sint duriora aut mollia vl'
latiora nihil facit ad ppositū. Ad dicta vero am-
brosij et gregorij niceni respōdet. S. Tho. 3ª. p. q.
28. ar. 2. ad pᵐ. q premissa verba ambrosij dicta
sunt exponēdo id qd euāgelista induxit d lege. s.
oīe masculinū adaperiēs vuluā sanctū dño voca
bitur. qd quidē vt beda inqt consuete natiuitatis
more lo quit̄ nō q dñs sacri vētris hospiciū quod
ingressus sanctificauerat: egressus deuirginasse cre
dendus sit. vñ illa aptio nō designat reserationē
claustri pudoris virginei: sed solū exitū, plis d vte
ro matris. hec. S. Doc. Et in eo sensu acapi de-
bet dictū gregorij niceni. ¶ Neq valet respōsio
arguētis ad secundā rōnem: q m̄ et temeraria est
repugnās sentētie sanctorū doctorū et veritati q̄
cōmuniter in ecclesia predicat̄. vñ sup illud Ma-
thei. 28. et accedēs reuoluit lapidē et sedebat su
per eum: dicit interlinearis. nō vt egressuro ianu-
as aperiat: sed vt egressum ei⁹ pandat iā factum.
Itē augustin⁹ in sermōe tertio d resurrectione: fe
fellit inquit custodes. s. xp̄s. exiluit de sepulchro
apparuit discipulis ianuis nō apertis. inde clausus
exijt: huc exclusus intrauit. Itē beda in homelia.
qui eni mortalis clauso virginis vtero potuit nas
cendo ingredi mundū: ipse fact⁹ imortalis clauso
sepulchro potuit resurgēdo exire de mūdo. Itē
chrisostom⁹ super ioānem. surrexit q̄dem dñs la-
pide et signaculis sepulchro iniacētib⁹. ¶ Neq
valēt responsiones ad tertiā rationem. nō prima
quia nisi xp̄s intrasset ad discipulos post resurre-
ctionē p ianuas clausas: nō ita accurate euāgeli-
sta ioānes cōmemorasset ioā. 20. q fores essent
clause qn̄do venit iesus et stetit in medio discipu
lorū. qd et iterū eodē capl'o notanter repetiuit di-
cens. et post dies octo iterū erant discipuli ei⁹ in-
tus et thomas cū eis: venit iesus ianuis clausis et
stetit in medio. imo si intrasset p fenestram aut ri
mas aliq̄s dom⁹ sicut iste decipit: videret̄ euāgeli-
sta cōmemorās et repetēs q intrauit ad discipu-
los ianuis clausis: causam dare falsitati qd est ab-
surdū. nō eni, put aug⁹ dicit in ep'la ad hieronimū
fas est in sacra scriptura fictū aut supfluū aliquid
imaginari. Vn de ipe aug⁹ in q̄dā sermōe pascha-
li. nōnulli inqt de hac re ita mouent̄ vt pene pere
dirent̄ afferentes cōtra diuina miracula p̄iudicia
ratiocinationū suarū. sic eni disputāt. si corp⁹ erat

si hoc surrexit de sepulchro qd pependit in ligno
quomodo p ostia clausa intrare potuit. q̄bus res-
pondet: si cōprehendis modū nō est miraculum.
vbi deficit ratio: ibi est fidei edificatio. Idē super
ioānem exponens p̄missa verba euangeliste. mo
li inquit corporis vbi diuinitas erat: ostia clausa
non obstiterunt. Ille quippe nō eis apertis. s. ianu
is intrare potuit: quo nascente virginitas matris
inuiolata pmansit. ¶ Neq secūda respōsio stare
pōt. nā vt sanct⁹ thomas arguit cōtra sic respon-
dētes in hac dis. q. 2. ar. 2. sub. ar. 5. in cor. q cor-
pus aliquod sit in minori loco q̄ sit sua quantitas
esse non pōt nisi per hoc q quantitas corporis ppa
efficiatur aliquo modo minor seipsa. qd quidem
non pōt intelligi nisi dupliciter. vno modo ex va
riatione quātitatis circa eandē materiā. vt. s. ma
teria q̄ primo subest magne quātitati: postea sub
sit parue. sed hoc esse nō pōt: q2 mutatio quanti-
tatis circa materiā: repugnaret impassibilitati et
incorruptibilitati corporis gloriosi. quia nullus mo
tus q̄ fit s̄m aliquid itrinsecū rei: pōt esse sine pas-
sione abijciēte a sub̄a. et p̄terea sequeret̄ q corp⁹
gloriosū quādoq esset rari⁹ et quādoq spissius.
q2 cū nihil diuidi possit ab eo de materia sua: quā
doq eadē materia esset sub paruis dimēsionibus
et quādoq sub magnis: et ita rarefieret et desare-
tur qd esse non pōt de corpe impassibili. alio mo-
do pōt intelligi q quantitas corporis gl'iosi efficiat̄
minor seipsa ita. s. q ptes corporis gl'iosi subintrent
se inuicē et sic redeat ad quātūcūq paruā quanti
tatē. Et hoc nō pōt esse q2 repugnaret recte dispo-
sitioni corporis humani q̄ reqrit dterminatū sitū et
distātiā partiū. vñ nec p miraculū nūq̄ hoc fiet.
et ideo dicēdū q corp⁹ gl'iosū semp erit i loco sibi
eq̄li. Qd aūt arguēs dicit augu.ᵐ fuisse sue opinio-
nis: ē falsissimū sicut pz ex auctoritatib⁹ sup positis.
¶ Neq valet r̄nsio quā vltimo ponit ad tres p̄di
ctas istātias. tū q2 nō ē sile qd adducit. qm̄ corp⁹
xp̄i nō est in sacr'o localr nec quātitatiue sed p suā
sub̄am. est aūt ɔtra rōnem corporis q localiter trā-
seat d loco ad locū absq medio, put ph̄s pbat. 6.
phy. tū etiā q2 nec ex textu sacre scripture nec ex
itellectu sctōꝝ doctorꝝ talis mod⁹ h̄ri pōt in p̄di-
ctis casib⁹. vñ ea facilitate cōtēnēd⁹ est: q̄ et absq
fundamēto et ficticie ē adinēt⁹. et licet deo fuerit
possibilis: mod⁹ tñ ponēdi sctōꝝ doctorꝝ verior ē
et securior vt pote magis cōcordās l'ris sacre scrip
ture cōtra quā stādū nō est phātasijs hoīꝝ nō trās
cēdētib⁹ reꝝ sensibiliū cōditiones. ¶ Neq iterū
valet r̄nsio eius ad quartā rōnem. nā cū celum sit
infrangibile et indiuisibile per naturam, put ph̄s
docet. 2°. li°. de celo: vnde et iob. 27°. dicitur q

celi velut solidissimi quasi ere firmati sunt: nō mi-
nus incōueniēs est p naturā ponere corp⁹ celeste
scīdi aut diuidi vt cedat corpori glorioso: q̄z duo
corpora simul esse in eodē loco. cū ergo a sanctis
doctorib⁹ cōmuniter teneat̄ et vniuersalis ecclia
predicet cōcorditer littere sacre scripture q̄ in na
tiuitate xp̄i et in ei⁹ exitu de sepulchro et in ipsius
ingressu ad discipulos ianuis clausis: duo corpo-
ra simul steterint in eodē loco: securi⁹ et veri⁹ dici
tur q̄ in ascēsione xp̄i super oēs celos duo cor-
pora fuerint simul in eodē loco: q̄z q̄ aliud genus
miraculi p ruptionē et scissionē celorū factum sit. p̄
sertim q: prim⁹ modus ascēsionis xp̄i per celorū
.s. penetrationē: p̄dicatur in vniuersali ecclesia. q̄
predicatio nō est contēnenda dicēte ap̄lo p⁹ Co-
rin. 15. si inanis ē predicatio nr̄a: inanis ē et fides
nr̄a. ¶ Respōsionē aūt arguētis ad quintā rōnez
admittim⁹. sed ratio illa quinta nō est sancti tho
me neq̄z ſm ei⁹ doctrinā pbaret̄. ¶ Ad. 6m. p̄nci-
pale dicitur q̄ rñsiones date ad tres rōnes alias
pbātes q̄ p diuinā potētiā duo corpa pñt esse si-
mul in eodez loco: nō sufficiēter soluūt. nō prima
ꝓpter duo. pmum ē q: supponit falsum. nā quādo
virtute diuina ipedit̄ ne ignis exurat seu calefaci-
at sicut factū fuit in camino triū puerorū: non solū
diuina virt⁹ ipedit naturā caloris ne ipimat̄ cale
factibili: ſ etiā ipedit et aufert ab igne actionē vt
calefaceret vel cōburere p quā natura caloris ifun
ditur calefactibili. quāuis et possibile sit deo sub-
trahere effectū nō subtrahēdo actionē cause secū
de. et pari modo pōt impedire ne corpus adueni
ens loco alteri⁹ expellat pmum a loco aut distin-
guat sibi locū ab illo. ac p hoc facere pōt q̄ ambo
corpa simul sint i eodē loco. vnde nihil differt ad
ꝓpositū q̄ manente actione secūde cause subtra
hat̄ de virtute eius effect⁹: aut q̄ simul cū effectu
subtrahat̄ vel impediat̄ actio: naz deo vtrūq̄z est
eque possibile. Secundū est q: licet ad occupare
locū nō sequat̄ i loco ex p̄sentia locati aliq̄ forma
intrīseca: seq̄tur tñ aliq̄ extrīseca loco et intrīseca
locato. s. vbi qd̄ ſm auctorez sex p̄ncipiorū est for-
ma q̄dam disticta ab aliis p̄dicamētis existēs sub
iectiue in locato. ita q̄ p hoc q̄ deus ipedit actio-
nē corpis secū do aduenietis. s. expulsionē corpo-
ris primo existētis in eodē loco: ipedit ne ex eius
p̄sentia causet̄ forma vbi disticta a forma vbi cor
poris prius existētis. et sic nō solū impedit actionē
corpis locati: sed etiā impedit in loco extrīsece et
intrīsece in locato quandam distinctā formā vbi.
¶ Neq̄z valet rñsio ad secūdā rationē: qm̄ minor
est falsa capiēdo occupare locuz ſm viz nominis.
vnde occupare locū dupliciter potest acapi. vno
modo quātū ad rōnem nominis: et sic occupare
locū idem est q̄ locū replere. alio modo occupa-
re locū est replere locū et nō cōpati in eodem lo-
co aliud corpus: et hoc secundum se habet ex ad
ditione ad primū. et quāuis ſm vim et ordinē na
ture duo ista nō separent̄ adinuicē: ſ q: nō cōpati
aliud corp⁹ in eodē loco se hēt ex additione ad re
plere et occupare locū ſm primā acceptionez: est
q̄d posteri⁹ illo. et p consequens pōt diuina v̄tute
ab eo separari ita vt duo corpa sint in eodē loco et
illū repleāt et illuz simul occupēt ſm q̄ occupare
locū capit̄ in p̄ma significatione. vñ cōcedimus q̄
corpus occupare locū est in loco hr̄e partes posi
tione distictas et distātes abinuicē. sed falsum est
q̄ de ei⁹ rōne essentiali et p̄meua sit hr̄e partes po
sitione distictas et distātes loco ab omni alia quā
titate vt arguēs infert. vñ arguēs deceptus est in
significatione p̄maria ei⁹ qd̄ est occupare locum.
¶ Neq̄z valet respōsio ad tertiā rōnem qm̄ assu-
mit falsum. nā cū locus sit extrinsecus locato: non
possunt duo corpora habere distictionez inter se
a loco nisi ab extrīnseco. ſ necessariuz est cum sint
duo corpa ſm subam et ſm ꝓpetates intrinsecas
q̄ ab intrīseco distiguant̄ adinuicē: qd̄ arguēs ne-
cessario hēt ꝯfiteri cū ponat deū posse facere plu-
ra corpora quorū neutrū sit in loco. et cum distin
ctio corporū ab extrīseco sit posterior et accidēta
lis quātū attinet ad ꝓpositū: consequēs est q̄ de⁹
pōt cōseruare distinctionē subalem et intrīsecam
duorū corporū absq̄z eorū distictione extrinseca et
accidētali. Qd̄ aūt arguēs dicit deuz nō posse fa-
cere duo quāta disticta sic q̄ partes eorū sint posi-
tione indistincte: cōcedimus capiēdo positionez
ſm q̄ est ordo partiū in toto et ꝑtinet ad p̄dica-
mentū quātitatis: q̄ positio est de intrīseca ratiōe
quātitatis. si aūt arguens intelligat sicut videtur
de positione q̄ est ordo partiuz locati in loco que
pertinet ad p̄dicamentū situs: negamus illud. et
ad huius improbationē dicimus q̄ assumptuz est
falsum. non eni positio situalis est de intrīseca ra-
tione quantitatis. et hoc habet ipse arguēs cōce-
dere cum ponat deuz posse facere plura corpora
quorum neutrum sit in loco. nam corpora quan-
ta quedam sunt et quātitas est de intrinseca eorū
cōpositione: ita vt nō sit dare corpus nec mathe-
maticum nec naturale sine eo q̄ sit quantum vel
quantitas. ¶ Cum vero arguēs vult respōsionez
suam coaptare et applicare ad formaz argumenti
primo contradicit sibi ipsi dicens q̄ nō prohiben
tur plura corpora esse in eodem loco: q: locus sit
causa distinctionis corporū: nam parū supradixit
oppositum. Secundo aūt assumit falsum. nā vt su-

pra dictũ est: distinctã positionẽ corpoꝝ cõpatiꝝ vnitas loci p virtutẽ diuinã. ¶ Ad argumẽta scoti cõtra modũ dicẽdi sancti thome .s. ꝙ solus de⁹ põt facere duo corpa esse in eodẽ situ: ad primũ dicitur ꝙ pcedit ex malo intellectu verborũ sancti thome. nã cũ dicit sanct⁹ thomas deũ solũ id posse: nõ intẽdit excludere omnẽ coopationẽ vel cõcausalitatẽ causarũ naturaliũ. sed mẽs sua est dicere ꝙ ad illũ effectũ nulla alia causa sufficere põt nec põt ad illũ attingere quãuis ad aliqua q̃ talis effect⁹ psupponit cooperetur. sicut pncipia essentialia duorũ corpoꝝ cooperãtur ad cõsistẽtiã corporũ sine qua duo corpa nec in eodẽ loco nec in diuersis esse nõ possẽt: et dimẽsiones q̃ cooperãtur p hoc ꝙ apte nate sunt esse in loco. sed neutra istarum causaꝝ attingit ad hunc effectũ qui ẽ duo corpora esse in eodẽ loco. Et cõsimiliter cũ dicitur ꝙ sol⁹ deus cõseruat duo corpa in eodẽ loco: debz intelligi inq̃ꝫ ipsa conseruatio terminatur ad hoc ꝙ sint simul in eodẽ loco. ad quẽ effectũ sola dei opatio attingit p se: quãuis ad hoc ꝙ ipsa corpa sint et distincta sint numero: coopẽtur diuine actioni pncipia corꝝ essẽtialia et accidẽtalia. Et est similis modus loquẽdi cuꝫ sancti et doctores cõmuniter dicunt ꝙ infusio grẽ homini est a solo deo: q2 ad hũc effectũ p se solus de⁹ attingit. quãuis ad quedam q̃ huiuscemodi infusio psupponit .s. ad hois consistẽtiã cause naturales cooperentur. nã si homo nõ esset: nõ posset illi gr̃a infundi. Responsio autem quã arguẽs introducit ad nihilũ valet. ¶ Ad .2.ᵐ dicitur ꝙ sit⁹ q̃ dicit ordinẽ et positionẽ partiũ in toto: est essentiale distinctiuũ quãtitatis. et sine hoc situ de⁹ non põt ꝯseruare quãtitatẽ cõtinuã distinctam ab alia. sit⁹ vero q̃ dicit ordinẽ et positionez partiũ cõtinui in loco: ẽ accidẽtale distinctiuũ ipsius: non tñ casuale. et sine hoc situ de⁹ põt conseruare duo quãta et duo corpa. nam ante istũ situꝫ formalẽ causam et essentialeꝫ distinctionis habet quãtitas q̃ est causa distictionis situs localis. vñ S. Tho. sup boetiũ de trini. vbi q̃rit an loci varietas aliquid faciat ad diuersitateꝫ sm numerũ: dicit ꝙ ex eodeꝫ causatur diuersitas sm numerũ: ex q̃ causatur necessitas diuersitatis locoꝝ ĩ diuersis corporibus .s. ex diuersitate materie sub dimensionibus existẽtis vt parũ supra inquit et latius articulo pcedẽte. et ꝯcludẽs ait. et ideo ipa diuersitas locorũ in se considerata est signũ diuersitatis sꝫ numerũ. Et ĩ respõsione ad pmũ et .2.ᵐ et .3.ᵐ dicit ꝙ rationes ille cõcludũt ꝙ diuersitas loci nõ est causa diuersitatis indiuiduorũ sm se q̃d ipse cõcedit: sed per hoc inquit nõ remouetur quin causa diuersitatis locoꝝ .s. diuersitas materie sub dimensionibus sit causa diuersitatis sm numerũ. vñ sm ista argumẽtũ nihil cõcludit cõtra nos. ¶ Ad .3.ᵐ dicitur ad maiorẽ ꝙ in causis eiusdẽ ordinis et rationis: nõ datur circul⁹. sed in minori deficit argumentũ: quia disticta quãtitas et distinct⁹ sit⁹ localis nõ sunt cause adinuicẽ eiusdẽ ordinis. nã distincta quãtitas est causa distinctionis situs a priori. distinct⁹ vero sit⁹ est causa distictionis quãtitatis a posteriori et p modũ signi. ¶ Ad .4.ᵐ dicimus ꝙ quicq̃d sit de eius pcessu: et tñ nihil cõcludit cõtra nos. imo idipsum infert q̃d nos tenemus .s. ꝙ non ẽ impossibile deo: quãtũ esse simul cũ quanto et quantũ eẽ sine suo effectu qui ẽ esse in loco distincto. ¶ Ad argumẽta alioꝝ cõtra eandẽ cõclusionẽ q̃ recitat scot⁹: ad primũ respõdet ipse scot⁹ ꝙ auctoritas boetij sic est intelligẽda non ꝙ accidentia faciãt indiuiduũ nec ei⁹ differẽtiã substantialẽ et multo min⁹ locus q2 possibile est corp⁹ indiuiduũ esse sine loco sicut patet de vltima spera. sed est intelligẽdũ ꝙ facit diuersitatẽ numeralem idest ostẽdit nobis diuersitatẽ numeralẽ q2 differẽtia accidẽtiũ facit nobis talẽ diuersitatẽ inotescere. et quo ad hoc meli⁹ facit locus ad ĩnotescendũ q̃ꝫ alia: eo ꝙ naturali cognitione nõ possum⁹ illa duo corpa cognoscere si ipsa essent in vno loco. hec scot⁹. et cõsonat sententie sancti doctoris sicut patet in responsione ad secũdũ imediate precedente. ¶ Posset etiã breui⁹ dici ad argumẽtũ ꝙ boetius loquitur de differẽtia indiuiduoꝝ non a priori sed a posteriori. et cũ dicit nullo modo fingere possum⁹ duob⁹ corpib⁹ vnũ locũ: loquitur cõsiderata vi naturaliũ causaꝝ: nõ ꝯsiderata dei potẽtia a q̃ magis depẽdẽt omnes effect⁹ causarũ secũdarũ q̃ꝫ ab ipsis causis secundis ppter q̃d illis remotis deus põt pducere effect⁹ quos vult. sic exponit sanct⁹ thomas sup boe. de tri. in respõsione ad .4.ᵐ ¶ Ad .2.ᵐ respõdet scotus negando maiorẽ .s. ꝙ dimẽsio ẽ formalis ratio repugnãdi duo corpa esse simul. nã vt dicit: disticte dimensiones cũ sint in distinctis subiectis non habẽt formalez repugnãtiam sm se q̃ nõ est nisi quo ad idẽ subiectum sed põt esse repugnantia inter eas quãtũ ad effectũ que sm eum dicitur repugnantia virtualis. qm̃ repletio loci facta p vnum corpus: repugnat ꝙ simul fiat repletio eiusdeꝫ loci p aliud corpus. de⁹ autem põt subtrahere effectũ a sua causa naturali. et ista etiam solutio concordat doctrine sancti thome vt patet ex eius dictis proxime allegatis. Ad confirmationẽ respõdet scotus negãdo similitudinem. et causa dissimilitudinis est quia distincte dimensiones nõ sunt formaliter contrarie. et ideo possunt esse simul ĩ eodẽ loco potius q̃ꝫ duo

accidentia

accidētia cōtraria. Et p hec patet respōsio ad id qd̄ sequitur q. s. vnū cōtrariū expellit aliū a subto. nā supponit falsū: q2 distincte dimēsiones nō sunt ↄtrarie, put dictū est. ¶ Ad. 3m. respōdet sicut ad 2m. q licet dimēsio sit causa repugnandi q duo corpora sint i eodē loco: nō tñ est rō formalis sicut dictū est. ¶ Ad. 4m. respōdet ipse scot9 q cōsequētia nō valet. q2 indiuisibilia nullā hñt magnitudinē ⁊ ideo fiūt vnū simul posita. diuisibile autē licet sit cū alio diuisibili: manet tñ magnū. ⁊ ideo nō valet si indiuisibilia nō pñt esse simul nisi fiāt vnū: q idē sit ð diuisibilib9. sz respōsio ista manifeste assumit falsum. nā duo pūcta terminātia duas lineas simul existētes sūt simul ⁊ tñ nō fiūt vnū imo q̄dlibet pūctū ē distinctū subto ab alio. vñ meli9 respōderi pōt ex dictis. S. T. in hac dis. q. 2. ar. 2. sub. ar. 2. ad. 3m. negādo maiorē. ⁊ ad eius pbationē dicit q phus loqtur supposito p ipossibili q duo pūcta existerēt fm se nō tāq3 termini magnitudinū. nūc aūt q2 fm veritatē duo pūcta nō pñt esse i rex nā nisi sint termini magnitudinū vt lineax: duo pūcta pñt eē simul i eodē loco ita q nō fiāt vnū sed maneāt distincta subtis eo tñ mō quo pūcto cōuenit eē in loco. s. p accidēs q2 corpus vel linea cui9 est termin9 est p se in loco put phs dicit. 4°. phy. ¶ Ad. 5m. respōdet S. Tho. loco pⁱme allegato sub. ar. 3°. i respōsione ad scōm q minor est falsa. nā posito p diuinā virtutē q duo corpora sint i eodem loco: nō ideo due linee recte pñt trahi a pūcto i pūctū sz a diuersis pūctis. nā cū pūct9 sit subiectiue in corpore cuius ē termin9: due linee recte i duob9 corporib9 nō pñt trahi nisi q̄libet a pūcto in punctū in suo corpore qd̄ est distinctum numero ab alio corpore fm subam et accidētia intrinseca: q̄uis nō loco. vñ argumētū fallit supponēs q ab eodē puncto designato i loco deberēt trahi due linee duox corpox existētiū in ipso loco. qd̄ falsū est q2 linea recta in aliquo corpore nō trahit nisi a pūcto in pūctū existētiū subiectiue in ipo corpore cui9 sunt termini. ac p hoc in diuersis corporib9 a diuersis pūctis trahūtur diuerse linee recte. ¶ Ad argumētū ante oppositū respōdet. S. T. in hac dis. q. 2. ar. 2. sub. ar. 2. ad. pm. q corpus xpi nō habuit ex dote subtilitatis q possit esse simul cū alio corpore in eodē loco sicut minor argumēti supponit. sed id pōt ex diuinitatis virtute post resurrectionē sicut i natiuitate. ⁊ ideo nō sequit q rōne subtilitatis id conueniat corporibus gloriosis. ⁊ in hoc articulus terminatur.

Lteri9 circa distinctionē q̄dragesimā quartā q̄rit vtrū aīa sepata possit pati ab igne corporeo et arguitur q nō. q2 oē qd̄ patit recipit aliq̄d ab agēte. si ergo aīa patiat ab igne corporeo: oportet q aliq̄d ab eo recipiat. sed oē qd̄ recipitur in aliquo ē in eo p modū recipiētis. ergo qd̄ recipitur ab igne in aīa nō est i eo materialiter sz spūaliter. sed forme rerū in aīa spūaliter existētes: sūt pfectiones illius. ergo si ponat q aīa patiat ab igne corporeo: hoc nō erit i ei9 penā sz magis in eius pfectionē. ¶ In oppositū arguit. q2 eadem rō est de aīabus separatis ⁊ de oibus q ab igne pati possint. sed oēs ab igne corporeo patiūtur cū puniātur ab illo igne a q̄ corpora dānatorū post resurrectionē patiētur quē oportet eē corporeū. ergo aīe separate ab igne corporeo pati possūt. ¶ In hac q̄stiōe erūt q̄tuor articli vt s.

Uantum ad pmū articulū sit pma cōclusio q ignis inferni affliget corporaliter dānatos post resurrectionē q̄uis nō alterabit eox corpora a sua naturali dispositione. Hāc ↄclusionē tenet S. Tho. in hac dis. q. 3. ar. p°. sub. ar. 3. in. cor. et ad. 3m. Et cōtra gē. li°. 4. ca°. 89. Itē q̄dlibet. 7 ar. 11. ⁊. 13. ¶ Secūda cōclusio est q aīa separata pōt pati ⁊ affligi ab igne corporeo. Hāc ↄclusionē tenet. S. T. in hac dis. q. 3. ar. 3. sub. ar. 3. Itē cōtra gē. li°. 4°. ca. 90. E in q̄stionib9 de aīa. ar. 21. Et q̄dlibet. 3. ar. 13. ¶ Tertia cōclusio ē q pnatio diuine visionis ē pricipalis pena dānatox. Hāc cōclusionē tenet. S. T. in plerisq3 locis ⁊ p̄sertī in q̄stionib9 ð aīa loco pⁱme allegato i cor. Et cōtra gē. li°. 3. ca°. 141. Itē opus. 3°. ca. 174.

Uantum ad secundū articulū arguēdū est cōtra cōclusiones. Et quidē contra pmā arguit durādus ⁊ pmo cōtra cōclusionē in se. ⁊ arguit pmo sic. illud qd̄ nihil reale abijcit sed solū illud qd̄ est nature ↄueniēs: nō affligit nec inducit veram passionē que sit vere afflictiua. sed p spūalē imutationē nihil reale abijcit: sed solū ponitur

illud qđ est nature cõueniēs: qꝛ talis receptio est
pfectio sensuū. ergo p talē īmutationē nihil affli
gitur: nec talis receptio ē passio vere afflictiua.
vtraqꝫ pmissarū de se patet. ¶. 2°. sic. p illud qđ
ē cõmune beatis ꝛ dānatis: nō pōt poni afflictio
dānatoꝝ. sed spūalis imutatio sensuum a sensi-
bilibus: est cōis beatis ꝛ dānatis. ergo p illaꝫ nō
pōt poni fieri afflictio dānatorum. patet maioꝛ.
quia posita causa cõmuni: ponit̄ effectus cōis. ꝛ
ideo si causa afflictionis cēt in beatꝭ ꝛ dānatis: se
qtur ꝙ afflictio similiter cēt eis cõmunis qđ non
est verū. minoꝛ similiter patet de se. quia sensus
beatoꝝ īmutabūtur simpliciter a sensibilibꝰ sicut
sensus dānatoꝝ: alioqui nō cognoscerētur sen-
sibilia q̄ dānati cognoscūt. si autē dicatur ꝙ bea-
ti apprehēdēt ignē seu īmutabuntur sicut dānati
ab illo: nō tñ apprehēdēt ipm vt nociuum vel le-
siuū quomodo dānati ipm apprehendēt: contra
quia aut ille ignis erit in corporibus damnato-
rum lesiuus aut nō. si nō et tñ dicis ꝙ apprehen-
dent eū vt lesiuū: ergo ista apprehēsio erit falsa.
et sic nō affligētur sm veritatē ab igne sed soluꝫ
ex sua falsa apprehēsione seu estimatione qđ est
incõueniens. Et iterū vnde veniret dānatis illa
falsa estimatio ꝙ iudicēt illū ignē vt eis nociuū
si ī veritate nō sit eis nociuꝰ. nō pōt dici ꝙ a deo
qꝛ deus nulli imittit falsū iudiciū sicut nec puer
sum appetitum. nec ex seipis: quia damnati post
resurrectionē erunt eque pfecti seu pfectiores si
cut nunc sunt. ꝛ ideo sicut nūc possunt recte iu
dicare de igne vtrum sit eis nociuus vel nō: ita
tunc poterūt vt videtur. Et iterū quicqđ sit de
alijs sensibilibus aliorum sensuum ꝛ maxime vi
sus ꝙ possunt imutare sensum intētionaliter si-
ne reali et naturali īmutatione qđ tñ nō omnes
cõcedunt: sensibilia tamē tactus ꝛ maxime caloꝛ
nō videtur imutare sensum tactus nisi naturali
mutatione vel saltem nō sine ea. caloꝛ eniꝫ non
videtur in medio vel organo causare nisi calo-
rem. vel si causet aliquid aliud: nō tamē sine ca-
loꝛe. ppter quod nō bene apparet quomodo ca
loꝛ ignis nō possit sensum tactus imutare spūa-
liter ꝛ nō naturaliter. si vero ille ignis sit eis ve-
re lesiuus: habetur ppositum. s. ꝙ damnati affli-
gentur vera passione naturali ab igne illata. qđ
patet sic. obiectum tempoꝛe vł natura precedit
actum potentie. sed ignis vt vere lesiuus nmo
vt actu ledēs: est obiectum actualis apprehēsio-
nis vel actualis afflictionis sequētis in dānatis.
ergo pꝰus tempoꝛe vel saltēꝫ natura ignis ledit
corpoꝛa dānatorū: q̄ꝫ apprehēdatur ꝛ q̄ꝫ sequat̄
doloꝛ in eis. sed illa lesio ex quo pcedit omnem

immutationem spūalem: nō pōt esse nisi p muta
tionē realem ꝛ naturalem. quare ꝛc. sic ergo pa
tet ꝙ doloꝛ sensibilis qualis ponitur in damna-
tis non potest causari per solam immutationeꝫ
spiritualem seu intentionalem. Et qđ dicitur ꝙ
sensibilia pportionata delectant improportio-
nata vero offendunt dato ꝙ non īmutētur īmu
tatione naturali vt coloꝛes ꝛ soni: non valet. qꝛ
q̄ꝫuis tristicia possit causari ex omnibus illis q̄ no
bis nolētibus accidunt vt ostendit augustinus
14. de ciuitate dei: doloꝛ tamē sensibilis sm eun
dem non est nisi ex lesione carnis proueniēs. p-
dicta ergo sensibilia q̄ꝫtumcūqꝫ improportiona
ta causare possent tristiciam seu displicentiā. sed
doloꝛem sensibilē nihil potest causare nisi quod
corpus imutat realit̄. ¶. 2°. pncipaliter arguit
cõtra pbationē cõclusionis quia dicitur ꝙ qꝛ ce-
lum p motum suū est pmū alterās: ideo cessan-
te motu celi cessabit omnis alteratio. illud eniꝫ
non pōt teneri saltem parisius cum sit articulus
condēnatus. dicit eniꝫ articulus ꝙ dicere ꝙ ces-
sante motu celi si ignis esset iuxta stupam nō cõ
bureret illam: erroꝛ. Item illa ratio videtur re-
pugnare positioni. quia pmum alterans est cau
sa cõmunis alterationis ꝛ non cuiusdam tantū.
si ergo p cessationem motus celi tanq̄ꝫ pmi alte
rātis cessent alie alterationes: opoꝛtet dicere ꝙ
omēs cessent ꝛ nō quedam sic et quedam nō qđ
est contra eos q̄ dicunt ꝙ cessabit actio natura-
lis nō autem intētionalis. Item quia ista distin
ctio alterationum seu passionum ē satis dubia.
quia omnis alteratio quam facit sensibile in mo
tum vel in sensum: videtur esse naturalis ꝛ rea-
lis. naturalis quidem: qꝛ est ex pncipijs naturali
bus naturaliter agētibus. realis vero: qꝛ p eam
fit vera ꝛ realis foꝛma in susceptiuo q̄ habet to-
tum suū esse circūscripta omni opatione aie. ve
rum qꝛ imutatio taliū sensibilium non coꝛrūpit
aliquid p se sed solū illa q̄ sunt a sensibilibus ta-
ctus: qꝛ cõsistētia corpoꝛis p se depēdet ex qua-
litatibus tangibilibus et nō ex alijs sensibilibus
ideo imutationes qualitatū tangibiliū possunt
p se ptinere ad coꝛruptionem corpoꝛis. nō autē
ille que sunt ab alijs. ppter hoc tñ non debet di-
ci ꝙ immutatio que fit a qualitatibus tangibili
bus sit realis et naturalis: illa vero q̄ fit ab alijs
sensibilibus nō sit realis ꝛ naturalis sꝫ solum in-
tētionalis. omnes enim sunt reales ꝛ naturales
ꝛ equaliter depēdent a pmo alterante. ꝛ ideo si
immutatio aliorūꝫ sensibilium puta coloꝛum ꝛ
soni possunt eē cessante motu celi: eadē rōne po
terit esse imutatio naturalis sm qualitates tan

gibiles. Item nullo modo videtur ꝙ celum ra=
tione sui motus localis sit causa alicuius altera
tionis nec illius q̄ est ab illo imediate nec cuius=
cūq; alterius. primo quia principium quo alte=
rans alterat naturaliter: est aliqua qualitas al=
terantis siue vniuoca cum termino alterationis
siue equiuoca. sed motus localis non est aliqua
qualitas corporis celestis nec aliqua forma ab=
soluta. ergo non potest esse principium seu ratio
alicuius alterationis. maior patet. quia sola for
ma potest esse principium quo aliquid agit. illa
autem respectu alterationis nō potest esse for=
ma substantialis vt patet ꝑ aristotelem de sensu
⁊ sensato. nec quantitas: quia illa nullius actio=
nis est principium imo abstrahit ab omni actio=
ne ⁊ passione. nec relatio vt patet. 5°. phy. relin=
quitur ergo ꝙ sit aliqua qualitas ⁊ sic patet ma
ior. minor de se manifesta est ⁊ nihilominus ha=
betur. 8°. phy. vbi dicitur ꝙ motus localis nihil
variat in celo ⁊ ideo solus ille motus ei attribui
tur. Secundo quia impossibile est ꝙ aliquid ha
bens principium agendi eque perfectum vt prius
⁊ passum eque dispositum vt prius: non possit a=
gere sicut prius. sed cessante motu celi ignis re=
manebit ita calidus sicut prius et stupa eque dis=
posita vt calefiat sicut prius. ergo eis approxima
tis necessario ignis cōburet stupam sicut prius. et
eodem modo cum corpora dānatorum sint ve
re passibilia: carēt eni dote impassibilitatis quaꝫ
habent corpora beatorum: poterunt vere cale
fieri et imutari ab igne sicut nunc immutantur.
cessatio ergo motus celi non impedit veram et
naturalem alterationem corporum. quia mot⁹
eius ad illam non requirit: q̄uis requiratur ad
alterationē generationis ⁊ corruptionis ⁊ alia=
rum mutationuꝫ per hoc ꝙ adducit alterans sci
licet solem ⁊ alia astra respectu diuersarum par=
tium terre que sui presentia agunt vbi prius nō
agebant ⁊ propter sui absentiam nō agunt vbi
prius agebant. hec ille. ¶ Contra eandem con=
clusionē arguit scotus probādo ꝙ cessante mo=
tu celi agētia inferiora possent agere. quia non
est ratio agendi ex parte cause particularis: nisi
quia habet formam sufficiēter actiuam ⁊ passuꝫ
sufficienter approximatum. ⁊ si dicas ꝙ cum hoc
requiritur aliud agēs vniuersale. s. celum: volo
non inq̄tum motuꝫ localiter quia motus loca=
lis non ē sibi ratio agēdi in suo ordine. nihil enī
facit motus localis s̄m philosophū. 2°. de gene
ratione: nisi ꝙ est adducens generans hoc ē per
seipsum fit approximatio agentis habentis vir=
tutē actiuam propriā: ⁊ approximatio ad passuꝫ
est habitudo siue aspectus ad corpus celeste ha
bens determinatam rationem cause superioris
respectu cause inferioris supposite: que omnia
haberet etiam si requiesceret. ergo requisita ad
actionem essent tunc q̄ nunc. hec ille. ¶ Contra
eandē conclusionē arguit aureolus probando
ꝙ organa sensuū damnatorum puta tactus ca=
lefiēt realiter. primo quia apprehensio excellētis
calidi ē quedam calefactio trahens medium ar=
monie tactus ad extremum. sed ita erit in dam=
natis. ergo ⁊c̄. ¶. 2°. sic. nā scriptura dicit ꝙ dā=
nati mittētur in ignē ⁊ ardebunt. ¶. 3°. quia au
ctoritates sanctoruꝫ puta augustini et gregorij
idē sonant nec distinguunt passionē intentiona
lē a reali. ¶. 2°. loco vult probare ꝙ non possit
eē in sensu passio intētionalis sine reali: quoniaꝫ
passio intentionalis actio ē realis. ꝓmo nam s̄m
aristotelem. 2°. de anima excellens sensibile cor
rumpit sensum. ⁊ hoc patet per experientiam in
visu respectu intensissimi coloris ⁊ i auditu res=
pectu excellētis soni. sed impossibile ē ꝙ aliqua
actio corrumpat sensuꝫ nisi sit actio realis vt cuꝫ
apprehēsione cōcurrat realis trāsmutatio. ¶. 2°
nam ibidē philosophus dat differentiā inter sen
sum ⁊ intellectum. q̄ intellectus post excellens
intelligibile fortius itelligit. econtrario autē est
de sensu. nam auditus post maximum sonū mi=
nus audit: quod non esset nisi potentia auditi=
ua transmutaretur realiter. ¶. 3°. quia ad expe
riētiam patet ꝙ post visionem intensam coloris
viridis remanet potētia visiua alterata adeo vt
alia videantur sibi viridia. similiter post maximū
lumē apparent omnia luminosa: quod non esset
nisi apphensio sensuum esset cum reali transmu
tatione. similiter idem patet q̄ ad sensationem
odoꝝ sunt i sensu reales transmutationes nam
ꝓuocant et curant reuma. non ergo opatio sen
sus est abstracta sicut opatio intellectus. ¶. 4°
q̄ dicit philosophus. 2°. de aīa ꝙ visio est que=
dam coloratio. similiter auditio est quedam so
natio. ⁊ ratio est q̄ obiectum sensibile actuat et
quodammodo transmutat sensum ad sui simili
tudinem realem. ¶. 5°. q̄ organa sensuum exi
stunt in quadam spoliatione a forma apphēden
da i quodam medio inter extrema. visus eni est
spoliatus ab excellēti colore ⁊ lumine: adeo eius
organū consistit i quadā diaphoneitate. ⁊ simili
ter tactus cōsistit i medietate qualitatū tāgibili
um recedēte ab extremis. tale aūt mediū extre=
morū in quolibet organo sensuuꝫ vocat aristo
teles armoniā. tunc sic. comprehēsiones sensuū
nō sunt nisi mutationes medioꝝ. sꝫ huiusmodi

mutationes medio2ũ sunt reales trāsmutatio-nes. ergo imutationes sensuum sunt passiones trāsmutatiue. ⁊ hic est ꝙ magis facte abijciunt a sensu ꝓ tanto qꝛ sensibilia agētia ſm suas extre mitates corrūpunt ꝓportionē sensus pro tāto qꝛ trahunt eā a medio ad extremū. nec aristote les intēdit ꝙ huiusmodi trāsmutationes sensuū sint generaliter salus ⁊ ꝑfectio nisi ꝺ mutatione sensus vsqꝫ ad gradus q̄ proportionātur armo nie organi a qua cū exeunt: trahūt mediū ad ex trema. ideo compͥhēsio summe calidi ī sensu ta-ctus nō est aliud q̄ꝫ calefactio. similiter cōprehē-sio excellētis colo2is ī visu: est quedā colo2atio trahēs mediū ad extrema et ideo abijcit a suba. hec ille. ¶ Cōtra candē conclusionē arguit hēri cus quodlibet. ii°. q. 8ª. dicēs. dicunt q̄dā ꝙ sola apprehēsio sine imutatione reali pōt causare do lorē ⁊ maiorē q̄ꝫ si esset ibi realis imutatio sicut erit ī co2poribus dānato2ū. qꝛ ignis non imuta bit co2pora eoꝝ cōburēdo: sed per spēm intētio nalē calo2is imutabit excessiue ad quā seq̄tur maxim⁹ dolo2. sed quomodo possit hoc fieri na turaliter: nō video. qꝛ si in tali imutatione nulla sit abiectio: nihil recipitur nisi sensibile ſm ꝙ sen sibile. si autē non causat dolorē sed delectationē vnde nō affligeret ea nisi supnaturaliter sensus ꝑfectissimos. Si ergo oportet ponere co2pora dānatoꝝ vere affligi nec sit ibi imutatio corrup tiua nec deus imutat dolorē qꝛ tunc pro nihilo esset ibi ignis: tunc si ꝑaperetur co2ruptiua imu tatio vbi nō est deceptio: esset sicut est ī do2mie-tibus q̄ somniāt se cōburi. hec ille. Itē bernard⁹ ibidē sic dicit. positio illa que ponit co2pora dā-nato2um affligi per intētionalē immutationem non naturalē vel realē: non est multū rationa-bilis. qꝛ licet apphenderēt illam imutationē in-tentionalē: tamē cum hoc scirent ꝙ in nullo pōt eis nocere. ⁊ ideo non apprehenderent dolorē. Itē illa imutatio intētionalis non fit ab igne ni si per imutationē naturalē: aliter non plus affli-geret eos calo2 ignis presentis q̄ꝫ absentis. quia ex quo nō imutat realiter: sufficeret ꝙ calo2 eēt imaginatus. ea enī que imaginantur: freq̄ter plus mouent q̄ꝫ ea que in picturis videmus. ille autē ignis non plus faceret ī eis q̄ꝫ ignis pictus q̄ reduceret eis ad memoriam veruꝫ ignē absqꝫ hoc ꝙ aliquam realem imutationē faceret ī eis. sicut aliqui dicunt ꝙ ignis verus nullam realē imutationem facit ī eis. hoc autē est idem dicere ac si negaretur illa afflictio fieri per verum ignē. Itē apprehēdere nocumentum quod nullo mo do nocere potest: est deceptio. et sic deciperētur dānati. et ideo hec positio non est multū tenen-da. hec ille. ¶ Contra secundā conclusionē ar-guit durandus dicēs ꝙ hec opinio probabilis ē ponendo ꝙ aīa separata vel angelus sit in loco per essentiam suā. qꝛ tunc potest virtute diuina detineri in loco ne moueatur ad aliū ad queꝫ vellet. non tamē bene apparet quomodo virtus detētiua sit in igne. hoc tamē nō obstāte: posset dici ꝙ dicitur detineri ab igne: quia detinetur in igne. ⁊ sic ab eo patitur eo modo quo desiderās mortē ⁊ fastidiens vitā: dicit ꝙ aīa patitur a suo co2pore in quo detinetur. ⁊ nihilominus graue videtur aliq̄bus ꝙ iste sit totus mod⁹ quo ani-ma vel demones patientur. quia ſm hunc mo-dum: equaliter pateretur aīa vel demon si deti-neretur ī pulcherrima camera ⁊ optime o2nata sicut patitur ab igne: qꝛ non ponitur pati nisi q̄-tenus detinetur. hoc autē non reputatur adeo penale cōmuniter seu graue: sicut ꝑdicamus eē grauē penam damnato2ū hominum vel demo nū. Et confirmatur. qꝛ sicut anime dānato2um detinētur ī inferno: sic aīe puero2um decedētiuꝫ in solo originali in libo. si ergo sola detentio est afflictio: seq̄tur ꝙ aīe decedētium ī originali tā-tum affliguntur: q̄ꝫtum demones ⁊ aīe dānato-rum quod non videtur conueniēs. si vero spūs ponatur esse in loco ꝑ operationē: tunc non be ne apparet qualiter patiatur a loco ꝑ detētionē. qꝛ operationum quedam manēt ī agente vt in-telligere ⁊ velle: ⁊ ꝑ istas non potest spūs eē ma gis ī loco q̄ꝫ per essentiam. alie vero sunt q̄ tran seunt ī materiam exteriorē: et per has solas pōt cōpetere spūm esse ī loco quatenus mouet vel facit aliq̄d circa locum vel circa co2pus existens in loco. hec autē operatio licet possit conuenire angelis: non tamē pōt cōuenire animabus sepa ratis. qꝛ aīa separata nec mouet ad formam q̄ꝺ est cōmune sibi ⁊ angelis. nec pōt mouere aliq̄ꝺ co2pus ad locum: qꝛ cum habeat determinatuꝫ mobile. s. co2pus cui vnitur vt forma mediante quo mouet quicq̄d mouet: separata ab eo nihil aliud pōt mouere. si ergo spūs non sit ī loco nisi per operationē ⁊ nullā talē pōt habere aīa sepa-rata: seq̄tur ꝙ ipsa nō sit ī loco. ⁊ ꝑ consequēs ꝙ ibi non detineatur nec ꝑ determinationē affliga tur. Itē probatur de aīa ⁊ angelis simul esto ꝙ vtriqꝫ conueniat operari circa locū ꝙ non affli-gātur ꝑ detētionē in loco. qꝛ si esse ī loco ē ope-rari ī loco: eē seu detineri violēter ī loco: est ope rari ī loco violēter vel ꝯtra voluntatē. sed illud nō pōt cōpetere aīe separate vł angelo. ergo ⁊c. maior de se patet. minor probatur. quia magis

pōt homo cogi ad operādū q̃ angelus vel aīa separata. sed homo non pōt cogi coactione simpliciter dicta ad operandum ea que dependent ex libero arbitrio: q̃uis possit impediri ne faciat quod vellet facere. nam si p violentiam manus alicuius hominis applicetur ad percutiēdum aliū talis non pcutiet actiue. qꝛ principium actiuum operationis non est in illo sed mere passiuum. ⁊ multo magis videtur ꝙ aīa separata vel angelus non possit cogi ad aliquam actionē depēdētez a libero arbitrio. talis autem est omnis actio quā habet vel habere pōt aīa separata vel angelus circa locum. quare si eē in loco est operari in loco: et detineri ī loco est operari ī loco violēter patet ꝙ nec angelus nec aīa sepata possunt violēter detineri in loco. nec p consequens affligi p violētā detentionē. Si vero dicatur ꝙ non sunt in loco nec detinētur in loco p actionez suam in locum sed potius p actionē quaz recipiunt a loco: contra. detineri a loco supponit esse ī loco. si ergo passio spūs in loco est per detētionē ī loco seqtur ꝙ passio in loco supponit esse in loco. sed posterius p̄supponēs suum pͥus: non est causa eius. ergo patet ꝙ a loco non est ratio anime vł angelo ꝙ sit in loco. hec ille in forma. ¶ Contra eandē arguit henricus. 8°. quodlibet. q. 34. dicēs. quidā dicunt ꝙ spūs alligatur igni ⁊ nō pōt separari ⁊ impeditur ab agēdo quod agere cupit ⁊ in hoc summe affligitur. sed hoc modo nō patitur ab igne inferēte passionē nisi occasionaliter. sed ipe in se huiusmodi dolorē excitat sicut cor hominis excitaret passionē iracundie ad presentiā repugnantis. Itē dicunt alij ꝙ patitur ab igne non vt est natura inflictiua: sed vt ē instrumētū diuine iusticie. sed sic nō plus pateretur ab igne inq̄tum est calidus q̃ ab aere. ideo dicēdū est ꝙ ignis affligit spūm inq̄tum calidus. ⁊ eodē genere ē afflictiuū quo affligit sensuz. ¶ Cōtra tertiā conclusionē arguit aureolus probando ꝙ miseria dānatorum principalius formaliꝰ ⁊ essentialiꝰ consistat in displicētia ō deo eterna: q̃ in carētia diuine visionis vel in afflictione penali. pͥmo sic. in illo actu cōsistit infelicitas dānatorum: q̄ est summū malum illorū. patet quoniā sicut felicitas est summū bonū formale beatorū sic infelicitas dānatorum est summū malum formale illorū. ⁊ sicut felicitas beatorū consistit in summo eorū bono essentialiter: sic infelicitas dānatorū in summo eorū malo. sed malignari ī diuinitate siue displicere de diuinitate quod idem est: est summe malū formale dānatorū ⁊ maius q̃ non videre diuinitatē. probatur. qꝛ non videre diuinitatē vt sic non habet rationē detestabilis ⁊ culpe. vt formetur sic ratio. illud quod habet maiorē rationez detestabilis ⁊ fugibilis: habet maiorē rationē mali ad potētiā cui inest. sed displicere de diuinitate habet rationē detestabilis ⁊ fugibilis plus incōparabiliter q̃ non videre deum. qꝛ non videre deū est tantūmodo malum non videnti. sed displicere ⁊ odire illud sunt actus q̄ q̄tū est ō se pͥuarēt diuinitatē si possent. omnis enī qui odit alium q̄tum est de se vellet illū non eē. ⁊ ideo odire diuinitatē: est velle non esse diuinitatē. ¶ Confirmatur hoc ex diffinitione felicitatis quā ponit aristoteles pͦ ethi. dicēs ꝙ est opatio hominis s̄m maximū bonū eius in vita pfecta. ergo per oppositū infelicitas est opatio s̄m maximū malū hominis ī vita impfectissima. sed nulla est opatio q̄ consistat in tanta detestabilitate ⁊ habituali malo: q̃ illa que est abominatio ⁊ displicētia diuinitatis. ergo ⁊c. ¶ 2°. sic. beatitudo ⁊ infelicitas opponunť. tūc sic. maior est oppositio inter actus contrarios positiue q̃ inter actū ⁊ pͥuationē eius. ⁊ ideo maius malū est illud quod opponiť bono cōtrarie: q̃ illud quod opponitur pͥuatiue tantūmodo. patet enī ꝙ pͥus est iniuste agere: q̃ soluz non agere iuste pͥuatiue. sic ergo cū infelicitas consistat in malo maxime opposito beatitudini: oportet ꝙ consistat ī actu opposito contrarie: non actu opposito pͥuatiue. sꝫ beatitudo cōsistit ī actu visionis s̄m aliquos: vel s̄m alios ⁊ melius ī vltima cōplacētia diuinitatis q̄ est delectatio q̄dam vltimata ō deo viso. oppositū autē visionis: nullum est nisi oppositum pͥuatiue puta non videre. oppositū autē cōplacētie cōtrarie est ipa displicētia. ergo ī illa maxime consistit infelicitas. ¶. 3°. sic. beatitudo consistit in q̄etatione vltimi finis. sed inq̄etatio in diuinitate non est aliud q̃ displicētia de illa. probatur. qꝛ per oppositūz q̄etatio est summa cōplacētia in illa. ergo infelicitas dānatorūz consistit in quadā displicētia vltimi finis ⁊ p consequens diuinitatis. ista autem displicentia non est aliō q̃ odire deū ⁊ displicere ī eo. hec aureolꝰ

Quantum ad articulum tertium pͥmo notandū est prout ex dictis. S. Tho. accipitur. pͣ. 2ᵉ. q. 35. ar. pͦ. ⁊. 2°. ꝙ delectatio ⁊ dolor ad appetituz ptinent. omnis autē motus appetitiuus seu inclinatio consequēs apphēsionē: ptinet ad appetitū intellectiuū vel sensitiuū. nam inclinatio appetitus naturalis non consequitur apphēsionem

ipsius appetentis: sed alterius. s. datoris nature. delectatio vero et dolor psupponunt i eodē subiecto sensum vel apprehēsionē alicuius: vel nociui aut disconuenient ꝫ sicut est dolor: vel cōuenientis sicut est delectatio. vnde dolor nō est passio corporis nec subiectiue est i corpore: ꝗuis causa ipsius in corpore sit. s. lesio vel aliquod aliud corpori nociuum aut disconueniēs. sed motus doloris semp est in anima. non eni corpus dolere potest nisi dolēte anima. itē nec dolor est act⁹ virtutis sensitiue apprehēsiue: ꝗuis ad dolorem reqratur apphēsio lesionis vel nociui aut discōuenientis per virtutē aliquam cognoscitiuam. sꝫ est actus vl' motus vt premissum est appetitus vel sensitiui vel intellectiui fm ꝙ dolor ex dupplici apphēsione causari pōt prout. S. Doc. deducit vbi supra. ar. 2°. s. vel ex apphēsione exterioris sensus: vel ex apphensione interioris siue intellectus siue imaginationis. interior aūt apprehensio ad plura se extēdit ꝗ exterior. eo ꝙ quecūqꝫ cadunt sub exteriori apphensione: cadunt sub interiori sed non ecōuerso. veruntamē sicut ex vsu loquēdi illa delectatio q̄ ex exteriori apphēsione causatur: delectatio nominatur: illa vero q̄ ex apphensione interiori causatur gaudiuꝫ appellatur: ita et ille solus dolor qui ex apprehēsione interiori causatur: tristicia nominatur. qui vero causatur ex exteriori apphēsione: communi nomine appellatur dolor. vnde tristicia est q̄dam spēs doloris sicut et gaudiuꝫ delectationis capiendo dolorē cōmuniter pro actu vel motu appetitus causato ex apprehensione generaliter alicui⁹ nociui. et sic capit dolorē apostolus. ro. 9. dicēs. tristicia est mihi magna et cōtinuus dolor cordi meo: pro eodem vtens tristicia et dolore. si tamē dolor capiatur pro motu appetitus causato ex apphensione exterioris sensus ꝺ nociuo cōiuncto p̄senti: sic dolor ex opposito distinguitur contra tristiciam fm distinctionē apphensionis interioris et exterioris. horum aūt dolorum interior qui alias dicitur dolor cordis: ē maior et grauior tam ex parte cause ꝗ ex parte apprehēsionis prout. S. Tho. deducit. p̄ª. 2ᵉ. loco supra allegato ar°. 7°. ex parte quidē cause: quia causa doloris exterioris est malum cōiunctū quod repugnat corpori. causa autem interioris doloris est malum coniunctum quod repugnat appetitui. ex parte vero apphensionis: quia dolor exterior sequitur apphensionem interiorem vl' imaginationis vel etiam rationis. cum itaqꝫ dolor interior repugnet directe et per se appetitui dolor autē exterior repugnet appetitui non p se sed quia repugnat corpori: sequitur ꝙ ex parte cause dolor interior sit maior ꝗ exterior. naꝫ id quod est per se est prius et melius in bonis et peius in malis eo quod est p aliud. similiter etiā ex parte apphensionis dolor interior est maior. nam apprehensio rationis et imaginationis est altior ꝗ apphensio sensus tactus. vnde simpliciter et p se loquendo dolor interior grauior est dolore exteriore. verūtamē quādo dolor exterior est cū dolore interiori: tūc dolor augetur. qr ergo in dānatis vterqꝫ dolor cōiungit: ideo grauissimus ē dolor dānatorū.

per deriuationē diuinitas illabit potentijs.i. subeꝑit habet rationem potentie. vnde est vnꝰ illapsus nec pōt fieri illapsus in essentia quin redūdet in potētijs. dico ergo ꝙ beatitudo principaliꝰ pficit essentiā ꝙ̄ potentias: quia in illa pͥncipaliꝰ habetur deus q̄ est beatitudo: et pficit illā quodam modo p suā essentiā. potētias autē anime nō nisi per illas opationes terminatas ad essentiam sub ratione veri et boni: licet pceptio huius pfectiōis non pueniat aīe nisi p potētias. hec ille. ¶ Cōtra eandē cōclusionē arguit aureolus ꝓbādo ꝙ beatitudo nō consistat in opatione ſm suā rōnem absolutā put est quedā q̄litas absoluta: sed potiꝰ put est exhibitiua obiecti in esse pñsentiali. pͥmo sic. opatio nr̄a sub illa ratione est beatificatiua sub q̄ insaciatiua qꝛ beatitudo est summa sacietas iuxta illud augustini beatꝰ est q̄ habet quicq̄d vult. ſ; opatio nō est saciatiua vt est talis qualitas sed vt exhibitiua obiecti beatifici in esse presentiali. ergo et c̄. maioꝛ nota est et ꝓbata p augustinū. 12. ð ciuitate dei. minoꝛ patet quia solū finis habet facere: non autē illud qđ est ad finē vt sic. operatio autē in ratione qua est q̄litas precisa exhibitione obiecti: est ens ad finē et nō ipse finis. similiter vt sic est bonū finitū ꝛ limitatū. nullū autē tale bonū saciat. item vt sic distinguit a deo. nullū autē bonum saciat nisi deus ex pͥmo cōfessionū. item vt sic relinquit potētiā ad aliā opationem puta aliā visionem. nō ergo vt sic cōtinet omnē formā. et per consequēs vt sic nō saciat. ergo per oppositū ipsa saciat inq̄ᵐ est finis. et hoc habet inq̄ᵐ est exhibitiua finis et vt sic est infinita et summū bonum et virtualiter continens omne bonū. ista tamē non cōpetunt opationi formaliter: sed extrīsece inq̄ᵐ est exhibitiua sūmi boni ꝛ infiniti. ex quo patet ꝙ vt sic non relinquit potētiam ad aliud: quia oīe bonū cōtinet ciuiliter in eo quod exhibet. ¶ 2°. sic. philosophus dicit pͥmo ethi. de bono ꝛ dicit ꝙ bonū accipit ꝓ vtili qualis est oīs bonitas ordiabilis in finē. vlteriꝰ obiectū beatificū est vltimus finis: actꝰ vero est finis sub fine. his suppositis arguo sic. in omni ordinabili in finem et in omni eo qđ est finis sub fine: ratio eiꝰ quod est ordinabile in finē nō accipit penes absolutū sed in cōnexione ad finē. que cōnexio cōsistit in exhibitione ipsiꝰ finis. hec ꝓpositio apparet in exēplo. si enī appeto potionē exhibentē sanitatē: nō eam appeto propter absolutū sed p̄ase vt ordinat et cōnectitur sanitati. si enim appeteret ratione absoluti: iā nō appeteretur ꝓpter aliud sed ꝓpter se. sed bonitas actus beatifici est bonitas ordinabilis in finē nec appetitur propter se sed ꝓpter aliud: nec beatificat propter se sed propter obiectū quod exhibet presens. ergo non beatificat nec ratio eiꝰ inq̄ᵐ est beatitudo sumi debet penes eius absolutū sed penes exhibitionē finis. ¶ Confirmat. quia q̄n aliquid nō competit alicui p se et pͥmo sed per aliud non competit sibi per rationē sui absoluti sed ex cōnexione ad illud. sed beatificare non competit opationi per se et pͥmo sed ex ratione obiecti. ergo et c̄. vnde si deꝰ faceret absolutū opationis sine exhibitione obiecti: nō beatificaret. si autē per impossibile faceret exhibitionē obiecti remoto absoluto ipsius actꝰ beatificaret. vnde ex hoc potest sic argui. illud essentialiter cōsistit in eo: quo posito et remoto omni alio ponit: et q̄ remoto omni alio posito remouet. sed sic est de exhibitione obiecti. ergo. ¶ Confirmat. quia ſm augustinū beatus est q̄ habet quicq̄d vult et nihil male vult. i. q̄ habet quicq̄d recte vult. ista aūt habitio nō consistit i absoluto opatiōis qꝛ illo volito nō ex hoc habet volitū eē bonū. ſ; cōsistit ī exhibitione obiecti q̄ exhibitiōe habet presentialit oīe bonū in quadam ratione eminenti. hec aureolus. ¶ Cōtra secundam cōclusionem arguit scotus probando ꝙ visio beatifica non mensuretur eternitate. pͥmo quia ſm te principiū actus q̄ᵐ ad subam est potētia. sed ſm formā suam principium eius est habitus. et si habitus sit īfusus: perfectio actionis erit a causa exteriore que causat habitū. ex hoc arguitur sic. impossibile est actū inq̄ᵐ informatum ſm quam rationem tu dicis actum beatificatiū: eē magis permanentem vel īmutabiliorē esse q̄ ſm substantiā: quia impossibile est illud cui inest aliquid per accidens: esse īmutabilius eo cui inest. ergo si actus ſm subam mēsurat euo quia esse eius ſm te mensuratur euo: sequitur ꝙ actus inq̄ᵐ informatus vel habituatus haberet maiorem immutabilitatē q̄ euū. ¶ 2°. quia apparet manifeste falsum ꝙ aliquod creatum mensuret eternitate vt distiguitur cōtra euum. quia si euū includat successionem siue potētialitatem ad diffinīēdū: hoc videt competere cuilibet creato quod nō est ꝓprie temporale. eternum enim sicut est totum simul actu: ita caret potētia non essendi. ¶ 3°. quia tua probatio non valet. nō enim sequit. creatura ītellectualis non pōt ex suis naturalibꝰ in beatitudinē. ergo btitudo in sua natura est eminētiorꝰ pmanentie q̄ creatura ītellectualis qꝛ est accidēs eius et tale accidens quod non consequit principia subiecti nec subest causalitati huius subiecti: est tm̄ in se quoddā minꝰ nobile et minꝰ pmanēs. ¶ 4°. quia nō aliter visio q̄ tristicia damnatorum sit eterna patet. quia mathei decimo q̄nto dr̄. ite maledicti

in ignem eternū. et multa talia ponuntur in scripturis. constat autē q̄ illa pena non est eterna aliqua eternitate distincta ab euo vel tempore ꝑpetuo. ergo cōsimiliter perpetuitas beatitudinis nō est proprie eternitas nec necesse esse: sed cui possibilis esse et nō esse tn̄ ꝑpetuo cōseruati. hec ille.

Quantū ad tertiū articulū primo notādū est q̄ sicut latius ðductū fuit libro tertio dis. 23. q. pᵃ. sub tertio notabili: habitus adueniens potentie opatiue: vnū principiū constituit cū ea ad eundē actū. quēadmodū ex specie sensibili vel intelligibili et potētia quam informat: fit vnū ꝑncipiū sentiendi aut intelligēdi respectu eiusdez actus. ac ꝑ hoc eadē opatio pfecta ī suo genere est et a potentia et ab actu sicut vnus effectus ab vna causa vel principio. ita q̄ et subā actᵘˢ et actus modificatio seu determinatio ē ab vtroqꝫ et ab habitu et a potentia ꝑ habitū informata. vnde idē numero actᵘˢ meritorius et q̄ꝫᵐ ad subam actᵘˢ et q̄ꝫᵐ ad rōnem meritī ē ⁊ a potētia liberi arbitrij et ab habitu charitatis. Neqꝫ obstat qd̄ phs dicit. 2°. ethi. q̄ .s. potentia est q̄ possumᵘˢ et habitᵘˢ ē quo bene vel male possumus: qm̄ hoc phi dictū est ꝑ quandam appropriationē. quia eni potētia sine habitu potest actū ꝑducere q̄ꝫᵐ ad sui subam et habitu habet q̄ bene vel male opereť: ideo ꝑ quandā rōnez adaptationis substātia actus attribuitur potētie: habitui vero attribuiť modus bone vel male opationis. et isto modo ꝑ quandā .s. appropriationē accipiendū est quod. S. Tho. dicit in hac dis. q. pᵃ. ar. 2. ad. 2ᵐ. de suba actus et de forma .i. habitu a q̄ perfectionem habet actus. veruntamē q̄ꝫᵐ est ex parte rei eadez opatio est: et q̄ꝫᵐ ad subam et q̄ꝫᵐ ad modum seu determinationem ipsius est tota ab vtroqꝫ: quāuis potentia ab habitu participet modum bene vel male operandi: et habitᵘˢ a potētia subam actus. Cōfirmāť ista per diffinitiones vel descriptiones habitus datas a comentatore qui. 3°. de anima dicit. habitus est quo quis agit cum voluerit. et ab augustino dicente. habitus est quo aliquid agitur cum opus fuerit. vt enim ex vtraqꝫ diffinitione accipitur: nō solus modus agēdi habitui tribuitur: sed ⁊ ipsum agere. Falsa ē igitur imaginatio quorundam opinātium q̄ quādo actus procedit a potentia habitu informata: sint circa actum duo effectus distincti a duobus principijs distinctis procedētibus .s. substantia actus a potentia: et modus ꝯm quem actus dicitur bonus vel malus ab habitu.

Secundo notandū est q̄ vt. S. Tho. dicit in pluribus locis et signanter. pᵃ 2ᵉ. q. 50. ar. 2. ad. 2ᵐ. et latius in. q. de virtuti. in cōmuni. ar. 3. subiectū tripliciter cōparať ad accidēs. vno modo sicut prebens ei sustentamentū nā accidens ꝑ se nō subsistit: fulciť enim ꝑ subiectū. alio modo sicut potentia ad actū. subm̄ eni accidēti subijciť sicut quedā potentia actui. vñ et accidens forma diciť. tertio modo sicut causa ad effectū: nam principia subiecti sunt principia per se accidētis. quantū ergo ad primū: vnū accidens alterius subiectū esse nō potest. nam cū nullū accidēs per se subsistat: non potest alteri sustētamētū prebere: nisi fortasse dicať q̄ inq̄ꝫᵐ est a subto sustētatū aliud accidēs sustentat. sed q̄ꝫᵐ ad alia duo vnuz accidēs se habet ad aliud ꝑ modū subiecti: nam vnū accidēs est in potentia ad alterū sicut diaphaneitas ad lucē et superficies ad colorē. vnum etiā accidēs pōt eē causa alterius vt humor saporis. et ꝑ hūc modū dicitur vnū accidēs alterius accidētis esse subm̄: non q̄ accidens possit alteri accidēti sustētamentuz ꝑbere: sed quia subiectū est principiū accidentis altero mediāte. Ex quibus inferimᵘˢ ad ꝓpositū nr̄z q̄ licet immediatū subiectū beatitudinis sit potentia quia est ꝑncipiū eius imediatū: primū tn̄ ⁊ magis ꝓprie subm̄ beatitudinis est aīa cuius ipsa potētia est accidēs. vnde dicere potētiā anime eē subiectum beatitudinis: non ē aliud dictu q̄ꝫ dicere q̄ anima ē subiectū beatitudinis mediāte potētia. sicut dicere q̄ vnū accidēs est subiectū alteriᵘˢ nō est aliud dicere q̄ꝫ q̄ suba ꝯm q̄ est sub vno accidente est subm̄ alterius. ꝓut. S. Tho. exponit pᵃ 2ᵉ. loco preallegato. Et accedit huic rationi in materia nostra quia beatitudo non solum est accidens sed et est actus .i. opatio quedaz. actiones aūt et operationes: sunt ꝓprie suppositi tanq̄ꝫ subiecti agentis et nō formaꝝ aut potentiarū q̄ sunt principia non agētia sed quibus agens agit. non enim visus est ꝓprie videns: sed homo vel aīal ꝑ visum. et cōsimiliť nō ꝓprie intellectus est intelligēs aut voluntas volēs: sed homo vel aīa est intelligēs et volens ꝑ intellectū et volūtatē. vñ etiam inq̄ꝫᵐ beatitudo ē subaliter opatio: hēt ꝓ primo ⁊ principali subiecto: nō potētiā intellectiuaz a qua imediate ꝓcedit sicut a ꝑncipio quo: sed magis ipsam aīam vel hoīem a quibᵘˢ ꝓcedit sicut a principio quod: et a quibus et in quibᵘˢ habet subsistētiā et suppositationē in rerum natura. loquimur nūc de beatitudine hominis. Patet igitur q̄ per hoc q̄ sanctᵘˢ thomas ponit btitudinem esse subaliter operationem intellectᵘˢ ac per hoc q̄ subiectiue sit

in potentia intellectiua imediate: nõ negat beatitudinem esse opationẽ anime principaliter et animã esse eius pmũ et pncipale subiectũ quãuis nõ imediatũ. imo magis illud affirmat vt ex premissis manifeste cõstat. Facit ad ista qđ S. Tho. dicit de veri. q. 27. ar. 5. ad. 17m. ait eni. sicut essentia anime imediate est essendi principiũ: opationis vero principium est mediantibꝰ potentijs: ita imediatus effectꝰ gratie est conferre esse spirituale quod ptinet ad informationẽ subiecti siue ad iustificationem impij que est effectꝰ gratie operantis. se d effectus gratie mediantibus virtutibus ⁊ donis: est elicere actus meritorios quod pertinet ad gratiam coopantem. hec ille.

**Tertio** Notandũ est qꝫ vt S. Tho. deducit. 2a 2e. q. 132. ar. pᵒ. in cor. et in. q. de malo. q. 9. ar. pᵒ. gloria claritatẽ quandã significat. vnde gloriari idem est qđ clarificari vt augustinus dicit sup ioãnem. claritas aũt et decor quandã habent manifestationẽ. et ideo nomẽ glorie, ppie importat manifestationẽ alicuius de hoc quod suo splendore cõspicuũ et decorum videtur: siue illud sit bonuꝫ corporale siue spũale. quia vero illud quod simpliciter clarũ est a multis conspici potest et a remotis: ideo ppie per nomen glorie designatur qꝫ bonũ alicuiꝰ deueniat in multorum noticiam et approbationeꝫ. largius tamen accepto nomine glorie: nõ solum cõsistit in multitudinis cognitione: sed etiã paucoꝝ vl' vniꝰ aut sui solius. sm quẽ modũ apl's dicit. 2a Corin. pᵒ. gloria nostra hec est testimoniũ cõsciẽtie nostre. quia ergo sancti in patria gratia consumati et confirmati habent splendorẽ gratie ⁊ cõspicuitateꝫ omnibus manifestam et hoc in sempiternum: dicunt esse in eterna gloria. itaqꝫ gloria sanctoꝝ in patria est ipsa claritas gratie consumate. nam et sm claritatẽ gratie in via: apostolus in premissa auctoritate designãs gloriam in via sanctoruꝫ cũ dixisset: gloria nostra hec est testimonium cõsciẽtie nr̃e: subiũgit qꝫ in simplicitate cordis et sinceritate dei ⁊ nõ in sapiẽtia carnali: sed i gratia dei cõuersati sumus in hoc mũdo. Quãobreꝫ S. Tho. de veri. q. 27. ar. 5. ad. 6m. dicit qꝫ sicut charitas vie non tollit in pr̃ia sed remanet augmẽtata, ppter hoc qꝫ in sui rõne nullũ defectũ importat: ita etiã gratia quia nullũ in sui rõne iportat defectũ: p sui augmẽtũ fit gloria. nec dicit esse diuersa pfectio nature in statu vie et patrie qꝫm ad gratiam, ppter formã diuersam pficientẽ: sꝫ ppter diuersam pfectionis mẽsurã. hec sctũs doctor. vbi apte dicit grãm cõsumatã et gliam ideꝫ esse. cum enim gloria sit essentialiter claritas vt premissum est: recte dicitur qꝫ gratia cõsumata sit gloria qm̃ gratia lumẽ quoddã appellat. dicimus eni lumen gratie. i. lumen quod est ipsa gratia capiẽdo genitiuũ intrãsitiue. Ex quibꝰ inferimꝰ qꝫ gloria sctoꝝ in patria nõ est subaliter ipsa beatitudo: sed ẽ qdãmodo eius causa sicut et gratia cõsumata. vnde si alicubi in scriptura auctẽtica gloria beatorũ dicta sit ipsa beatitudo seu diuina visio aut fruitio debet accipi dictum per causam non sm predicationem essentialem.

**Quarto** Notandum est prout S. Tho. deducit. 2a 2e. q. 23 ar. 2. in cor. qꝫ deus sm hoc disponit omnia suauiter sicut dicit sapientie. 8. qꝫ mouet oĩa ad debitos fines idideẽs singulis rebus formas per quas inclinant ad fines sibi prestitutos a deo. si eni motus aut opationes rerũ non, pcederent ab aliqua forma vel habitu pficiente et inclinãte rem q̃ mouetur vel agit ad talẽ actionẽ vel motũ: motꝰ vel actio nõ esset rei cõnaturalis. et p cõsequẽs neqꝫ esset illi delectabilis et suauis imo magis esset ei quid violentũ. cũ auteꝫ beatitudo et visio diuine essentie sit actꝰ improportionatus p excessuꝫ nature intellectualis: si nõ, pcederet in beatis ex aliquo habitu supnaturali diuinitꝰ ĩfuso intellectibꝰ beatorũ sed fuisset illis ĩmissus per modũ cuiusdã illapsus vt quidã falso opinati sunt: sequeretur qꝫ non esset mẽtibus beatoꝝ suauis et delectabilis. imo tanqꝫ simpliciter ab extrinseco pncipio oriuatus et imissus: esset magis violentꝰ et tristis. quẽadmodũ est corpori graui motus sursum repugnans et violentꝰ quãdo a pncipio extrĩseco sursũ mouet. id aũt dicere est absurdum de pfectissima operatione qualis est beatitudo seu diuine essentie visio que et sm phos et sm theologos cõplementũ habet in delectatione. vñ et, ppheta dicebat. delectationes in dextera tua vsqꝫ in finẽ. dexteram appellãs contẽplationẽ diuine maiestatis i patria p cõparationẽ ad ipsius cõtemplationem i via. vnde sicut opinio magistri in. 17. dis. pmi libri cõmuniter a doctoribꝰ reijcit: ponens qꝫ actus charitatis quo deũ diligimꝰ esset penitus ab extrinseco. s. a spũ sancto p modũ illapsus imissus et nõ ab intrinseco p formã aliquã volũtatem mouẽtẽ et inclinantẽ ad charitatis dilectionẽ: ita et istorũ cõsimilis opinio dicentiũ beatitudinẽ et visioneꝫ diuine essentie ĩmitti a deo mẽtibꝰ beatoꝝ p modũ illapsus: tanqꝫ falsa refellenda est. imo et quãuis aliquãdo pro opinione teneri potuit ex si minus vera: nunc aũt pro errore censeri debet iuxta verum intellectum decretalis ad nostrũ in clemẽtina loco quinto in numero errorum ibi compu-

tatorum. vbi textus sic dicit. quinto q̄ quelibet i-
tellectualis natura in seipsa naturaliter est beata
q̄z anima nō indiget lumine glorie ipsam eleuā
te ad deum vidēdū et eo beate fruēdū. hec decre
talis. et facit cōtra dictā opinionē q̄m si actus bea
titudinis et visionis diuine essentie fuisset menti-
bus beatoꝝ a deo ꝑ illapsum immissus: non indige
ret natura intellectualis lumine glorie quo eleua
retur supra sui naturā ad videndum deum et deo
fruendum quod decretalis pro errore censet. pro
batur illud. quoniā si actus beatitudinis et visio-
nis deo simitteretur per modū illapsus a deo: ipse
actus sufficeret mētib⁹ beatorum in puris natu-
ralibus existentium quo viderent deum. nam ad
habendum actionem aliquam penitus ab extrin-
seco: sufficit ipsa rei naturalis consistentia non so
lum non disposita: sed etiam repugnante natura
dū tamē a virtute mouētis vel agētis superet. si-
cut patet in graui sursum ꝓiecto. vel saltem suffi-
ceret ipsa rei natura non repugnans.

**Quinto** Notādū est q̄ vt boetius diffinit quinto libro de con
solatione: eternitas est interminabilis vite tota si
mul et perfecta possessio. dicitur autem intermina
bilis vite ſm q̄ interminabile dicit negationē ter
mini et a parte ante et a parte post. vt si dicatur
interminabilis vita q̄ nec habet principium nec fi
nem. dicitur vero tota simul: tum q̄z nec in seipsa
habet prius et posterius nec preteritū nec futurū
nec ista habet ſm aliquē modū transmutationis
adiuncta. et dicitur perfecta: quia nihil sibi deest
nec aliquid participatione alterius habet. vnde
ſm hanc eternitatis rationem solus deus est eter-
nus: nam nulla creatura est cuius esse intermina-
bile sit nec principiū habens nec finem. omnis enī
creatura et omne aliud a deo principiū habuit sui
esse. nec iterum aliquod ens preter deum habet
omnem sui ꝑfectionem totā simul. neq̄z rursus est
aliqua creatura que non habeat suum esse et om-
nem ipsius perfectionem participatam a deo. soli
igitur deo propriū est esse eternum essentialiter et
per naturam. secundū aliquā tamen participatio
nem eternitatis creature alique dicuntur eterne
ſm magis et minus ſm q̄ plus vel minus partici
pant de perfectionibus eternitatis. Unde ad ꝓ-
positum nr̄m beatitudo creata hominū et ange-
lorum est eterna in q̄ꝫm participat interminabilita
tem a parte post. erit enim in perpetuū absq̄z fine.
item et quia est tota simul non ꝑ partes aut i suc-
cessione. totam nāq̄z diuinā essentiam et om̄es ip
sius perfectiones et rationes quas vnq̄z videbit
beatus: simul a principio sue beatitudinis videt. ſz
illud augustini vltimo libro de trinitate. non erūt
.s. in patria volubiles nostre cogitationes ab alijs
in alia euntes atq̄z redeuntes: sed omnem scīētiā
nostram vno simul conspectu videbimus. quo cir
ca hieremie. 31. propheta dicebat. et non docebit
vltra vir proximum suum et vir fratrem suū di-
cens cognosce dominum. omnes enim cognoscēt
me a minimo eorum vsq̄z ad maximū ait domin⁹.
Ueruntamen eternitas huiuscemodi beatitudi-
nis deficit ab eternitate dei: tum quia est partici-
pata a deo et non sibi connaturalis nec mensura
adequata. tum etiam quia non est interminabi-
lis a parte ante: et hoc est cōmune omnibus crea
tis eternitatem participantibus. Item et deficit
quia quāuis ipsa eorum beatitudo ſm se sit intrā
mutabilis actu et potentia dono dei: patitur ta-
men secum transmutationes nōnullas intellectio
num et affectionum ac etiam locorum suo modo
in quibus non eternitate sed tempore mensurā-
tur. ſm q̄ augustinus dicit. 8. super genesim ad lit
teram q̄ deus mouet creaturam spiritualem per
tempus. vbi et dicit q̄ per tempus moueri: est per
affectiones moueri. Denique et alia sunt que min⁹
participant de eternitatis duratione quemadmo-
dum dānati et eorum supplicia. quorum participa-
tio eternitatis q̄ꝫm ad hoc tātūmodo attenditur
q̄ est interminabilis a parte post prout. S. Tho.
notat in hac dis. q. $p^{a}$. ar. 2. sub. ar. $3^{o}$. ad. $4^{m}$. Et
$p^{a}$. p. q. 10. ar. 3. ad. $2^{m}$. vnde et in sacra scriptura
dānati cruciandi et mittendi dicūtur in ignē eter-
num qui paratus est diabolo et angelis eius. non
tamen participant intrāsmutabilitate. imo nō so
lum in affectionibus et intellectionibus transmu
tationem habent: sed etiā in eorum supplicijs. ſm
illud iob. 24. ad nimium calorem transibunt ab
aquis niuium. idcirco magis dicuntur mensurari
tēpore etsi ꝑpetuo: q̄ꝫ eternitate. ſm illud psalmi
inimici dn̄i mētiti sunt ei et erit tēp⁹ eorū in secula

**QUantum ad ar**ticulū q̄rtū respōdendū est obie
ctionibus in cōtrariū. Et quidē
ad p̄mū scoti cōtra p̄mā cōclusio
nē dicit̄ q̄ qc̄q̄d sit d̄ maiori ꝓpo
sitione nā nō est vlr̄ vera et ꝑserti q̄ñ aliq̄d ꝓduci
tur per actionē agētis imanentē nā tunc tale ꝓdu
ctū cū maneat in agēte facit ad ipsi⁹ perfectionem
quēadmodū verbū formatū in itellectu ꝑ ipsius
opationē ꝑficit itellectū. verūtñ minor ꝓpositio
nō recte sumit̄ sub maiore. nā maior ꝓcedit d̄ effe
ctu agētis ꝓducto ꝑ actionē suā. q̄ aliq̄ñ vt q̄ñ ē q̄d
extrīsecū penit⁹ nō ē ꝑfectio agētis. minor v̄o ꝓce-

dit de operatione que cuz sit in agente subiectiue
semper est pfectio ipsius quia est finis quidā eius
ad quez ordinatur. qm̄ vnaqueqꝫ res est ꝓpter su
am opationem, put phs dicit secūdo de celo. et pͥ-
cipue id verū est de opatione imanente qualis ē
beatitudo. vnde in argumento cōmittitur falla-
cia figure dictionis mutando effectū in opationē
¶ Et ad primā confirmationē dicim⁹ ꝙ loquēdo
ꝓprie de motu prout aliquid abijcit a re mota de
quo loquitur phs vbi allegat: prima consequen-
tia ē falsa. naz qꝺ perficit: magis acquirit ꝙ̄ ab eo
aliquid abijciat. vñ phs. 7°. phy. ꝓbat ꝙ in qꝫm alt
quid pficit nō alterat quāuis aliquādo precedat
alteratio. et ibi expresse negat alterationē esse in
parte intellectiua ꝑ hoc ꝙ scit aut intelligit. nec i
ipsa virtutū acquisitione ꝓ eo ꝙ vt sic pficitur. et
cum arguens infert ꝙ tūc in eo ꝙ ess; in actu ess;
in potētia: dicitur ꝙ est falsa illatio. naz licet agēs
antequā agat sit in potētia ad actionem: in qꝫm tñ
agit: in actu est tam pͥmo q̄ est forma vel esse: ꝙ̄ in
secūdo qui est actio vel operatio. ¶ Ad secūdam
cōfirmationē dicit ꝙ solutio ibi data bona est et ē
sancti thome in hac distin. q. pͣ. arti. 2. sub. ar. 2.
ad. 2m. Et ad eius improbationez dicit ꝙ forma
de qua sanct⁹ doctor loquit in respōsione et ipse
etiam arguēs in impugnatione: est cōdicio et pfe
ctio quedam actus quaz habet ab habitu pficiēte
potentiam. hoc supposito: dicit pͥmo ad impugna-
tionem ꝙ talis forma non est posterior essentia-
liter ipo actu. naz qꝺ est posteri⁹ alio essentialiter
cōsequit illud essentialiter. ipsa aūt forma. s. perfe
ctio aduenīēs actui: nō cōsequit essentialiter sub-
stantiā actus sed accidētaliter: alias omnis actus
haberet perfectionem habitus quod est falsum.
illud autem quod accidentaliter consequitur ali-
quid: nō necessario dependet a causa ipsius sicut
patet de gratia et charitate. ⁊ idem iudiciū est de
lumine glorie qꝺ sanct⁹ thomas appellat in nostro
ꝓposito formā pficientē subam actus. Responde
tur secundo ꝙ impugnatio arguētis ꝓcedit ex fal
so intellectu quē habuit in verbis sancti thome pu
tans ꝙ mens ei⁹ fuisset dicere actum beatitudinis
ꝙ̄m ad suā subam preamseelici a naturali potētia. ⁊
ꝙ̄m ad formaz qua perficit: tm̄modo elici ab actu
luminis glorie. hoc certe falsum est. qm̄ vt dedu-
ctū fuit in pͥmo notabili fm doctrinā sctī thome
vtrūqꝫ est ab vtroqꝫ. vnde argumentū procedit
ex falso supposito. Et ꝑ hec patet respōsio ad ter-
tiam et quartā confirmationes q̄ ꝓcedūt ex eodē
falso supposito. ¶ Ad. 2m. pͥcipale dicitur ꝙ ma-
ior est falsa prout. S. Tho. ōducit. pͣ 2e. q. 71. ar.
3. Et ad eius primā probationem respondet san
ctus thomas ibidem ad primū ꝙ nihil prohibet
aliquid esse simpliciter altero potius: quod tamē
fm quid ab eo deficit. simpliciter enim potius iu-
dicatur quod preeminet ꝙ̄m ad id quod per se psi
deratur in vtroqꝫ. fm quid autem quod preemi-
net fm id quod per accidens se habet ad vtrūqꝫ.
ostensum est autem ex ipsa ratione actus et habi
tus ꝙ actus ē potior in bonitate et malicia ꝙ̄ ha-
bitus. ꝙ autem habitus sit diuturnior ꝙ̄ actus: ac
cidit ex eo ꝙ vtrūqꝫ inuenitur in tali natura que
non potest semper agere et cuius actio est in mo
tu transeunte. vnde simpliciter actus est potior
tam in bonitate ꝙ̄ in malicia. sed habitus est po-
tior fm quid. Ad secundam probationem respō-
det sanct⁹ thomas ibidem ad. 3m. ꝙ habitus est
causa actus in genere cause efficientis. sed actus
est causa habitus in genere cause finalis fm quaz
consideratur ratio boni et mali. et ideo in bonita
te et malicia: actus preeminet habitui. ¶ Ad. 3m.
dicitur ꝙ maior non est vniuersaliter vera. non
enim habet veritatem quando respectus conseq̄
tur per se ad absolutum. nam non potest separa-
ri a creatura respectus ad creatorem. nec mane-
re potest potētia sine respectu et ordine ad actū.
et pariformiter neqꝫ operatio vel actus absqꝫ or-
dine et respectu ad obiectum: cum ab illo habeat
specificationem prout philosophus dicit. 2°. de
anima. ¶ Ad. 4m. dicitur ꝙ minor est falsa. et ad
primam eius ꝓbationem dicitur primo ꝙ nobilio
ri perfectioni correspondet nobilius perfectibile
non simpliciter sed sibi proportionatum et adeq̄
tum. nec semper imediate sed sufficit ꝙ mediate ⁊
principaliter. essentia autem anime licet sit nobi-
lius perfectibile ꝙ̄ potentia intellectiua respectu
beatitudinis: non tamen est ita adequatū et im
mediatum. et ideo potētia ipsa imediatius perfi
citur ꝙ̄ essentia anime. Dicitur secundo ꝙ proba
tio arguentis procedit ex falso supposito. s. ꝙ san-
ctus thomas teneat beatitudinem non esse pfe-
ctionē essentie anime. hoc aūt falsum est. imo te-
net ꝙ magis et principali⁹ sit perfectio essentie a-
nime ꝙ̄ potentie quāuis non imediatius, put de-
ductum fuit in secūdo notabili. Et per hec patet
respōsio ad omnes quinqꝫ probationes minoris
que procedunt ex eodē falso supposito. verūtamē
quia in singulis assumunt alique ꝓpositiones mi-
nus vere: ideo singulas percurram⁹. ¶ Ad secun-
dam ꝓbationē dicit ꝙ loquendo naturalr: casus
positus in argumēto est impossibilis. qm̄ potētie
aīe sunt naturales eius ꝓprietates ꝑ se cōsequen-
tes ipsius essentiam saltem originaliter. veruntamen loquendo ō potentia dei absoluta: dicamus

q̄ si potētia intellectiua anime beate haberet esse separatum ab essentia aīe et diuina essentia esset illi presens quēadmodū nunc dum est anime cōiuncta: nullū nobis est inconueniēs fateri q̄ fuiss3 beata absq3 anima. et cum arguēs infert q̄ tūc natura non intellectualis possit esse beata: negatur consequentia. nam potentia intellectiua habens esse subsistēs per diuinam potētiā: natura quedā3 est intellectualis. et quia esse eius per se subsistēs esset vitale: per consequens et eius operatio vitalis est non alia vita q̄3 intellectuali. Et si obiciat̄ q̄ sola potentia intellectiua non complet rōnem nature humane: respondemus dupliciter. primo q̄ licet non esset completa natura humana: esset tamen cōpleta quedā3 natura spūalis sicut est angelus quāuis inferior illo. Respondem⁹ secundo q̄ et si potentia intellectiua subsistens per se separata ab anima nō haberet cōplementum nature humane sed esset aliquid eius: nihilominus poss3 beatitudinem recipe et esse beatam. quēadmodū et nunc ante resurrectionem corpor3: anime sanctorum defunctorum sunt beate: quāuis non habeant complemētū nature humane que complectitur corpus simul et animā3. Nec3 obstat q̄ talis potētia intellectiua maneret accidēs sicut nūc est in anima existens: quia sicut in sacramento eucharistie quantitas dimēsiua panis et vini per diuinam potentiam habet post consecratione3 omnem illam opatione3 quā suba panis aut vini haberet si presens esset sicut et habet per dei potentiam eius esse subsistentie: ita et potentie intellectiue separate ab anima posset dari p̄ diuinā potētiam q̄ haberet omnem illam operationem quā coniuncta anime habuisset sicut et daret sibi p̄ casum q̄ haberet esse subsistens nam ad huiusce modi esse consequitur operari. ¶ Ad tertiam negat̄ antecedens. nam licet anima mediante potētia sit beata: non ideo sequitur q̄ per accidēs sit beata. non enim est idem dictu causa mediata et causa per accidens. nā non dicitur artifex causa p̄ accidens domus pro eo q̄ mediante serra et dolabra illam edificat. imo quādo causa imediata recipit virtutem agendi a causa mediata: effectus magis et principalius producitur a causa mediata et prima q̄3 a causa imediata. Unde in proposito nostro licet potentia intellectiua imediatius habeat perfectionem beatitudinis: magis et pricipalius anima est beata cuius virtute et subsistētia potentia intellectiua fit beata. Ad exemplum autem de ligno calido: dicimus q̄ calefactio proprie et principaliter et per se a ligno calido efficitur magis q̄3 a calore loquendo de principio q̄d. et quāuis lignum nō sit causa per se calefactionis lignum tamen calidu3 est causa eius per se. ¶ Ad quartam dicitur q̄ non concludit propositum arguentis. quoniam gloria etiam eterna non ē ide3 re in beatis quod beatitudo prout ostensum fuit in tertio notabili. vnde licet gloria sit in essentia anime sicut et gratia: non inde sequitur q̄ in essētia anime sit beatitudo subiectiue. ¶ Ad quinta3 dicitur primo q̄ assumptum est falsu3 prout in q̄rto notabili deductum fuit. nec3 valet eius probatio. quia beatitudo et si principalius cōsistat ī obiecto increato: non tamen prout obiectum est p̄sens intellectui per illapsum: sed per modum obiecti. nam deum esse presentem per illapsu3: commune est omnibus creaturis. sed in ratione obiecti cogniti et amati: solūmodo est in creaturis intellectualibus. Dicitur secundo q̄ dato sed non concesso q̄ diuina essentia vt clare visa esset presens menti beate per illapsum: talis illapsus imediate fieret potentie et per potentiam essentie. et hoc probatur ex auctoritate dionisij quam arguens allegat. nam transformatio amantis in amatum per quam arguens dicit fieri illapsum amati in amantem: est per actum amoris s̄m dionisium. actus aute3 amoris īmediate elicitur a potentia voluntatis: quamuis principaliter ab essētia anime. vnde ex ea ratione magis probatur q̄ beatitudo sit imediate a potentia et in potentia anime q̄3 in essentia. Et per hec patet respōsio ad dicta hērrici. ¶ Ad argumenta aureoli cōtra eandem conclusionem dicimus q̄ non militant contra conclusionem nostram imo conferūt ad eius declarationem. cōcedimus nāq3 q̄ beatitudo nō consistit in operatione s̄m suam rationem absolutam: sed prout est exhibitiua obiecti in esse presentiali s̄m modum loquendi arguentis. nisi eni3 operatio intellectus terminaretur ad obiectum beatificum intellectui presens: non esset beatitudo. non enim visio diuine essentie est beatitudo inq̄3m est visio absolute: sed inq̄3m est visio diuine essentie. ¶ Ad argumenta scoti contra secunda3 conclusionem: ad primum dicitur q̄ deficit dupliciter. primo quia assumptum non est simpliciter et vniuersaliter verum. na3 gratia accidentaliter inest homini: et tamen facit illum magis permanere in bonis operibus et propositis q̄3 permaneret per sola3 naturam suam liberi arbitrij. immo et facit hominem impecabilem etiā in hac vita ac per hoc diuturnius p̄manere in bono quod tamē per suam naturā non pōt sicut apparet in cōfirmatis vt in beata virgine et sanctis apostolis adhuc viatoribus prout cōmuni⁹ tenet̄. Secūdo deficit

quia supponit falsum. s. q sanctꝰ thomas teneat q actꝰ beatitudinis fm subam mẽsuret euo. hoc certe est falsum. imo fm doctrinaz sancti thome actꝰ beatitudinis et q̃m ad subam et q̃m ad pfectionẽ ex lumine glorie: mẽsurat eternitate participata dono dei, put deductũ fuit in quinto notabili. nec opationes intellectiue alie a beatitudine in btis mensurant euo vt arguẽs putat: sed tẽpore quãuis nõ primi mobilis, put ex dictis augustini appa ret in notabili, ptime allegato. ¶ Ad. $2^{m}$. dicitur q pcedit de eternitate essentiali et, put est mensura adequata. beatitudo aũt sanctoꝝ mensuratur eternitate participata et nõ sicut adequata mensura. ¶ Ad. $3^{m}$. dicit q pbatio sancti doctoris nõ solũ stat in eo qd arguẽs tangit: sed magis in hoc q virtute et dono dei creatura intellectualis attigit beatitudinẽ. ppter quod sicut homo fit particeps diuine opationis in vidẽdo deũ: ita fit particeps eternitatis qua diuina opatio mẽsurat. Unn S. Tho. i hac dis. q. ṗa. ar. 2. sub. ar. 3. ad. $3^{m}$. eternitas inquit nõ est cõmunicabilis hoi ita q sit eiꝰ mẽsura adequata vel alicuiꝰ quod in ipso est. põt tamẽ hoi cõmunicari fm quãdã participationem vt sicut hõ fit particeps diuine opationis in vidẽdo deum; ita fit particeps eternitatis qua diuina opatio mensurat. et sic ipsa eiꝰ opatio dicitur vita eterna. hec ille. ¶ Ad. $4^{m}$. respondet sanctꝰ thomas vbi allegatum est in fine quinti notabilis q eternitas non est similis hinc et inde. ¶ Ad argumentum ante oppositum respondet sanctus thomas per ea que recitata sunt in responsione proxime posita ad. $3^{m}$. Et in hoc articulus terminat.

VLteriꝰ circa candẽ distinctionez querit vtrũ beatitudo vltima hois consistat essentialiter in actu intellectꝰ et arguitur q nõ. qz beatitudo vltima hois consistit in pfecta cõiunctione hois ad deũ. sed pfectius homo deo piungit p voluntatẽ q̃ p intellectũ. vnde dicit hugo de sancto victore septimo caplo ecclesiastice hierarchie sup illud mobile et acutũ et c. dilectio supeminet sciẽtie et maior est intelligẽtia. plus eni deꝰ diligitur q̃ intelligat: intrat dilectio vbi sciẽtia foris ẽ. ergo beatitudo magis consistit in dilectione q̃ in cognitione et in voluntate q̃ in intellectu. ¶ In oppositũ arguit qz ioãnis. 17. dicit. hec ẽ vita eterna vt cognoscãt te verũ deum et quẽ misisti iesuz xpm. sed vita eterna est beatitudo ipsa. ergo beatitudo in cognitione consistit. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.

QUantuz ad primũ articulũ sit pma conclusio q vltima hois felicitas vel beatitudo nõ cõsistit essentialiter in aliq actu volũtatis. Hãc cõclusionez tenet. S. Tho. in hac dis. q. ṗa. ar. ṗo. sub. ar. 2. Et ṗa 2e. q. 3. ar. 4. Et cõtra gẽ. li. 3. caplo. 26. Itez qdlibet. 8. ar. 19. ¶ Secũda cõclusio est q vltima felicitas hois cõsistit essentialiter in actu itellectꝰ. Hãc cõclusionez tenet. S. Tho. vbi supra. Et. ṗa. 2e. q. pdicta. ar. 8. ¶ Tertia conclusio est q vltima felicitas hois non cõsistit in opatione intellectus pratici. Hãc pclusionẽ tenet. S. Tho. in hac dis. vbi supra sub. arti. 3. Et. ṗa 2e. vbi supra. ar. 5. Et cõtra gẽ. li. 3. caplis. 34. et. 35. et. 36.

QUantum ad articulũ secundũ arguẽdũ est contra cõclusiones. Et qdez contra pmã arguit scotꝰ pbando q beatitudo pncipaliter cõsistit i actu volũtatis plusq̃ in actu intellectꝰ. qz finis extra ẽ simplicit optimũ et sũme volẽdũ. ergo inter ea q̃ sunt ad ipm: qd est sibi imediatiꝰ et magis imediate tẽdit in ipm vt in finẽ vltimũ: est pncipalius in beatitudine formali et magis finis intra. sed actꝰ volũtatis imediatiꝰ tẽdit in deũ vt in finẽ vltimũ cũ finis vltimꝰ inq̃m hmoi sit ppriũ obiectũ volũtatis et ipsiꝰ velle. ergo et c. maior pbat. illud eni est magis volendũ voluntate libera: qd appetitui naturali est magis appetẽduz naturalr. sed hmoi est quod ẽ ppinquiꝰ vltimo fini qui simplr maxime appetit naturalr. ¶ 2o. quia volũtas põt velle suũ actũ sicut itellectꝰ itelligere suũ actũ. aut ergo vult suũ actũ, ppt itelligere aut ecõtra aut neutrũ, ppter alterũ. et loq̃z de velle ordinato. non pmũ: qz fm anselmũ. 2o. cur deꝰ homo caplo pmo ordo puersus est velle amare vt intelligeret. nec tertiũ: qz in ordinatis per se ad eundẽ finẽ: est aliquis ordo inter se tanq̃ ad finez sub fine. ergo secundũ: et hoc vult anselmꝰ. ¶ 3o. si beatitudo sit sũme volenda: ergo illud est maxime beatitudo intra qd inter intrĩseca est sũme volendũ. sz hmoi est aliquod velle. plus enim appetit volũtas perfectionẽ sui in fine vltimo: q̃ pfectionẽ intellectꝰ.

et hoc recte

et hoc recte loquēdo de appetere liberiori sicut naturalit plus appetit appetitu naturali. ¶ 4° quia pfectissimus habit⁹ voluntatis in via pficit eā secūduz capacitatē quā habet pro tūc. ergo si ille est nobilior quocūq3 habitu itellect⁹: capacitas volūtatis pro via ē maior vl' aliquid maius q̄3 capacitas itellectus. ergo et pro pria. quia vl' est eadē capacitas hic et ibi loquēdo de capacitate remota q̄ est fm gradū nature capacitatis: vl' illa correspondet ibi ꝓportionabiliter isti hic loquēdo de capacitate ꝓpinqua. quia prima capacitas non pōt saciari nisi per aliquid ꝓportionabiliter pficiēs eaz. ergo nō nisi per nobilius si illa est aliquid nobili⁹. ¶ 5°. quia si null⁹ actus volūtatis esset essentialiter beatitudo vel de essentia beatitudinis: ergo de⁹ posset separare oēm gaudiū et delectationez a beatitudine. et sic aliquis posset esse beatus et nō gauderet nec complaceret sibi in illa quod videt absurdū. Cōfirmatur quia pfecti⁹ est aliquid si de essentia ei⁹ sit aliqua pfectio siue quādo includit essentialiter aliquaz pfectionem: q̄3 si non esset nisi cōcomitās. sed de ratione beatitudinis ē q sit pfectio maxima. magis aūt esset perfecta si de ratione eius esset delectatio. ¶ 6°. quia pena essentialiter ē tristicia: ergo premiuz erit essentialiter gaudiū. antecedēs patet. quia oēm actū volūtatis volūtas elicit voluntarie et delectabiliter ⁊ nihil tale pōt ei esse penale quia ois actus pter tristiciā: est volūtarius et delectabilis reflectēdo se super actū. sicut enīz volēs volo me velle: ita nolens volo me nolle. sed nullū volūtariū videt esse penale. ergo beatitudo eēntialiter ⁊ formaliter nō videt esse nisi gaudium et delectatio siue actus delectabilis. ¶ Cōfirmat. q2 malū quod ē inhonestuz: pertinet ad penā per se. ergo oē bonū honestū per se ptinet ad premiū: et malū pene per se pertinet ad tristiciā sicut bonū cōmodi ad gaudium. hoc enim ē volūtariū ⁊ delectabile sicut aliud ē inuoluntariū ⁊ tristabile. ergo pmiū essentialiter includit gaudiū et delectationē. hec scotus in forma. ¶ Contra eandē cōclusionē arguūt alij vt recitat petr⁹ de palude. primo sic. illa potētia q̄ essentialiter ptinet ad imaginē dei: est q̄ eius capax et particeps beatitudinis eē pōt. sed volūtas est essentialiter pars imaginis. ergo ⁊c̄. Si dicatur q maior habet instātiā in intellectu agēte q̄ est pars imaginis nec tm̄ habet actū in beatitudine: dicēdū q maior ꝓpositio intelligit de potētia passiua cū beatificari sit pati ⁊ recipere. ¶ 2°. sic. omnis act⁹ per quez imediate et perfecte attingitur obiectū beatificū sub ratione qua est beatificuz est essentialiter beatificus. sed actus voluntatis est huiusmodi. ergo ⁊c̄. maior patet dupliciter. primo quia finis quo essentialiter est actus quo imediate habet finis gratia cui⁹. dico aūt immediate: quia ꝓpter hoc in actu reflexo non pōt eē beatitudo quia nō attingit obiectū beatificū immediate sed mediāte actu recto. secundo ꝓbat eadem maior. quia sicut omnis act⁹ qui īmediate attingit visibile obiectuz inq̄3m est visibile ē essentialiter et formaliter visio: sic omnis actus q̄ attingit immediate obiectū beatificū vt est beatificuz obiectiue: ē essentialiter et formaliter beatitudo subiectiue. et si dicat ad hāc maiorē q vera est quādo attingit obiectū nondū habituz: sz hic est iam habitū per actum intellectus ideo ⁊c̄ dicēdū q non est habitū omnimodo quo haberi pōt immediate quod requirit ad verā beatitudinē. nec oportet addere primo: q2 si visio interrūperet et postea videretur sicut fuit i paulo: ita esset beatifica secūda visio sicut prima. vnde visio non habet rationez beatitudinis quia prima alias cognitio vie esset beatifica: sed quia immediata. Et si dicatur q illa primitas et posterioritas que fuit in paulo accidentaliter accipiat fm illos qui dicūt q beatitudo auget intēsiue in resurrectiōe et q intēsio sit per generationē et corruptionē: tūc eni per se visio post resurrectionez presupponit visionē ante: nec tm̄ est min⁹ beatifica fm eosdē. minor patet. s. q actus voluntatis in pria immediate fertur in deū sub ratione qua obiectū beatificū: quia de⁹ est obiectū beatificuz sub ratione qua est omnis boni bonuz ⁊ summū bonū. volūtas aūt in pria est perfectissima. non est aūt potētia perfectissima: nisi quādo imediate in obiecto suo inuenit rationē oīs summi boni. cum aūt eius obiectū sit bonuz in cōi: non est perfecta nisi attingat sūmū bonū in ratione omnis boni. Item actus intellectus nihil ponit circa obiectū. ergo sicut inuenit obiectū beatificuz sic simplex et imediatū representat ipsum voluntati. ¶ 3° sic. potētia que habet actū essentialē in merito: habet actū essentialē in premio. sed voluntas est huiusmodi. ergo etc̄. maior patet. q2 si albū inq̄3m albū et per se disgregat: hoc est per albedinē qua est albū. sed merens inq̄3m merens vel saltem per se premiatur ratione meriti quia conuenit omni et per se licet non soli cuz aliqui sint beati sine merito. sicut etiam ignis per se est calidus: q̄uis aliquis non ignis sit calidus vel per se vt aer vel per accidēs vt aqua. ergo merēs debet premiari fm illud et per illud ⁊ fm qō meruit. et pari ratione potentia que habuit essen-

tialiter actū in merito: habere debet actū essen-
tialē in premio. dico autē potētia quia secus est
de habitu. est enī aliquis habitus q̄ habuit essen
tialiter actum in merito sicut fides quia sine fide
impossibile est placere deo: qui tñ nō hēt actū in
patria quia nō manet sed potētia ibi manet. di-
co autē qui habuit formaliter et subiectiue non
quod in alio efficiat sicut intellectus agēs quia re
pugnat beatitudini essentiali ꝙ efficiatur a po-
tentia creata: sed debet recipi in ea. minor patet.
quia diligere deū est per essentiam actus merito-
rii⁹. nec concludit ratio quin alie potētie possint
beatificari vel accidentaliter vel organice vel es-
sentialiter vt intellectus: quia credere vel iudi-
care est de essentia meriti sicut eligere. ℭ 4°. qr
potentia essentialiter libera: est essentialiter bea
tificabilis. sed volūtas est hmōi. ergo ⁊c̄. maior
patet. quia opposita nata sunt fieri circa idē: nō
per accidēs sed per se. vnde cū salus beatitudi-
nis ⁊ dānatio miserie sint opposita ⁊ nihil est per
se dānabile dānatione perfecta. s. quo ad penā
dāni et sensus nisi habēs vsum liberi arbitrij: er-
go nihil est per se beatificabile nisi habēs vsū li-
beri arbitrij. ꝙ autē paruuli beatificātur ē per ac-
cidentalitatē. potētia aūt ꝑ essentiā libera ꝑ essentiā
ē beatificabilis. sed volūtas ē hmōi. ergo etc̄. Si
dicatur ꝙ intellectus agens est liber quia imma
terialis et tñ non est beatificabilis: dicendum ꝙ
non omne immateriale est liberū nec omnis po
tētia immaterialis ē libera essentialiter: sed illa q̄
est subiectum actus liberi. nō propter hoc ꝙ ip-
sum patitur: sed per hoc ꝙ actus suus elicit⁹ vel
imperatus est in potestate sua quod est de intel
lectu possibili et voluntate non de agēte qui pe
nitus agit de necessitate nature. tñ cum etiā po-
tētie organice et pure actiue vt vegetatiua bea
tificentur in patria saltem accidētaliter toto cor
pore beatificato: non est negādum quin intelle
ctus agens beatificetur per accidēs quia et actū
naturalē in intellectu possibili multo nobili⁹ eli-
cit q̄ȝ in via. hec petrus. ⁊ subdit ꝙ iste rationes
bene concludūt ꝙ actus volūtatis essentialiter
est de essentia beatitudinis actiue q̄ est in patria
consistēs in delectatione dei et ꝓximi quia ē ciui-
tas ciuium supernorū et regnum dei non carēs
felicitate politica. ℭ Contra eandē conclusionē
arguūt alij vt recitat durādus. primo quia bea-
titudo cōsistit in actu nobilissimo. sed actus vo-
luntatis est nobilior actu intellect⁹. ergo ⁊c̄. ma
ior patet ex primo ethicorum et decimo. minor
probaẗ. quia ille actus est nobilior in quo ⁊ f̄m
quem sumus liberi: q̄ȝ ille f̄m quem nō habem⁹
libertatem. sed f̄m actum voluntatis sumus li-
beri non autē f̄m actum intellectus qui necessi-
tatur ab obiecto. ergo ⁊c̄. ℭ 2°. quia beatitudo
cōsistit in operatione que elicitur a potētia per-
fecta per nobilissimum habitū. sed volūtas per-
ficitur nobiliori habitu q̄ȝ intellectus. ergo in o-
peratione volūtatis magis consistit beatitudo
q̄ȝ in operatione intellectus. maior patet vbi su
pra. minor probatur. quia nobilior habitus est
charitas q̄ȝ quicūq̄ȝ alius vt patet per apostolū
pᵃ Corin. 13. charitas autem perficit voluntatē.
quare ⁊c̄. ℭ 3°. in operatione illius potētie con-
sistit beatitudo principalis: q̄ magis respicit ob-
iectum sub ratione qua est beatificum. sed talis
est voluntas magis q̄ȝ intellectus. quare ⁊c̄. ma
ior videtur manifesta quia operatiōes rationē
sumunt ex obiectis. minor probatur. quia ratio
obiecti beatifici est summū bonū et perfectum.
sed sub hac ratione voluntas potissime respicit
suum obiectum: cum ratio boni sit ratio obiecti
voluntatis. ℭ 4°. in illo actu consistit principa
liter beatitudo: per quē perfectius intellectus
vnitur deo. sed talis est actus volūtatis magis
q̄ȝ intellectus. ergo ⁊c̄. maior patet quia beati-
tudo nostra cōsistit in vnione ad summū bonū.
minor ꝓbatur quia vnio anime cū deo inchoa-
tur in visione sed consumatur in delectatione q̄
pertinet ad voluntatem. et iterum dicit hugo d̄
sancto victore super septimum capitulum cele-
stis hierarchie ꝙ dilectio supereminet scientie ⁊
maior est intelligētia. plus enim diligitur deus
q̄ȝ intelligatur ⁊ intrat dilectio vbi scientia foris
stat. item quod est posteri⁹ generatione: est pri-
us perfectione. sed actus voluntatis est posteri-
or actu intellect⁹. ergo est perfectior. sed in per-
fectiori actu principalius consistit beatitudo. er
go ⁊c̄. ℭ 5°. in optimo actu consistit beatitudo
siue felicitas. sed actus voluntatis est melior a-
ctu intellect⁹. ergo ⁊c̄. maior nota est sed minor
ꝓbatur. quia ille actus est melior: quo efficimur
meliores. sed per actum voluntatis dicimur bo
ni simpliciter loquendo et vnus melior altero.
f̄m aūt actū intellect⁹ null⁹ dicit̄ bonus nec vn⁹
melior alio loquendo simpliciter sed solum cū
determinatione vt pote bonus clericus vel hu-
iusmodi. quare et cetera. secundo qr ille actus ē
melior: cuius oppositum est peius. sed dilectio-
ni dei opponitur odium dei quod est peius ig-
norantia vel infidelitate que opponit̄ cognitio
ni dei. ergo diligere deum est melius q̄ȝ cognos-
cere ipsum. et sic patet minor. sequitur ergo cō-
clusio. ℭ 6°. premiū respondet merito. sed meri

Quantuz ad tertiū articuluz primo notandū est prout .S. Tho. deducit. pᵃ.p.q. 40. ar. 3. in cor. ꝙ duplex fit abstractio per intellectū. vna qdez ſm ꝙ vle abstrahiꝛ a particulari sicut animal ab hoie. alia vero ſm ꝙ forma abstrahiꝛ a materia vel subiecto sicut forma circuli abstrahiꝛ p intellectum a materia sensibili vt cupri vel eris. et ē differētia inter has abstractiones. qꝛ ſm abstractionem vniuersalis a particulari: id qð abstrahiꝛ est cōmune ei a quo abstrahiꝛ et cōmunicabile multis cōmunitate rōnis q̄ est ppredicationē. ſm vero abstractionē forme a materia vel subiecto: id qð abstrahitur nō habet ex vi abstractionis ꝙ sit cōmūe cōmunitate rōnis: nā pōt isto modo abstrahi p intellectum forma singularis a singulari materia vel subiecto: sicut ꝯsiderādo hui⁹ circuli enei figurā circularē absq cōsideratione eris qð ē eius materia indiuidua. sed quādoq id qð isto modo abstrahiꝛ est cōe cōitate rei. quēadmodū mā prima cui⁹ vnitas et cōitas sub plurib⁹ formis ē realꝛ preter opationē itellect⁹. nullo eni intellectu creato existe: materia pᵃma vna numero vnitate essentie est cōicabilis plurib⁹ formis sibi invicē succedētib⁹. aliqñ tñ forma q̄ abstrahiꝛ a mā vel subiecto: ē cōis plurib⁹ cōitate rōnis nō ex vi talis abstractionis p se loquēdo: sed accidit ei ex eo ꝙ forma eadē ſm spēz repiꝛ i plurib⁹ subiectis. vñ talis cōitas cōsequiꝛ imediate abstractionē primi modi. quēadmodū si abstrahaꝛ p intellectum forma circuli particularis ab isto signato ere vel cupro: forma sic abstracta singularis et indiuidua est q̃m est ex vi talis abstractionis. verūtñ pōt intellect⁹ apprehendēs i ferro et in ligno et in alijs subiectis esse formā circuli: abstrahere iteruz ab ista et ab illa et ab alia forma circuli vnā rōnez cōem oīb⁹ figuris circularib⁹. q̄ abstractio iā est ſm primū moduz .s. vlis a pticulari. sed vt dictū est ſm abstractionez forme a mā p se loquēdo: non hēt id qð abstrahiꝛ ꝙ sit cōe cōitate rōnis ei a q̄ abstrahitur aut alijs. Secūdū hāc igiꝛ distictionē abstractionis dicim⁹ ꝙ cōitas de q̄ sctūs doctor loqtur cū dicit ꝙ oēs hoiēs appetūt btitudinē ſm cōem ipsi⁹ rōnez: nō est cōitas rōnis ſz abstractionē pᵃmi modi .s. vlis a particulari: ſ; ē cōitas ſm abstractionez forme a materia vel subiecto. Probaꝛ hoc. qm̄ ponēs secūduz modū q̄ btitudo pōt cōsiderari ſm rōnem specialē p oppositū ad cōem rōnez pᵃmi modi: specialē rōnē btitudinis assignat nō i aliquo particulari respectu vlis: sed i ipsa materia vel materiali btitudinis. ait enim sic pᵃ 2ᵉ.q. 5.ar. 8. in cor. alio modo possum⁹ loq̄ de btitudie ſm specialē rōnez q̃m ad id in q̄ btitudo cōsistit .i. q̃m ad materiaz in qua poniꝛ vel ſm errores quorūdā vel ſm veritatē. Et cōfirmaꝛ. qm̄ in hac distictione vbi allegatū est p pᵃma cōclusione ad pᵃmū: distiguit d btitudie p se et p accidēs. vocās btitudinē p se ipam formā btitudinis q̄ ē bonū pfectū. btitudinē vero p accidēs vocat id qð ē materia vꝛ subiectū forme btitudinis. et inducit p simili duplex visibile .s. p se vt color: et p accidēs vt hō vel alia res colorata. Falsuz igiꝛ itellectū habuerūt in verb scti thome q̄ p eo ꝙ ipe posuit btitudinē ſm cōem rōnez appeti naturalꝛ ab oibus tanq̄ finale obm volūtatis: itellexerūt btitudinē ſm rōnez vlitatis vꝛ ſm ꝙ est q̄d vle. qð falsuz est nō solū ex pcedētib⁹: sed etiā qꝛ i plerisq locis sctūs thomas assignat differētiā inter ppᵃuz obm intellect⁹ et ppᵃiū obm volūtatis: p hoc ꝙ intellect⁹ ferꝛ in suū obm ſm ꝙ in eo recipiꝛ p mediū speciei. volūtas aūt ferꝛ in suū obm ſm ꝙ est in reb⁹ in q̄b⁹ nō est rō vlitatis ſ; rerū singlaritas. et hec differētia ē sumpta ex doctrina phi sexto libro metha. Qꝛ si nōnūq̄ dicat sanct⁹ doctor obm volūtatis nō esse hoc vel illud bonū ſ; bonū i cōmuni vel vlr sūptū: nō ē sensus ꝙ ſz rōnē vlitatis sit tale obm. ſ; ē sensus ꝙ bonū ſz naturā boni absolute: est ppᵃuz obm volūtatis: nō ſz ꝙ ipa natura boni ē iduiduata i hoc vꝛ illo bono. vñ volūtas i bonū extra intellectū ferꝛ. et q̄uis oīe tale bonū sit hoc et iduiduū: qꝛ tñ cū sit hoc bonū ē etiā bonū: ferꝛ p se volūtas in illð qꝛ ē bonū: nō qꝛ ē bonū hoc .i. sic indiuiduatū. Ad qð facit qð .S. Tho. dicit i simili mā pᵃ 2ᵉ.q. 29. ar. 6° in cor. dicēdū inqt ꝙ de vli duplr cōtigit loq̄. vno modo ſz ꝙ subest itētioni vlitatis. alio aūt modo diciꝛ de natura cui talis intentio attribuiꝛ. alia est eni cōsideratio hois vlis: et alia hois i eo ꝙ ē hō. si igiꝛ vle acapiaꝛ pᵃmo modo: sic nulla potētia sensitiue partis neq apphēsiua neq appetitiua pōt i

vle: quia vle fit p abstractionez a materia indiuiduali in qua radicat᷑ ois virtus sensitiua. pōt tamen aliq̄ potētia sensitiua et apphēsiua et appetitiua ferri in aliq̄d vliter. sicut dicim᷒ q̄ obm visus ē color fm gen᷒. nō q2 visus cognoscat colorē vlez sed q2 q̄ color sit cognoscibilis a visu nō ꝯuenit colori inq̄ᷓᵐ est hic color: sed inq̄ᷓᵐ ē color simplicit᷑. hec sanct᷒ thomas. Ad idē facit qd̄ dicit in de veri. .q.22.ar.4.ad.2ᵐ. quāuis iquit appetit᷒ semp intēdat ad aliq̄d i re ꝫ natura ex͡istēs qd̄ est p modū particularis et nō vlis: tn̄ ad appetendū q̄nq̄ȝ mouet᷑ p apphēsionē alicui᷒ vlis cōdicionis. sicut appetim᷒ hoc bonū ex hac cōsideratione q̄ ꝯsideram᷒ bonū simplr̄ ēē appetēdū. q̄nq̄ȝ vero p apphēsionē particularis fȝ particularitatē suā. ꝛ ideo sicut appetit᷒ distinguit᷑ ex cōsequēti p differētiaz apphēsionis quā sequit᷑: ita etiā ex cōsequēti distīguit᷑ per vle et particulare. hec ille. Idez in sentētia dicit. pᵃ. p. q. 80. ar. 2. ad. 2ᵐ.

¶ Secundo Notandū est q̄ appetitus naturalis est duplex. quidā ē cōis omnib᷒ reb᷒ naturalib᷒ etiā cognitione carētib᷒. ali᷒ est appetit᷒ naturalis q̄ seq̄t apphēsionē virtutis cognitiue. appetit᷒ naturalis pimo modo: nō est potētia ~~spūalis~~ nec aliq̄s act᷒ elicit᷒ a potētia appetitiua: sed ē sola naturalis iclinatio ad id qd̄ appetit᷑ cōsequēs formā naturalē rei cui est cōnaturalis et cōproducta. ꝛ inde est q̄ p hm̄oi appetitū nō dicunt᷑ res ex seipsis appetere bonū sed ab alio dirigūt᷑ in bonuȝ. s. a generāte a quo hn̄t naturā. appetit᷒ aūt naturalis secūdo modo: ē act᷒ elicit᷒ a potētia appetitiua cōsequēs apphēsionē potētie cognitiue. loq̄mur nūc de appetitu put nominat actū: nō ipam potētiā appetitiuā. Accipit᷑ ista distinctio ex dictis. S. T. pᵃ. p. q. 80. ar. p°. Et. p°. li. sen. dis. pᵃ. q. vltima. ar. p°. ad 3ᵐ. Et. 4°. li. sen. dis. 5. q. 2. ar. p°. sub. ar. p°. in. c. et ad. pᵐ. et imultis alijs locis. Et multū expresse de veri. q. 22. ar. 3. ad. 3ᵐ. ¶ Ex q̄b᷒ inferim᷒ q̄ i aīalib᷒ et hoīb᷒ appetit᷒ sensitiu᷒ aut itellectiu᷒ naturalis: nō excludit appetitū naturalē cōem etiaȝ reb᷒ inaīatis ꝫ sup addit᷑ ei. ꝛ hoc expsse dicit sctūs thomas de veri. loco ṗxime allegato i rn̄sione ad 2ᵐ. vbi ꝯcludēs dicit. et ideo cū appetit᷒ natural' sit determinat᷒ ad vnū nec possit ēē multiformis vt i tot diuersa extēdat se quot aīalia idigēt: necessariū fuit vt aīalib᷒ supadderet᷑ appetit᷒ aīalis cōsequēs apphēsionē: vt ex multitudine apphēsoꝝ appetit᷒ aīalis in diuersa ferret᷑. Et in rn̄sione ad 5ᵐ. dicēdū inq̄t q̄ vnaq̄q̄ȝ potētia appetit suū obiectū appetitu naturali. sed appetit᷒ aīalis ad spe cialē potētiā ptinet. et q2 appetit᷒ naturalis determinat᷒ est ad vnū: aīal aūt sequit᷑ apphēsionē: idest q̄ singule potētie appetunt bonū determinatū: ꝫ vis appetitiua appetit quodcūq̄ȝ bonū apphensum. hec ille. Et pᵃ 2ᵉ. q. 26. ar. p°. in cor. expsse distinguit triplicē appetitū. s. naturalē sensitiuū et intellectiuuȝ. Itē. pᵃ. p. q. 80. ar. p°. ad. 3ᵐ. ait. vnaqueq̄ȝ potētia anime est q̄dam forma seu natura et hēt naturalē inclinationē in aliq̄d. vn̄ vnaqueq̄ȝ appetit obiectū sibi ꝯueniēs naturali appetitu: supra quē est appetit᷒ aīalis cōsequēs apphēsionē quo appetit᷑ aliquid nō ea ratione qua ē cōueniens ad actum hui᷒ vel illius potentie vt pote visio ad videndum et auditio ad audiēdum: sed quia est ꝯueniēs simpliciter aīali. Facit ad ista plurimum deductio quam doctor sanctus ponit de veritate loco ṗxime allegato. arti. 4°.

¶ Tertio Notandū est q̄ volūtas dupliciter pōt dici cōpleta seu pfecta vel incōpleta siue impfecta. vno modo respectu act᷒ interioris voluntatis sicut est velle aut appetere vel desiderare. alio modo respectu act᷒ exterioris q̄ est ṗsecutio ei᷒ qd̄ quis appetit vel desiderat aut vult. volūtas primo modo pfecta seu cōpleta: est rōnis volūtas. i. q̄ cōsequit᷑ rōnis deliberationē ac determinationem. et hec dicit᷑ volūtas hoīs simpliciter et absoluta. i. nō condicionata put. S. Tho. dicit. 3ᵃ. p. q. 21. ar. 4. illud enim absolute volumus: quod fm deliberatā rationez volum᷒. impfecta aūt volūtas hoc primo modo est p oppositū volūtas nō absoluta sed ꝯdiciona ta. illud enī quod volūtas sub condicione vult vt si sit possibile vel si aliud nō obsistat vl' quomodo libet aliter: non simpliciter et complete volumus sed fm quid. quāobrem talis voluntas consueuit appellari velleitas quedam. i. imperfecta voluntas. perfecta autē voluntas siue completa secundo modo dicitur voluntas qua quis appetit aut vult aliquid simpliciter et absolute. i. absq̄ȝ condicione: non solū actu interiori voluntatis: sed etiā actu exteriori quo tēdit et conatur ad ṗsecutionē eius quod appetit aut vult. voluntas autem imperfecta isto secūdo modo: dicit᷑ voluntas q̄ licet aliquid appetit aut vult absolute. i. absq̄ȝ condicione: non tn̄ nitit᷑ illud assequi pro suo conamine non ṗpter defectum actus interioris qui est velle aut appetere: sed ṗpter defectū operis exterioris ad illud obtinēdum requisiti. eo q̄ actui exteriori prosecutionis ad illud habenduȝ quod appetit est aliquid adiūctū quod sibi non placet aut ē difficile. et fm distinctionem voluntatis hoc secundo modo: consueuit appellari voluntas perfecta voluntas efficax: et volūtas imperfecta volūtas

inefficax. Secundū igit̄ primū modū distinctionis volūtatis cū querit̄ an omnes hoīes appetāt naturaliter btitudinē volūtate pfecta q̄ꝫ ad generalem seu cōem rōnem btitudinis q̄ est rō boni completi: respōdem⁹ s̄m mentē scti thome ꝙ sic. non solū p statu patrie: sed etiā p statu vie. pbat̄ hoc. q̄m loquēdo de actu interiori volūtatis s̄m quez accipitur distinctio volūtatis primo modo supra posito: omnes naturaliter bonū suū completū appetunt et volūt. ac per hoc suā beatitudinem s̄m cōem rationē quaz nullus rōnis compos ignorat cognitis terminis. Si vero q̄stio fiat de volūtate pfecta vel imperfecta secūdo modo: respondem⁹ ꝙ pro statu vie nō oīes hoīes appetūt beatitudinem volūtate pfecta sed impfecta q̄ velleitas potest dici vel magis pprie voluntas inefficax. pbat̄ hoc. qr nō oīes conant̄ bonis opibus cōseq̄ beatitudinē sine q̄bus ipsa beatitudo obtineri nō potest. sicut apparet in obstinatis et peccatorib⁹ finaliter ipenitētib⁹. q̄ tñ interiori actu volūtatis appetūt et volūt absolute beatitudinē s̄m rōnem cōmunē. s. boni cōpleti et pfecti. nō enim volēdo vl̄ appetēdo beatitudinē: cōditionē aliquā apponunt vel psupponūt. quēadmodū ē volūtas aliquorū de ipossibili qd̄ nullus sciens eē ipossibile appetit aut vult simpliciť etiā actu interiori: sed sub cōditione. s. si possibile foret. vñ velle aliqd absolute et simpliciť pōt accipi duobus modis. vno modo vt sit idem dictu ꝙ absqꝫ condicione: ⁊ sic omnes hoīes appetūt absolute et simplr̄ beatitudinē s̄ꝫ cōem ipsi⁹ rōnez. alio modo capit̄ absolute et simpliciter vt dicat nō solū velle et appetere aliqd: s simul etiā et ad illō obtinēdū opib⁹ conari. et isto modo nō oēs appetūt beatitudinē etiaꝫ sub ei⁹ rōne cōi q̄ est ratio completi ⁊ pfecti: quia nō oīes bonis opibus ⁊ meritis conant̄ bonū suum cōpletum et perfectū adipisci sine quibus obtineri non valet s̄m ordinem a deo institutum.

¶ Quarto Notandū est ꝙ capiendo appetitū pro actu elicito a volūtate: debet itelligi pma cōclusio nō quasi rōnalis natura semp actu appetat beatitudinez quēadmodū semp hēt naturā et ea q̄ s̄m esse naturaz cōsequūt̄: sed debet intelligi ꝙ naturaliter appetit beatitudinē qr. s. ex natura sua hēt ꝙ si pponatur volūtati ab intellectu id qd̄ est summū bonuz quod est beatitudo: naturalr̄ appetit ipꝫ si aliquē actū circa illō hēt. Unde. S. Tho. pᵃ 2ᵉ. q. 10. ar. pᵒ. arguit sic secūdo loco. id qd̄ est naturale: inest alicui semp sicut igni esse calidū. sed nullus mot⁹ inest voluntati semp. ergo null⁹ mot⁹ est naturalr̄ volūtati. ecce argumentū. ad qd̄ rñdet sententialiť ꝙ illa que pertinent ad motū vel que sequūt̄ motum etiam in rebus naturalibus: nō semp insunt. sicut ignis non semper mouet̄ sursum: sed quādo est extra locū suū. et similiter nō oportet ꝙ volūtas q̄ de potētia in actū reducit̄ dum aliquid vult semp actu velit: sed solū quando est in aliqua dispositione determinata. Eandē solutionē dat ad simile argumētum de veri. q. 22. ar. 5. Itē. pᵃ 2ᵉ. loco. pxime allegato. ar. 2. in cor. sic dicit. vnde si pponat̄ aliquod obiectū voluntati quod sit vniuersaliter bonū et s̄m omnē cōsiderationē: ex necessitate voluntas in id tendit si aliquid velit. nō enim poterit velle oppositum. hec ille. vbi non dicit absolute volūtas in id tendit: sed cū hac additione: si aliquid velit. quod exponit qr. s. non poterit velle oppositū. quasi sic debeat intelligi volūtatem naturaliter et ex necessitate velle summuꝫ bonum sibi ppositū: quia. s. nō pōt velle oppositū. ita ꝙ necessitas qua volūtas naturaliter tendit i summū bonū vel in beatitudinē per actū elicituꝫ magis est q̄ꝫ ad determinationem act⁹ per obiectum q̄ꝫ q̄ꝫ ad exercitiū actus: et hoc in statu vie nam in statu patrie vbi summū bonū et beatitudo semp est obiectiue ppositūꝫ voluntati: vtroqꝫ modo voluntas naturaliter et necessario in illud fert̄ actu elicito, put deductū fuit li. pᵒ. dis. pᵃ. q. 3ᵃ. sub notabili quarto. ¶ Ad premissoꝝ aūt declarationē est aīaduertēdū put. S. Tho. deducit de veri. q. 22. ar. 6. in cor. ꝙ indeterminatio voluntatis inuenit̄ respectu triū. s. respectu obiecti: respectu actus: et respectu ordinis in finez. respectu obiecti quidē est indeterminata voluntas q̄ꝫ ad ad ea q̄ sunt ad finez non q̄ꝫ ad ipm finē vltimū. non enī de necessitate ac determinate volūtas appetit aut vult aliquid eoꝝ q̄ sunt ad finē quemadmodū appetit⁹ reꝝ naturaliū qui sicut est determinatus respectu finis: ita ⁊ respectu medioꝝ q̄ sunt ad finē. Secūdo est volūtas indeterminata respectu actus: qr etiā circa obiectū determiatū. s. vltimū finem pōt vti actu suo cum voluerit vel non vti. pōt enim exire in actū volēdi respectu cuiuslibet obiecti et nō exire. qd̄ intelligendū est p statu vie sicut ostēsum fuit ex dictis sancti thome libro pmo loco pxime allegato. in rebus vero naturalibus nō est in potestate appetit⁹ exire in actum vel non exire: eo ꝙ res inanimate nō mouent̄ a seipsis sed ab aliis ac p hoc nō est in eis moueri vel nō moueri. Tertio voluntas est indeterminata respectu eoꝝ que ordināt ad finē: inq̄ꝫ volūtas potest appetere illud qd̄ s̄m veritatē ordinat̄ in finē debitum vel s̄m apparentiā tm̄. et hec indeterminatio ex duob⁹ cōtingit. s. ex īdeterminatione cir-

ca obiectū in his q̄ sunt ad finē. et iterū ex indeter
minatione apprehēsionis q̄ pōt nō esse recta. et qꝛ
volūtas dicit libera inq̄ꝫm nō est necessario deter
minata: cōsequēs est ꝙ libertas volūtatis in tri-
bus predictis cōsideret. s. q̄ꝫm ad actū inq̄ꝫm potest
velle et nō velle. et q̄ꝫm ad obm in his q̄ sunt ad fi
nem: inq̄ꝫm pōt velle hoc vel illud et eius opposi-
tū. et q̄ꝫm ad ordinē in finē: inq̄ꝫm pōt velle id q̄d ve
re ducit in finem vel id quod vere non ducit.

¶ Quinto Notandū est ꝙ sicut phs docet. 9. ethi. amicabilia q̄ sunt ad alterū: venīūt ex amicabilibꝰ q̄ sunt ad se-
ipsum. vñ et ad amicos amorē habemꝰ et amicitiā
qꝛ illos reputamꝰ esse nos ipsos. et inde est ꝙ p̄ce
pti forma de diligēdo, primo imposita ē vnicuiqꝫ
fm mēsurā dilectionis sui cū dicit. diliges proximū
tuū sicut teipsū. leuitici. 19. et mathei. 22. amor
igit sui est principiū cuiuslibet amoris ad alterū.
et qꝛ in appetibilibꝰ sicut et in speculabilibꝰ princi-
pia insunt nobis a natura: consequēs est ꝙ vnus-
quisqꝫ naturaliter seipm amet: ita vt p se loquen
do nullus possit seipm odio hr̄e. iuxta q̄d apls di-
cebat ephe. 5°. nemo vnq̄ꝫ carnē suā odio habuit.
Aduertēdū in p̄nt. S. Tho. deducit. 2a 2e. q. 25
ar. 7. ꝙ amare seipm contigit tripliciter. vno mo
do fm suā subam et naturā et pfectiones naturaꝫ
cōsequētes. et iste amor est cōis et naturalis om-
nibꝰ hoībus sicut et ceteris rebꝰ naturalibꝰ. omnes
enī hoīes et boni et mali naturalr amāt suā cōser
uationē et generaliter bonū ad q̄d ex sui natura
inclinant. Alio modo amare seipm contingit fm
meliorē et pricipaliorē partē sui. et istud amare ē
pprium bonorꝫ q̄ amāt se in illo et ad illud q̄d ē bo-
num fm mētem rōnalē q̄ est in hoīe potior et pri-
cipalior pars. q̄ ab aplo appellat interior homo
2a. corin. 4. Tertio modo cōtingit amare seipm
fm partē carnalē et sensitiuā. s. q̄ꝫm ad ea ad q̄ ca-
ro et sensualitas incitant cōtra iudiciū rationis.
fm ꝙ aplus dicit Gala. 5°. caro cōcupiscit aduer-
sus spūm et spūs aduersus carnē. et iste amor est
pprius malorꝫ hoīm et peccatorꝫ. vñ cū dicimꝰ
naturale eē hoīem amare seipm ita vt nemo pos-
sit se odio hr̄e: intelligimꝰ de p̄mo modo. Sed cō
tra hoc obijci pōt qꝛ naturalibꝰ nō meremur. si er
go homo seipm naturalr amat: sequit ꝙ nullꝰ me
reat seipm amās cuius oppositū cōiter tenet. Ad
hoc respondēdū est sicut sctūs thomas respōdet
ad sile argumētū q̄d fit de appetitu naturali vlti-
mi finis in hac dis. q. p̄a. ar. 3. sub. ar. 3. et d̄ veri. q.
22. ar. 7. homini inquit est inditꝰ appetitus vlti-
mi finis sui in cōmuni vt. s. naturaliter appetat se
esse completū in bonitate. sed in quo illa comple
tio consistit vtrū in virtutibus vel scientijs vel de
lectationibꝰ vel hmōi alijs: nō est ei determinatū
a natura. quādo ergo ex ppria ratione adiutꝰ dei
gr̄a apprehēdit aliquod speciale bonū vt suā beati
tudinē in quo vere beatitudo sua cōsistit sicut vi-
sionē dei: tūc meret nō ex hoc ꝙ appetit beatitudi
nem quā naturaliter appetit: sed ex hoc ꝙ appe-
tit hoc speciale. s. visionē dei q̄d nō naturaliter ap
petit: in quo tn̄ fm rei veritatē sua beatitudo cōsi
stit. si vero aliq̄s p rationē erroneā deducat vt ap
petat aliquod speciale tanq̄ꝫ beatitudinē suā vt
carnales delectationes in quibꝰ tn̄ fm rei verita-
tem sua beatitudo nō cōsistit: sic appetēdo suā bea
titudinē demeret. nō qꝛ appetit beatitudinē: sed
qꝛ īdebite appetit hoc vt beatitudinē in quo bea
titudo nō vere cōsistit. ¶ Cōsimiliter dicendū est ꝙ
amare seipm primo modo amoris simplr et abso
lute: nō ē meritoriū qꝛ naturalr inest vnicuiqꝫ ta-
lis amor. sed amare seipm q̄ꝫm ad aliqua specialia
. s. sub deo et pp̄ter deū et ad obsequiū dei: est me
ritoriū adiūcta gr̄a. eo ꝙ ad ista specialia nō inest
amor sui naturaliter: sed ista determinant per ra
tionē et discretionē hoīs fide et charitate adiuti.
vñ in vtroqꝫ casu volendo id quod quis naturalr
vult: nō est meritoriū vel demeritoriū fm se: sed
volendo id quod naturaliter vult fm specialem
determinationem prout dictum est.

¶ Sexto Notandū est, put sanctꝰ thomas deducit. p̄a. p. q. 82. arti. 2. in cor. ꝙ sicut intellectꝰ naturalr ex necessitate
inheret primis principijs: ita voluntas vltimo fi-
ni vt iam dictū est. sunt aūt q̄dam intelligibilia q̄
non hn̄t necessariā cōnexionē ad prima principia
sicut cōtingētes ppositiones ad quarū remotionē
non sequit remotio p̄morū p̄ncipiorū: et talibus
nō ex necessitate assentit intellectꝰ. quedā autem
ppositiones sunt necessarie que habent cōnexio
nem necessariā cum p̄mis pricipijs sicut conclusio
nes demōstrabiles ad quarū remotionē sequitur
remotio primorū p̄ncipiorum. et his intellectꝰ ex
necessitate cōsentit cognita cōnexione necessaria
cōclusionū ad principia p demōstrationis dedu-
ctionē. nō aūt ex necessitate assentit anteq̄ꝫ hmōi
necessitatē cōnexionis per demōstrationē cognos-
cat. similiter etiā ex parte volūtatis. sunt enī que
dā particularia bona que nō habēt necessariā cō-
nexionē ad beatitudinē quia sine his pōt aliq̄s eē
beatꝰ: et hmōi volūtas nō de necessitate inheret.
sunt aūt quedā habentia necessariā cōnexionem
ad beatitudinē quibꝰ. s. homo deo inheret in quo
solo vera beatitudo cōsistit: sed tn̄ anteq̄ꝫ p certi-
tudinem diuine visionis necessitas hmōi cōnexio

nis demonstretur: volũtas nõ ex necessitate deo inheret nec his q̃ dei sunt. sed volũtas videntis de um per essentiã: de necessitate inheret deo sicut nũc ex necessitate volum⁹ esse beati. patet ergo ꝙ volũtas nõ ex necessitate vult quecũq; vult. hec sanctus thomas. Ex quib⁹ apparet ꝙ sicut in speculatiuis intellect⁹ naturalr̃ et ex necessitate assentit primis principijs et his ꝓpositionib⁹ q̃ necessariã habẽt ad prima principia cõnexionẽ quibus. s. remotis prima ꝑncipia non starẽt: ita etiã in appetibilibus volũtas naturaliter ꝛ ex necessitate appetit vltimũ finẽ humane vite qui est summũ et ꝑfectũ bonum. et ex cõsequẽti eadẽ necessitate appetit illa bona que necessariã habẽt cõnexionem ad vltimũ finẽ et summũ bonũ. sine quib⁹ constat ipsum summũ bonũ et vltimũ finẽ adipisci nõ posse. veruntamẽ est differẽtia inter speculabilia et operabilia seu appetibilia. qm̃ in specolabilib⁹ sunt multo plures cõclusiones de quib⁹ habere certitudinẽ põt intellectus ꝙ habent necessariã dependẽtiam et cõnexionem ad prima principia ꝑ se nota vt sunt ꝓpositiones demõstrabiles. ꝑ demonstrationẽ nãq; certificatur intellectus ꝺ necessaria cõnexione conclusionis ad principia ex quibus deducitur. in operabilibus vero seu appetibilib⁹: modica et forte nulla potest haberi certitudo in statu vie de medijs. s. bonis particularib⁹ q̃ necessariã habent cõnexionẽ ad summũ bonũ et vltimũ finem ita ꝙ sine illis ꝓrsus haberi nõ possit: ꝓ eo ꝙ operabilia et appetibilia magnã habeãt varietatem ꝓpter diuersitatẽ tempoꝝ locoꝝ ac conditionũ et consuetudinũ hoĩm q̃ considerãda sunt circa agenda eo ꝙ operationes sunt circa particularia ꝑ ut dicitur ꝑmo metha. ꝓpter qꝺ phs dicit in ꝑmo ethi. ꝙ scientia moralis non patitur demonstrationẽ. vnde paucissima sunt de quibus sit ꝑ se notũ et pro certo cõstet ꝙ habẽt necessariã cõnexionẽ qualis dicta est ad vltimũ finem. aliqua tamen sunt: sicut esse et viuere et ea q̃ necessaria sũt ad hoĩs cõsistẽtiã sine qua homo finẽ suũ consequi non potest. put. S. Tho. notat. pᵃ 2ᵉ. q. 10. ar. 2. ad. 3ᵐ. et huiuscemodi bona naturaliter et ex necessitate volũtas appetit quẽadmodũ et vltimuꝫ finem. credendũ tamen est ꝙ videntes clare diuinam essentiam: vident in ea si que alia sunt bona q̃ necessariam cõnexionem habeant ad summũ ꝛ perfectũ bonum ac vltimũ finem. et illa sic videntes: naturaliter et ex necessitate volunt et amãt.

Septimo Notandũ est ꝙ vt. S. Tho. deducit de veri. q. 22. arti. 5. in rebus ordinatis oportet primuꝫ includi in secundo. et in secundo inuenitur nõ solum illud qꝺ competit sibi ſm rõnem ꝓpriam: sed etiam illud qꝺ ei cõpetit ſm rationem primi. sicut hoĩ conuenit non solum ratione vti quod ei competit ſm ꝓpriaꝫ differẽtiam que est rationale: sed etiam vti sensu et alimento quod etiaꝫ ei competit ſm suũ genus quod est aĩal et viuũ. natura autem et voluntas hoc modo ordinanť vt ipsa voluntas etiaꝫ quedã natura sit. et ita in voluntate oportet inueniri non solum id quod voluntatis ẽ sed etiã id quod nature est. hoc aũt est nature cuiuslibet create: vt a deo sit ordinata in bonũ naturaliter appetens illud. vnde et voluntati ipsi inest quidam naturalis appetitus boni sibi conuenientis. et preter hoc habet aliud appetere ſm ꝓpriam determinationẽ nõ ex necessitate qꝺ ei cõpetit vt volũtas est. sicut autẽ est ordo nature ad volũtatem: ita se habꝫ ordo eoꝝ q̃ naturalr̃ vult volũtas ad ea respectu quoꝝ ex seipsa determinatur: non ex natura. et ideo sicut natura est volũtatis fundamẽtũ: ita appetibile qꝺ naturalr̃ appetitur est alioꝝ appetibiliũ principiũ et fundamẽtũ. in appetibilib⁹ aũt finis est ꝑncipiũ et fundamentũ eoꝝ q̃ sunt ad finem: cũ ea q̃ sunt ad finẽ nõ appetanť nisi rõne finis. et ideo qꝺ volũtas de necessitate vult quasi naturali icłinatione i ipsiꝫ determinata: est finis vltim⁹ vt beatitudo et ea q̃ in ipso fine includuntur vt est cognitio veritatis et q̃dam huiusmodi. ad alia vero non determinatur de necessitate naturali inclinatione: sed propria dispositiõe absq; omni necessitate. hec sctũs thomas. Ex quib⁹ colligitur ꝙ voluntas non dicitur proprie loquẽdo dñia sui act⁹ ſm ꝙ est natura: sed ſm ꝙ est voluntas. vnde et eadẽ q̃stione ꝛ ar. 7º loco i oppositũ arguit sanct⁹ doctor sic. ex eo ꝙ aliqd est volũtariũ: dicit esse in nobis inq̃ᵐ nos dñi sumus illi⁹. sed illud qꝺ est in nobis cu⁹ dñi sum⁹ possum⁹ velle et nõ velle. et ita nõ de necessitate volũtas aliqd vult. ecce argumẽtũ. ad qꝺ respondet sic. Ad. 7ᵐ. dicẽdũ ꝙ etiã illa rõ ꝓcedit de voluntate ſm ꝙ volũtas est. hoc eni est ꝓpriũ volũtati inq̃ᵐ est volũtas: ꝙ sit domina sui actus.

Quantũ ad articulũ quartũ respõdendũ est obiectionib⁹ aduersario ꝝ. Et q̃deꝫ ad primũ scoti cõtra cõclusioneꝫ dicitur ꝑmo ꝙ procedit ex falso intellectu quem habuit in dictis sancti thome. putans ꝙ cõmunis ratio ſm quã sanct⁹ thomas dicit beatitudinẽ appeti naturaliter ab hoĩe: sit ſm abstractionem vniuersalis a particulari. quod est falsum vt ostensuꝫ fuit in primo notabili. Dicitur

secũdo ꝙ capiẽdo beatitudinẽ in particulari pro re in qua vere ponit̃ beatitudo formalis q̃ habet rationẽ omnis boni et nihil mali aut defect⁹ sicut est visio diuine essentie: cõcedim⁹ ꝙ ab omnib⁹ necessario ⁊ naturaliter appetit̃ cognoscẽtibus in ea esse omnẽ boni rõnem et nihil mali aut defect⁹. nõ eni sanct⁹ thomas negat rẽ particularẽ in qua est beatitudo ab omnib⁹ naturalit̃ appeti: nisi qꝛ non omnib⁹ nota est eius perfecta et summa ratio bonitatis. nec dicit beatitudinẽ naturaliter appeti ab omnibus nisi presupposito ꝙ rõ ꝑfecti boni ab omnib⁹ cognoscit̃ cognitis terminis esse beatitudinẽ. quod nõ sic est d̃ re particulari beatitudinis. nam multi sunt q̃ ignorãt i qua re beatitudo hois vere cõsistat. quãobrẽ de eo varie fuerũt opiniones et errores sicut apparet ex p̃mo libro et decimo ethicorũ. Et ꝑ hec patet rñsio ad. 2^m. et. 3^m. et. 4^m. ¶ Ad. 5^m. dicit̃ ꝙ deficit in multis. primo in eo qđ dicit ꝙ necessitas in causa iferiori nõ põt determinare modũ agẽdi cause supioris. hoc eni nõ est vl̃r verũ. nam habit⁹ est causa inferior potẽtia naturali et posterior ꝑm naturã: et tñ determinat modũ agẽdi potẽtie vel bene vel male ꝑm rõnem habit⁹ et p̃mpte et delectabiliter. item sensus causa inferior est intellectu: et tñ ꝑ spẽm sensibilis ab eo oblatã: determinat intellectũ ad intelligendũ rẽ cui⁹ est illa spẽs. et semẽ tritici determinat virtutẽ solis q̃ est ad plures effect⁹: ad productionẽ tritici. et multa similia dari pñt. Deficit secundo eo ꝙ dicit volũtatẽ esse causam supiorẽ intellectu qđ est falsuʒ prout in q̃stione precedente fuit ostẽsum. Deficit tertio in eo ꝙ dicit necessitatem q̃ volũtas necessitat̃ ad aliq̃d volẽdũ: ꝯueniree ei ex rõne sui et nõ ex aliqua alia causa. hoc aũt falsum est. nã vt in precedẽte q̃stione fuit ꝓbatuꝫ volũtas necessitat̃ ad volendũ illud quod sibi ꝓponit̃ ab intellectu esse bonũ et appetibile. necessitat̃ inquã q̃ꝫ^m ad specificationẽ act⁹ ꝑ obiectũ sub hoc sensu. ꝙ si aliq̃d vult: necessario vult illud qđ sibi propositũ est ab intellectu esse bonũ. Quarto deficit quia ex necessitate quaꝫ intellect⁹ infert voluntati q̃ꝫ^m ad specificationem actus ꝑ obiectũ pretendit inferre ꝙ volũtas necessitat intellectũ et alias vires anime ad exercitiũ actus. et sic committitur in argumento fallacia equiuocationis vl̃ ꝑm quid ad simpliciter. nam si ex necessitate quã infert intellectus voluntati debet inferri ꝙ volũtas necessitat intellectuꝫ: vtraqꝫ necessitas debet accipi eiusdem rationis: aliter cõmittitur fallacia vt dictum est. vnde licet intellectus necessitet voluntatem ad volendum beatitudineꝫ sibi propositam sub ratione perfecti boni: nõ inde sequitur ꝙ voluntas sic necessitata necessitet intellectũ ad semper actu considerandum d̃ beatitudine. quia nec necessitas quam intellectus infert voluntati necessitat voluntatem vt semper actu velit beatitudinem: sed tunc dũtaxat quãdo est sibi proposita beatitudo vt perfectum bonum. ¶ Ad. 6^m. dicitur ꝙ propositio illa in qua fundat̃ ratio scti doctoris intelligitur pro statu vie: non absolute sed supposito ꝙ voluntas circa tale bonũ debeat habere aliquem actum. quẽ intellectum. S. Tho. exprimit. p^a 2^e. q. 10. ar. 2. in cor. ꝓut allegatuꝫ fuit in quarto notabili. nam suspendere actum volendi circa illud: bene põt voluntas in statu vie ꝓut ipse expresse dicit in principio eiusdeꝫ articuli. ait enim. voluntas mouet̃ dupliciter. vno modo q̃ꝫ^m ad exercitiũ actus. alio modo q̃ꝫ^m ad specificationẽ act⁹ que est ex obiecto. primo ergo modo voluntas a nullo obiecto ex necessitate mouet̃. põt enim aliq̃s de q̃cũqꝫ obiecto nõ cogitare et ꝑ consequẽs nec actu velle illud. hec ille. Ideꝫ in sententia dicit d̃ veri. q. 22. ar. 6. in cor. Ex quib⁹ patet ꝙ argumẽtũ nõ militat cõtra sanctũ thomã ꝫimo dictis eius cõsonat. ¶ Ad argumẽta quorundam que recitat durandus dicim⁹ primo ꝙ si in distinctione quam premittit de duplici appetitu: appetitus naturalis capiat̃ pro appetitu qui consequitur naturam et est illi cõnaturalis qualis est appetitus cõmunis omnibus rebus naturalib⁹: cõcedimus suppositũ. s. ꝙ talis appetit⁹ nõ est act⁹ elicitus ꝑ inclinatio quedã inata nature. si aũt appetitus natural' dicat̃ natural' eo ꝙ naturalr̃ in aliq̃d tẽdat etiã si cõsequat̃ ex aliq̃ ap̃phẽsione virtutis cognitiue: sic dicim⁹ ꝙ illud presuppositũ non est vl̃r verum ꝓut latius deductũ fuit in secũdo notabili. Nunc vero respõdẽdo ad argumẽta dicim⁹ ꝙ ad p̃mũ patet respõsio ex his q̃ dicta sũt ad. 5^m scoti. ¶ Ad. 2^m. dicit̃ sicut respõdet durãd⁹ ꝙ argumẽtũ nõ est ad ꝓpositũ. quia nos nõ loquimur de inclinatione volũtatis in suũ obiectum per aliquẽ habitum acquisitũ: sed per ipsam met naturã potentie q̃ habet necessariaꝫ habitudinẽ ad illud obiectum vt in ipsum feratur actu elicito. et illa inclinatio põt esse ita efficax supposita presentia talis obiecti: sicut iclinatio appetit⁹ naturalis. ¶ Ad 3^m. respondet durandus ꝙ auctoritas augustini loquitur de libertate a coactione: non de libertate a naturali necessitate. q̃ vt sanct⁹ thomas inq̃t in pluribus locis: libertati volũtatis nõ repugnat Quod vero vlteri⁹ ibi dicunt: nos concedim⁹ ꝓ statu vie ꝓut supra dictũ est. ¶ Responsiones autem quas dant ad auctoritates augustini et anselmi nõ valent. cum enim dicunt primo ꝙ aucto-

ritates beati augustini et anselmi intelliguntur d̄
appetitu naturali non aūt d̄ actu elicito: patet ex=
presse ꝙ non est verū. dicit enim augustinus.13.d̄
trinitate caplō tertio i fine ꝙ ille mim⁹ qui promi
sit se dicturū quid oēs vellēt et dixit: vile vultis
emere et care vendere. si unquā dixisset beati om=
nes esse vultis miseri esse nō vultis: dixisset aliq̄d
quod nullus in sua non cognosceret volūtate. q̄c
quid enim aliud quisq̄ȝ latenter velit: ab hac vo=
luntate tamē nō recedit. vbi constat ꝙ loquitur d̄
voluntate vel actu voluntatis elicito de quo mi=
m⁹ dixerat vile vultis emere et care vēdere. et nō
solum loquitur de appetitu naturali voluntatis.
Itē in quarto caplō eiusdē libri inquirit: cum om
nes velint beatitudinē: an oēs eam noverit. cō
stat aūt ꝙ velle sequens cognitionē: est act⁹ elici=
tus. Item in quīto caplō dicit ꝙ oēs hoies bea
ti esse volunt: idq̄ȝ vnū ardētissimo amore appe=
tunt. et subiungit ꝙ nullus pōt amare qd̄ omnino
nescit. et ita loquit̄ de amore sequēte cognitionē.
Anselmus etiā de casu diaboli caplō.13. circa finē
dicit. omnes quippe volūt beati esse. et loquit̄ de
beatitudine absolute q̄ includit cōmoduȝ. de qua
dicit ꝙ iusticiā non oēs volūt: cōmodū vero nō
solum omnis natura rōnalis: sed etiam omne qd̄
sentire pōt vult. nā nullus vult nisi quod aliq̄ mo
do putat sibi cōmodū. et sic loquit̄ de velle quod
sequit̄ cognitionem. qd̄ velle est act⁹ elicitus. et sic
expositio qua exponunt dicta augustini et ansel=
mi non est vera vt clarissime patet intuenti dicta
eorū in predictis locis. ¶ Ad argumēta durandi
quibus ꝑponit distinctionē de appetitu efficaci et
nō efficaci: patet quid dicendū sit ex tertio nota=
bili. Neq̄ȝ obstat dictis nostris auctoritas augu=
stini quam adducit. nam appetere immortalitatem
hui⁹ vite corporalis: apprehēdit̄ vt impossibile post
statū peccati. et ideo nimiruȝ ꝙ appetat̄ appetitu
condicionato. sed beatitudinē cōsequi: nō reputa
tur īpossibile etiā a peccatorib⁹ dū non conantur
operibus illam cōsequi. ac per hoc pñt habere ap
petitum naturalē beatitudinis: non condiciona=
tum sed absolutum q̄ȝm ad interiorem actū. de dā
natis aūt potest concedi ꝙ nō habeant appetitū
beatitudinis efficacem et absolutū sicut arguens
dicit: quia sciunt beatitudinē esse impossibilē sibi.
¶ Ad argumenta que recitat aureolus cōtra ean
dem conclusionem: dicitur ad prima quattuor ꝙ
non militant cōtra nrām cōclusionem. nam oīa
concludunt ꝙ voluntas non de necessitate vult
finem vltimū quia pōt suspendere actum conside
rationis intellectus circa illum. quod nos nō ne=
gamus pro statu vie. nrā autē conclusio intelligit̄

vt supra dictum est q̄ȝm ad specificationem actus
volūtatis per obiectū: non q̄ȝm ad exercitiuȝ act⁹.
et de hoc latius dictum fuit in q̄rto notabili. Au=
ctoritas autē augustini quam arguens allegat in
primo argumento: loquitur de voluntate electi=
ua non de naturali. vt eni. S. Tho. dicit infra dis.
vltima. q.2. ar.p̄°. sub. ar. p̄°. in cor. duplex volun
tas considerari potest in nobis. s. voluntas deli=
beratiua et voluntas naturalis. naturalis volun=
tas non est ex nobis ipsis: sed ex auctore nature q̄
in natura hanc inclinationē posuit que naturalis
voluntas dicitur. voluntas vero deliberatiua est
in nobis ex nobis ipsis s̄m ꝙ in potestate nostra
est inclinari per affectū ad hoc vel illud. et de ista
distinctione volūtatis dictum est diffusius in sep=
timo notabili. ¶ Ad. 5m. negatur minor. et ad ei⁹
probationem dicitur ꝙ assumptum est falsum. im
mo experimur ꝙ maiori conatu et ardore appeti
mus beatitudinem et esse et viuere que naturali=
ter et ex necessitate appetim⁹: q̄ȝ quodcūq̄ȝ aliud
appetibile. quod patet. quia ista bona cunctis ali
js appetibilibus preponimus appetitu recto. et i
quocūq̄ȝ alio appetibili implicite et virtute appe
timus beatitudinem et esse. ꝙ autēȝ nō sentiam⁹
intensionis ardorem in amando beatitudinē: nō
obstat. quia huiuscemodi ardorem magis efficit
plerūq̄ȝ impetus passionis q̄ȝ ordo nature qui ab
auctore nature s̄m rei condicionem moderatur.
ex quo fit vt voluntas cuȝ sit potentia intellectua
lis nature: nō eo impetu feratur etiam in id quod
naturaliter appetit: quo fertur appetitus natura
lis i rebus inanimatis que magis agūtur q̄ȝ agāt.
voluntas vero etsi naturaliter feratur in beatitu
dinem: et tamen ipsa se fert in illam actu a se elici
to de quo nunc loquimur. nam talis est ipsius na=
tura ꝙ ipsa se ferat quo tendit affectu. ¶ Ad. 6m.
dicitur primo ꝙ minor sicut iacet est falsa. immo si
voluntas simpliciter et determinate imperat itel
lectui ꝙ consideret de fine vltimo intellectus ex
necessitate considerabit. et sicut voluntas necessi
tat intellectum q̄ȝm ad exercitium actus: ita intel=
lectus necessitat voluntatem q̄ȝm ad specificatio=
nem actus per obiectum. vnde. S. Tho. p̄a 2e. q.
9. ar. p̄°. ad. 3m. voluntas inquit mouet itellectuȝ
q̄ȝm ad exercitium actus. sed q̄ȝm ad determinatio
nem actus que est per obiectum: intellect⁹ mouet
voluntatem. Dicitur secundo ꝙ consequētia nō
valet. non eni sequit̄ si voluntas nō necessitat in=
tellectū: ꝙ ideo intellect⁹ nō necessitet volūtateȝ.
nisi imaginet̄ arguens ꝙ omne ab alio motuȝ: mo
ueatur ab illo et eodeȝ modo. quod nō solū ē fal=
sum: sed est puerile dictum. et maxime in ꝑposito

nr̃o cõsequẽtia est falsa: qꝛ intellect⁹ est p̃mus mo
toꝛ comparatione volũtatis. ℭAd. 7m. dr̃ p̃mo
ꝙ minoꝛ est falsa. imo intellectus est supioꝛ vt in
precedẽti articulo probatum fuit. Dicitur secũdo
concedendo cõsequens illatũ modo exposito in
responsione precedente. et cum dicit arguens ꝙ
experimur oppositum: dicitur ꝙ est falsum. immo
manifeste experimur ꝙ ad imperium voluntatis
intellectus exercet actum suũ. ℭAd argumenta
aureoli contra eandẽ cõclusionem: ad p̃mũ dici
tur ꝙ procedit ex falso intellectu quẽ arguens ha
buit in dictis sancti thome: quẽadmodũ respõsuz
fuit ad p̃mũ scoti. ℭAd. 2m. dicitur ꝙ etiam ꝓ-
cedit ex falsa imaginatione quaz habuit ex dictis
sancti thome. existimãs ꝙ quecũqꝫ apphẽsio vlti-
mi finis et beatitudinis necessitet voluntatẽ ad il
lum appetendũ s̃m mentẽ sancti thome qđ est fal
sum. sed s̃m ei⁹ doctrinã illa apphensio beatitudi
nis per intellectum determinat et necessitat vo-
luntatẽ: quia apprehendit̃ beatitudo sic ꝙ est sum-
mũ bonũ et dictat volũtati summe esse appetẽdã.
que apprehẽsio est pratica. nã de apprehẽsione pu-
re speculatiua: i plerisqꝫ locis ipse dicit cũ pħo. 3o.
libro de aĩa ꝙ nõ dicit aliqđ de fugibili aut ꝓsequi
bili. vñ põt intellect⁹ cõsiderare bonũ sub rõne ve
ri et. vt sic disputare de bono: et ꝙ ad ipam cõside
rationẽ boni nõ moueatur voluntas ad illud ap-
petendum: quia intellect⁹ non dictat ꝓ tunc illud
esse appetendum. cõcedimus ergo ꝙ stante appre
hensione summi boni speculatiua precise: volun-
tas põt non appetere illud actu nec desiderare vt
arguens obijcit. sed hoc non militat contra nos.
ℭAd. 3m dicitur ꝙ si laico ꝓponat̃ intelligibiliter
que sit natura beatitudinis et summi boni: falsuz
est vt arguens dicit ꝙ aliud bonum plus appetat.
et preterea i quocũqꝫ bono quod homo appetat
p̃mo et p̃ncipaliter appetit̃ vltimus finis. Ut
eniz. S. Tho. dicit. p̃a 2e. q. p̃a. ar. 6. in coꝛ. vltim⁹
finis hoc modo se habet in mouẽdo appetitum si
cut se habet in alijs motionib⁹ p̃mũ mouẽs. ma-
nifestũ est aũt ꝙ cause secũde mouentes non mo
uent nisi s̃m ꝙ mouent̃ a p̃mo mouẽte. vnde se-
cũda appetibilia nõ mouẽt appetitũ nisi in oꝛdie
ad p̃mũ appetibile qđ est vltimus finis. neqꝫ ob
stat ꝙ appetẽs aliquid nõ actu cogitet de vltimo
fine nec semper illud appetat. qꝛ sicut sctũs doctoꝛ
ibidẽ dicit ad tertiũ: nõ opoꝛtet ꝙ semꝑ hõ cogi-
tet de vltimo fine quandocũqꝫ aliqđ appetit vel
operat̃. sed virtus p̃me itẽtionis q̃ est respectu vl
timi finis: manet in quolibet appetitu cuiuscũqꝫ rei
etiã si de vltimo fine actu non cogitet. ℭAd. 4m
dicitur ꝙ complacere de complacentia quaz quis
habet de bono adepto vel amato: dupliciter po-
test contingere. vno modo ipso eodem actu quo
habet̃ cõplacẽtia boni amati. quẽadmodũ eodez
actu fruitionis fruimur deo et fruitione dei prout
S. Tho. dicit. p̃a 2e. q. 11a. ar. 3. ad. 3m. et sicut eo-
dez actu intelligo rem et intelligo me intelligere
prout. S. Tho. inquit. p̃o. li. sen. dis. p̃a. q. 2. ar. p̃o.
ad. 2m. et isto modo eandẽ necessitatẽ vel cõtigẽ
tiã habet ipsum cõplacere de complacẽtia: quam
hẽt complacẽtia de bono adepto cuz vtriusqꝫ sit
idem actus. alio modo põt cõtingere eiuscemodi
complacere ꝙ sit per reflexionẽ voluntatis sup cõ
placẽtiam habitã de bono adepto vel amato: et
isto modo ipm cõplacere est ali⁹ act⁹ a cõplacẽtia
de qua est: ⁊ nõ est simul cũ actu p̃me cõplacentie
cum iste actus sit rect⁹ et ille reflex⁹. et ꝑ cõsequẽs
non hẽt ex sua rõne ꝙ sit eiusdẽ necessitatis vl̃ cõ-
tingẽtie cũ p̃ma cõplacẽtia de bono amato. hac
distinctione habita dicim⁹ ꝙ loquẽdo de cõplace
re p̃mo modo: maioꝛ ꝓpositio ẽ vera et minoꝛ est
falsa. si vero loquimur ꝺ cõplacere secũdo modo
maioꝛ ꝓpositio ẽ falsa et minoꝛ est vera. et sic quo
cũqꝫ modo arguens loquat̃ processus est nullus.
ℭAd. 5m. dicit̃ ꝙ loquẽdo de cõplacẽtia ĩmedia-
ta vltimi finis: minoꝛ ẽ falsa. imo in ea volũtas q̃e
tatur ⁊ immobilitat̃ sicut in ipso vltimo fine. ℭAd
6m. dicit̃ ꝙ minoꝛ est falsa. imo q̃libet naturalit̃ ⁊
ex necessitate diligit seipm eo modo quo dictũ est
in quinto notabili. vbi patet respõsio ad alia que
arguẽs iducit i suo ꝓcessu. ℭAd argumẽta aureo-
li cõtra rõnes sctĩ thome: ad p̃mũ cõtra p̃maz rõ-
nem dicit̃ ꝙ assumptũ est falsum. s. ꝙ illa rõ sit de-
ducibilis ad oppositũ. et ad ei⁹ ꝓbationẽ: dicim⁹
ꝙ p̃ncipiũ particulare i speculabilib⁹ nõ necessitat
intellectũ nisi qꝛ hẽt necessariã depẽdẽtiã et cõne
xionẽ ad p̃mũ p̃ncipiũ vlissimũ. et eo ipo modo i
appetibilib⁹ etiã particularia appetibilia q̃ neces-
sariã depẽdẽtiã et cõnexionẽ habẽt ad p̃mum ap-
petibile qđ est vltim⁹ finis: necessitãt volũtatẽ. vt
pari modo se habeat itellect⁹ in speculabilib⁹ cir-
ca necessitatẽ et cõtingẽtiã: sicut volũtas in appe-
tibilib⁹. et de hoc lati⁹ dictũ fuit in sexto notabili.
ℭAd p̃mã ꝯfirmationẽ dicit̃ ꝙ quocũqꝫ modo
accipiant̃ p̃ncipia et fines a pħo: nõ obstat rõni
sctĩ doctoris. qꝛ etiã de p̃ncipijs nõ vlissimis et de
finib⁹ citra vltimũ finẽ: veritatẽ hẽt dictum pħi et
rõ sctĩ thome sup eo fundata si vnifoꝛmiter vtraqꝫ
capiant̃ q̃m ad depẽdẽtiã et cõnexionẽ sicut dictũ
est. et per hec patet respõsio ad secũdã confirma-
tionẽ. assumit eni falsum. nam fallacia cõsequẽtis
non cõmittit̃ quãdo similitudo vtrobiqꝫ parifoꝛ-
miter repitur sicut in nr̃o ꝓposito. ℭAd. 2m. ꝯtra

secundam rõnem. S. Tho. dicitur ꝙ arguẽs non satis habuit mẽtẽ. S. Tho. nam cũ dicit omnem motum reduci ad aliquod imobile: intelligit vltimate et nõ nica ꝙ ad quodcũqꝫ mot⁹ vel mobile reducitur: sit simpliciter imobile. vnde responsio ibi data bona est. Neqꝫ valet ei⁹ prima impugnatio. nã dictum phi si capiat̃ vñr de quocunqꝫ scire debet intelligi ꝙ appetit̃ ꝑpter se respectu exteriorum bonorum et cõmoditatum huius vite. naz ipse in. p°. et. 10. ethi. ordinat omne scire ad scire quod habetur de altissima causa in quo ponit vltimã felicitatem. si aũt accipit scire nobilissimũ: cõcedimus ꝙ ꝑpter se vltimate appetat̃ tanq̃ꝫ vltimus finis. Neqꝫ valet secunda ipugnatio q̃m falsum assumit. nõ eniz est verum ꝙ ꝑpterea omnis motus aialium initit̃ alicui imobili: qꝛ mouentur per impulsionẽ. quia nõ solum in aialibus verum est ꝙ omnis mot⁹ initiatur alicui imobili: sed etiaz in omnibus partibus vniuersi et in toto vniuerso sicut probat phs. 8. phy. Et ꝑterea falsuz ẽ ꝙ volũtas nõ moueat̃ ad aliq̃d impulsione nature ad vltimũ finem. naz et si actu elicito ad illũ moueat̃ non tñ sine impulsu nature quo volũtas talẽ actũ elicit. vnde nõ est in ei⁹ libertate illũ elicere vł nõ elicere: quia nõ elicit illũ vt voluntas sed vt natura. et de hoc dictum est in septimo notabili. ¶ Ad 3ᵐ. contra tertiam rationez dicit̃ ꝙ ad primũ patet respõsio ex solutione precedẽte. ¶ Ad. 2ᵐ. dicitur primo ꝙ assumptum est falsum. et ad ei⁹ ꝓbationem dicitur ꝙ cõmittit̃ in ea fallacia consequẽtis sic arguendo. voluntas non necessitat̃ circa aliquid quantũcũqꝫ velit illud participatione vltimi finis: ergo non necessitat̃ circa vltimum finem. nõ valet cõsequentia. sicut nec valet sic arguendo. illud est bonum per essentiã cui⁹ participatione est bonũ quicq̃d est bonũ. sed nullũ bonum aliud a deo est bonũ ꝑ essentiã. ergo nec deus est bon⁹ per essentiã. fallit eni vtrobiqꝫ qꝛ arguit̃ negatiue ab inferiori vel ab eo q̃d min⁹ est ad superius vel ad id quod mai⁹ aut ꝑfecti⁹ est. Dicitur secundo ꝙ minor est falsa vniuersaliter sumpta. nã vt deductũ fuit in sexto notabili: aliqua sunt bona q̃ volumus participatione vltimi finis: ad que volendũ necessitat̃ voluntas. ¶ Ad. 3ᵐ. dicit̃ falsum esse ꝙ oppositum eius quod cõcludit teneat. S. Tho. imo vt in pluribus locis ille probat: omnes angeli et hoies naturaliter diligũt deũ. et omnes creature appetũt deũ suo modo vel implicite vel explicite. put. S. Tho. ꝓbat de veri. q. 22. ar. 2. ¶ Ad. 4ᵐ. principale cõtra quartã rationem patet respõsio q̃ꝫᵐ ad primũ eius ꝓcessuz ex his q̃ dicta sunt in responsione ad. pᵐ. et. 2ᵐ. ¶ Ad secundum eius ꝓcessum cõcedimus totã deductionez. non eni militat cõtra nos. nam ipsaz suspensionẽ actus: voluntas vult ex impressione et participatione vltimi finis: quia pro eo ꝙ existimat talem suspensionem esse quid bonum et sic habere similitudinem beatitudinis et ad eam cõducere. Unñ S. Tho. in hac dis. q. p°. ar. 3. sub. arti. 4. ad. 2ᵐ. respondet ad simile argumẽtũ dicens. tũ quis appetit aliquid: ex hoc ipso efficit̃ vt desideret illud in quo eius aliqua similitudo inuenit̃: quãuis principale desideratum habere non possit. et hoc modo omnes q̃ peccata appetunt: ad beatitudinẽ tẽdunt et ad dei imitationẽ vt dicit augustin⁹ secundo cõfessionũ. ¶ Ad. 5ᵐ. principale cõtra quintã rationẽ cõcedimus primã deductionẽ. et ad secũdam negat̃ assumptũ ꝙ. s. esse et viuere nõ sint naturaliter ab omnib⁹ volita. et ad eius ꝓbationem respondet. S. Tho. infra disti. 50. q. 2. ar. p°. sub ar. 3. in cor. ꝙ non esse et non viuere põt dupliciť cõsiderari. vno modo fm se: et sic nullo modo potest esse apetibile cum nõ habeat aliquam rõnez boni sed sit pura boni priuatio. alio modo põt cõsiderari inq̃ꝫᵐ est ablatiuũ penalis vel misere vite et sic non esse accipit rationem boni. carere enim malo: est quoddaz bonum prout dicit phs in. 5°. ethi. Et in responsione ad primũ ait sic. quod eni dicitur ꝙ esse et viuere ab omnibus apetitur naturaliter: non oportet hoc accipere q̃ꝫᵐ ad malaz vitam et corruptam et eam que est in tristicijs vt phs dicit in. 9. ethi. ¶ Ad. 6ᵐ. contra sextam rationem dicitur ꝙ vt sepe dictuz est: aliqua sunt ꝑter beatitudinez que homo naturaliter vult. neqꝫ est verum ꝙ huius oppositũ experiamur vt arguens fingit. vile autez emere et care vendere: non est cõmuniter ab omnibus appetitum quia non a iustis. nec in hoc standum est auctoritati mimi i theatro declamantis. quã arguens inducit tanq̃ꝫ fuisset doctoris irrefragabilis in cathedra sententias decernentis. vnde augustin⁹. 13. libro de trinitate caplo. 3°. in fine reprehendit et derider illõ dictum mimi. ¶ Ad. 7ᵐ. contra septimam rationem concedimus totam deductionem. non enim militat contra nos qui tenemus ꝙ voluntas potest suspendere actum voluntatis circa vltimũ finem in statu vie: sed non contra dictamen rationis. ¶ Ad. 8ᵐ. contra octauam rationem dicit̃ ꝙ ratio ista quamuis non reperiatur in forma sicut iacet in dictis sancti thome: potest tamen ex ipsis trahi. et tunc ad reductionem arguentis in ei⁹ oppositum: dicit̃ ꝙ falsum nobis imponit dicens ꝙ oppositũ nos dicam⁹. imo vtrãqꝫ ꝓpositionẽ sanct⁹ thomas tenet i plerisqꝫ locis vt ex sup̃ dict̃ pꝫ.

¶ Ad. $9^{m}$. contra nonaȝ rationē cōceditur totus processus. ita ꝙ stāte estimatione de deo ꝙ sit in eo omnis ratio boni ⁊ nihil penit⁹ mali: nō potest voluntas resilire ab eius dilectione sic ꝙ ipsuȝ odio habeat. et cum arguēs ex hoc infert ꝙ nullus poterit peccare nisi prius sit hereticus: negat̄ consequētia. quia nō omne peccatū presupponit odiū dei neqȝ errorē heresis in mēte. pōt eni quis facere cōtra legē dei quod est peccare: nō male sentiens de deo aut de ei⁹ lege. nam non est idem peccare in legē et male sentire per intellectū de lege. et si aliqui peccatores deū odio habēt sicut de dānatis dicitur: illud est non quia deū in se odio habeant: imo illū ꝑm se naturaliter diligūt. sed quia aliquos eius effect⁹ oderūt: ex cōsequēti odio habent deū. nō ꝑ se: sed inqȝ$^{m}$ ē taliū effectuū actor. Unde. S. Tho. de veri. q. 22. ar. 2. ad. $3^{m}$. deus inquit pōt dupliciter cōsiderari. vel in se vel in effectibus suis. in se quidē cū sit ipsa essentia bonitatis: non pōt non diligi. sed in aliqbus effectib⁹ suis inqȝ$^{m}$ sunt cōtrarij voluntati sicut sunt pene illate vel precepta q̄ grauia vident̄: ipse deus refugit̄ et quodāmodo odio habet̄. et tamen oportet ꝙ illi qui eum qȝ$^{m}$ ad aliquos effect⁹ odiūt: in alijs effectibus eum diligant. sicut ipsi demones ꝑm dionisiū. 4°. caplo de diui. nomi. appetūt esse et viuere naturaliter. et in hoc ipm deū appetunt et diligūt. hec ille. Idē in sententia dicit in hoc quarto dis. 50. q. 2. ar. p°. sub. ar. 5. Et. pª. p. q. 60. ar. 5. ad. $5^{m}$. Et. 2ª 2ᵉ. q. 24. ar. p°. et in multis alijs locis. Ad confirmationeȝ dicit̄. ꝙ ꝓcedit ex falso supposito. presupponit siquidē ꝙ in peccando et in odiendo deum vel non diligendo cum proponitur vt summa bonitas: stet experiētia proprie libertatis. qđ est falsum. non enim posse peccare est libertatis ꝫ defectus libertatis. vnde et in deo qui peccare non potest ponit̄ liberum arbitriuȝ. et de hoc. S. Tho. pª. p. q. 62. ar. 8. ad. $3^{m}$. et in plerisqȝ alijs locis. ¶ Ad. $10^{m}$. contra decimā rationē dicitur ꝙ in deductione arguētis: minor propositio est falsa. et ad eius primā ꝓbationē dicitur ꝙ assumptū est falsum. tum quia non solum deus replet totaȝ capacitatem mentis mediāte actu dilectionis: sed etiam mediante actu cognitionis. tuȝ etiam quia falsum est ꝙ dilectio dei non repleat totam potētiam voluntatis. neqȝ valet huius ꝓbatio. quia licet voluntas sit in potentia ad multas dilectiōes omnes tamen ille referuntur ⁊ ordinantur ad dilectionem dei. que omnes illas comprehendit et superexcedit: vel actu sicut in patria: vel virtute sicut in statu vie. nam et omnia bona sunt bona ac per hoc appetibilia participatione prime bonitatis. vnde sicut dictum fuit supra: non solū creature rationales ꝫ etiaȝ omnes creature naturaliter appetunt deū implicite vel explicite: pro eo ꝙ omne bonum creatuȝ participatiōe diuine bonitatis ē bonū. quo circa in hac dis. q. pª. ar. 3. sub. ar. 4°. et pª 2ᵉ. q. pª. ar. 6. S. Doc. probat rationibus efficacibus ꝙ omnia quecūqȝ homo vult: propter vltimū finem vult qui deus est. Ad secundaȝ probationem dicit̄ ꝙ minor est falsa. naȝ quāuis deo presente voluntas in multis alijs possit complacere: nō ideo est quia non satiatur dilectione dei qui habet omneȝ rōnem boni. sed illud fit quasi ꝑ quandā redundantiam et consequētiaȝ. sicut eni videns diuinam essentiā: videt multa alia ex consequenti quorum omniū veritas et entitas in diuina essentia continet̄: ita et diligens deum ꝑsentem: diligit multa alia ex consequenti quia. s. ꝓpt̄ deum et quia in eis diuina bonitas relucet. vnde sicut augustinus dicit in quinto libro confessionū. infelix homo qui scit omnia illa. s. creaturas: te autem nescit. beatus aūt qui te scit: etiam si illa nesciat. qui vero te et illa nouit: nō propter illa beatior est sed propter te solum beatus. ita pariformiter dicendum est de dilectione. infelix homo q̄ oia diligit: te autem non diligit. beatus autem qui te diligit: etiam si illa nō diligat. qui vero te et illa diligit: non propter illa beatior est aut capacior: sed ꝓpter te solum beatus est. ¶ Ad argumēta scoti que capreolus adducit in fine responsionis huius articuli: hic non respondemus quia prima distinctione primi libri questione tertia recitantur omnia in forma et ad ea respondetur. ¶ Ad argumētum ante oppositum respondet. S. Tho. in hac distin. q. pª. arti. 3. sub. arti. p°. ad. p$^{m}$. ꝙ beatitudo qȝ$^{m}$ ad id quod in ipsa est per se voluntatis principale obiectum: est omnibus nota. sed qȝ$^{m}$ ad id quod accidit per se obiecto: nō est nota omnib⁹. omnes enim cognoscunt perfectum bonū et hoc appetunt dum beatitudineȝ appetunt. sed hoc ꝑfectum bonum esse voluptateȝ vel diuitias virtutē vel quicquid huiusmodi: est per accidens. et ideo circa hoc non est inconueniens multos fuisse errores. Et in hoc articulus terminatur.

Ulterius circa eandē quadragesimā nonā distinctionē q̄ritur vtrū intellect⁹ creat⁹ ex solis naturalibus possit ꝑtingere ad vidēdū deū ꝑ essētiā; et arguit̄ ꝙ sic. q2 dicit̄ in tertio de anima. sicut se habet visus ad visibile: ita se habet intellect⁹ ad intelligibile. sed visus non impeditur a visione alicuius nisi aliquo quattuor modoꝝ. vno modo ꝓpter corruptionē visus: sicut quando est aliq̄ macula ī pupilla. quod nō pōt dici de intellectu angelico etiā in statu naturali sū: quia angeli sunt specula mūda et clarissima vt dicit dionisius. 4°. caplo de diuinis nominibus. alio modo ꝓpter absentiam visibilis. nec hoc pōt dici in ꝓposito. quia de⁹ est presens omni intellectui quia omnia īplet. tertio modo ex hoc ꝙ visibile nō est visibile in actu sicut colores in tenebris. nō eni sūt visibiles actu nisi per lucē. quod etiā in ꝓposito dici nō pōt. q2 ipse de⁹ ꝑ seipsum est visibilis cū sit lux intelligibilis vt patet ioānis p̄mo. quarto modo ꝓpter excellētiam obiecti q̄ corespōdet sensui. nec hoc in ꝓposito locum habet. excellētia eniz intellectualis nō correspondet intellectui sicut excellentie sensibilium corespōdent sensui vt dicit̄ tertio de anima. ergo nihil impedit quin intellect⁹ creatus ex ꝓpriȷs naturalibus deū videre possit ꝑ essentiā. ¶ In oppositū arguit̄. q2 Ro. 6. dicit̄. grā dei vita eterna. sed videre deū ꝑ essentiā: est vita eterna fm illō ioā. 17. hec est vita eterna vt cognoscant te. ergo videre deū ꝑ essentiā cōuenit intellectui creato ꝑ gratiam et non ꝑ naturam. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.

Quantū ad primū articulū sit p̄ma conclusio ꝙ nullus intellect⁹ creat⁹ ex ꝓpriȷs naturalib⁹ pōt videre diuinā essentiā apta visione. Hanc cōclusionē tenet. S. Tho. ī hac dis. q. 2. ar. 6. Et. p̄ª. p. q. 12. ar. 4. Itē de veri. q. 8. ar. 3. Et cōtra gen. li. 3. caplo. 52. ¶ Secūda cōclusio ē ꝙ itellect⁹ creatus indiget adiutorio luminis glorie ad vidēdū clare diuinā essentiā. Hanc cōclusionem tenet. S. Tho. in hac dis. loco p̄allegato. Et. p̄ª. p. vbi sup̄ ar. 5. Et de veri. loco p̄rime allegato. Item ꝯtra gen. loco p̄rime allegato. caplo. 53.

Quantum ad secundū articulū arguit̄ cōtra conclusiones. Et quidē cōtra p̄mā arguit scot⁹ īpugnādo ꝓbationē ei⁹ qua sic arguit̄. cognitio cuiuscūq3 cognoscētis est fm modū sue nature. ergo si modus essendi alicui⁹ rei cognite excedat modū nature cognoscētis: oportet ꝙ cognitio ipsius rei sit supra facultatem nature cognoscētis. hoc eniz inquit scot⁹ nō sequit̄. quia arguit ex ꝓpositionib⁹ nō sylogizatis. nec video ꝙ ista cōsequētia teneat nisi isto modo arguēdo. ꝙ si mod⁹ cognitionis est fm cognoscentem: ergo nulla cognitio naturalis excedit modū nature cognoscētis. ergo nulla cognitio naturalis est de obiecto cuius cognitio excedit modū nature cognoscētis. cū ergo mod⁹ cognitionis sit fm modū cognoscibilis: si mod⁹ essendi rei cognite excedat modū cognoscētis: cognitio ei⁹ erit supnaturalis. sic eni arguēdo argumentū tenet: ꝟ tūc vna ꝓpositio ē falsa. s. hec. modus cognitionis ē fm modū cognoscibil̄. et hec similiter ꝙ nulla natural̄ cognitio ē d̄ obiecto cuius natura excedit modū nature cognoscētis. q2 licet cognitio nō sit sup̄ naturā cognoscētis: ē tn̄ obiecti habentis modū cognoscibilē et modū nature vltra modū nature cognoscētis. aliter nūq̄ imꝑfecti⁹ cognosceret ꝑfecti⁹ naturalit̄. nec tūc angel⁹ infimus possz naturalit̄ cognoscere angelū supremū. ¶ [illegible] q2 si nō cōcluderet: tūc intellect⁹ beati cū lumine glie vel quocūq3 hitu charitatis nō posset ꝑtingere ad visionē diuine essentie. quia modus nature cognoscētis cū omnib⁹ illis: ē inferior in īfinitū modo nature cognite. ¶ 3°. quia nō oportet int̄ obiectū et potētiā eē ꝓportionē eq̄litatis: ꝟ poti⁹ similitudinis q̄ est inter actiuū et passiuū. q̄ nō est fm ꝓportionē virtutis q̄ reddat quantitatē virtualem alteri⁹: sed oportet esse ꝓportionē motiui ad mobile: ita ꝙ hoc obiectū possit mouere et illa potētia imutari ab illo. vnde obiectū debet ꝓportionari potētie receptiue motionis sicut opatiuū ꝓportionat̄ termīo sue opationis: et nō quātū ad ꝓportionē duplicis vel triplicis vel alicuius alteri⁹. ¶ 4°. q2 ordinatū ad finē ꝓportionat̄ illi fini in attigendo ipm. et tn̄ ordinatū cū omnib⁹ additis: ē finitū et finis est infinit⁹. ergo sic in proposito licet cognitū in se sit natura infinita: tn̄ pōt cognosci naturalit̄ a cognoscēte hñte naturā finitā. ¶ 5°. q2 si loquamur d̄ ꝓportione geometrica tūc nulla est ꝓportio finiti ad infinitū. quia finitū q̄tiēscūq3 sumptū nūq̄ reddit īfinitū. et isto modo sic entitas creata ē īproportionata ētitati īcreate

in entitate: ita et in intelligibilitate. sed ex hoc non sequitur q sit intelligibile improportionabile nisi loquendo vniformiter de proportionabilitate geometrica. sed non sequitur q sit intelligibile improportionatum virtuti cognitiue ipsius cognoscentis: quia proportio obiecti ad potentiam est de alio foro. hec scotus. ¶ Contra eandem arguit durandus sic dicens. nihil cadens sub ratione formali obiecti: excedit proportionem potentie per se: licet possit excedere per accidens. sicut claritas solis in se excedit visum noctue propter hoc q organum visus in noctua leditur et dissoluitur a claritate solis in rota sua. sed si hoc non esset: visus noctue posset clare et manifeste videre solem. quod satis innuit phus in quo dam simili cum dicit q si senex haberet oculum iuuenis: videret vt iuuenis. ergo excessus obiecti super potentiam non potest esse causa cognitionis obscure et confuse nisi per accidens: vel ratione organi vt in potentijs sensitiuis: vel ratione modi cognoscendi vt in potentia intellectiua que non cognoscit naturaliter deum vel substantias separatas nisi per creaturas corporales que sunt inferioris gradus nec possunt perfecte representare eum. omnis enim potentia habet proportionem cum omni eo quod cadit sub ratione sui obiecti. deus autem cadit sub ratione entis que est formalis ratio obiecti intellectus. hec ille. ¶ Contra secundam conclusionem arguit scotus probando q lumen glorie non sit necessarium ad hoc q intellectus creatus deum per essentiam videat. quia si tale lumen distinctum ab actu visionis et fruitionis requiratur: aut hoc erit ad hoc q intellectus sit susceptiuus visionis: aut ad hoc q sit actiuus illius. sed nec hoc nec illud vt patebit. ergo etc. minor probatur. q enim non requiratur ad hoc q intellectus sit receptiuus beatitudinis: probatur quia ratio recipiendi beatitudinem non potest esse aliquis habitus: quia nullo modo per habitum recipitur actus. quia cum habitus generetur ex actibus: sequitur ad actus. ergo habitus non est ratio recipiendi actum in via. et multo magis nec in patria. ¶ 2°. ad idem. quia susceptiuum quod ordinatur ad multas formas maxime ordinatur ad perfectissimam. sed anima humana ordinatur ad plures formas supernaturales quarum perfectissima est beatitudo. ergo anima humana maxime ordinatur vt perficiatur beatitudine. ergo si anima humana sit immediatum susceptiuum alicuius illarum: maxime erit immediatum susceptiuum beatitudinis quia maxime illa perficitur. Dicetur forte q habitus requiritur vt perfectius perficiatur beatitudine: vnde habitus tunc requiritur propter perfectionem beatitudinis: contra. tunc sequeretur q humana anima secundum q perficitur beatitudine: non perficiatur simpliciter sed ille habitus simpliciter. et tunc ille habitus videret et charitas diligeret deum: et anima humana non nisi per accidens et secundum quid. sed sicut superficies est per se colorata non autem substantia nisi per accidens mediante superficie. igitur anima humana in puris naturalibus est immediatum susceptiuum beatitudinis. Sed probatur alia pars .s. q nec tale lumen ponendum sit propter operationem eliciendam. quia aut hoc erit necessarium propter obiectum aut propter potentiam. non propter obiectum: quia cum ipsum sit in se presens: sufficit ad causandum actum visionis quantum est ex parte obiecti. Item quia si aliquid requireretur ex parte obiecti: hoc esset species obiecti quam tamen tu non ponis. nec potest dici q illud lumen sit necessarium propter intellectum vt eliciat operationem: quia forte intellectus se habet ibi mere passiue. tum etiam quia habitus non est simpliciter principium agendi: sed sic agendi. nam aliter habitus esset potentia. ergo intellectus habet quo simpliciter potest acquirere beatitudinem: licet non habeat quo taliter posset in beatitudinem nisi mediante aliquo habitu. ¶ 2°. principaliter arguit sic. omni potentie passiue in natura: correspondet aliqua potentia actiua in natura. sed in anima est potentia passiua que naturaliter est receptiua beatitudinis. ergo sibi correspondet aliqua potentia actiua naturalis. ergo intellectus sine tali habitu sola naturali actione potest consequi beatitudinem. ¶ 3°. quia perfectio inferior potest virtute contineri in perfectione superiori vt patet in essentiali ordine specierum. sed quodcunque accidens est imperfectius quam sit natura intellectualis. ergo si aliqua natura intellectualis indigeat tali habitu ad consequendum suum finem: fiat aliqua natura intellectualis in tanto gradu in quanto habitus est necessarius nature intellectuali inferiori. ergo poterit ex puris naturalibus consequi beatitudinem. hec scotus. ¶ Contra eandem arguit aureolus multipliciter. et primo vult probare q lumen glorie non requiratur ad hoc q illo mediante intellectus agens cooperetur diuine essentie in causando visionem beatificam. Primo quia quod est intellectum in actu et nullo modo intelligibile in potentia: potest de se sufficienter causare intellectionem in intellectu absque hoc q aliquid sibi cooperetur. propter hoc enim ponitur intellectus cooperari phantasie: quia phantasma est intelligibile in potentia et non intelligibile in actu. vnde commentator. 3°. de anima commento. 31. dicit q si vniuersalia essent extra animam sicut posuit plato: non indigeremus intellectu agente neque esset aliqua necessitas in ponendo illum. videmus etiam q calidum in actu potest generare calorem absque aliquo coagente et sensibile sensationem. sed constat q deus non est intelligibilis in potentia immo est summe intelligibilis in actu. ergo potest suam intellectionem causare in potentia absque hoc q coagat sibi intellectus agens. ¶ 2°. quia actio intellectus

intellect⁹ agētis est ꝓncipalis phantasmatis aut instrumētalis. aut ergo ĩ visione beatifica intellectus agēs est ꝓncipalis et eēntia diuina agens instrumētale: aut ecõtra. sed non põt dici ꝓmũ; qꝛ tunc homo ex puris naturalibus ꝓncipaliter beatificaretur. nec põt dari secundũ: qꝛ tunc variabitur actiuitas agētis τ fieret de agente ꝓncipali agēs instrumentale. ergo nullo modo causat visionē beatificaʒ. ℄. 3°. quia illud quod habet mere τ eētialiter rationē redditi pro merito: debet esse totaliter a premiãte effectiue τ nullo modo a ꝓmium recipiēte. nam si detur oppositum: non habebit ex toto rationem premij sed partialiter tantũ. sed constat ꝙ visio beatifica ē totaliter merces et ꝓmium quod ꝓ merito redditur. ergo ex toto ē a deo ꝓmiante. Confirmatur ꝑ illud philosophi ꝑ° ethi. si aliquod est donum deorum hominibus: rationabile est felicitatē dei: datũ esse maxime humanoꝝ quãto optimum. ℄. 4°. illud quod habet summuʒ τ infimum: in virtute videtur habere quodlibet mediũ. sed constat ꝙ intellectus agēs habet virtutem ad intentiones rerũ immaterialiũ que sunt infime. ergo si habet in virtute visionē beatificã que summa est inter intellectiones: seꝗtur ꝙ habebit in virtute oẽs intellectiones creaturaꝝ possibiliũ dato ꝙ sint infinite possibiles ꝓm opinionē multoꝝ. et ꝓm hoc erit infinitus ĩ virtute. ergo. ℄. 5°. quandocũꝙ in aliquo genere inuenitur aliquid ignobilius excedēs facultatē nature: videtur ꝙ nobilissimuʒ in illo genere multo fortius excedat. sed inter ea ꝗ spectãt ad intellectum repiunꝰ quedã ꝗ naturã excedũt nec sunt in virtute intellect⁹ agētꝭ aliquo mõ vt donũ fidei vel habit⁹ sapiētie τ itellect⁹. cõstat aũt ꝙ ista ignobilioꝛa sunt ꝙ̃ actus visionis btē. ergo visio beata nullo mõ cõtinetꝰ in virtute itellect⁹ agētꝭ.
℄ Secũdo loco arguit ideʒ aureolus, ꝓbãdo ꝙ nulla actiuitas ē attribuēda intellectui possibili respectu act⁹ itelligēdi. dicit eni sic. oĩs actiuitas ꝗ est circa intellectionē: attribuēda ē intellectui agēti τ nulla possibili. idcirco solũ ille appellatꝰ lumē tertio de aĩa a phõ: vbi dicitꝰ ꝙ ē habit⁹ vel lumē. τ ab augustino. 12. ꝺ trinitate ca° vltimo τ i plurib⁹ alijs locis. hãc aũt ꝓpositionē pono contra illã opinionē ꝗ dicit ꝙ intellect⁹ possibilis est passiu⁹ in recipiēdo spẽm: sed ē actiu⁹ vna cũ spẽ ad intellectionē ꝑcipuei cõponēdo et diuidēdo τ distribuēdo. sed hoc nõ obstãte ꝓpositio opposita vera ē. qḋ patet. qꝛ sicut se hēt materia ꝓma in genere sensibiliũ: sic intellect⁹ possibilis ĩ genere intelligibiliũ. sed ꝓma materia cuʒ careat omni actu τ sit pura potētia: nullã hēt actiuitatē in genere sensibiliũ nec etiã coagit forme recepte tãꝙ ꝓncipiuʒ agēdi. ergo nec intellect⁹ possibilis hēt aliquã actionē in genere itelligibiliũ nec coagit sicut causa partialis spẽi recepte ad itellectionē. ℄. 2°. qꝛ ꝗ oē dicit: nihil excludit. sed phs dicit tertio ꝺ aĩa ꝙ intellect⁹ agēs est ꝗ est oĩa facere. ergo intellectio τ cõpositio τ diuisio τ discursus fiũt virtute itellect⁹ agētꝭ actiue: τ virtute possibilis tñ receptiue. vñ τ cõmētatoꝛ tertio de aĩa cõmēto. 32°. dicit ꝙ actio itellect⁹ possibilis nõ est actio sʒ passio. ergo τc. ℄. 3°. si itellect⁹ possibilis ageret ad intellectionē aut ad cõpositionē τ diuisionē: eēt dare duo agētia. s. illud ĩ virtute cui⁹ spẽs imꝓmitꝰ intellectui possibili: τ aliud virtute cuius itellectio mediãte spẽ gignitꝰ. sed hoc est supfluũ τ cõtra dicta phõꝝ et scrõꝝ ꝗ nõ diuiserunt itellectũ nisi ĩ istas duas differentias. s. in agentē τ possibilē: nec posuerũt duo agētia. τ iteꝝ seꝗretur ꝙ multo nobilius τ ꝑstãtius agēs esset itellectus possibilis ꝙ̃ ille ꝗ appellatꝰ agēs ꝓ quãto ageret ad nobilioꝛē effectũ puta actuʒ itelligēdi. ille vero ad ignobilioꝛē. s. ad similitudineʒ. sed hec sunt absoluta. ergo oĩs actiuitas attribuēda est agēti τ nullo mõ possibili. et hic ē ꝙ appellatur lumē qꝛ luminis ē manifestare ad ephesecos. 5°. oē qḋ manifestatꝰ lumē est. sol⁹ aũt itellectus agēs actiue manifestat vt dictuʒ est. τ ideo solus dicitꝰ lumē: possibilis vero nõ. hec aureol⁹ in forma. ℄ Tertio loco ꝓbat ꝙ nõ exigitꝰ lumē glorie ad vigorandũ itellectũ possibilē vt suscipiat beatificã visionē aut ad ipm eleuãdum aut ponendũ in eē potestatiuo vt possit suscipere. ꝓmo qꝛ illud nõ idiget vigorari respectu alicui⁹ obiecti: qḋ ab illo obiecto passione abiectiua nõ patitꝰ. ꝓpter hoc eniʒ ocul⁹ noctue idiget vigoratione si debet aspicere rotaʒ solis: qꝛ obrueretꝰ τ aliqḋ abijceretꝰ a substãtia eius rõne sue materialitatis τ passibilitatis. sed cõstat ꝙ intellectus possibilis nõ patitꝰ passione abiectiua cuʒ sit imaterialis ab obiecto quocũꝙ etiã a diuina essentia imo magis ꝑficitꝰ. ergo nõ indiget vigoratione ad hoc ꝙ diuinã essentiã intueatꝰ. Et cõfirmatꝰ ꝑ illud tertio de aĩa. intellect⁹ postꝙ̃ intellexit maxima itelligibilia: nõ min⁹ intelligit minora imo magis. ℄. 2°. sicut se hēt materia ꝓma in genere sẽsibilium: sic itellectus possibilis ĩ genere intelligibilium. sed null⁹ diceret ꝙ materia ꝓma indigeat vigorari cũ nullũ vigorē intrĩsece habeat sed sit pura potētia. ꝑcipue respectu nobilissime forme ꝗ est aĩa rationalis ꝓm sic opinantes. imo eam imediate suscipit. ergo intellectus

possibilis imediate poterit suscipe nobilissimū actum ad quē est in potētia.s. visionē diuine essētie. nec intellectus vigorabitur cū sit potētia pura. ¶.3°. qꝛ aut illud lumē eleuaret aut vigoraret intellectū possibilē tanq̄ dispositio medians inter potētiam ⁊ actum i recipiēdo sicut mediat supficies inter corpus ⁊ colorē qꝛ ꝓprium ē supficiei pmo loco colorari ⁊ mediante ea inest corpori. aut sicut dispositio medians inter potētiam ⁊ agēs in patiēdo sicut mediat mollicies iter ceram ⁊ sigillum. nō eni mediat inter cerā ⁊ figurā quasi figura pmo insit mollicici: sed inter ceram ⁊ sigillum. quia nec sigillum posset figurā imprimere nec cera pati nisi rōne mollicici. sed nō pōt dici q̄ requiratur talis habitus ꝓpter pmum. tum qꝛ actus visionis pmo inesset illi habitui: ⁊ p cōsequēs esset pmo beatus. et ideo si separaret̄ ab intellectu: fieret beatus sicut supficies colorata. tum qꝛ actus beatificus īmediat pficit intellectum ⁊ voluntatē in q̄bus cōsistit imago trinitatis. quia ex hoc q̄ aīa ē imago dei: beatitudinis pticeps esse pōt. tum qꝛ nullus actus īmediati⁹ pficit intellectum q̄ȝ visio diuine essentie: pcipue cum itellectus possibilis sit susceptiuum īmediatum ōis actus. nec pōt etiā dari secūdū. tum qꝛ tale medium nō requiritur nisi ꝓpter defectum agentis. vnde deus posset imprimere oēm figuraȝ in cera nec indigeret mollicie. tum qꝛ de⁹ potest īmediate intellectui iprimere quicq̄d itellectus pōt īmediate recipe. īmediate autē pōt recipere visionē beatificā sicut ꝓbatum est. ergo non requiritur lumē ad eleuandum vel vigorandum intellectum possibilē. ¶ Quarto loco ꝓbatur q̄ lumē glorie ponēdum est directe ꝓpter intellectum agētē: sed cōsecutiue ꝓpter itellectū possibilē. pmaȝ partē probat. qꝛ cōstat q̄ lumē glorie nō ponitur nisi ad eleuandū ⁊ vigorādum ⁊ ampliandū lumē generale qđ est defectuosum sicut diffinit decretalis li°. 7. titu. de hereti. ca° ad nostrum. sed nullum lumē naturale est i intellectu nisi lumē intellectus agētis. alioqui si intellect⁹ possibilis habeat claritatē per se ⁊ nō sit ōis claritas eius naturalis ex parte intellectus agētis: sequitur q̄ sunt in nobis duo lumina ⁊ supfluit alterum qꝛ sufficit vnum. vnde itellectus possibilis solū habet recipere. sed vigor ⁊ claritas sm̄ quā recipit est itellectus agēs. ergo lumē glorie ponēdum est directe ⁊ per se ex parte intellectus agentis cuius defectum supplet. ¶. 2°. qꝛ lux illa incorporea in qua ⁊ sub qua sm̄ augustinū mēs rationalis videt quicq̄d videt: oportet q̄ sit lux vitalis p essētiam vt pote intellectus in actu vel saltē reducibilis aliquo modo ad istam lucē. nō enī pōt habere p se aliqua qualitas non vitalis introitum ad actum vitalē per modum clarificātis ⁊ illuminantis: nisi p hoc q̄ reducitur ad illud lumē quod est p essentiam vita. ⁊ est exemplum ad hoc q̄ figura nullam causalitatē habet per se sup actum penetrandi: nisi quatenus est dispositio ferri quod penetrat. sed constat q̄ lumē glorie est lux quedā incorporea ī qua ⁊ sub qua videtur diuīa essentia. nec tamē est lux vitalis per essentiam. ergo necesse est q̄ reducatur ad illud quod est claritas vitalis p essētiam. ⁊ illud est intellectus agēs. ¶.3°. quādo aliquid constituit̄ sufficiēter ex tribus: si ponitur aliq̄d ad intēdendū: poni debet ex parte illius sub cui⁹ habitudine intēditur. exēplū est ad hoc de domo ad quā concurrunt paries fundamentum tectū. si quis autē vellet domum ampliare ex parte tecti: non adderet ex parte fundamēti. sed constat vt dicit se ꝓbasse q̄ ad actum cognoscēdi cōcurrit itellectus possibilis ⁊ qualitas actualis repñtatiua obiecti q̄ cōmuni noīe dicit̄ actus ⁊ claritas aut vigor spūalis ipius aīe q̄ non est aliud q̄ȝ intellectus agens. concurrit autē intellectus possibilis receptiue: qualitas vero assimilatiue ⁊ repñsentatiue. claritas vero itellectus agētis quasi directiue ⁊ illustratiue qꝛ in illa ⁊ sub illa cernitur obiectum. cōstat autē q̄ lumē glorie ponit̄ ad actum beatificum cōcurrere sub ista habitudine vt.s. in eo ⁊ sub eo videatur obiectuȝ. igitur reducit̄ ad claritatē intellectus agētis p se ⁊ directe. ¶ Secunda vero pars ꝓpositionis patet. qꝛ quando aliq̄d est pfectio alicuius aut ampliatio eius: necesse est q̄ cōcomitatiue ⁊ cōsecutiue sit ampliatio effectus formalis illius ī subiecto ī quo recipitur. vt qꝛ lux est in diaphano subiectiue: si luci stellari addatur lux lunaris ī diaphano: quāuis vna lux incēdat aliam de p se ⁊ directe: tamē diaphanum erit luminosius cōsecutiue ⁊ participatiue. sed intellectus agēs ē perfectio intellectus possibilis ⁊ actus in eo cum non sit nisi claritas ⁊ vigor intellectualis. ergo lumē glorie quod ponitur ad intelligēdum et ampliandum claritatē agētis pticipatiue in possibilē redundabit. vnde intellectus possibilis dicitur clarus ⁊ vigorosus claritate ⁊ vigore q̄ est agēs. sicut diaphanū dicitur clarum claritate q̄ est lux corporea. cū ergo vigoretur claritas naturalis per lumē glorie: sequitur q̄ intellectus possibilis sit clarior ⁊ luminosior q̄ȝ ante ⁊c. Ambe etiā partes propositionis simul patent in exemplo oculi corporalis q̄ quādo caligat: indiget illustrari si deberet videre ali

quē colorē. constat enī φ talis illustratio est ꝓp-
ter defectū cōnaturalis claritatis. et ideo pone
tur directe ad vigorandū illā. τ tū participatiue
diaphanū oculi eēt vigorosius τ magis illumi-
natū. ¶ Quinto loco ꝓponit q̄ttuor dubia con-
tra positionē suā τ nr̄am. ꝑmum dubium est. qꝛ
quēcūqꝫ vigorē pōt deus dare per aliquod rea-
le accidēs: videtur φ possit dare itellectui alicui
ꝑ essentiam. vnde illum gradum vigoris quem
posset dare oculo noctue ꝑ qualitatē supaddi
tam ad vidēdum rotam solis: dedit oculo aq̄le
per suam naturam. poterit ergo facere aliquem
intellectum q̄ habebit ꝑ essentiam tantam clari-
tatē: quantam habet intellectus inferior cū lu-
mine glorie supaddito. τ sic talis intellectus nō
indigebit lumine glorie. ¶ Secundū dubiū est.
qꝛ illam claritatē in q̄ deficit intellectus i natura
libus cōstitutus: videtur φ possit supplere defe-
ctio act⁹ beatifici τ claritas sua. ¶ Tertiū dubiū
est. qꝛ deus imediate pōt facere quicq̄d facit me
diante creatura. sed mediante claritate luminis
glorie facit φ intellectus videt deum. ergo ime
diate poterit sine illa. ¶ Quartū dubium est. qꝛ
qualitas q̄ est alicui accidētalis: pōt alteri eē cō-
naturalis. vt caliditas q̄ est accidētalis in aq̄: est
cōnaturalis igni. poterit ergo deus lumē glorie
alicui cōnaturale facere. et ꝑ cōsequēs intellect⁹
ille videbit deum i lumine naturali. ¶ Sexto lo
co recitat opinionē quorundā dicēs φ de facto
non est ibi lumen aliud nisi ipa visio clara τ facia
lis que dicitur habitus ratione perpetue ꝑma-
nentie: τ dicitur lumen ratione manifestationis
obiecti qꝛ diuinam essentiam manifestat. nec q̄-
cūqꝫ auctoritates cogunt vt aliud lumē ab actu
ponatur. illud enī quod dicitur in psalmo: in lu
mine tuo videbimus lumē: potest sic intelligi φ
in lumine q̄ est actus: videbimus lumen obiecti
uum quod est deus. ¶. 2°. illa auctoritas q̄ scri
bitur apo. 21. φ ciuitas illa non eget sole τ luna
sed claritas dei illuminabit eam: intelligitur de
claritate act⁹ beatifica qua vniuersa ciuitas bea-
torꝫ illuminabitur. ¶ 3°. illa auctoritas isa. 60.
scripta. non erit tibi amplius sol ad lucendum τ
splēdor lune non illuminabit te: sed erit tibi do-
minus in lucē sempiternam: intelligitur f̄m glo
sam interlinearē de visione diuine essentie. τ ita
non de habitu sed de actu. ¶. 4°. illa prima ad
timotheum: lucem habitat inaccessibilem quē
nemo hominum vidit: f̄m glosam augustini ex
ponitur φ nemo eū videt nisi ex dono eius. act⁹
autē cum sit supernaturalis: est donum dei. er-
go illa ꝑma ioānis. 3°. similes ei erimus quoniā
videbimus eum sicuti est: nō potest exponi sicut
aliqui exponūt φ exigatur habitus q̄ faciat istā
similitudinem. quoniam exꝓsse auctoritas dicit
φ visio faciet eā. ¶. 5°. illa saluatoris mathei. 5°:
beati mūdo corde quoniam ipsi deum videbūt
non cogit ponere talem habitum qui sit lumen
glorie. quia ista cordis mundicia se habet ꝑ mo
dum meriti cui repromittitur visio dei. lumē aūt
si poneretur non esset ꝑncipiū merendi. ¶. 6°.
qꝛ decretalis. 7°. extra ō hereticis ca° ad nostrū
que dicit inter alios errores illū q̄ ponit φ ani-
ma rationalis per naturā potest esse beata: φ qꝫ
non indigemus lumine glorie eleuante ad deū
videndum τ beate fruendum: non cōcludit ha-
bitum. qꝛ sicut habitus eleuat potētiam effecti-
ue: sic actus eleuat formaliter. quoniam error ē
dicere φ non indigeamus lumine. i. actu super-
naturali. τ φ iste sit intellectus: patet ex ꝑncipio
articuli qꝛ dicitur φ anima rationalis potest eē
beata per naturam. hoc autē sufficiēter excludi-
tur dato φ non ponatur habitus supnaturalis
sed actus. ¶. 7°. illa auctoritas augustini dicen
tis φ anima nisi participatiōe diuini luminis nō
est beata: intelligitur ō lumine obiectiuo quod
deus est q̄ participatur ꝑ actum. τ vniuersaliter
nulla auctoritas videtur ex suo vero intellectu
ponere habitū vel lumē distictum ab actu. qua-
re cum deus τ natura nihil faciant frustra τ pre-
cipue in statu illo ꝑpetuo τ finali: τ non appare-
at vlla necessitas aut auctoritas qua debeat po
ni: negandus est talis habitus vel lumen glorie
preter actum. hec aureolus in quodam quodli
bet licet non eodē ordine. ¶ Contra eandē cōclu-
sionē arguit durandus dicēs: φ lumē glorie req̄
ratur ad confortandū intellectū vt eliciat actū
beatifice visionis nō pōt intelligi nisi dupliciter.
vno mō φ ꝑ cōfortationē intellectus nr̄i a lumi
ne glorie virt⁹ eius intēdatur τ intēsa eleuet ad
visionē diuine essentie ad quā ꝑus ꝑtingere nō
poterat. alio modo φ intellectus noster et illud
lumē tanq̄ꝫ duo imꝑfecta agētia supleant vicē
vnius ꝑfecti agētis respectu talis visionis. quē-
admodum duo trahunt nauē quorū duorum
neuter sufficeret ꝑ se trahere. τ due candele cau
sant lumē intēsum quod neutra per se sufficeret
causare. ꝑmum dici non potest propter duo. pri
mū est qꝛ intellectus noster nō est forma suscipi
ens magis τ minus. secūdo quia illud quod in-
tēdit per se aliud: est tale formaliter vel virtua-
liter sicut illud quod intēdit. verbi gratia. illud
quod intendit calorem est calidum formaliter
vt ignis: vel virtualiter vt sol intendit calorem

aeris. dico autem per se: quia cõtrarium per accidens confortat et intendit: sicut calidum circunstans comburit: vel frigidū circūstans intendit calidū. de quo nihil ad presens. lumen autē glorie non est tale formaliter qualis est intellectus noster. nec virtualiter: quia lumen glorie non est causatiuū virtutis intellectiue. ergo lumen glorie non pōt confortare intellectum nostrum ipsum intendēdo. secūdum etiam dici nō pōt: qꝛ si intellect⁹ creat⁹ et lumē glorie supplerēt vicez vni⁹ pfecti agentis: tūc quodlibet eorū haberet similē virtutē respectu act⁹ intelligēdi: sicut duo trahētes nauē respectu tract⁹ nauis. et ita lumē glīe esset quedā potētia intellectiua sicut intellectus noster qḋ est incōueniēs. et si dicat̄ ꝙ lumē corporale cōfortat visum: et tñ visus nō intēdit̄ nec remittitur ꝑ illud: nec visus ꝛ lumē corporale sunt duo imperfecta agētia supplētia vicē vni⁹ agētis perfecti: et sic eodē modo vt videt̄ pōt esse circa intellectū nr̄m et lumē glorie: dicendum est ꝙ non valet. quia lumē corporale nō reqrit̄ tanꝗ̄ confortans visum q̄ s̄m se pōt in obiectuz sibi presentatuz. sed reqritur vt dispositio medij et organi ad suscipiēdū spēm coloris s̄m ponentes visionez fieri per spēm. quia medium vel organum nō recipit speciē coloris nisi sit actu illuminatū. quia color nō est natus facere spēm suā in organo vel medio nisi sint illuminata. ergo in visione beata nō requirit̄ lumē glorie vt confortās intellectum nec ex parte obiecti quasi dās ei virtutem mouēdi intellectum cum essentia diuina possit hoc de se sine quacūꝗ virtute creata. si ergo aliquo modo requiritur: hoc erit ad disponēdum intellectum ad suscipiēdum actionē obiecti queadmodū dictum est de lumine corporali respectu medij et organi qḋ ꝑtinet ad sequētē articulū. ¶ Secundo loco arguit ꝙ lumen glorie nō requirat̄ ad suscipiendum actuz visionis beate que ē forma supernaturalis et improportionata nature. cum enī dicat̄ ꝙ nullū obiectum est susceptiuum forme supernaturalis nisi disponatur per aliquā dispositionē supnaturalē: non est verū. quia dispositio supnaturalis est quedā forma supernaturalis. illa ergo aut recipitur inmediate in natura: aut mediāte alia dispositiōe. si imediate: eadē ratione quelibet alia forma supnaturalis. si mediate: aut dispositio media erit naturalis aut supernaturalis. si naturalis: habetur propositum ꝙ natura intellectualis ex naturalib⁹ ē capax forme supernaturalis. si supnaturalis: querit̄ quomodo recipitur in subiecto: aut mediāte dispositiōe naturali aut supnaturali. ꝛ sic ꝓceditur in infinitū nisi stet̄ in hoc ꝙ forma supnaturalis recipiat̄ imediate in intellectu absꝗ dispositione supernaturali. ¶ 3°. arguit contra vtrāꝗ opinionē cōmuniter. quia si requirit̄ dispositio supernaturalis ad eliciēdū actuz aut suscipiēdū ipsum: hoc nō ē nisi ꝓpter excessuz obiecti super potētiā vt per ipsaz sit ꝓportionata obiecto q̄ s̄m se distat in infinitū ab ipo. sed ꝓpter hoc nō oportet ꝙ reqratur dispositio supnaturalis. qꝛ ea addita: adhuc tātuz distat potētia ab obiecto sicut pri⁹. s. in infinitū. ergo ad hoc non requirit̄ aliqua dispositio supnaturalis: cuz nulla forma vł dispositio possit erigere itellectū ad illud quod nō pōt s̄m seipm. nec ad recipiendū formam supnaturalē vel actuz: oportet ponere semper dispositionē supnaturalē alias eēt ꝓcessus in infinitū. ¶ 4°. arguit. qꝛ quicqd sit de facto an tale lumē glorie sit in intellectu beato: tñ de possibili tenet frat̄ Tho. li. 4. dis. 49. ꝙ beata visio pōt cōmunicari hoi existēti in puris dispositionib⁹ vie ꝛ ita nō habenti lumē glīe. ¶ 5°. arguit sic. vbicūꝗ natura et virtus potētie se extēdit ad obiectū: presentato obiecto imediate ꝛ per se ꝛ excluso omni impedimēto enigma causante: necessario sequit̄ cognitio clara ꝛ manifesta qualis possibilis ē inter talē potētiam et tale obiectū s̄m quēcūꝗ modū. sed intellectus non de se pōt in diuinā eēntiā tanꝗ̄ in obiectū: et totū impedimētū clare ꝛ manifeste cognitionis diuine essentie est quia cognoscat̄ per mediū inferioris grad⁹ qḋ est essentia creata. qḋ mediū pōt excludi vt ꝓbabit̄. ergo hoc excluso ꝛ p̄sentata diuina essentia intellectui s̄m se imediate: sequit̄ cognitio clara ꝛ manifesta qualis possibilis ē in intellectu nr̄o respectu diuine eēntie. maior patet qꝛ ex quo potētia pōt i obiectum de natura sua ipm cognoscere: et si ipedimētū causans obscurā cognitionē excludat̄: cōsequēs ē ꝙ potētia cognoscat obiectū clare ꝗ̄tū possibile ē. minor ꝓbat̄. qꝛ intellect⁹ noster de se pōt cognoscere diuinā essentiā. nā phi ꝓbauerūt deū eē quādā naturā subsistētē intelligibilē habētē oēm perfectionē. ꝙ aūt hec cognitio esset nobis obscura et eis causa est quia naturali ordine non cognouerūt nec nos cognouimus deū nisi ex creaturis. que cum sint inferioris gradus: nō representāt ipam clare et manifeste. hoc aūt impedimentū potest amoueri a virtute diuina q̄ pōt omne qḋ nō implicat cōtradictionē. ꝙ autē intellect⁹ noster qui s̄m ordinē nature nō cōsurgit in dei cognitionē nisi ex creaturis: possit ipm habere p̄sentē s̄m se ꝛ sic eū cognoscere exclusa prius cognitione cre

aturarũ: nullã cõtradictionẽ implicat. quia in actionib⁹ supnaturalibus videmus q deus modũ agẽdi imutat. hoc etiã attestatur omnis opinio circa istã materiam: quia omnes ponũt q deus in visione beata imutabit illum ordinẽ quo nũc cognouim⁹ ipsum ex creaturis et representabitur intellectui nr̃o nullo alio precognito. ꝛ hec fuit minor. sequit̃ ergo cõclusio. ꝛ hãc viã habẽt tenere illi necessario qui dicũt q deus põt visionẽ imediatã sue eẽntie cõicare homini existẽti in puris dispositionib⁹ vic. quia isti excludũt spẽm representantẽ et lumen glorie a tali visione. ex quo põt sic argui. q eẽntia diuina sit presens intellectui in rõne obiecti qḋ pri⁹ nõ erat sic ei presens: oportet q hoc sit vel ex mutatione sui: vel ex mutatione intellectus. non ex mutatione sui q2 ipa omnino est imutabilis. nec ex mutatione intellectus per aliq̃d receptiuũ qḋ sit species vl' lumẽ. quia spẽm negãt: lumẽ aũt ponũt vt sit dispositio patrie. ipsi autez dicũt q talis põt cõicari intellectui habẽti solas dispositiones vic. oportet ergo q per hoc solũ quia mutatur ordo naturalis quem habet in intelligẽdo fm q nõ cognoscat deum nisi ex creaturis. hec ille.

# Quãtum ad tertiũ articulũ primo notãdum est

q vt. S. Tho. deducit de veri. q. 8. ar. 2. ad. 2^m. in qualibet visione triplex modus visiõis cõsiderari põt. Primus mod⁹ est ipsius vidẽtis absolute qui est mensura capacitatis eius. s. ad videndũ. hec aũt capacitas acapit̃ fm modũ virtutis visiue: quia efficacia actionis mẽsurat̃ fm virtutẽ agentis. Secũd⁹ modus est ipius rei vise fm q visibilis ẽ. dicit̃ eni ex parte rei vise visio pfecta quãdo videt̃ de re id qḋ ẽ. impfecta vero quãdo res videt̃ esse inferiori vel imperfectiori modo q̃ȝ sit. Terti⁹ modus ẽ ipsi⁹ visiõis q̃ est mediũ inter vidẽtem et rem visam. et ideo dicit modũ videntis per cõparationẽ ad rẽ visam. et isto modo dicit̃ visio pfecta quãdo modus visionis equat̃ in pfectione modo eẽndi rei vise. ita q tã pfecte et plene videt̃: quantũ res ipa visibilis ẽ. dicit̃ aũt impfecta visio quãdo nõ tã plene ꝛ perfecte videt̃ quãtũ visibilis ẽ. Prim⁹ mod⁹ visionis cõsequit̃ modũ eẽndi rei vidẽtis. nã cũ nihil operet̃ nisi inq̃ȝ^m est in actu: mod⁹ opandi vniuscuiusq3 rei sequit̃ modũ essendi ipsius. vnde q2 aĩa aliũ modũ essendi habet vnita corpori ꝛ aliũm a corpore separata manẽte eadẽ aĩe natura ideo aliũ modũ intelligẽdi habet cũ ẽ vnita corpori. s. per conuersionẽ ad phãtasmata q̃ in corporis organis sunt a quib⁹ species intelligibiles abstrahunt̃ p illustrationez intellectus agentis. et alium modũ intelligendi habet sepata a corpore. s. absq3 predicta conuersione et per cõuersionez ad ea que sunt intelligibilia simpliciter sicut et alie substantie sepate q̃ȝuis non ita pfecte. Secũdus mod⁹ visionis consequit̃ modũ essendi rei vise: eo q vnũquodq3 intantũ est cognoscibile inquantũ habet esse actu. ppter quod nec potẽtia est cognoscabilis nisi per actum: nec priuatio nisi per habituȝ. quocirca ph's dicit primo phy. q materia prima q̃ est õ se pura potẽtia: nõ ẽ cognoscabilis nisi fm analogiã ad formã. Tertius mod⁹ visionis cõsequitur et modum eẽndi vidẽtis et moduȝ essendi rei vise: et addit pl⁹ q2 presupponit equalitatẽ perfectiõis vtriusq3 modi. Ex quibus colligim⁹ q quãdo capacitas videntis fm virtutẽ visiuaȝ excedit̃ a perfectione modi eẽndi rei vise q̃ȝ^m ad id quod visibile ẽ: visio ipsa erit imperfecta omnibus tribus modis. si vero capacitas vidẽtis nõ excedatur a modo essendi rei vise q̃ȝ^m ad id quod ẽ de ea visibile sed excedatur a modo quo est res visibilis: tũc visio erit pfecta primo et secũdo modo visionis ꝛ nõ tertio modo. sicut ponitur exẽpluȝ quãdo quis propositionẽ demõstrabilez noscit per rationes probabiles vt q terra ẽ rotũda: totã propositionẽ nouit q̃ȝ^m ad id quod est. et q̃ȝ^m ad hoc mod⁹ visionis ẽ perfectus. sed quia nõ illã nouit omni modo quo scibilis ẽ cuȝ nõ eam nouerit demonstratiue: visio est impfecta tertio modo visiõis. ¶ Ex premissis inferim⁹ ad ppositũ nostrũ tria fm tres modos supra positos. pmuȝ est q null⁹ intellect⁹ creat⁹ in puris naturalibus põt habere perfectã cognitionẽ de diuina esse ntia. et p consequẽs nec visionẽ que est clara et aperta cognitio. pbatur hoc ex premissis. quia modus eẽndi rei cognite. s. diuine eẽntie excedit improportionabiliter capacitatẽ virtutis visiue ĩtellect⁹ creati. Secũduȝ est q intellect⁹ creat⁹ lumine glorie illustratus et ipa diuina essentia informatus fm esse cognitũ qualis est intellect⁹ beat⁹: põt habere pfectaȝ cognitionẽ ꝛ clarã visionẽ diuine eẽntie q̃ȝ^m ad pfectionẽ visionis fm pmos duos modos preassignatos. probat̃ hoc. qm̃ intellectus creat⁹ sic adiutus et informatus: pportionat̃ in capacitate mõ eẽndi diuine essentie: presertim ratiõe forme intelligibilis que ẽ ipsamet diuina essentia qua p seipam pficit̃ in esse cognito. cui⁹ ratione idẽ re ẽ qḋ videt̃ et forma per quaȝ videt̃. ac per hoc vnũ aliud nõ excedit. Tertiũ ẽ q null

lius intellect⁹ creati visio equatur modo quo res visa idest diuina essentia visibilis est secundum perfectionem tertij modi visionis supra positi: quantumcunque intellectus creatus perfusus sit lumine glorie ac etiam a diuina essentia per seipsam immutatus. probatur hoc. quia licet intellectus creatus sit informatus secundum esse cognitum per diuinam essentiam que est de se infinita: non ideo fit virtutis infinite in eliciendo operationes suas: sed manet capacitatis finite. ac per hoc non potest nisi finite videre. Ad quod facit quod. S. Tho. dicit in hac dis. q. 2. ar. 3. ad. 6m. quod quia actio non attribuitur forme tantum que est principium actionis sed composito: ideo actionem oportet mensurare non solum secundum formam que est principium actionis: sed etiam secundum subiectum forme inquantum est per formam perfectibile. vnde visio que fit ab intellectu creato per diuinam essentiam: non mensuratur secundum modum infinitum qui est diuine essentie secundum se: sed secundum modum quo intellect⁹ pertingit ad hoc quod per ipsam perficiatur. ad hoc autem pertingit inquantum ei coniungitur per lumen glorie quod est finitum. propter quod visio ipsa finita est ex parte videntis. Idem in sententia dicit de veri. q. 8. ar. 2. ad. 3m.

**Secundo** Notandum est quod mod⁹ essendi in quo debet esse proportio inter cognoscentem et rem cognitam secundum quod. S. Tho. deducit signanter. pª. p. q. 12. ar. 4. in cor. de quo et locuti sum⁹ in precedente notabili: est mod⁹ essendi non qualiscunque sed faciens ad cognitionem. duo autem modi essendi in genere sunt qui conferunt ad cognitionem et illam diuersificant tam ex parte cognoscentis quam ex parte cognoscibilis. scilicet esse in actu et esse immateriale. vnumquodque enim in tantum est cognoscibile: inquantum est in actu. et nihil est cognoscens nisi secundum quod est in actu quemadmodum nec agens vt supra dicebatur. et tertio de anima philosophus dicit quod sicut res sunt separabiles a materia: sic circa intellectum sunt. virtutes etiam cognitiue secundum modum immaterialitatis distinguuntur. vnde et philosophus secundo de anima dicit quod plante non cognoscunt propter sui materialitatem: et sensus corporales cognitiui sunt: quia sunt susceptiui specierum sine materia. vnde et sanctus doctor loco proxime allegato volens assignare proportionem inter cognoscens et cognitum distinguit modum essendi vtriusque in diuersis rebus secundum esse immateriale et secundum esse in actu. dicit enim quod quia sensus est virtus cognitiua habens esse non solum in materia sed etiam affixum organo materiali: ideo naturaliter non cognoscit nisi res habentes esse in materia indiuiduali. intellectus vero humanus quia habet esse in materia non tamen affixum organo corporali pro eo quod ex sui natura est virtus immaterialis sicut et anima intellectiua inde est quod eius capacitas naturalis est directe et per se circa res materiales secundum tamen quod abstrahuntur a materia indiuiduali. ita vt si aliquid cognoscat ex vi sue nature de rebus immaterialib⁹ non habentibus esse in materia: non id habet nisi per res materiales. intellectus vero angelicus quia simpliciter est immaterialis non habens esse in materia: naturaliter cognoscit directe et per se res immateriales et per eas res materiales intelligit. sed quia nec angelus nec eius intellectus est purus actus sed habet potentiam admixtam ita quod non est habens esse pure in actu: eius virtus cognitiua non se extendit naturaliter nisi ad res compositas ex actu et potentia. ex quo fit quod capacitas naturalis intellectus angelici non se extendat ad claram et perfectam cognitionem diuine essentie que est actus purus: cuius tamen habet aliqualem cognitionem non directe et per se sed per res compositas ex potentia et actu. vnde quod intellectus humanus non pertingat ex suis naturalibus ad videndum clare et aperte diuinam essentiam: prouenit ex duplici defectu. scilicet ex eo quod est habens esse in materia: et quia est constans ex potentia et actu. quod autem intellectus angelicus non attingat ex vi sue nature ad visionem claram diuine essentie: prouenit ex vno defectu. scilicet quia est virt⁹ habens esse actu admixtum potentie. Gratis ergo et absque vlla ratione contra premissam deductionem sancti doctoris obijciunt quidam putantes quod se fundet in modo essendi specifico et naturali cognoscentis et rei cognite: vel in alio modo essendi qui non directe pertineat ad habendam rerum cognitionem: quod est falsum. vnde. S. Tho. pª. p. q. 88. ar. pº. ad. 2m. dicit quod similitudo nature non est ratio sufficiens ad cognitionem: alioquin oporteret dicere quod empedocles dixit quod anima est de natura omnium ad hoc quod omnia cognosceret. sed requiritur ad cognoscendum vt sit similitudo rei cognite in cognoscente quasi quedam forma ipsius. hec sanctus thomas. et suppleri debet vel quod sit in cognoscente ipsamet res cognita prout ex plerisque locis doctrine sancti thome accipi potest. et presertim in hac dis. q. 2. ar. pº. in cor. Et. pª. p. q. 12. ar. 2. in cor. Et de veri. q. 8. ar. pº. in cor. Item facit ad id de modo essendi quod et. S. Doc. dicit contra gen. liº. 3º. caº. 51. sic concludens. manifestum est igitur quod essentia diuina potest comparari ad intellectum creatum vt species intelligibilis qua intelligit. quod non contingit de essentia alicuius alterius substantie separate. neque tamen potest esse forma alterius rei secundum esse naturale. se-

quereretur enim ꝙ simul cũ alio vnita: constitueret vnam naturã quod esse nõ põt. species autẽ intelligibilis vnita intellectui: non constituit aliquã naturam sed perficit ipm ad intelligendum quod perfectiõi diuine eẽntie nõ repugnat. hec ille. Ad quod iterum facit quod dicit ð ve. q. 8. ar. 3. ad. 6m. ꝙ s. conformitas naturalis ad deuz que est in intellectu angeli: non est vt intellect⁹ angeli proportionet ad essentiã diuinã sicut ad formaz intelligibilẽ. Itaqȝ ſm premissa proportio inter cognoscentem et cognitum q̃tũm ad modum essendi debet intelligi ſm mentem scti thome nõ de modo essendi ſm existentiã naturalez sed de modo essendi ſm esse intelligibile. vt scilicet modus essendi cognoscẽtis inq̃tũm est cognoscens sit conformis modo essendi rei cognite ſm ꝙ est cognoscibilis. est aũt huiuscemodi conformitas quãdo cognoscens ꝛ cognitũ proportionantur in imaterialitate et in actualitate q̃ vt supra diximus requiruntur ad cognitionẽ ex parte cognoscẽtis et ex parte rei cognite. Unde qꝛ modus essendi intellectus nr̃i inq̃tũm est cognitiuus: exceditur a modo essendi angelorũ inq̃tũm sunt cognoscibiles: eo ꝙ angeli sunt simpliciter immateriales non habẽtes esse in materia: intellectus vero noster ẽ habẽs esse in materia: ideo ex puris naturalibus non pertingit ad cognoscendum quidditates angelorum. Rursus quia multo plus excedit a modo essendi diuine eẽntie ſm rationem cognoscibilis tam in imaterialitate q̃ in actualitate: quia diuina essentia non solum est immaterialis per negationez materie sed etiã per negationem potentie passiue: et nõ solum est in actu sed est actus purus: ideo intellectus noster ex vi sue nature pertingere nõ potest ad videndum clare et aperte essentiam diuinam. pertingit tñ sola dei gratia per quaz essentia diuina fit per seipsam forma intelligibilis intellect⁹ nostri vt in beatis coaptãs moduz essendi sue cognoscibilitatis modo essendi intellect⁹ nostri: disponens et eleuãs illum supra naturaz suã per illustrationem luminis glorie. vnde. S. Tho. pª. p. q. 12. ar. 4. in cor. sic cõcludit. nõ igitur potest intellectus creatus deuz per essentiaz videre: nisi inq̃tũm deus per suam gratiaz se intellectui creato coniungit vt intelligibile ab ipso.

¶ Aduertendũ tñ ꝙ immaterialitas dicitur esse ratio cognoscendi in re cognoscẽte: non prout dicit priuationẽ materie aut materialitatis. tuz quia vt sic dicit puram priuationem que nõ potest esse causa actionis positiue. tum etiam quia non omnis res immaterialis est cognitiua i dest apta nata cognoscere: sicut apparet ð formis inaiatorũ et de multis formis accidentalibus. sed accipitur immaterialitas prout circunloquitur nobis quandam naturam positiuam innominatam quã nos vocare possumus per accõmodationem naturaz spiritualẽ. et de hoc latius dictũ fuit. pº. li. dis. 35. q. pª. sub notabili quarto.

¶ Tertio Notandum est ꝙ cum phs dicit tertio libro de aĩa ꝙ intellectus possibilis se habet in potẽtia ad intelligibilia inq̃tũm nihil eorũ est actu anteq̃ intelligat quemadmodum et tabula in qua nihil est actu scriptũ: sed habet potentiam ad hoc ꝙ in ea plura scribant: non est mentis eius ꝙ intellect⁹ possibilis sit in pura potẽtia et nõ aliquod ens actu. nã et tabula nondũ scripta vel depicta cui phs assimilat intellectuz possibilẽ: quoddã ens actu est ſm naturam suam quia ẽ lignuz vel lapis seu quid aliud: q̃uis respectu imaginum vel figurarum que in ea pñt depingi dicatur esse in potentia. vnde intellectus possibilis licet sit quodam modo in potẽtia ad formas intelligibiles inq̃tũm de se non est determinatus ad aliquam ipsaruz anteq̃ per eam aut per suam similitudinẽ determinetur: et tamen ſm se aliqua res ẽ actu scilicet virtus quedaz et potentia anime de predicamẽto qualitatis ordinata ad anime operatiões nobiliores. Rursus quod dicit cõmentator eodez tertio libro ð anima ꝙ scilicet intellectus possibilis se habet vt materia prima: non ðbet accipi tã quam simpliciter dictũ et quo ad omnia sed q̃tũm ad aliquid. non enim sicut materia prima de se ẽ pura potentia: ita et intellectus possibilis ex sui natura est pura potentia. sed debet accipi similitudo q̃tũm ad hoc ꝙ sicut materia prima ex sui ratione non est determinata ad hanc vel illam formam sed indeterminate se habet ad omnes: ita et intellectus noster possibilis non est de sui natura determinatus ad aliquod vnum intelligibile: sed indeterminate se habet ad omnia intelligibilia. ¶ Ex quibus inferimus errorem dicentium ꝙ intellectus possibilis nullam habet propriam operationem sed tantũmodo passionez: pro eo ꝙ ab aristotele ponitur potentia passiua ꝛ a cõmentatore ponitur similis materie prime. decepti enim sunt non satis aduertentes ꝙ vna et eadez res potest esse in actu et in potentia vel ſm diuersa vel respectu diuersorũ. vt enim notat. S. Tho. de veri. q. 8. ar. 6. in. cor. nihil phibet aliquid esse actu vnum: et in potentia alterum. sicut corpus diaphanum est actu quoddã corpus: sed in potentia tantum coloratum. et si

militer est possibile esse aliquod ens actu: quod
in genere intelligibilium est in potentia tantuz.
sicut enim est gradus act⁹ et potentie in entibus
quia aliquid est in potentia tantum vt materia
prima: aliquid actu tantum vt de⁹: aliquid actu
et potentia vt sunt omnia intermedia: sic est in
genere intelligibiliuz aliquid actu tantum sicut
essentia diuina: aliquid in potentia tantum vt in
tellectus possibilis. omnes autem substantie an
gelice sunt medie habentes aliquid de potentia
et aliquid de actu: non solum in genere entium
sed etiam in genere intelligibilium. habent eniz
essentias proprias sibi presentes vt actus in ge-
nere intelligibilium: ⁊ sunt in potentia respectu
plurium aliorum. veruntamẽ vt ibi deducit san
ctus thomas: licet intellectus noster possibilis
nihil potest intelligere prout est in potentia ad
intelligibilia: postꝙ tamẽ perficiatur actu forma
intelligibili: intelligere potest rem illam cui⁹ for
ma perficiatur.

¶ Quarto Notandum est ꝙ vt san
ct⁹ thomas docet in ple-
risqꝫ locis sequens aristotelem in tertio libro de
anima: intellectus agens in nobis est potentia
distincta realiter ab intellectu possibili. dicit̃ enĩ
a philosopho intellectus possibilis quo est om-
nia fieri: intellectus vero agens quo est omnia
facere scilicet intelligibilia. huius autem intelle-
ctus agẽtis sunt duo effect⁹. vnus est facere in-
telligibilia in potentia esse actu intelligibilia. qđ
facit abstrahẽdo a phantasmatibus per illustra-
tionem sui luminis species sensibilium absqꝫ in-
diuidualibus condicionib⁹. que sic illustrate re-
sultant in intellectum possibilem qui est recep-
tiuus specierum absqꝫ materia et absqꝫ materia
libus condicionibus. et ex hoc primo effectu re-
sultat secundus qui est intellectum possibileꝫ il-
lustrare per ipsam specierum intelligibiliuz illu-
strationem. et quia intellectus possibilis intelli
gere nõ posset naturali virtute nec habere pro-
priam operationem nisi per actionem intellect⁹
agentis ẜm predictos effectus: ideo dicitur in-
tellectus agens vigorare intellectum possibilẽ.
vnde sanctus thomas de veritate questione no
na articulo primo in corpe. de lumine inquit in-
tellectuali oportet nos loqui ad similitudinẽ lu
minis corporalis. lumen autẽ corporale ẽ medi
um quo videmus et seruit nostro visui in duo-
bus. vno modo in hoc ꝙ per ipsum fit visibile in
actu quod erat potentia visibile. alio modo in
hoc ꝙ visus ipse confortatur ad vidẽdum ex lu
minis natura. vnde et lumẽ intellectuale potest
dici ipse vigor intellectualis ad intelligendum.
hec ille. et inde est ꝙ potẽtia naturalis intellect⁹
possibilis ad intelligẽdum: non se extendit nisi
ad ea que per virtuteꝫ naturalẽ intellectus agẽ-
tis possunt fieri intelligibilia in actu. ¶ Ex qui-
bus inferimus ꝙ lumen glorie quo beati vident
diuinam essentiam: aliud lumẽ realiter est a lu-
mine intellectus agentis qui ponitur naturalis
potentia anime nostre. et non idem re extensiuꝫ
aut intensium prout aliqui opinati sunt. Proba
tur hoc. quia illa non sunt idem re: que non ha-
bent eandem operationem. sed lumen glorie in
beatis non habet eandeꝫ principalẽ operationẽ
quam habet intellectus agens. non enim eius ẽ
facere aliquid intelligibile in potentia: esse intel
ligibile actu: cum essentia diuina ad cuius visio-
nem lumen glorie confert: est ẜm se maxime in-
telligibilis actu ⁊ nullo modo in potẽtia. est enĩ
actus purus. Unde. S. Tho. 7. quodlibet. ar.
p°. hoc inquit lumẽ scilicet glorie non est neces-
sarium ad hoc ꝙ faciat intelligibile in potentia
esse intelligibile in actu: ad quod est nobis neces
sarium lumen intellectus agentis: quia ipsa di-
uina essentia cuꝫ sit a materia separata est per se
actu intelligibilis. sed erit necessarium tantum
modo ad perficiendum intellectum: ad qđ etiaꝫ
nunc lumen intellectus agentis valet. predictũ
autem lumen glorie sufficienter perficit intelle-
ctum ad videndum diuinam essentiam eo ꝙ ip-
sa essentia diuina totaliter est lux intelligibilis.
vnde lumen glorie ab ea in intellectum descen-
dens: facit hoc respectu diuine essentie in intelle
ctu: quod facit respectu aliorum intelligibilium
que non sunt lux tãtum: species rei intellecte si-
mul ⁊ lumen. sicut si lux sensibilis per se existeret
ad eius visionem sufficeret lumen oculum perfi
ciens sine aliqua similitudine. hec sanctus tho-
mas. et vt ibi dicit in responsione ad q̃rtũ: quia
visibilia oculo corporali nõ sunt lux tantũ: ideo
oportet ad hoc ꝙ visus determinet̃ ad ea: ꝙ nõ
solum sit illi lumen sed etiam species rei vise. Et
ꝙ lumen glorie nõ sit quoddam augmentũ vel
intensio luminis naturalis intellectus agẽtis: di
cit illud sanctus doctor contra gẽtiles libro ter-
tio capitulo quinquagesimo tertio. cõtingit in-
quit alicuius virtuteꝫ dupliciter fortificari. vno
modo per simplicem ipsius virtutis intensioneꝫ
sicut virtus actiua calidi augetur per intensionẽ
caloris vt possit efficere vehemẽtiorem actionẽ
in eadem specie. alio modo per noue forme ap-
positionem. sicut diaphoni virtus auget̃ ad hoc
vt possit illuminare: per hoc ꝙ fit lucidum actu

per formam lucis receptã in ipso de nouo. et hoc quidẽ virtutis augmẽtum requiritur ad alterius spectei operationẽ cõsequendã. virt⁹ autẽ intellectus creati naturalis non sufficit ad diuinã substãtiam videndaʒ. ergo oportet ꝙ augeat͛ ei virtus ad hoc ꝙ ad talem visionẽ ꝑueniat. nõ sufficit aũt augmentum per intẽsionem naturalem virtutis quia talis visio non est eiusdẽ rationis cuʒ visione naturali intellectus creati quod ex distãtia visoꝝ patet. oportet igit͛ ꝙ fiat augmentũ virtutis intellectiue per alicuius noue dispositionis adeptionem. hec ille.

**Quinto** Notãdum est ꝙ lumẽ glorie ponitur dispositio q̃daʒ intellect⁹ per quam ꝑficitur et eleuat͛ ad vidẽduʒ clare diuinam essentiã inq̃ʒ^m est lumen quoddam deriuatũ et impressum a luce diuine essentie et q̃dam eius participatio. ſm ꝙ propheta dicit ĩ psal mo. in lumine tuo videbimus lumen. non tamen huiuscemodi dispositio est necessaria ad videndũ diuinam essentiaʒ necessitate absoluta ita ꝙ sine ea repugnet contradictorie videre aperte diuinam essentiam. nam vt. S. Tho. tenet in hac distin. q. 2. arti. 7. in cor. sicut contingit aliquando diuina virtute ꝙ aliqua res miraculose producitur absq; dispositionibus sibi inherẽtibus sicut ꝙ virgo pariat et ignis ĩ aqua comburat: ita potest miraculose fieri ꝙ diuina virtute aliquis intellectus creatus non habẽs nisi dispositiones vie eleuetur ad videndũ deum per essentiam. Idem tenet de veritate questione decima articulo vndecimo in corpore. sicut inquit diuine omnipotẽtie subiecta sunt corpora: ita mentes. vnde sicut potest aliqua corpora ꝑducere ad effectus quoruʒ dispositio in predictis corporibus non inuenitur sicut petrum fecit super aquas ambulare sine hoc ꝙ ei dotem agilitatis tribueret: ita potest mentẽ ad hoc perducere vt diuine essentie vniat͛ in statu vie modo illo quo vnitur sibi ĩ patria sine hoc ꝙ a lumine glorie ꝑfundatur. hec ille. Uerũtamẽ necessitate proueniente ex suppositione diuine ordinationis: dici potest lumẽ glorie necessaria dispositio intellect⁹ nostri ad vidẽdũ clare diuinam essentiã. vt enĩʒ. S. Tho. dicit. p^o. 2^e. q. 110. ar. 2. in corpe non est cõueniẽs ꝙ deus minus ꝓuideat his quos diligit ad supnaturale bonũ habendum ꝙ creaturis quas diligit ad habendũ bonũ naturale. creaturis aũt naturalib⁹ sic prouidet vt non solum moueat eas ad act⁹ naturales: sed etiã largitur eis formas et virtutes quasdã que sunt principia actuũ: vt ſm ipsas ĩclinent͛ ad hũoi motus et sic mot⁹ quib⁹ a deo mouent͛ fiãt creaturis connaturales et faciles. ſm illud sapiẽtie. 8. et disponit omnia suauiter. multo igitur magis illis quos mouet ad consequendum bonum supernaturale eternum: infundit aliquas formas seu qualitates supernaturales ſm quas suauiter et prompte ab ipso moueantur ad bonum eternũ consequendũ. hec ille. et sic ex diuina ordinatione lumen glorie est necessaria dispositio ad videndũ diuinam essentiam. Secunduʒ hec igit͛ oportet dicere ꝙ vbi S. Tho. dicit nullũ intellectũ creatũ posse videre diuinam essentiã clara visione nisi fuerit lumĩe glorie illustratus: loquit͛ de potẽtia dei ordinata nõ de absoluta cui attribuuntur opera miraculosa. vnde de veritate loco proxime allegato in fine: non absolute ꝯcludit ꝙ null⁹ ĩ statu vie deũ ꝑ essentiã videt: ſʒ cũ determinatione. s. ſm cõmunẽ cursuʒ.

**Sexto** Notanduʒ est ꝙ vt accipit͛ ex dictis. S. Tho. ď veri. q. 8. ar. 3^o. in responsione ad. 12^m. et cõtra gen. li. 3. caplo 157. multiplex gradus ꝑfectionis inuenit͛ in reb⁹ ꝓut phs dicit. 2. li. celi et mundi. prim⁹ est ꝑfectissimus vt aliquid cõsequatur bonitatẽ suaʒ et sine motu et sine adminiculo alteri⁹. sicut est perfectissima sanitas in eo qui est per se sanus sine auxilio medicine et hic gradus est diuine perfectionis. secundus grad⁹ est eius quod potest consequi perfectam bonitatẽ cum modico auxilio ⁊ paruo motu. sicut eius qui habet sanitatem cũ modico exercitio. tertius gradus est eius quod acquirit perfectam bonitatem cum multis motibus. sicut ille q̃ acquirit perfectam sanitatem cum multis exercitijs. quartus gradus est ei⁹ quod nũq̃ põt acqrere perfectam bonitateʒ: sed acquirit de bonitate aliq̃d ⁊ multis motionib⁹. quint⁹ gradus est eius quod non põt acquirere aliq̃d ď bonitate nec habet aliquẽ modũ ad hoc. sicut est gradus illi⁹ in sanitate qui sanari non potest. vnde nullam medicinam accipit. nature igitur irrationales nullo modo ad bonitatem ꝑfectaʒ que est beatitudo ꝑtingere possunt. sed pertingunt ad aliam bonitateʒ imꝑfectam q̃ est earũ finis naturalis queʒ ex vi nature sue consequuntur. sed creature rationales possunt consequi perfectam bonitatem idest beatitudinem: tamen ad consequendum indigent pluribus q̃ȝ nature inferiores ad consequendum fines suos. et ideo quamuis sint nobiliores: non tamen sequitur ꝙ ex proprijs naturalibus possint attĩgere ad finem suum sicut nature inferiores. diuina nimirum prouidentia aliter disponit creaturas rationales: q̃ȝ res alias ſm ꝙ nature conditione ab alijs differunt. vnde sicut humane nature datum est a deo ꝙ per suam operationem

veritatem intelligibilez attingere possit quod aliis rebus non competit que intellectu carent: ita et diuinitus illi aliter prouisum est etiam in naturalibus: q̄z rebus intellectu carētibus: nāq̄z hominidatus est intellectus per quem veritatem discernere et inuestigare possit. date sunt etiaz ei vires sensitiue et interiores et exteriores quibus ad inuestigandam veritatem adiuuetur. datus est preterea illi loquele vsus per cuius officium veritatem quam mente concipit alteri manifestet. ex quo fit q̄ quia vltimus finis hominis in quadam veritatis cognitione constitutus est que naturalem facultatem ipsius excedit: vt scilicet ipsaz primam veritatē videat in seipsa: oportet vt ex hoc fine media illi determinentur que sint fini ꝓportionata. ac per hoc necessarium est q̄ aliquod auxiliuz supernaturale homini adhibeatur ꝑ quod in vltimum finem suum tendat. Ex quibus colligimus q̄ licet intellectualis natura creata ordinata sit ad visionem diuine essentie tanq̄z ad vltimū finem et naturaliter sit capax illius: non ideo sequitur q̄ ex puris suis naturalibus attingere possit ad ipsum finem vltimum consequendum. naz talis data est illi a deo capacitas naturalis ad vltimum finem: q̄ non per sola sua naturalia: ſ; per auxilium supernaturale dei ad illū perueniat. Et est simile de impletione preceptorum. nam quāuis precepta data sint de operibus virtutum que sunt de naturali dictamine rationis: non tamen impleri possunt ex puris naturalibus absq̄z auxilio dei speciali et gratuito. vnde hieronymus i expositione catholice fidei confitetur sic nostrū esse liberum arbitriū vt dicamus nos semper indigere dei auxilio. et augustinus in libro de spiritu et littera dicit. non moueat quod apostol⁹. Ro. 2. dixit: naturaliter eos q̄ legis sunt facere. hoc eniz agit spiritus gratie vt imaginem dei in qua naturaliter facti sumus: instauret in nobis.

QUantum ad articulum quartum respōdendum est obiectionibus aduersariorū. Et quidē ad primum scoti cōtra primā conclusionem dicit primo q̄ assumptum est falsum neq̄z arguens illud probat. Dicitur secūdo q̄ formare propositiones acute et expresse ſm figuras sylogismorum: ad rudimenta pertinet dialeticorum que docti viri nō semper tenentur obseruare in expressa forma verborum. imo eorum auctoritati derogat formā sylogisticam ſm regulas et figuras dialeticoruz summopere custodire. sed satis illis est si earum virtutem cum sensus veritate in scriptis suis teneant. et cum arguens in reductione sua confusa et incōposita dicat duas propositiones in ratione sancti doctoris virtualiter contentas esse falsas: dicim⁹ q̄ verum non est. et ad probationem dicimus q̄ assumptum est falsum si loquamur de cognitione perfecta. non enim potest haberi perfecta cognitio rei superexcedentis naturaz cognoscentis: nisi et ipsa cognitio sit superexcedens naturalez virtutem cognoscentis. neq̄z obstat q̄ imperfecti⁹ naturaliter cognoscat perfectius sicut infimus angelus supremū: quoniā talis cognitio ex puris naturalibus non est perfecta. et ideo exempluz non ē ad propositum vbi loquimur de perfecta et clara visione diuine essentie. ¶ Ad. 2m. respōdet. S. Tho. in simili de veri. q. 8. ar. 3. ad. 4m. q̄ quāuis intellectus creatus nūq̄ā tantuz eleuetur per lumen glorie quin in infinitum distet ab eo essentia diuina: tamen per illud lumē fit vt intellect⁹ vniatur essentie diuine sicut forme intelligibili: quod aliter fieri non posset. Contra gentiles vero libro tertio capitulo quinq̄zgesimo quarto respōdet q̄st idem in sententia sic dicens. huiusmodi autem lumen intellectum creatum ad dei visionem eleuat: non propter eius indistātiam a diuina subā: sed propter virtutem quā a deo sortitur ad talem effectuz licet ſm suum esse a deo in infinitū distet vt secūda ratio proponebat. non enim hoc lumen creatum coniungit intellectū deo ſm esse: sed ſm intelligere solū. hec ille. Et stat virtus vtriusq̄z responsionis in hoc q̄ licet lumen glorie q̄zm ad esse nature in infinitū distet a diuina essentia: q2 tamen habet a deo virtutem ad eleuandū et perficiēdū intellectū creatum vt ei coniungatur diuina essentia tanq̄z forma intelligibilis: sufficit ad disponendum et vigorandū intellectū ad videndū diuinā essentiam. quia inter cognoscentem et rem cognitam ac etiaz medium cognoscendi: non requiritur ꝓportio q̄zm ad esse nature sed q̄zm ad esse intelligibile. et de hoc latius dictū fuit in secūdo notabili. ¶ Ad. 3m. dicitur q̄ non militat cōtra nos qui non ponimus proportionē intellectus nostri ad deum geometricam nec arismeticam aut duplam vel triplam: sed tantūmodo ꝓportionē large dictam cognoscentis ad cognoscibile et ꝑfectibilis ad perfectiuū ſm esse cognituz. vñ. S. Tho. in hac disti. q. 2. ar. pº. in respōsione ad. 6m. dicit q̄ inter cognoscentem et cognituz nō oportet eē ꝓportionē: sed sufficit quedaz proportionalitas. vt scilicet sicut se habet cognoscens ad cognoscēduz: ita se habeat cognoscibile ad hoc q̄ cognoscatur. et talis proportionalitas sufficit ad hoc q̄

infinitum cognoscatur a finito et econuerso. Idē
in sententia respondet ad simile argumentū. p̊ª.
p. q. 12. arti. p̊°. ad. $4^{m}$. Item contra gen. li. 3°. ca
pitulo. 54. in fine respondet ꝙ proportio intelle
ctus creati ad intelligendū deum: non est ſm cō=
mensurationem aliquam proportionis proprie di=
cte: sed ſm ꝙ proportio designat quandā habi=
tudinem vnius ad alterum vt materie ad formā
vel cause ad effectum. sic enī nihil prohibet esse
proportionem creature ad deum ſm habitudinē
intelligentis ad intellectum: sicut et ſm habitudi
nem effectus ad causam. ¶ Ad. $4^{m}$. patet respō=
sio ex his que dicta sunt in sexto notabili. ¶ Ad
$5^{m}$. dicitur ꝙ proportio que requiritur inter cog=
noscentem et rem cognitam: nec est geometrica
nec ſm aliquem determinatū gradū quantitatis
dimēsiue nec virtualis cōmensurata: sed exigitur
quidam modus ꝓportionalitatis vt sicut cognos
cens se habet ad cognoscendū: ita se habeat cog=
noscibile ad hoc ꝙ cognoscatur ꝓut. S. Tho. di=
cit in hac dis. q. 2. arti. p̊°. ad. $6^{m}$. et huiuscemodi
modus attenditur in hoc ꝙ res cognita possit fie
ri forma intelligibilis cognoscentis vel ꝑ seipsam
vel per suam speciem: et ꝙ intellectus sit suscepti
uus ipsius forme. huncautem modum proportio
nalitatis non habet intellectus creatus ex puris
naturalibus: sed illi prouenit ex lumine glorie qd̄
facit intellectum susceptiuum essentie diuine per
modum forme intelligibilis. ¶ Ad ea que duran
dus obijcit cōtra eandē conclusionē dicitur ꝙ ma
ior propositio est vera de eo quod cadit sub rō=
ne formali obiecti per se et adequati. quod nō est
in proposito. nam obiectum per se intellectus no
stri est quidditas rei materialis: et obiectum ꝑ se
et adequatū intellectus angelici est substantia im
materialis composita tamen ex potentia et actu.
sub quorum neutro comprehēditur diuina essen
tia sed vtrūq; excedit sicut deductum fuit in secū
do notabili. ens autem in tota sui cōmunitate nō
est obiectum adequatum intellectus creati: sed ē
remotum et mediatum. et ideo nimirum si p̄mū
⁊ summū ens excedat proportionē potētie crea
te ad propriū obiectum. vnde et ipse arguēs coa
ctus est fateri ꝙ potentia nostra intellectiua non
cognoscit naturaliter deum vel substantias sepa
ratas nisi per creaturas corporales que sunt infe
rioris gradus: nec possunt perfecte representare
eum. Quod autem arguens dicit ꝙ excessus ob=
iecti non causat confusam et obscuram cognitio=
nem nisi per accidens: falsum est īmo de per se. nā
sicut proportio adequata potentie et obiecti cau
sat per se operationem perfectam potentie circa
obiectum: ita et dispositio ꝑ excessum obiecti cau
sat ꝑ se imꝑfectam oꝑationē potentie. Unde. S.
Tho. in. q. de anima. q. 16. ad. $5^{m}$. ait. licet intelle
ctus nō habeat organū quod possit corrumpi ab
intelligibili excedenti: tamē aliquod excellēs in=
telligibile pōt excedere facultatē intellect⁹ nostri
in intelligendo. ¶ Ad argumēta scoti cōtra secū=
dam cōclusionē: ad primū dicitur ꝙ lumen glorie
est necessarium ad hoc ꝙ intellect⁹ sit actiuus siue
elicitiuus visionis diuine. et ad huius improbatio
nem dicimus ꝙ lumen glorie est necessarium ad
actum visionis clare eliciendum: non propter ob
iectum sed propter potētiam. Necq; valēt que cō
tra obijcit. non primū quia assumptū est falsū vt
alias probatum fuit: et nunc in tertio notabili fu=
it deductum. Necq; valet secundū: quia si cum di=
citur: habitus non est simpliciter principiū agēdi
sed sic agendi: intelligatur q̄si hīt⁹ nō sit principiū
substantie actus sed dūtaxat modi agendi prout
arguens videtur intelligere: dictum est falsum vt
in precedente questione ostensum fuit. si autē in=
telligatur ꝙ habitus solus non est simpliciter pri=
cipium agēdi absq; potētia: dictum est verū ſʒ nō
militat cōtra nos. ¶ Ad. $2^{m}$. dicitur ꝙ minor est
falsa si naturaliter capiat̄. i. in puris naturalib⁹ ꝓ=
ut arguens intendit. si autem intelligatur ꝙ intel
lectus creat⁹ ex sua naturali aptitudine sit ordina
tus ad beatitudinem consequendam: vera est ꝓ=
positio sed non militat contra nos prout dictum
fuit in sexto notabili. ¶ Ad. $3^{m}$. dicitur ad minorē
ꝙ licet accidens sit imperfectius q̄ʒ natura intelle
ctualis: non tñ se habent sicut essentialiter ordi=
nata. et ideo minor non recte sumit̄ sub maiori.
Ad illud autem quod arguens subiungit ꝙ. s. fiat
natura intellectualis in tanto gradu et c̄: dicitur
ꝙ casus est impossibilis ⁊ ideo nihil concludit. vn
de ad illum casum respondet. S. Tho. in hac dis.
q. 2. arti. 6. ad. $7^{m}$. ꝙ nō quicquid sup̄addit̄ crea
ture potest esse de constitutione nature ipsius. nā
illud quod ad proprietatem nature superioris ꝑ
tinet: non potest cōmunicari inferiori nature vt il
lud naturaliter habeat nisi trāsferatur in superio=
rem naturam. sicut diaphano non potest commu
nicari vt absente lucido luceat: nisi ipsum lucidū
idest nature lucide fiat: quamuis lumen ei a cor=
pore lucido cōmunicetur. determinari autem ad
formam intelligibilem increatam est proprietas
intellectus increati: et ideo lumen illud per quod
intellectus vnitur forme intelligibili increate: cō=
municari potest intellectui creato: sed non vt ip=
sum lumen naturaliter habeat: nisi in naturam in
tellectus increati transferatur quod est impossi-

bile. Idem in sententia et breui⁹ respondet. pᵃ. p. q. 12. ar. 5. ad. 3m. ¶ Ad argumēta aureoli cōtra eandem conclusionē primo loco facta: dicitur ad omnia tertio excepto ꝙ quicquid sit de ꝓpositionibus assumptis in carū ꝓcessu nam nōnulle sunt false et alie impertinentes: et tamē omnia procedunt ex falso supposito. s. ꝙ nos ponamus ꝙ lumē glorie requiratur ad hoc ꝙ illo mediante intellectus agens cooperetur diuine essentie in causando visionem beatificam. hoc autem falsum ē. naz non ponimus lumen glorie subiectiue in intellectu agente: sed in intellectu possibili cuius est dispositio eleuans intellectum et perficiens ad recipiendum diuinam essentiam tanq̄ȝ formam intelligibilem et ad eliciendum actum visionis beate. ¶ Ad. 3m. dicitur ꝙ maior propositio non est vniuersaliter vera. naz pro premio sepe redditur homini a rege ꝙ vel assistat regi vel ei consilium prebeat aut etiam ꝙ officium honoris vel commodi exerceat: que sine eius assistētia ⁊ actionibus fieri nō possunt. et idipsum est de premio visionis beate. quia huiuscemodi preminm consistit in operatione ab homine elicita virtute et dono dei. imo in proposito nostro ecōtra argui potest ꝙ homo cooperetur premianti. quoniam meritum et premium correlatiue dicuntur et sibi inuicem correspondent. sed meritum hominis non est a solo homine: sed etiam a deo sibi cooperante. ergo et ꝓmiū non erit a solo deo sed et ab homine sibi cooperante. Ad confirmationem dicitur ꝙ dictū philosophi non probat ꝙ felicitas non sit operatio ab homine elicita: cum ipse expresse doceat in primo et decimo ethicorum felicitatem esse optimā hominis operationem. ¶ Ad ea que secundo loco obijcit: ad primū dicitur ꝙ assumptum est falsum. et ad eius probationem dicitur primo ꝙ similitudo intellectus possibilis ad materiam: nō tenet per omnia: sed solum q̄ȝm ad hoc ꝙ sicut materia est in potētia ad formas: sic intellectus possibilis ad intelligibilia. verūtamen in plurib⁹ sunt dissimilia. nā materia ꝑma est pura potētia ex sui natura. intellect⁹ vero possibilis est quedam virtus et forma et actus. et ideo magis ei competit agere q̄ȝ materie prime. Dicitur secūdo ꝙ etiam in agendo pōt dari aliqua similitudo inter materiam et intellectuȝ possibilem. qm̄ sicut intellect⁹ possibilis postq̄ȝ informat⁹ est forma intelligibili est principium agendi: ita etiam materia postq̄ȝ per formam informat̄ et actuatur potest esse principium agendi: nam actiones totius sunt compositi ex materia ⁊ forma et non tantū forme. ¶ Ad 2m. dicitur ꝙ dictum philosophi sic debet intelligi: ꝙ intellectus agēs est quo est omnia facere. s. omnia intelligibilia in potentia: esse intelligibilia actu per illustrationem phantasmatum. vnde nō debet intelligi ꝙ intellectus agentis sit omnia facere idest omnia itelligere vel omnes intellectiones elicere: sed hoc est propriū intellectus possibilis postq̄ȝ fit actu informatus specie vel forma intelligibili. ¶ Ad. 3m. dicitur primo ꝙ nullum inconueniens reputamus intellectum agentem et intellectum possibilem esse duo principia agētia respectu diuersarum operationum. alia eni operatio est intellectus agentis. s. illustratio phantasmatum et abstractio specierum intelligibilium: et alia ē operatio intellect⁹ possibilis. s. intelligere vl' indiuisibiliter vel cōponēdo et diuidendo. Dr̄ secūdo ꝙ quia itellect⁹ possibilis operationes suas elicit virtute luminis intellectus agentis: possunt ambo intellectus pro vno agente computari per illā regulā thopicā. vbi vnuȝ propter alterū etc̄. nec sic dicēdo sequit̄ ꝙ intellect⁹ possibilis sit agēs nobili⁹ et prestāti⁹ q̄ȝ intellect⁹ agens: quia etiam si habeat nobiliorē actum aut effectū: non illum habet nisi virtute intellectus agentis. ¶ Ad ea q̄ aureolus arguit tertio loco: ad primuȝ dicitur ꝙ maior est falsa. quia etiam si potentia non patiat̄ ab obiecto passione corruptiua vel abiectiua: indiget vigorari si virtus eius deficiat ab excellentia obiecti: quēadmoduȝ in ꝓposito nr̄o ꝓut dictum fuit in respōsione ad durandū contra primaȝ conclusionē. Et ad cōfirmationeȝ dicit̄ ꝙ non militat contra nos. qm̄ auctoritas phi nō aliud ꝓbat nisi ꝙ ex intelligētia ꝑfectioris obiecti: non reddit̄ intellectus min⁹ potens ad intelligēdū min⁹ ꝑfecta quēadmodū contingit in sensu ꝓpter organi passionem. hoc aūt nihil facit ad nostrū ꝓpositū. naz nec ponim⁹ intellectū nr̄ȝ deficere a clara visione dei ꝓpter organi passionē: nec ꝓpter intelligētiaȝ ꝑfectioris obiecti. imo ecōtra dicimus ꝙ quia itellectus noster ex virtute nature natus ē intelligere infima vt materialia: nō pōt ex solis naturalib⁹ ꝑtingere ad vision̄ maximi et supmi intelligibilis. ¶ Ad. 2m. dicitur primo ꝙ vt responsum ē supra similitudo materie prime ad intellectū possibileȝ nō tenet in omnib⁹. Dicit̄ secūdo ꝙ etiā materia prima intelligit̄ vigorari ad recipiēdam formam subalem per dispositiones per quas fit apta et ꝓpria talis forme. quia non quodlibet recipitur in quolibet. et consimiliter intellect⁹ possibilis vigorat̄ lumine glorie sicut quadā dispositione ad recipiēdū diuinā essentiā tanq̄ȝ formā intelligibileȝ et consequenter ad eliciendū actū visionis diuine essentie. nec vigor iste est magis intrinsecus intel

lectui q̄ꝫ vigor materie ex dispositionibus proue-nientes. q̄ autem anima rationalis infundatur ma-terie imediate: non obstat proposito. ¶ Ad. 3m. dicit q̄ lumē glorie vigorat intellectū possibilem secundo modo. s. vt dispositio mediās inter agēs et patiens vel inter potētiam ⁊ obiectū. et ad huius p̄mā impugnationē dicit q̄ assumptum est fal sum. qm̄ plerūqꝫ requirit tale mediū ꝑpter dispo sitionem patientis. ad secundam impugnationē dicitur q̄ non est ad propositū. nam non q̄rimus hic de eo qd̄ deus pōt facere per potentiam abso lutam: sed de eo quod fit ſm cōmunē cursuꝫ ⁊ ma gis cōpetit potentie dei ordinate. ¶ Ad ea vero que inducit quarto loco: ad primū dicitur q̄ assū ptum est falsum q̄ꝫm ad primā partē. et ad eius ꝓ-bationem negat maior. et ad decretalē quam ar-guens inducit: dicimus q̄ false allegatur. vnde sic dat littera decretalis referēs quintū errorē begu ardorum. quinto q̄ quelibet intellectualis natu-ra in seipsa naturaliter est beata: q̄qꝫ anima non indiget lumine glorie ipsam eleuante ad deū vi-dendum et eo beate fruendum. hec textus decre-talis. vbi constat nullam esse factam mentionem de intellectu agente cui decretalis lumē glorie at-tribuat; sed tantūmodo de anima in qua est intel lectus possibilis. cui rationabiliter attribuit tanq̄ꝫ subiecto lumen glorie pro eo q̄ est dispositio ele-uans et perficiens intellectum ad recipiendū di-uinam essentiam tanq̄ꝫ formā intelligibileꝫ et ad ipsam clare intelligendum et videnduꝫ. que duo circa quodlibet intelligibile competūt intellectui possibili non intellectui agenti. vnde sicut dedu-ctum fuit in quarto notabili: lumen glorie non est necessariū ad hoc q̄ faciat primū et principalem effectū quem in nobis efficit intellect⁹ agens: sed ad effectus cōcernentes intellectū possibilē. ac ꝑ hoc nō debet poni dispositio intellect⁹ agētis: sed dispositio et perfectio intellectus possibilis. argu ens aūt deceptus est ex appellatione nominis: q̄r dicitur lumē glorie. non aduertēs q̄ lumē appella ri consueuit omne illud quod ad manifestationē confert. ſm illud apostoli ephe. 4. omne qd̄ ma-nifestat lumē est. nec est inconueniēs q̄ in anima beata sit duplex lumen vnū naturale et aliud sup naturale respectu diuersoꝝ actuum. ¶ Ad. 2m. di citur primo q̄ licet lux illa incorporea de qua lo-quitur augustin⁹. s. lux intellectus agētis sit vita-lis per essentiam qua cum sit potētia anime viuit vita anime: nō inde sequitur q̄ omnis lux in qua et sub qua aliquid videtur: sit vitalis ꝑ essentiam. sicut patet ꝺ luce solis in qua et sub qua mens ra-tionalis per oculos videt colores: quāuis et ip-sa visio sit actus vitalis. Dicitur secundo q̄ lumē glorie reducibile est ad lucem que est vita per es-sentiam scilicet ad luceꝫ que deus est. a qua lumē glorie profluit ⁊ emanat. ¶ Ad. 3m. dicit q̄ proce dit ex falso supposito. s. q̄ intellectus possibilis sit potētia pure passiua et nullo modo actiua. quod est falsum prout in tertio notabili fuit deductum. ex qua falsitate arguens prorupit in aliū erro-rem. s. q̄ lumen glorie detur ad intendēdum ⁊ au gendum lumen naturale intellectus agentis. qd̄ non est verum prout in quarto notabili probatū fuit. imo datur ad vigorandam et ampliandam virtutem intellectus possibilis vt sepe dictuꝫ est. ¶ Ad dubia que aureolus mouet quinto loco cir ca lumen glorie: ad primū patet responsio ex solu tione data ad tertium scoti contra secundā cōclu sionem. ¶ Ad. 2m. et. 3m. respondetur sicut respō sum est ad secundam impugnationem tertij argu menti eiusdē aureoli tertio loco positi. ¶ Ad. 4m respondet sicut responsum est ad primuꝫ dubiū. ¶ Ad ea q̄ sexto loco adducit: ad p̄muꝫ dicitur q̄ assumptū est falsum. ¶ Ad responsiones vero q̄s arguens adinuenit ad auctoritates quibus lumē glorie probatur: dicimus q̄ licet quedam illarum non probent efficaciter lumen glorie: verūtamē stante veritate q̄ lumen glorie infundatur a deo intellectui beatorum sicut eius dispositio ad vidē dum diuinam essentiam quēadmodum ꝑ ecclesiā fuit determinatum: omnes ille auctoritates suo modo ad id probandum iuuāt: quāuis ab aduer sarijs aliter possint exponi. Verū q̄ prima aucto ritas dicens in psalmo in lumine tuo videbimus lumen: satis extorte ac ficticie exponitur intelli-gendo cum dicitur in lumine tuo: ipsum actum vi sionis. tum quia actus videndi quāq̄ꝫ requirat lu men: non tamen consueuit lumen appellari. tum etiam quia actus visionis quo beatus videt deuꝫ est actus ipsius beati et illi inherens et ab eo elici tus. quamobrē magis proprie dici d̄bet lumē in-tellectus q̄ꝫ lumē dei: quāuis dono dei sit habit⁹. vnde in quacūqꝫ auctoritate ibi recitata lumē vl̄ lux exponitur de actu visionis: est ip̄propria et ex-torta expositio. sed quicquid sit de alijs auctorita tibus hic recitatis que vt prediximus non effica-citer propositum probant: auctoritas tamen ec-clesie in decretali supra allegata extra d̄ hereticis capitulo ad nostrum: omnes fideles conuincit fa teri animā beatam indigere lumine glorie ad vi-dendum diuinam essentiam. Nec valet intelle-ctus quem aduersarij sola proteruia dare conan tur ad textum decretalis. quoniam actus elicitus a potentia: habet se vt eius effectus et vt aliquid

ab ea procedēs. effectus autē vel actus a potētia procedēs: non pōt eleuare et pficere potentiā ad illū met pducēdum: alio quin antequā actu sit: faceret ad sui productionē quod est impossibile et dictum magne demētie. ¶ Cum ergo decretalis dicat expresse q anima indiget lumine glorie ipsā eleuante ad deum videndum: manifestum est q per lumen glorie non intelligit actum vidēdi deū: sed aliquid aliud animam perficiēs et eleuans ad visionem dei. ex determinatione profecto ecclesie in hac decretali omnes expositiones auctoritatum in contrarium conficte dānantur. ¶ Ad ea q durandus inducit primo loco contra eandem conclusionem: dicitur q lumē glorie requiritur ad cōfortationē intellect⁹ nostri: non intendendo eius subam aut virtutē naturalē: sed perficiēdo et disponendo intellectū per modū forme inherentis. quēadmodum gratia et charitas disponūt et pficiunt animā ad actus meritorios absq eo q eius subam vel naturalē virtutem adaugeant intēsiue. vnde cessant obiectiones arguentis cōtra istam partem. Rursus dicamus q intellectus noster per lumen glorie habet vicē vnius agētis perfecti respectu talis visionis: supposita diuina essentia presente intellectui sicut forma intelligibili. et non se habēt intellect⁹ et lumē glorie tanq duo imperfecta agentia quemadmodum se habent duo trahētes nauem quorū vtrūq est quod agit: sed se habent sicut agens et principium formale quo agit. et ita cessat obiectio qua arguēs concludere putabat lumen glorie et potentiam intellectus eē eiusdem rationis in agēdo. nam vlr verū est q principium agendi quo et principium agēdi quod: sunt alterius et alteri⁹ rationis: quia vnū est formale et aliud effectiuū. vnde lumen glorie se habet ad intellectū possibilem sicut quedam virtus sibi inherens et illam informās. ac p hoc valet intellectum confortare plusq lumē solis sub quo videntur colores: oculos corporales. eo q nō se habet ad oculos sicut formaliter inherens quēadmodū se hēt lumen glorie ad intellectū. ¶ Ad ea q secūdo loco obijcit ipse durand⁹ ad primum dicitur primo q nos non ponim⁹ lumē glorie ad suscipiendū actū visionis beate vt arguens falso putat: sed ad eliciendum ipsum visionis actū. Dicitur secundo q nō est simile de forma et de dispositione ad formam. nam et in naturalibus et in moralib⁹ forme ē dispositio: sed nō est dispositio dispositionis. quia sic esset processus in infinitum. est eni in materia vel subiecto ordo et aptitudo imediate recipiēdi dispositionem ad formam. et ideo ad illam recipiendam non requiritur alia dispositio. vnde quia natura intellectualis naturalem ordinem et aptitudinem habet ex sui creatione ad videndam diuinam essentiam: eo ipso est apta nata recipere immediate lumen glorie. quod ex diuina ordinatione est dispositio propria itellectus creati ad talem visionem eliciendam et ad recipiendum diuinam essentiam tanq formam intelligibilem. non enim ad recipiendum quodcūq supnaturale requiritur preuia dispositio: sed tantūmodo ad recipiendū formam que non est principalis alterius dispositio. ¶ Ad. 2^m^. patet responsio ex his q dicta sunt ad primū scoti contra primam conclusionem. ¶ 3^m^. et. 4^m^. et. 5^m^. argumentum concedimus loquendo de potentia dei absoluta. et de hoc latius diximus in quinto notabili. ¶ Ad argumētum ante oppositū respondet. S. Tho. in hac distin. q. 2. arti. 6. ad. 4^m^. q intellectus creatus nō impeditur ad hoc q naturaliter possit deum per essentiam videre: ex defectu diuine essentie quia scilicet de se nō sit intelligibilis in actu: sed ex parte ipsius intellect⁹ creati. Et in hoc articulus terminatur.

Ulteri⁹ circa quadragesimā nonā distinctionem quęritur vtrum essentia diuina ab itellectu creato p aliquā similitudinem videatur: et arguitur q sic. q2 itellect⁹ in actu est intellectū in actu. sicut sensus in actu ē sensibile in actu. hoc autem non est nisi inquantū sensus informatur similitudine rei sensibilis et intellectus similitudine rei intelligibilis vel rei itellecte. ergo si deus ab intellectu creato videtur in actu: oportet q per aliquam similitudinem videatur. ¶ In oppositum arguitur. quia dicit augustinus. 15. de trinitate q cum apostolus dicit: videmus nunc per speculū in enigmate: speculi et enigmatis nomine quecūq similitudines ab apostolo significate intelligi possunt que accommodate sunt ad deum intelligendum. sed videre deum p essentiam: non est visio enigmatica vel specularis sed contra eam diuiditur. ergo diuina essentia non videtur per similitudinem. ¶ In hac q̄stione erunt quattuor articuli vt supra.

Quantū ad primū articulū sit ista cōclusio q̄ diuina essentia p nullā similitudinē creatā videri pōt. Hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac disti. q. 2. ar. pº. Itē pª. p. q. 12. ar. 2. Et cōtra gen. li. 3. caplo. 51. Itē in cōmēto. pª. Corin. 13.

Quantum ad secundū articulū arguit̄ cōtra conclusionē cōtra quā arguit aureolus in suo q̄libet multiplicit̄. et p̄mo q̄dē arguit cōtra pbationes illius cōclusionis. dicit enim sic in forma. si debeat tolli species a beatifica visione: hoc nō facit rō spacialis ꝛ clare noticie nec finitatio seu limitatio speciei create ppter opinionē q̄ has rōnes assignat. Primā q̄dez sic assignat. nulla similitudo speciei finita pōt repñtare diuinā essentiā. qꝺ patet primo auctoritate dionisij ꝺ diuinis nominib⁹ caplo p̄mo. q̄ dicit q̄ p similitudinē inferioris ordinis rerū nō pñt supiora cognosci: sicut p spēm corpis non pōt cognosci essentia rei corporee. spēs aūt creata iferioris ordinis est q̄ꝫ diuina essentia. ¶ 2ª. qꝛ essentia dei est ipm suum eē qꝺ nulli forme create cōpetit. et p ꝯñs eam repñtare nō pōt. ¶ Tertia rō est q̄ nullū limitatū p rōnem sapiētie vł bonitatis vel ipsi⁹ esse pōt esse similitudo ei⁹ quod ē incircūscriptuz et cōtinēs supessentialit̄ q̄cq̄d significari aut intelligi creato pāt. ꝫ talis ē diuina essentia. ergo nulla creata species pōt eam repñtare. ¶ Quartā rōnem assignāt ex claritate intuitiue noticie. qꝛ put ait augu⁹. 15. de trini. cuꝫ aplꝰ dicit. videm⁹ nūc p speculū in enigmate: speculi ꝛ enigmatis noie quecūqꜫ silitudies significate ab aplo intelligi possunt q̄ accōmodate sunt ad itelligēdū deū. sed videre deū p essentiā nō est cognitio enigmatica et specularis: sed clara et facialis. ergo nō videt̄ p spēm. sed hoc dicere ē dicere q̄ deus in se nō videat̄ sed p theophanias et speculum qꝺ est absurdū vel erroneū. Sed his nō obstantibus pbo ppositionē p̄mo qꝛ limitatio nō impedit sic. actus q̄ videt̄ diuina essentia: est expressissima similitudo ipsi⁹. sed act⁹ quo videt̄ diuina essentia est quid limitatū et finitū. ergo aliqua res limitata et finita pōt esse expssa similitudo diuinā essentiam representās. maior patet p augustinū. 15. de trini. caplo. 11. qui ait q̄ similima ē visio cogitationis rei illi vnde format̄ et ex qua gignit̄. Et. 14º. de trini. caplo. 17. tunc pfecta erit similitudo dei i mēte: quādo dei pfecta erit visio. apostol⁹ eni ioānes ait. scim⁹ q̄ñ cuꝫ apparuerit similes ei erimus q̄ñ videbim⁹ eū sicuti est. hinc apparet tūc in ista imagine dei plenā similitudinē fieri: quādo ei⁹ plenā pcepit visionē. hec ille. Et caplo. 6. dicit cogitationem qua format̄ mentis intuit⁹ imaginē rei esse. Silr et anselm⁹ dicit monol. 33. q̄ nulla rōne negari pōt cogitionē rei eē imagineꝫ ei⁹ tanq̄ꝫ ex ei⁹ impssiōe formatā. Rōne etiaꝫ patet. illꝺ eni qꝺ vltimate facit formalr vt res aliq̄ mēti appareat luceat et sit p̄sens in eē pspecto et cōspicuo: ē illi⁹ rei expssiua silitudo. hoc patet. esse eni apparēs rose q̄ mihi obijcit̄ nulla rosa existēte: illud nō ē reale sed rōnis tm̄ vł intētionale. et ideo nihil ē ex se ꝫ oportet q̄ reducat̄ ad aliq̄d reale ex cui⁹ denominatione sit. illꝺ aūt in mēte est q̄dā res q̄ est relucētia et apparitio et p̄sentialitas et silitudo conspicua rei. obm eni qꝺ sic apparet et relucet relucēs ex apparitione expressiua apparet et lucet. sed actus diuine visionis est illud quo formaliter et vltimate diuina essentia mēti apparet obijcit̄ et lucet in esse conspicuo et pspecto. da enim q̄ nulla alia mutatione facta nec ex parte dei nec ex parte beati de⁹ annihilet visionē in mēte beati: cōstat q̄ non est apparēs lucens nec cōspicua dei essentia illi menti: sed aberit fm esse prospectū. et hoc est cōmune omni actui cognitiuo. nullus eniꝫ habet in prospectu mentis rem: nisi dum actu de illa cogitat. vnde augustin⁹. 14. de trini. capitulo. 6. tanta est vis cogitationis: vt nec ipsa mens sit in prospectu suo nisi dum se cogitat. nec aliter possit esse in conspectu suo nisi cogitando. sequitur multarum disciplinarum peritus: ea que nouit ei⁹ memoria continentur. nec tamen est aliquid in conspectu mentis sue nisi dum cogitat. Et libro. 15. dicit q̄ res lucet in cogitatione virtute ipsius. ergo ipsa visio est expressissima diuine essentie imago et expressissima similitudo illius. minor autem q̄ actus sit res limitata patet. quia est creata et accidens in ꝺterminato genere qualitatis. ¶ Ad motiua vero in oppositum patet. ad primū quidem dicitur q̄ similitudinem esse inferioris ordinis q̄ꝫ sit res cognita: itelligi potest dupliciter. vno modo essentialiter quasi ipsa sit p essentiā inferior: et sic constat q̄ omnis similitudo in intellectu ex̄istēs vel de angelo vel de quauis substantia: est ordinis inferioris cum accidens inferius sit substantia nec sic intelligit dionisius. vel potest intelligi obiectiue: et sic dionisius intendit q̄ per similitudineꝫ inferioris ordinis rerum hoc est que representat inferiora: non possunt superiora cognosci. vnde exemplificat q̄ per speciem corporis non potest essentia incorporea cognosci. non ergo ex hac au

ctoritate potest iferri nisi q dei essentia videri nō potest per speciem alicuius creature. sed quando per speciem creatam non representantem creaturam sed solam dei essentiam: non infertur. vnde i argumento cōmittitur fallacia figure dictionis vł amphibologie cum dicitur per speciem rei inferioris ordinis non possunt superiora cognosci. quia vel pōt intelligi intrāsitiue. s. p speciē q̄ est p essentiā suā inferior in ordine: et sic est falsa. vel trāsitiue quasi p spēm que est de re inferioris ordinis et sic est vera nō solū cōparando spēm rei inferioris ordinis ad cognitionē rei superioris ordinis. immo etiā econuerso quia per spēm angeli non pōt homo cognosci. ¶ Ad. 2m. dicit q peccat fm nō causam vt causam. nam non causa vt causa est q non possit species representare deum que est suū esse: ppter hoc q spēs non est suū esse. sicut patet q spēs que vere est accidēs et inherēs: pōt repsentare subam et subsistens. vnde nulla esset ratio q̄ vellet ostendere q angelus non potest habere similitudinem archangeli: quia angelus in essendo subsistit. omnis aūt similitudo accidentalis inheret et non subsistit. et ratio huius est. quia repsentatio fundatur super qualitatem et conformitatē non autē sup existentiam vel inherētiam. vñ accidit rei representanti q subsistat vel inhereat vel q sit suum esse vel non sit. quāuis etiam falsum assumat. s. q species non sit suū esse vt alias ostensum fuit. quia esse non est nisi affirmatio essentie vere dicens ipam vt cōmentator dicit. 5. metha. et. 10. per consequēs omnis res est suū esse realit quāuis differat fm modum cōcipiendi. ¶ Ad. 3m dicendū q ppositio cui innitur: non est vera. s. q illud quod est incircūscriptū cōtinēs in se supereminenter quicq̄d pōt significari vel intelligi ab itellectu creato: non possit representari per speciē finitam et limitataz. pbatū est enī q actus visionis similim⁹ est diuine essentie exhibens eam presentem facialiter in esse apparenti et cognito. et tñ est quid finitū. hoc patet si ponderetur ppositio que est q spēs rei infinite dicitur infinita. fm hoc enī sciencia de diuinitate: esset infinita. vnde cum representatio fundetur super qualitatē: finitas autem et infinitas fundetur super quantitatem: est mutare quale in quantum cum arguitur. hoc est similitudo infiniti: ergo hoc est infinitum. quod i exemplo sensibili patet. quia per speciē in pupilla describitur similitudo medietatis celi eque representans eam ac si equaretur sibi in quantitate.

¶ Secundo inquit probo propositionem q clara noticia et intuitiua hoc nullo modo impediat. constat enim q noticia rei p̄sentis per visuz corporeum apprehēse et clara et facialis noticia: nō impeditur per hoc q ponitur species tanq̄ ratio videndi. et per consequens etiam non est verum q qui poneret diuinam essentiam videri per spēz tanq̄ p rationem vidēdi: poneret diuinam essentiaz non videri aut enigmate cognosci. Preterea illud quod ponit enigma et tollit noticiam facialem: est mediū creatum se tenēs ex parte obiecti. quasi act⁹ attigat illud mediū et nō diuinā essētiā p se. nō aūt tollit facialē noticiā mediuz quod est ratio cognoscendi. quia nullā non fertur sed immediate in obiectū: quāuis ratio tendēdi sit spēs ergo nō tollit facialis noticia si spēs ponatur isto vltimo modo. ¶ Quod de augustino inducitur patet q nō intelligit de quacūq creata similitudine q̄ adhibet ad intelligendū deum fm modum rationis intelligendi: sed de illa q̄ adhibet fz modum cuiusdaz medij obiecti. fm q dicit Ro. p°. q inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. et sic ponere q diuina essentia videat per speciem mediam: est erroneuz. vnde patet q contigit equiuocatio de medio in toto processu. hec ille. ¶ 2°. principaliter arguit probādo q deus videtur in patria per creatam similitudinē: qr per actum que est vera similitudo obiecti. et hoc est cōmune omni potētie cognoscitiue. s. q nulla alia species est i ea formaliter aut similitudo alia nisi actus qui similim⁹ est ipsi rei. sic q actus nō addit vltra speciem nisi actualem representationē. hanc autem propositionem que vt dicit forte videtur noua: probat duplici ratione. prima fundata in auctoritate. secunda tenente ex se. quia fm augustinum de moribus ecclesie contra manicheos: nature ordo in se habet vt cū aliquid dicim⁹ rationē precedat auctoritas. nam infirma potest videri ratio: que cum reddita fuerit auctoritatez postea per quam confirmet assumit. sed quia caligantes hominū mētes consuetudine tenebraꝝ pspicuitati aut certitudini rationis aspectum idoneum attendere nequeunt: saluberrime compertum est vt in lucem veritatis aciem titubantē inducat auctoritas. Primo ergo auctoritate fundata in ratione apparet propositio. si enim vel in intellectu vel in sensu que sunt potentie cognoscitiue poneretur aliqua similitudo distīcta ab actu et non esset ipsa similitudo idest species et actus qui imprimit ab obiecto: sequeretur q primuz receptiuum in sensu nō esset ipsa visio: et intellectio non esset purum pati ab obiecto. et hoc patet. qr fm ponentes species distinctas realiter ab actu et si simul tempore potentia respiciat vtrūq: tñ ordine nature prius respicit speciez per quā facta in actu

in actu primo: elicit actum secundum qui est cognoscere intelligere vel videre. et ita cognoscere nō est porum pati ab obiecto nec primū impressum in potentia. sed sancti et philosophi dicunt q̄ primum impressum ab obiecto in potentia: est actus ipse vt pote visio et intellectio. et de sanctis quidem patet. naz augustinus de quantitate anime capitulo. 12. dicit. quid patiuntur oculi nisi ipsum visum cum videant. si eniz me interrogares quid pateretur egrotans: egritudinez responderē. cur ergo interroganti quid videns patiatur: nō recte visum ipsum respōderem. ¶ Similiter. 11°. de trinitate caplo. 2°. dicit q̄ illa informatio que visio dicitur: a solo corpore quod videtur imprimitur. et subdit q̄ tardioribꝰ ingenijs difficile persuaderi potest in nr̄o sensu imaginez rei visibilis formari et eandem formam esse visionez. Et infra. imago rei impressa sensui: est visio sensus vel formatꝰ. et concludit q̄ imago rei que fit in sensu est visio. ¶ Similiter eodez libro capitulo. 9. dicit q̄ quatuor reperiuntur species quasi gradatim nate altera ex altera. ex specie quippe corporis quod cernitur: exoritur illa species que fit in sensu cernentis. et ab hac: ea que fit in memoria. et ab hac: ea que fit in acie cogitantis. et subdit q̄ due istarum sunt visiones. s. illa que fit in sensu cernentis: altera in acie cogitantis. propterea duas in hoc animi trinitates volui cōmendare. vnam cum visio sentientis formatur ex corpore. aliaz cum visio cogitantis formatur ex memoria. mediam autē volui: quia non sola visio dei cū forma memorie cōmēdatur. ex quo patet q̄ forma que imprimitur sensui est ipsa visio: et que imprimitur aciei cogitationis. non autem illa que imprimitur memorie quia non est potentia cognitiua. ¶ Similiter anselmꝰ monol. 33. dicit q̄ nulla ratione negari potest cum mens rationalis cogitādo intelligit: imaginem nasci in sua cogitatione: imo ipsam cogitationem esse imaginem. et concludit q̄ mēs rationalis cum se cogitando intelligit: habet secū imaginem suam ex se natam idest cogitationez ad suam similitudinem quasi sua impressione formatā. ¶ Similiter philosophus. 2°. de anima expresse dicit q̄ idem est actus sensibilis et sensus: et eadē est actio sensibilis et passio sensus. et ponit exemplum cōmentator cōmento. 104. dicēs. verbi gratia. sonare est actio soni: audire autem est passio sensus audientis. et verbi gratia. in visu passio vi sus est videre licet sit in figura nominis agētis. actio vero sui sensibilis quod est color: caret nomine in lingua greca. nunc autem cum actio sensibilis sit ipressio speciei nisi ipsa species esset ipsa sensatio formaliter sed aliqd consequens aliud a specie: non esset verum q̄ actio sensibilis et passio sensibilitatis essent idem fm rem. ¶ Similiter phs 3°. de anima postq̄ dixit q̄ intelligere est pati: declarans modum illius pati: dicit q̄ esse susceptiuū speciei. ipsum intelligere appellans speciē. et ideo cōmentator cōmento. 25. ait q̄ intelligere est in capitulo passionis et passiuus: non actio. et tamē esset actio si per spēm intellectꝰ eliceret actū. Dicit etiam cōmento. 31. q̄ abstrahere nihil aliud est q̄ facere intētiones imaginatas intellectas in actu postq̄ erant in potētia intellecte. intelligere vero nihil aliud est q̄ recipere has intentiones. constat autem q̄ ibi vocat intentiones ipsas species. ergo fm mentē sanctorum et phōrū non est aliud actus cognoscitiuus in quacūq̄ potētia apprehensiua: nisi receptio similitudinis aut speciei aut forme rei cognite. et per consequens in ea nō est alia species ponenda. nec valet si dicatur q̄ auctoritates iste intelligende sunt per causalitatē et non formaliter. vt sit sensus q̄ species sit intellectio aut sensatio quia est causa earū. hoc vtiq̄ nō valet. tum quia fm hunc modūz possent omnes propositiones essentiales infirmari. vnde posset dici q̄ homo est animal per causalitatem. tum qr talis modus loquendi improprius est nec vsitatē in philosophia: quia est causa deceptionis. in hoc enim differt phīa aristotelis ab illa platonis: quia ille loquebatur methaphorice: iste vero sub proprijs verbis. tum quia philosophꝰ et augustinus non probarent illud ad quod adducunt has propositiones si intelligantur per causalitatem. sicut apparet deducenti illud quod augustinꝰ dicit. 11°. de trinitate. intendit enim probare quandaz trinitatem in sensu: accipiendo pro parente corpus visibile: et pro prole formam impressam ac visionem ipsam. pro tertio vero intentionem copulātē. si ergo intelligeret q̄ forma et visio essent due res et q̄ forma esset visio per causalitatem et non essentialiter: tunc haberet quaternitatem qr duas proles impressas ab obiecto sub ordine quodā scilicet speculationem et visionem. cuius oppositum ipse intendit. ¶ Similiter phs in. 2°. de anima non pbaret q̄ cognoscens visionē. s. sensus cōmunis: cognosceret colorem seu colorationez ex hoc q̄ idem est actus sensitiui et sensibilis: nisi intelligeret q̄ primū impressum a sensibili est ipsa sensatio: vt a colore coloratio oculi intentionalis q̄ est visio. vbi etiam cōmentator ait q̄ intelligere nihil aliud est q̄ recipere intentiones intellectas. non potest ergo glosari q̄ hoc sit dictum per causalitatem: quia falsum diceret cū effectus sit aliud

a causa. ¶ Secundo inqt idez patet ratione dicē-
te propter quid. illud enim quod existens in potē
tia cognitiua ē sibi formaliter ratio vt res sibi ap-
pareat principaliter obiectiue: est formaliter act⁹
cognoscendi. constat autem ꝙ actus cognoscēdi
non est nisi quedam formalis apparentia. vnde ꝛ
greci vocant phantasiam et apparentiam. et ꝓp-
ter hoc augustinus vt supra allegatum est. 9°. de
trinitate dicit ꝙ ista est vis cogitationis ꝙ facit rē
esse in conspectu. vnde et conspicere nihil aliud ē
ꝙ̄ in conspectu habere. cognoscere autē et aspice
re: idem est. sed omnis similitudo formalis exīs
in potentia cognitiua vltimate disposita: est illud
quod formaliter facit eidez potentie rē presentia
liter et obiectiue apparere. et hoc patet ex dicto
philosophi. 3°. de anima anaxagoram approban-
tis. dicit enim ꝙ si intellectus haberet penes se a-
liqualem cōnaturalem speciem: faceret apparere
illud cuius haberet speciem. et ꝙ hoc prohiberet
speciem extranei apparere et quasi obstrueret in-
tellectum propter hoc quod auicenna dicit ꝙ im-
possibile erat ꝙ in intellectu remaneret species.
quia cuz sit potentia cognitiua: semper appareret
quādiu in ipso esset species per quam obiectuz ap
paret. propter idem etiam memoria non ponit̄
virtus apprehensiua: quia species ibi existētes nō
semper faciunt lucere obiectuz. et ratio huius po
test patere. quia speciei et similitudinis est repre-
sentare. vnde ponentes species: dicunt eas neces
sarias vt representent obiectum. et manifestum
est ꝙ omnis similitudo est representatiua sui simi
lis et expressiua. et per consequens cum represen
tare sit rem presentem facere: patet ꝙ si ponitur si
militudo in potētia cui potest fieri representatio
qualis est cognoscitiua: exhibebit actu rem p̄sen-
tem. igitur omnis similitudo existens in potentia
cognitiua vltimate disposita: est actus cognoscti
uus. sed si preter actum poneretur alia species: se
queretur ꝙ essent duo actus quia adhuc illa spe-
cies representaret obiectum et ipsum faceret ap-
parere vt dicit philosophus. Sed forte dicetur ꝙ
species non ponitur vt representet obiectuz quia
hoc competit actui: sed vt sit intellectui ratio agē
di vel vt coagat intellectum ac si obiectum esset p̄-
sens. vnde patet ꝙ tenet vicem obiecti in elicien-
do actum. hoc autem non valet. quantumcunqꝫ
enim coagat: adhuc ex vi sue essentie in intellectu
est illud quo formaliter obiectum cuius est simili
tudo representatur ac presentialiter apparet. nō
enim potest species separari ab actu suo proprio.
sed actus proprius speciei est representatio. imo
non est nisi representatio obiecti. ergo absqꝫ hoc
ꝙ coagat ad productionez alterius similitudinis
ipsa seipsa formaliter representaret. Et cōfirma-
tur. quia quod inest alicui per rationem cōmunē
inest cuilibet participanti illam. sed actui inest ꝙ
exhibeat obiectum et faciat formaliter apparere
ex hoc ꝙ est similitudo ꝛ representatio obiecti. er
go et hoc inerit speciei alteri si ponatur. Confir-
matur etiam quia talis species et actus nō differ-
rent nisi sicut expressior similitudo et minus exp̄s
sa: et sic sicut maior similitudo et minor. et per cō
sequens non differrent nisi per magis represen-
tare et minus. in aliquo ergo gradu faceret appa-
rere obiectum species predicta. et per consequēs
esset quedam cognitio et quoddam conspicere.
Forte etiam dicetur ꝙ nec actus nec species exhi
bent obiectum presens nec constituunt in esse ap
parenti. et ita ratio cessat. sed hoc dici nō potest.
negans enim quin obiectum aliquod esse inten-
tionale habeat et prospectum in actu intellectus
negat vniuersale; negat intentiones secūdas: ne-
gat relationes rationis. et vniuersalit̄ negat etiā
scientiam esse de rebus et veritatem omniū enū-
ciationum. et ponit ꝙ anima nihil apprehendit
et cognoscit nisi proprias passiones ꝛ illud quod
est in ea. negat quidem vniuersale; quia constat
ꝙ nec actus intellectus nec aliquid extra existēs
est vniuersale sed particulare iuxta dictum por-
phirij species in solis nudis purisqꝫ intellectibus
posite sunt. et ideo vniuersale nihil ē vel non hēt
esse nisi in anima obiectiue et sm esse intentiona-
le et apparens. Secunde etiam intentiones et re-
lationes et entia rationis non habent esse reale
nec in anima nec extra: sed tantum esse cognitū.
Similiter si actus intellectus quo enūciatur ꝙ ro
sa est flos non habet in prospectu ipsammet ro-
sam sed vel speciem vel ipsum actum: sequitur ꝙ
illa propositio est falsa quia species rose non est
species floris; nec actus est actus. sequitur etiaz ꝙ
scientia de ista propositione: non est de rebus. et
vniuersaliter qđ quid est quod lucet in phantas-
mate cuz sit aliud a phantasmate et ab actu intel
lectus: necesse est ꝙ ponatur subsistere sicut posu-
it plato: vel habeat esse intentionaliter et sm esse
apparens. et ad hoc est intentio augustini. 14. de
trinitate capitulo. 6. vbi dicit ꝙ tanta est vis co-
gitationis ꝙ nihil est in prospectu mentis nisi il-
lud vnde cogitat. et subdit ꝙ anima cogitando se
cōgeminat se vt sit in se conspiciēs et ante se cons
picua. et tota doctrina philosophi et augustini v-
bi loquitur de actibus cognitiuis: hanc veritatez
clamant scilicet ꝙ res sunt sm esse apparens cog-
nitum presentiale et prospectum vel intentiona-

le in acie cogitationis. ¶ 2°. inquit hoc potest probari ratione diuisiua. si enim preter illam similitudinem que est actus: ponatur alia similitudo in potentia cognitiua: vel esset eiusdem rationis vel alterius. sed eiusdem rationis poni non potest. tum quia accidentia eiusdem speciei solo numero differentia in eodem subiecto plura esse nõ possunt. tum quia quelibet ex illis similitudinibus esset formaliter actus cognitiuus ex quo esset eiusdem speciei. et ita bis et duplici actu cognosceret potẽtia quicquid cognosceret. nec etiam potest dici q alterius rationis: quia tunc vna esset nobilior alia: et actus esset expressior similitudo et nobilior. et per consequens contineret primã similitudinem in virtute. nunc autem due forme tales quarum vna continet aliam in virtute: incõpossibiles sunt in eodem subiecto. vnde quia anima intellectiua continet sensitiuam: incompossibiles sunt in eodem corpore. esset enim bis animatum et bis sensibile. quare et similitudo nobilior que est cognitio et ignobilior que est species cum hec contineatur virtualiter in illa tanq̃ in eminẽti: incompossibiles essent in eadem potentia simul. sequeret enim q idem bis assimilaretur alicui. vnde quia tetragonus cõtinet trigonum: figura tetragona et trigona incompossibiles sunt in eadem superficie. similiter quia calidum continet tepidum: impossibile est tepiditatem et caliditatem esse simul in eodem subiecto. et ratio sumi potest quia forma diminuta et forma eminens specifice distincte differunt sicut habitus et priuatio. ideo differentia specifica forme diminute includit priuationem. differentia vero forme eminentis includit habitum oppositum. tales autem differẽtie incompossibiles sunt in eodem. ¶ Confirmatur. quia tales forme habent rationem terminorum motus: ita q subiectum transit ab vna in aliam. quod patet quia non ex quolibet fit quodlibet primo physicorum. sed existens sub priuatione: transfertur a priuatione in habitum. vnde quecũq tales forme habent contrarietatem que exigitur ad terminos motus sicut patet d tepido et calido: quia cõtrarietas est distantia sm priuationem et habitũ vt patet. 10. methaphisice. cum ergo iste due similitudines essent representationes eiusdem rei: essent in eodem genere: nam quelibet est representatiua vnius rei. differrent autem sm expressius et nobilius et minus expressum et minus nobile. et per consequens essent termini mot⁹. vnde potentia cognitiua dum reduceretur ad similitudinem que est actus: amitteret primam similitudinem. sicut aqua amittit tepiditatem dum acquirit caliditatem. ergo preter similitudinem que ẽ act⁹ non est ponenda alia similitudo in potentia cognitiua. ¶ 4°. inquit hoc idem patet. quia si aliquid obstaret supradictis: hoc maxime videretur quia sm hoc videtur q species in intellectu non remaneant post actum considerandi: aut q intellect⁹ omnia actu consideret quorũ habet species si species sit idipsum quod intellectio. hoc autem omni experiẽtie repugnat. sed hoc nõ obstat. quia dicẽdum q licet species et actus cognitiuus idem sint sm suũ absolutũ: differũt tñ ratione in hoc q vbicũq in potentia non apprehensiua aut in tali dispositione existente in qua non est apprehensiua illa similitudo ponatur: habet rationem tñ modo speciei et non act⁹. et ideo species in memoria sensitiua aut in medio: non est apphẽsio. nõ additur aũt aliud duz est apphẽsio: nisi sola presentialitas et apparentia obiecti que est purum ens rationis. quãuis eni similitudo semp sit apta nata presentare obiectum et facere apparere: non tamẽ precise hoc habet a se nec in omni subiecto. et ppter hoc in memoria vel in medio quamuis sit species non tamen obiectum presentialiter representat. alioquin medium et memoria vere cognoscerẽt. habet ergo species in potentia cognoscitiua vt faciat apparere. quia vtrũq. s. potentia et spẽs constituunt vnũ ad quod sequit obiecti apparentia. ita q quia esse apparẽs est esse vitale: q sit hic apparitio est ex potẽtia. q vero sit talis res sub ista apparitione: est ex ipsa specie. et ideo cõmẽtator 3°. de anima cõmento. 18. dicit q sicut esse sensibile diuiditur in materiam et formam: sic esse intentionale. dicit etiam q intentio intellecta et intellect⁹ materialis faciũt vnum in actu: sic q intellectio actualis componitur ex intellectu possibili et similitudine rei q̃ vocatur intẽtio intellecta. Sic ergo ad difficultatem dicendũ q sicut species existens in memoria vel medio vel sensu distracto p fortem imaginationem vel in intellectu sm ponẽtes eam differre ab actu remanet sine actu: in his enim omnibus remanet absolutum spẽi absq hoc q actu repsentet et exhibeat psens obm: et tamẽ istud repsentare et species sola ratione differunt: sic in proposito erit dato q species nõ differat ab actu realiter sed sola ratione. s. solo actuali representare presentiam obiecti. videmus enim q dextrum et sinistrum in colũna non differt re cũ sit relatio rationis: et tamẽ amittet rationẽ dextri sola mutatione facta alibi. Est ergo sciẽdũ q intentio itellecta obiectiue habet duplex subiectũ. primum in eo q est verũ accipiẽdo verũ p esse apparẽti. et hoc subm ẽ intẽtio imaginata. nũq eni intellect⁹

noster fertur in aliquod vniuersale aut aliquã qd ditatẽ obiectiue: nisi speculãdo eam in aliquo par ticulari phantasmate. et ideo cõmẽtator ait cõmẽto. 43. ꝙ ꝓportio intẽtionum intelligibiliũ ad intẽtiones imaginatas: est sicut ꝓportio colorũ ad corpus coloratũ: nõ sicut ꝓportio colorũ ad sensum visus. intellecta enĩ sunt intẽtiones formarũ imaginationis abstracte a materia. et idẽ dicit cõmento. 18. ꝙ intẽtiones intellecte sunt de intẽtionibꝰ imaginatis sicut forme de materia. et phs ait ꝙ intelligentẽ necesse est phantasmata speculari. Secũdũ vero subm ẽ illud ꝑ quod sunt entia realia. et istud est intellectꝰ possibilis informatꝰ similitudine rei. naꝫ totum istud est intellectio realis a qua dependet esse obiectiuũ intentionis intellecte. et hoc patet etiam per cõmentatorem in predictis locis. cum ergo omne dependẽs corrũpaẗ ad corruptioneꝫ illiꝰ a quo depẽdet: necesse est ꝙ circa intellectionẽ contingat duplex corruptio et generatio. vna quidẽ in se q̃ꝫm ad reale absolutuꝫ quod ꝑ intellectioneꝫ importaẗ. et sic generaẗ intellectio in addiscente de nouo aut suscipiente similitudinem rei: et corrũpitur in obliuiscente. altera vero q̃ꝫm ad esse ꝓspectũ cũ corrũpiẗ intentio imaginata in qua sustẽtabaẗ intẽtio ista et per cõsequẽs intellectio quãtũ ad id quod dicit obiectiue. et ideo experientia docet ꝙ abeuntibꝰ vel tardatis phãtasmatibus: intellectio cessat. nõ quidẽ quo ad realitatem absolutam: sed q̃ꝫm ad actũ rationis qui est representare aut exhibere vniuersale in prospectu. et ideo dicit cõmentator cõmento. 49. ꝙ intellectus quidditatis aut vniuersalis indiget forma imaginata indiuisibili in qua sustẽtetur. et phs de memoria dicit ꝙ volens intelligere lineam simpliciter: ponit ante oculos lineã pedalem: vt in linea pedali cõsideret quidditatẽ linee simpliciter. Ex his patet ad difficultatẽ. nam in intellectu possibili remanet species et similitudo sine actuali consideratione: non tamẽ vt faciens apparere aut vt presentans obiectũ. et ita remanet absolute vt species et similitudo: nõ auteꝫ vt intellectio. sed dum phantasia existens in suo actu exhibet intentionem imaginatam sitte particulare phantasiatum: tũc similitudo illa remanẽs in intellectu: exhibet in esse obiectiuo intentionẽ intellectam q̃ in illo phantasmate sustẽtaẗ et colligatur. et propter hoc dicit cõmentator cõmẽto 18. ꝙ generatio et corruptio insunt intellectui: vł ſm ꝙ sunt entia simpliciter et hoc cum acquiranẗ aut deleantur ſm suũ esse reale ab intellectu possibili: vel ſm esse verum et sic generantur et corrumpuntur in intellectu: nõ in se per generationẽ vel corruptionem forme imaginate. Concedendum est ergo ꝙ intellectio differt a specie: nõ quideꝫ quo ad aliquid reale absolutũ: sed quia intellectio nominat ipsam spẽm vt actu exhibet obiectũ in esse presentiali et apparenti. Finaliter ergo dicit ad cõclusionẽ ꝙ ad visionem beatificã requiritur similitudo creata q̃ est actus visionis. similitudo vero q̃ sit videndi ratio vt q̃ coagat actui ad visionẽ eliciendã aut q̃ terminet visionẽ et mediet inter illam et diuinã essentiã: nullo modo est ponenda sed nec in aliqua alia cognitione. hec ille.

Quantuꝫ ad tertiũ articulũ primo notanduꝫ est ꝙ sicut idẽtitas fundaẗ in substãtia et equalitas in quãtitate: ita et similitudo fundaẗ in qualitate. dicunẗ enim res similes q̃ participãt eandẽ specie qualitatẽ. et qꝛ qualitas est quedaꝫ forma: ſm quãcũqꝫ formã accipitur similitudo extẽso nomine. vnde similitudo duo necessario exigit. s. qualitatem pro fundamẽto subiectũ similitudinis informantẽ: et aliud participãs eandẽ specie qualitatẽ ꝓ termino. est enĩ similitudo relatio similis ad simile fundata in idẽtitate qualitatis vel forme habentis modũ qualitatis. Ex quibꝰ inferimꝰ ꝙ ſm actionẽ vel passionẽ non attẽditur similitudo inter agens et patiens: ita ꝙ actio vel passio sit fundamentum talis similitudinis. probaẗ hoc p̃mo. quia fundamentum similitudinis prout fuit dictũ est qualitas. actio autem et passio sunt alterꝰ predicamenti. predicamenta vero sunt impermixta. Secundo probatur. quia licet per actioneꝫ et passionem forma agentis que est principiũ actionis conueniat passo sicut calor ignis calefacientis cõmunicatur ligno calefacto: ipsa tamẽ actio calefactionis nõ ei cõmunicatur nec passio ligni igni agẽti cõmunicatur. alioquin lignũ esset calefaciẽs ignem et ignis esset a ligno calefactus quod est absurdum. ac per hoc similitudo agentis et passi nõ fundatur super actione et passione nec ſm illa attenditur. nam ſm illam formam et qualitatem attenditur similitudo: que est cõmunis vtriqꝫ similium. cum ergo actus intellectionis seu cognitionis sit actio vel passio: consequens est ꝙ similitudo inter cognoscentem et rem cognitam non attendatur ſm ipsuꝫ intellectionis vel cognitionis actum: sed ſm qualitatem aliquam vel formam que sit cõmunis vtriqꝫ. et hanc dicimus iuxta doctrinam phi speciem intelligibilem que est qualitas impressa intellectui a re intelligibili eadẽ specie forme sue: non in essendo sed in representãdo.

nam talis conuenientia exigitur inter cognoscen tem et rem cognitam. propter quod phs dicebat tertio de anima ꝙ lapis non est in anima sed spe cies lapidis. Et confirmatur. q2 cōmunis fuit om nium phōrum sententia quia simile simili cognosci tur. et licet aristoteles dissentiat ab eis in eo ꝙ di cebant animā ex omnib⁹ rebus naturaliter cōpo ni vt omnia cognosceret: in hāc tamē sententiam consensit ꝙ omnis cognitio fit per assimilationē cognoscibilis ad cognitum. ex quo sequitur ꝙ hu iuscemodi assimilatio precedit cognitionem sicut causa effectum. et cum esse non possit per ipsam met rem cognoscibilem: sequitur ꝙ fiat per eius speciem et similitudinem precedentem in intelle ctu cognitionē. ¶ Neqꝫ obstat supradictis ꝙ. S. Tho. intentionem et conceptionem intellectus vocat similitudinem rei intellecte cōtra gentiles libro primo capitulo. 54. et de potentia dei. q. 8. arti. p°. nam in his locis et vbicūqꝫ habet talē mo dum loquendi: accipit cōceptionē vel intētionē pro conceptu mentis quē intellect⁹ format tanqꝫ terminum intellectionis seu cognitionis. qui con ceptus alio nomine vocatur verbū mentis et ha bet modum cuiusdaꝫ qualitatis vel forme p actū intellectionis vel cognitionis constitute. quēad modum in naturalibus terminus generationis ē forma per ipsaꝫ constituta seu aggenerata. vnde sanct⁹ thomas loco proxime allegato de potētia dei sic dicit. intellectus intelligendo: ad quattuor potest habere ordinē: scilicet ad rem que intelli gitur: ad speciem intelligibilem qua fit intellect⁹ in actu: ad suum intelligere: et ad conceptionem intellectus. que quidem cōceptio a tribus predi ctis differt. a re quidē intellecta: quia res intelle cta est interdum extra intellectum. conceptio au tem intellectus non est nisi in intellectu. et iterū conceptio intellectus ordinatur ad rem intelle ctam sicut ad finē. propter hoc enim intellectus conceptionem rei in se format: vt rem intellectā cognoscat. differt autem ab intelligibili specie: nā species intelligibilis qua fit intellectus in actu: cō sideratur vt principium actionis intellectus cum omne agens agat s̄m ꝙ est in actu. intellect⁹ au tem fit in actu per aliquā formam quā oportet esse actionis principium. differt autem ab actione intellectus: quia predicta conceptio consideratur vt terminus actionis et quasi quoddaꝫ per ipsū constitutum. intellectus enim sua actione format rei diffinitionem vel etiam propositionem affir matiuam seu negatiuam.

¶ Secundo Notandū est ꝙ simili tudo proprie accepta est relatio quedā inter duo similia. sed quandoqꝫ large capiendo similitudinem: forma s̄m quā at tenditur similitudo inter res similes appellatur si militudo vtriusqꝫ. per quem modum dici consue uit ꝙ species sensibilis in sensu: est similitudo rei sensate. et species intelligibilis in intellectu: est si militudo rei intellecte. et in ista acceptione capit sanctus thomas similitudinem prima parte que stione octogesima quinta articulo secūdo: ꝙ sicut forma s̄m quam prouenit actio tendens in rē ex teriorē: est similitudo obiecti actionis vt calor ca lefaciens est similitudo calefacti: similiter forma s̄m quam prouenit actio manens in agente: est similitudo obiecti. vnde similitudo rei visibilis est s̄m quam visus videt. et similitudo rei intellecte que est species intelligibilis: est s̄m quam intelle ctus intelligit. et accipitur iste modus loquēdi ex tendēdo nomē similitudinis ad omne illud quod aliud designat vel representat. Sed sciendum est ꝙ aliquid designare vel representare aliud conti git dupliciter. vno modo per continentiam quia scilicet est res quedam continens in se actu vel vir tute id quod designat seu representat simpliciter vel s̄m quid. et quod isto modo representat vel designat aliud: consueuit appellari eius similitu do modo supradicto. alio modo designat seu re presentat aliquid rem aliam non per modum cō tinentie: vt scilicet contineat realiter in se actu vl' virtute id quod representat vel designat: sed per modum enunciationis quia scilicet est quedaꝫ rei quasi verbalis expressio. s̄m quem modū nomē designat et representat rem cui est impositum: et diffinitio representat quidditatē diffiniti: et ora tio aliquam rei compositionem. hoc enim nomē homo designat seu representat naturam huma nam: quam tamen ipsum nomen realiter non cō tinet. et hec oratio diffinitiua: homo est animal rationale: designat ⁊ representat hominis quiddi tatem: cum tamen nec in partibus orationis nec ĩ tota oratione aliquid nature humane realiter cō tinetur nec actu nec virtute. quia nihil reale est in ipsa oratione quod actu vel virtute contineat hu manam naturam. et quod isto modo designat vl' representat aliud: non consueuit appellari simili tudo illius: sed bene signum vel designatio. non enim nomen vel oratio consueuit dici similitudo rei per nomen vel orationem significate. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ cū sanctus thomas dicit diui nam essentiam non posse videri etiam a beatis p

aliquam similitudinem creatam quia nulla species vel similitudo creata potest representare diuinam essentiam: intelligit de representatione primo modo dicta: et de similitudine sm consuetum modum loquendi. ac per hoc doctrine sue non preiudicat ꝙ ipsa visio beata hominum et angelorũ designet seu representet expresse et absque enigmate diuinam essentiam. nam huiuscemodi representatio: non est per modum alicuius rei vel forme continentis in se realiter perfectionem diuine essentie actu vel virtute: sm quem modum representationis accipitur ratio similitudinis. sed est quedam enunciatiua expressio per modum orationis verbalis eius quod est diuina essentia. quemadmodum in hac propositione homo est albus: continetur enunciatiue tantũmodo et verbaliter inherentia formalis qua albedo realiter inest homini. vnde sicut nullus sapiens vnquam dixit hanc orationem homo est albus esse similitudinem hominis albi: ita nec satis docte aliquis dixerit ꝙ intellectio seu cognitio sit similitudo rei intellecte: quamuis enunciatiue notificet quid sit. Ueruntamen vt eos qui contentionibus studẽt omni ex parte cõuincamus: dicamus vlterius ꝙ etiam si cognitio seu visio intellectus dicatur abusiue similitudo rei intellecte: non preiudicat doctrine sancti doctoris ꝙ visio beatorum qua diuinam essentiam clare vident dicatur similitudo expresse representãs diuinam essentiam. quoniam huiuscemodi visio ex parte principij. s. forme intelligibilis ex qua est in intellectu tota ratio representationis rei intellecte: est quid increatum et infinitum virtute. nam talis forma intelligibilis est ipsamet numero essẽtia diuina cuius virtute visio beata habet ꝙ sit expressissime representans diuinam essentiam. ac per hoc non comprehenditur sub specie vel similitudine creata: de qua sanctus thomas dicit ꝙ non sufficeret representare diuinam essentiam. nam ipse ibi loquitur de specie vel similitudine que ex omni sui parte est quid creatum. Hec diximus ad obstruendum os aduersariorum quasi respondẽtes ad hominẽ. sed verum est ꝙ sanctus thomas negans diuinam essentiam videri clare a beatis per aliquam similitudinem creatam: intelligit de similitudine que sit forma intelligibilis qua sicut principio formali intellectus determinatur ad intelligendum rem cuius est similitudo. nam vt ipse dicit de veritate questione octaua articulo primo in corpore: in omni visione oportet ponere aliquid quo videns videat rem visam. et hoc est vel essentia ipsius rei vise sicut cum deus cognoscit seipsum vel similitudo eius sicut cũ homo videt lapidẽ. et hoc ideo quia ex intelligente et intelligibili oportet aliquo modo fieri vnum in intelligendo.

Tertio Notandũ est prout sanctus thomas deducit loco proxime allegato in precedẽte notabili: ꝙ in omni cognitione que est per similitudinem: modus cognitionis est sm conuenientiam similitudinis ad illud cuius est similitudo. dico autem conuenientiã non sm esse nature sed sm representationem. sicut species intelligibilis in anima conuenit cum re que ẽ extra animam non sm esse naturale. et ideo si similitudo deficiat a representatione nature speciei non autem a representatione generis: cognoscetur res illa sm rationem generis: non sm rationem speciei. si vero etiam deficeret a representatione generis: representaret autẽ sm conuenientiam analogie tantũ: tunc etiam nec sm rationem generis cognosceretur. sicut si cognoscerem substãtiam per similitudinem entis vel accidentis. Ex quibus inferimus ꝙ similitudo creata per quam posset cognosci diuina essentia perfecte: necessario deberet representare diuinam essentiam quantum ad propriam et vt ita dixerim specificam naturã. hoc autem est impossibile create similitudini propter multa in quibus deficit a tali representatione. et iuxta propositum nostrum hoc est vnum quia nulla natura creata est suum esse. propter quem defectum nulla similitudo creata potest representare proprie et specifice diuinam essentiam que ẽ suum esse. Et hanc rationem tangit sanctus thomas prima parte questione duodecima articulo secundo in corpore. vbi non fuit mens eius assignare defectũ representationis in similitudine creata ex parte modi essendi ipsius prout aliqui falso intellexerunt: sed ex parte ipsius nature similitudinis sm quam attenditur eius representatio. vt formetur sic ratio sancti doctoris. In omni similitudine perfecte et specifice representãte essentiã alicuius rei: virtus representationis que prouenit ex natura similitudinis debet se extendere ad totum illud quod est de essentia rei representate. cũ autem nulla natura creata sit suum esse nec illud intrinsece contineat quia in omni creatura esse ẽ extrinsecum essentie et differt ab ea realiter: consequens est ꝙ nihil creatum ex sui natura habet vim representandi essentiam diuinam que est substantialiter ipsum esse purum et simplicissimum. Ex hac ratione consequuntur alia. nam quia diuina essentia est suum esse simplicissimum: sequitur ꝙ sit purus actus nihil prorsus potentialitatis habens.

cum autem nulla res creata sit purus actꝰ: quinimo omne creatum aliquid habet potentialitatis vel in sui cōpositione vel ſm ordinem seu habitudinē aliquā: saltē habet potētiam ad esse et non esse et fuit prius in potētia ꝙ̄ in actu: cōsequens ē ꝙ nulla res creata possit perfecte ⁊ quasi specifice representare diuinam essentiam. non enim actus purus per aliquid potentiale perfecte representari potest sicut nec dissimile per suum dissimile. qꝛ vt tactum est supra: omnis representatio est ꝓpter conuenientiam quam habet representans ad representatum. in eo ergo in quo disconueniunt vnum non potest directe aliud representare. i rebus autē creatis pōt essentia representari ꝑ id qḋ nō est actꝰ purus: quia nec ipsa rei essentia est actꝰ purus sed aliquid potētialitatis implicans.

¶ Quarto Notandum est ꝙ vt accipitur ex dictis .S. Tho. pᵃ .p. q. 85. arti. pᵒ. et. 2. phantasmata cū sint similitudines indiuiduorum et existāt in organis corporalibus: nō habent eundem modum existendi quē habet intellectꝰ humanꝰ qui est potentia anime non determinans sibi organum corporale. et ideo phantasmata non possunt sua virtute imprimere in intellectum possibilem. nam sicut corpus non potest agere in rem corporeā propria virtute: ita nec agens organicū potest agere ꝓpᵃ virtute in potentiā non organicā. virtute tamen intellectus agentis phantasmata illuminantis: resultat quedam similitudo in intellectum possibilē que est representatiua earum rerū quarum sunt phantasmata. non ꝙ̄ᵐ ad principia indiuidualia sed ꝙ̄ᵐ ad naturam speciei. et per hunc modū dicitur abstrahi species intelligibilis a phantasmatibus. non ꝙ aliqua eadē numero forma que prius fuit in phantasmatibus: postmodum fiat in intellectu possibili: ad modum quo accipitur corpꝰ ab vno loco et transfertur ad alterū. huiuscemodi autem species intelligibilis in intellectu possibili: non est id quod intellectus possibilis directe intelligit: sed est principium quo intellectus intelligit rem vel naturam cuius est species. ¶ Ex quibus inferimus falsam esse ne dicam vanam imaginationem quorundam dicentium ꝙ similitudo rei intelligibilis habet duplex subiectum. vnū ſm esse reale quod est intellectus possibilis. et aliud ſm esse apparens vel prospectum ſm modum loquendi illorum quod est phantasma. tum qꝛ hoc est contra omnem philosophiam. immo implicat contradictionem ꝙ idem numero accidens sit in duobus subiectis: eo ꝙ omne accidens numeratur et indiuiduatur a subiecto suo a quo habet eē. tū etiam quia sicut capiunt esse prospectum. s. ꝑ esse obiectali apparente: quod est in aliquo ſm eē ꝓspectum: non est in eo subiectiue sed tantūmodo obiectiue. nec ſm tale esse indiget subiecto sicut ens rationis. entia siquidem rationis prout deductum fuit libro primo distinctione decima nona questione tertia sub primo notabili: vt sic nō sunt in aliquo subiectiue. quia entia rationis non dicuntur entia ab esse existentie: sed ab esse intelligibili vel obiectali. ſm quod non dicitur esse aliqḋ proprie loquendo existere: sed magis intelligi aut eē intellectum vel intelligibile. esse enī obiectiue in aliquo: non est aliud ꝙ̄ esse eius obiectum. huiuscemodi autem esse: non est reale sed rationis. et inde ē ꝙ cognoscibilis inꝙ̄ᵐ cognoscibile ad cognoscentem vel cognitionem: non est relatio realis sed rationis tantū prout philosophus dicit. 5. methaphisice. Quod autem isti dicunt ꝙ species siue similitudo rei intellecte quam ipsi ratione vicī fatētur sit idē realiter quod ipsa intellectio aut cognitio pro eo ꝙ vtraqꝫ facit rem intellectā apparere: est minus bene dictum. nam sicut tactū fuit supra in secundo notabili: alio modo facit rem apparere species seu similitudo rei: et alio modo cognitio aut intellectio. sicut et apud omne agēs creatum alio modo forma seu virtus agentis est quo agens agit: et alio modo ipsa actio. nam forma seu virtus agentis est quo agens agit sicut ꝑncipio agendi et sicut habēs esse permanens in agente. actio vero est quo agens agit non sicut ꝑncipio agēdi: sed sicut actione que magis habet rationem effectus ⁊ est habens esse non permanēs sed in fluxu ac successione. vnde cessante motu agentis: cessat et ipsa actio nec amplius manet in esse. forma vero seu virtus agentis etiam cessante actione permanet. sed fieri non potest ꝙ vna ⁊ eadem res simul sit principium actionis et ipsa actio aut principium et principiatum respectu eiusdem. et iterum ꝙ simul habeat esse permanens ⁊ esse successiuū et simul sit et desinat esse. Nec ꝙ̄ᵐ ad hoc valere potest distinctio rationis inter speciem vel similitudinem et intellectionem ad quā isti confugiunt. nam nulla distinctio rationis sufficit ad hoc ꝙ de vna et eadem re finita et limitata verificentur premissa cōtradictoria predicta. vnde et isti verbis suis se conuincunt dicentes ꝙ species siue rei similitudo est in intellectu faciens rē apparere. ex quo sequitur ꝙ ipsa species et similitudo sit causa apparitionis: et per consequens ꝙ nō sit ipsa apparitio. quia causa aliud est ab effectu

intellectio vero et cognitio ex ipsa nominis ratione est apparitio rei. vnde sicut nemo satis doctus diceret formam seu virtutem agendi esse eandez rem cum actione quam causat: ita nec sanis docte potest dici ꝙ species vel similitudo faciens in intellectu rem apparere: sit ipsa rei apparitio.

Quantū ad articulum quartum respondendum est ad argumenta contra conclusionem. Et quidem ad primum contra primam rationez probātem cōclusionem: dicitur ꝙ assumptum est falsuz. et ad eius probationez dicitur primo ꝙ maior ꝑpositio est falsa capiendo similitudinem proprie et ſm consuetum modū loquendi. nam vt deductuz fuit in primo notabili: actus visionis seu cognitionis et generaliter actio vel passio non ē fundamentum similitudinis nec proprie dici potest similitudo. Neqꝫ auctoritates augustini illi suffragantur. non prima quā falso allegatur ab arguente. non enim augustinus dicit ꝙ visio cogitationis est simillima rei vnde formatur sicut arguens falsa recitat: sed dicit ꝙ visio cogitationis est simillima visioni scientie. vbi cogitationez accipit pro verbo formato ex visione scientie idest ex intellectione. vnde post verba premissa augustinꝰ subiūgit. quando ergo quod in noticia est hoc ēm verbo: tunc est verum verbū et veritas. Et parū infra. verum inquit verbū est: cum de scientia bene operandi gignitur. Et infra libro decimo quinto capitulo decimo sexto. cogitatio inquit nostra ꝑueniens ad id quod scimꝰ atqꝫ inde formata: verbum nostrum est. Ad quem intellectum facit qđ infra dicit capitulo penultimo. ait enim. ipsa scilicet trinitas ostendit tibi verbum verum esse in te quādo de scientia gignitur idest quādo quod scimus dicimus: quāuis nullius generis ligua significantem vocem vel proferamus vel cogitemus vel ex illo quod nouimus cogitatio nostra formetur. fitqꝫ in acie cogitantis imago simillima cogitationis eius quam memoria cōtinebat. patet igitur ꝙ auctoritas allegata per arguentem non facit ad eius propositum. Nec secunda auctoritas illū iuuat: nam truncate illam arguens recitat. sic enī habetur in textu. in hac quippe imagine tunc perfecta erit dei similitudo: quando dei perfecta erit visio. vbi non est mens augustini dicere ꝙ perfecta dei visio est perfecta dei similitudo: sed ꝙ perfecta dei visio facit ꝙ in imagine dei que est in homine a sui creatione eo ipso ꝙ dei capax est vt idē augustinus dicit supra capitulo octauo: sit perfecta dei similitudo. pro eo quia vt sanctꝰ thomas deducit prima parte questione nonagesima tertia articulo sexto et septimo: imago dei principaliter attenditur in homine ſm actum mentis scilicet intellectus et voluntatis. ac per hoc quanto actus mentis fuerint perfectiores sicut in patria tanto imago dei que est in mente hominis est ꝑfectior dei similitudo. vnde patet ꝙ auctoritas allegata per arguentem impertinēs est suo proposito. Ad quod nihil etiaz facit tertia auctoritas allegata: nam nec ista fideliter recitatur. non enim in toto capitulo reperitur dictū sicut arguens illđ allegat. sed quod ibi magis ad propositum trahi potest: est quod in principio capituli dicit. tanta ē cogitationis vis vt nec ipsa mēs quodāmodo se in conspectu suo ponat: nisi quādo se cogitat. ac ꝑ hoc ita nihil in conspectu mentis est: nisi vnde cogitatur. et infra cum dicit. mens igitur quando cogitatione se conspicit: intelligit se et recognoscit. gignit ergo intellectum hunc et cognitionē suaz. Sed certe ex his verbis non probatur arguentis propositum. nam non est sensus verboruz ꝙ ipsa cogitatio sit mentis imago vel similitudo: sed ꝙ ipsa mens quādo se cogitat: est sibi pro imagine ⁊ similitudine ita ꝙ seipsam in seipsa conspicit et intuetur. Apparet igitur ꝙ auctoritates augustini ꝑ arguentem inducte: nihil faciunt ad eius propositum. Nec iterum auctoritas anselmi ꝑ arguentez allegata probat eius ꝓpositum. quā cogitatio ibi capitur non pro actu intellectionis: sed pro cōceptu aut verbo per illum formato quod est terminus intellectionis et habet vim forme non actionis. Et ꝙ anselmus capiat cogitationem pro verbo vel conceptu: constat ex antecedētibus ⁊ subsequentibus. premiserat enim. vtiqꝫ verbum quo se dicit summa sapientia: cōuenientissime dici potest verbum eius ſm superiorem rationem quia eius perfectam tenet similitudinem. post que verba statim subiungit. nam nulla ratione negari potest et cetera que arguens allegat. et infra inquit. cum enim cogito notum mihi hominem absentem: formatur acies cogitationis mee in talē imaginem eius qualem illam per visum oculorum in memoriam attraxi. que imago in cogitatione verbum est eiusdem hominis quem cogitando dico. et post pauca in vltimis verbis capituli sic concludit de cogitatione formata. que imago eius verbum eius est. ¶ Ad rationem autem quam arguens adducit ad id probandū dicitur ꝙ assumptū est verū de illo quod facit rem vltimate et forma-

liter apparere sicut eius species aut forma: et non sicut operatio que enunciatiue tantūmodo facit rem apparere. et de hoc latius dictum fuit in primo et secundo notabili. In casu autem ab arguente dato si deus annihilaret visionem in mēte beati: dicimus ꝙ consequentia non est vera. nam ipsamet diuina essentia per seipsam perficiens intellectum: esset sibi apparens et lucens et conspicua etiam nullo actu intelligendi elicito ab intellectu beati. nam et cōmuni cursu prius natura species intelligibilis representat et facit apparentē rē cuius est: ꝙ̄ intellectus eliciat actū intelligendi ad ipsam rem terminatum. quod multo perfectius potest fieri si ipsa res per seipsam fiat presens intellectui quemadmodum est diuina essentia i beatis. prius enim natura ꝙ̄ intellectus dicat diffinitiue aut enunciatiue hoc est hoc de re cuius specie est informatus: habet rem ipsam cōspicuam et apparentem in ipsa specie intelligibili quasi in quodam speculo: vel in re ipsa si per se sit forma intelligibilis quemadmodum diuina essentia in beatis. Ad auctoritatē vero augustini dicimus ꝙ q2 simul tempore mens sibi relucet et est conspicua et seipsam cogitat: ideo augustinus dicit ꝙ nō est in conspectu suo nisi quando se cogitat. sed nihilominus ordine nature prius est mens sibi apparens et cōspicua anteꝙ̄ de ea actus cogitationis formetur. non enim ipsa cogitatio seu intellectio elici posset: nisi res que intelligitur aut cogitatur esset menti apparens per se vel per suam speciē. Et potest poni exemplum in eo qui videt faciem suā vel alterius in speculo. quia prius natura res cuius est facies fit apparens et perspicua per faciē ꝙ visio oculi consequatur: quamuis simul tempore sit vtrūq. vnde augustinus vndecimo libro de trinitate capitulo tertio inquit. si autem acies recordantis non formaretur ex ea re que erat i memoria: nullo modo fieret visio cogitationis. sed vtriusq coniunctio id est eius quam memoria tenet et eius que inde exprimitur vt formetur acies recordantis quia simillima sunt: veluti vnam facit apparere. Ad quod facit in capitulo sequēti cū dicit. quod ergo est ad corporis sensum aliqō corpus in loco: hoc est ad animi aciē similitudo corporis in memoria. et quod est aspicientis visio ad eam speciē corporis ex qua sensus formatur: hoc est visio cogitantis ad imaginem corporis in memoria constitutam ex qua formatur acies animi. hec augustinus. ex quibus apparet ꝙ visionem et cogitationem semper precedit in sensu vel intellectu: species vel similitudo per quam res cuius ē species reluceat et fiat conspicua. ¶ Responsiones autem quibus arguens nititur respōdere ad motiua pro nostra conclusione inducta: non satisfaciunt. non prima. nam capiendo similitudinem inferioris ordinis essentialiter vt arguens dicit vel vt melius dicitur capiendo genitiuum intransitiue in quo sensu intellexit dionisius: falsum est ꝙ omnis similitudo sit iferioris ordinis ꝙ̄ res cuius est sub ratione qua est similitudo. naꝫ sicut deductum fuit in tertio notabili: inter similitudineꝫ seu speciē representātē et rem q̄ per eam representatur: non requirit̃ cōuenientia ſm esse nature sed ſm representationē. vnde licet species vel similitudo angeli vel cuiuscūq substantie sit inferior ſꝫ esse nature: equatur tamen illi ſm esse repꝛsentatiuū si sit pfecta quia. s. representat rem ꝙ̄tum repꝛsentabilis est. hanc aūt perfectā repꝛsentationē: nulla forma aut similitudo creata habere pōt respectu diuine essentie: signanter ꝓpter illa q̄ sanctus thomas assignat locis ꝓ cōclusione allegatis. nec arguens talem representationeꝫ ꝓbauit. ¶ Nec valet secūda respōsio. qm̄ falsuꝫ est ꝙ ratio sancti doctoris peccet ſm nō causam vt causaꝫ vt arguens putauit nō intelligens vim rationis scti thome. que non stat in eo ꝙ esse sit inherens vel non inherēs vel subale vel accidētale: sed in eo quod dictum fuit in tertio notabili: quia scilicet esse dei est ipsa diuina natura ⁊ econtra. ac per hoc perfecte representari non pōt nisi per naturā que sit suum esse quod nulli nature create potest cōuenire ¶ Nec valet tertia responsio. naꝫ vt ex premissis responsionibꝰ apparet et ex dictis in secūdo notabili: actus visionis non pōt ꝓprie dici similitudo rei vise. ꝙ si ab infine arguēs contēdat similitudinē vocari: dicimus falsum esse ꝙ visio clara diuine essentie sit quid finitum ex ea parte qua vim habet perfecte representare diuinā essentiaꝫ prout ostēsum fuit in secundo notabili. ¶ Ad ea que arguens secundo loco obijcit: ad primum dicit̃ ꝙ peccat per fallaciam ſm non causam vt causam. non enim sanctus thomas negat diuinam essentiam clare videri per spēm creatam: ea ratione qꝛ visio que fit per spēm non sit clara rei visio. quia immo contrarium ipse tenet signāter in hac dis. q. 2. ar. pᵒ. ad. 16ᵐ. sed illō negat quia nulla species creata pōt perfecte repꝛsentare diuinaꝫ essentiam. Et per hec patet respōsio ad secūdū quod ꝓcedit ex eodem falso supposito. ¶ Rursus responsio quam dat ad auctoritatē augustini nō valet. qm̄ sensus quem in ea habuit arguens est contra intentionē augustini. naꝫ augustinus ibi duo tetigit in quibꝰ

differt visio dei quam nunc habemus a visione patrie. vnde in eo q dixit nunc videmus per speculum: tetigit modum visionis per mediū obiecti visi. de qua visione responsio arguentis procedit. Sub enigmatis nomine: quācūq3 similitudinez designauit et non solū que est per mediuz obiectum prout augustinus ibi expresse dicit. ait enim. proinde quantum mihi videtur sicut nomine speculi imaginem voluit intelligi .s. apostolus: ita nomine enigmatis quāuis similitudinem tamē obscuram et ad prospiciēdū difficilem. hec augustinus. ¶ Ad ea que arguens secundo principaliter adducit ad probandum q deus in patria videtur p creatam similitudinem .s. per actum visionis que est vera similitudo obiecti: cōcedimus consequētiam. est enim verissimū q videre et cognoscere seu intelligere non est purum pati sed sunt operationes presupponentes quandam passionem prout latius ostensum fuit pmo libro disti. 35. sub pmo notabili. Et ad huius improbationem: respōdemus primo ad auctoritates. vnde ad primam augustini dicitur q sentire et intelligere presupponunt receptionem speciei sensibilis et intelligibilis in sensu et intellectu. et quia omnis receptio ē quedam passio large sumpta: ideo sentire et itelligere quandoq3 dicuntur esse quoddam pati. nō predicatione essentiali: sed per causam. quia .s. ex predicta receptione specierum que largo modo dicitur passio causatur itelligere et sentire. Unde S. Tho. pª. p. q. 85. arti. 2. ad. 3ᵐ. pmo inquit cōsideratur passio intellectus possibilis fm q informatur specie intelligibili. qua quidem formatus format secundo vel diffinitionem vel diuisionem vel compositionem que per vocem significatur. Item primo sententiarum distinctione quadragesima questione prima in corpore dicit. sentire qᵐ ad ipsam receptionem speciei sensibilis: nominat passionem. similiter et intelligere quod etiaz pati quoddaz est vt in tertio d anima dicitur. sed qᵐ ad actum consequentē ipsum sensum pfectum per speciem: nominat operationem que dicit motus sensus. de quo dicit phs in tertio de anima q est actus perfecti. hec sanctus thomas. Ex quibus patet q sentire et intelligere qᵐ ad sui substātiam actiones et operationes sunt. sed quia non sunt sine passione aliqua .s. receptione specierum aliquando vocantur quoddam pati predicatione per causam. Et per hec patet responsio ad auctoritates philosophi et cōmentatoris in quibus intelligere et sentire vocantur pati. in omnib⁹ eni loquūtur de sentire et intelligere qᵐ ad receptionem speciei sensibilis vel intelligibilis. per quam sensus et intellectus prius natura informantur q eliciant operationes suas que sunt sentire et intelligere. et q ista fuerit mens phi et cōmentatoris probatuz fuit libro primo distinctione. 35. ¶ Ad secundā auctoritatez augustini per quam nititur probare q forma vel species rei vise in sensu vel intellectu sit ipsa visio: dicitur q arguens non habuit verum intellectū in verbis augustini. naz in eodez capitulo expresse ponit augustinus preter visionem: formam seu spēm corporis visi impressam sensui visus. sed vt ipse augustin⁹ ibi dicit: qr ipsa speciei impressio et visio sunt ita coniuncte vt simul tempore sint: non discernuntur sensu sed ratione quāuis duo diuersa sint. ait enim sic quasi in medio capituli. ideoq3 non possumus quidem dicere q sensuz gignat res visibilis: gignit tn̄ formā velut similitudinez suā que fit in sensu cum aliqd videndo sentim⁹. sed corporis formā quod videmus et formā que ab illa in sensu videntis fit per eundem sensum: non discernim⁹. qm̄ tanta coniunctio est vt nō pateat discernendi loc⁹. sed ratione colligimus nequaquā nos potuisse sentire: nisi fieret in sensu nr̄o aliqua similitudo ɔspecti corporis. hec augustin⁹. et infra sic cōcludit. que cū ita sint tria hec quāuis diuersa natura queadmodum in quandā vnitatē contēperent memineriīn⁹ .i. species corporis quod videt: et impressa ei⁹ imago sensui que est visio sensus ue format⁹: et volūtas animi que rei sensibili sensum admouet in eoq3 ipsaz visionem tenet. et parū infra inquit. cum igit horum triū tā diuerse sube sint: tamē in tantā coeunt vnitatē vt duo priora vix intercedēte iudice ratione discerni valeant. species videlicet corporis qd videtur: et imago eius q fit in sensu .i. visio. Itē i caplo tertio sequenti parum post principiū sic ait. pro illa specie corporis q videbat extrinsecus: succedit memoria retinens illam spēm quā per corporis sensuz combibit anima. proq3 illa visione q foris erat cum sensus corpore visibili formaret: succedit intus similis visio et c. et paruz infra. sicut inqt rōne discernebat species visibilis qua sensus corporis formabat: et eius similitudo q fiebat in sensu formato vt esset visio ita erāt cōiuncte vt omnino vna eadēq3 putaret: sic illa phantasia et c. hec augustinus. Ex quib⁹ manifeste apparet q preter visionē augustin⁹ ponit speciem seu similitudinem corporis informātē sensum visus. ac p hoc arguens falsum habuit intellectū in verbis augustini dicens augustinum tenuisse nullam aliam formaz vel similitudinem imprimi a corpore visibili in visum: nisi vi-

sionem. ¶ Tertia vero auctoritas per arguentē inducta ex caplo nono eiusdē libri: manifeste pro nobis facit. arguēs autē truncate illam recitat. naȝ sic iacet in textu. in hac igitur distributione cuȝ incipimus a specie corporis et peruenimus vsq; ad specieȝ que fit in contuitu cogitātis: quattuor species reperiunt̄ quasi gradatim nate altera ex altera secunda de prima tertia de secunda quarta de tertia. a specie quippe corporis quod cernit̄: exoritur ea que fit in sensu cernentis. et ab hac ea q̄ fit in memoria. et ab illa ea que fit in acie cogitantis. quapropter voluntas quasi parentē cū prole ter copulat. primo speciē corporis cum ea quam gignit in corporis sensu. et ipsam rursus cum ea q̄ fit ex illa in memoria. atq; istam quoq; tertio cuȝ ea que ex illa parit̄ in cogitantis intuitu. hec augustinus. vbi manifeste ponit spēm corporis distinctā a visione quam dicit secundā speciem q̄ fit in sensu videntis per moduȝ quo proles distinguitur a parente. qui in omnibus etiam in diuinis realiter distinguūtur. et vocat hanc specieȝ min⁹ proprie ſm acceptionem similitudinis secundā quam posuimus in secundo notabili. ¶ Ad auctoritatē anselmi supra responsum est. ¶ Ad primā auctoritatem phi ex secundo de anima dicim⁹ q̄ non militat cōtra nos imo pro nobis facit. nam actus sensibilis ibi sumitur pro specie rei sensibilis qua sensus informatur et fit vnum ex specie et sensu sicut ex potentia et actu. q̄ autē eadem est actio sensibilis et passio sensus: non est ad propositū. nam questio nostra nō est an actio et passio sint idem sed vtrū species visibilis et visio sint idem. et generaliter vtruȝ species sensibilis aut intelligibilis et sensatio aut itellectio sint idē. ¶ Ad dicta vero cōmentatoris et ad auctoritates phi quib⁹ videntur dicere q̄ sentire et intelligere est quoddā pati responsum est supra respōdendo ad ea q̄ arguēs secundo pricipaliter obijcit. Quod arguens dicit q̄ si visio aut sensatio vel intellectio nō essent primū et solū quod sensibilis res et intelligibilis imprimunt sensui aut intellectui: nō probarēt augustinus et phs intētionē suam: dicim⁹ q̄ est falsum. imo si non ponerēt spēm rei sensibilis vel intelligibilis distinctā ab actu sensationis et itellectionis non ꝓbarēt intētionē suā: sicut aperte deduximus ex auctoritatib⁹ augustini. ¶ Ad rationem vero quā arguēs putat esse dicentē propter quid: dicimus q̄ maior est falsa vniuersaliter sumpta. nam dupliciter aliq̄d dicit̄ ratio formalis agendi. vno modo sicut forma q̄ in agēte est principiū agendi sicut caliditas est igni principiū formale calefaciē-di. alio modo dicitur aliquid formaliter agere ꝑ aliud non tanq̄ꝫ principiū actionis: sed tanq̄ꝫ per ipsam actionē. ignis eni calefacit formaliter caliditate tanq̄ꝫ principio calefaciēdi: et calefactione tanq̄ꝫ actione. maior ergo ꝓpositio habet veritatem de eo qd̄ est ratio formalis secundo modo et non ꝑmo modo: ſm quē species sensibilis et intelligibilis est rō formalis sensui et intellectui vt res sensibilis aut itelligibilis sibi appareat obiectiue. vnde omnia q̄ arguēs adducit ꝓ se probāt q̄ act⁹ sentiēdi et intelligēdi faciūt formaliter rē apparere sensui aut itellectui secūdo modo: nō ꝑmo modo. Quod autem arguēs adducit ex dicto phi cōtra anaxagorā nō est ad ꝓpositū. qm̄ phs nō reprehendit ipsum pro eo q̄ poneret in anima vel itellectu spēm aduenticiā a sensib⁹ impressam: ſ; quia posuit q̄ anima esset cōposita ſm esse naturale ex omnib⁹ rebus vt sic omnia cognosceret. nā et ipse phs species rerū intelligibiliū ponit in intellectu a sensibilibus acceptas per quas cognoscit. vnde in eodem tertio libro dicit q̄ lapis nō est i anima sed species lapidis. Cum autem arguēs obijcit q̄ tunc due essent in intellectu similitudines aut species representantes rem intelligibilē: dicimus primo q̄ illud non est nobis incōueniens cuȝ sint diuersaruȝ rationū: quemadmodū et sunt duo qb⁹ omne agēs creatum formaliter agit vt paruȝ supͣ diximus. Respondemus secundo q̄ species sensibilis vel intelligibilis est ꝓprie similitudo rei. sed actus sentiendi vel intelligēdi dicit̄ improprie et abusiue similitudo rei itellecte vel sensate ꝓut in secūdo notabili et in quarto fuit deductuȝ. Et cū iterū arguens infert q̄ tūc duo actus essent in itellectu: cōcedimus cū sint diuersarū rationum. naȝ species intelligibilis vel sensibilis habet rationeȝ actus ꝑmi. sensatio vero aut intellectio seu visio hēt rationē act⁹ secūdi q̄ ē opatio. quēadmodum et in eo q̄ virtuose opat̄: simul sunt duo act⁹ distincti. s. virt⁹ tanq̄ꝫ act⁹ primus opantem informans et opatio virtuosa tanq̄ꝫ act⁹ secūd⁹ ab opāte elicitus. vn̄ frustra arguēs laborat q̄ si ponit̄ in itellectu species ꝑter actū intelligēdi: q̄ illa erit repͣsentatiua rei intelligibilis. qm̄ illud nos libenter admittim⁹. imo ad eundē actū spēm intelligibilē ponim⁹. Cū aūt arguens dicit q̄ tunc species ꝛ act⁹ intelligēdi nō differrēt nisi ꝑ magis representare et min⁹ in eadem specie: dicim⁹ q̄ est falsum. quia imo differūt ꝑ magis ꝓprie et minus ꝓprie representare et ſm diuersam specificā rationē prout in secūdo notabili deductū fuit. ¶ Ad secundā ꝓbationē per rationē diuisiuaȝ: accipim⁹ secūdā partē

diuisionis.s. ꝙ sunt alteri⁹ rationis. et ad hui⁹ partis improbationem dicamus ꝙ vna est nobilior alia. quia species est nobilior similitudo rei intelligibilis q̄ȝ actus intelligendi: quia est magis propria. et cum arguens infert ꝙ tunc actus intelligendi esset nobilior similitudo et contineret aliā negatur consequentia. immo econtra species intelligibilis est nobilior et continet virtute actum intelligendi. quemadmoduȝ omnis forma que ē principium agendi est nobilior actione et eaȝ virtute continet cum eius virtute producatur. ¶Cum vero arguens obijcit ꝙ due forme quarum vna continet aliā virtute sunt incompossibiles in eodem subiecto: dicitur ꝙ illud habet veritatē quādo forme sunt eiusdē rationis et ordinis sicut due forme substantiales vel duo trigona et calidū et tepidum et similia: sed non est verum quādo forme sunt diuersarum rationum et ordinum quemadmodum forma agendi et actio. simul enīȝ sunt in agente virtus et potentia agendi et actio īmanens. et forma substantialis et forma accidentalis per eius virtutem agens. ¶Neqȝ est inconueniens ꝙ idem bis assimiletur alicui sicut vnum pomum bis potest. i. sfm duo assimilari alteri. s. in colore et sapore. vnde quia totus processus arguētis fundatur in pluralitate formaruȝ eiusdem ordinis et rationis: nihil ad propositū cōfert. ¶Ad illa autem que arguens adducit contra aliqua q̄ obstare possunt si species intelligibilis esset idipsum quod intellectio: respondemus ꝙ inter ea q̄ obstant: hoc est vnum quod arguens tangit. nec valet responsio vel magis fuga ad quam arguēs recurrit. nam distinctio rationis quam arguēs assignat inter speciem et actum intelligendi: dicens illa esse eandem rem absolutam: est fictio quedā impossibilis. ¶Probatur hoc. quia omnis actio et operatio aut passio est de numero entium successiuorum q̄ȝ mīrū(?) ad sui substantiam: de quorū ratione est ꝙ peracta transeunt et non sunt: quamobrem dicuntur successiua. ergo postq̄ȝ intellectio perficitur in intellectu: statim transit et non est. ac ꝑ hoc non potest in memoria remanere sfm sui substantiam. ¶Cum autem species rei intelligibilis in intellectu et in memoria maneat post actualem considerationem prout sepe augustinus dicit in locis per arguentem allegatis libro vndecimo et quindecimo de trinitate: sequitur ꝙ species intelligibilis et visio seu intellectio nō sunt nec esse possunt vna et eadem res absoluta. ¶Et confirmatur. quoniam augustinus vndecimo de trinitate capitulo secundo expresse dicit speciem rei visibilis et visionem esse duo distincta: et ꝙ se habent adinuicem sicut parens et proles: que non solum in reb⁹ creatis sed etiam in diuinis realiter distinguūtur. ¶Et preterea signanter in eo libro vndecimo capitulo tertio et quarto aperte ponit in memoria speciē rei visibilis distinctam a visione. ait enim in principio capituli tertij. quia etiaȝ detracta specie corporis que corporaliter sentiebatur: remanet ī memoria similitudo eius quo rursus voluntas cōuertat aciem vt inde formetur intrinsec⁹: sicut ex corpore obiecto sensibili sensus extrinsecus formabatur: atqȝ ita fit illa trinitas ex memoria et interna visione et que vtrūqȝ copulat voluntate. ¶Et parum infra. pro illa inquit specie corporis que videbatur extrinsecus: succedit memoria retinens illam speciem quam per corporis sensum combibit anima. proqȝ illa visione que foris erat cū sensus corpore visibili formaretur: succedit intus similis visio: cū ex eo quod memoria tenet: formatur acies animi et absentia corpora cogitantur. voluntasqȝ ipsa quomodo foris corpori obiecto formandum sensum admonebat formatūqȝ iungebat: sic aciem recordantis animi conuertit ad memoriam: vt ex eo quod illa retinuit ista formetur et sit in cogitatione similis visio. sicut autem ratione discernebatur species visibilis qua sensus corporis formabatur et eius similitudo que fiebat ī sensu formato vt esset visio: alioquin ita erant cōiuncte vt omnino vna eademqȝ putaretur. sic illa phantasia cum animus cogitat speciem corporis cum constet ex corporis similitudine quam memoria tenet ⁊ ea que īde formatur ī acie recordātis animi: tamen sic vna et singularis apparet: vt duo quedam esse non inueniantur nisi indicante ratione: qua intelligimus aliud esse illud quod in memoria manet etiam cum aliunde cogitamus: et aliud fieri cum recordamur idest ad memoriā redimus et illic inuenimus eandem speciem. quā si iam ibi non esset: ita oblitos nos esse dicerem⁹ vt omnino recolere non possemus. si autem acies recordantis non formaretur ex ea re que erat in memoria: nullo modo fieret visio cogitantis: sed vtriusqȝ coniunctio idest eius quaȝ memoria tenet et eius que inde exprimitur: vt formetur acies recordantis: quia simillime sunt: veluti vnam facit comparere. cuȝ autem cogitantis acies auersa inde fuerit: atqȝ id quod in memoria cernebatur destiterit intueri: nihil forme que impressa erat in eadem acie remanebit: atqȝ ideȝ formabitur quo rursus conuersa fuerit vt illa cogitatio fiat. manet tamen illud quod reliquit ī memoria: quo rursus

cū id recordamur cōuertat: ⁊ ꝯuersa formet atq3 vnū cū eo fiat vñ formaṫ. hec oia augu⁹. et i caplo 4°. post mediū sic cōcludit. qđ ergo est ad corpis sensum aliqđ corp⁹ in loco: hoc ē ad animi aciem similitudo corpis in memoria. et qđ ē aspicientis visio ad eam spēm corpis ex qua sensus formatur hoc ē visio cogitātis ad imaginē corpis in memoria cōstitutā ex qua formaṫ acies animi. et qđ ē intentio volūtatis ad corp⁹ visum visionēq3 copulādā vt fiat ibi q̄dā vnitas triū q̄uis eorū sit diuersa natura: hoc ē eadē volūtatis intētio ad copulādā imaginē corpis q̄ est in memoria et visione cogitātis. hec augustin⁹. Ex qbus verbis manifeste apparet ꝙ tā in visione exteriori q̄3 in visione interiori: duo sunt realiter species sensibilis vl̄ intelligibilis et ipa visio q̄ quādo ē interior vocaṫ quādoq3 ab augustino cogitatio. Rursus ex p̄dictis verbis augustini plane accipiṫ ꝙ nisi species esset in memoria: nō formareṫ visio iterna seu cogitatio: qr ex specie formaṫ ipsa visio: sicut et visio exterior ex specie sensibili. Patet igiṫ esse ab arguente cōfictū cōtra intētionē augustini ꝙ spēs intelligibilis et intellectio seu visio itellectualis sit vna et eadē res sola ratione disticta. vñ argnēs nō valens fictionē suā saluare et veritate conuict⁹ redit ad nr̄am sententiā dicēs. habet ergo spēs in potentia cognoscitiua vt faciat apparere: qr vtrumq3 .s. potētia et spēs cōstituūt vnum ad qđ sequiṫ obiecti apparentia. hec ille. obiecti vero apparentia: est eius visio seu cognitio. vñ cū dicat illa3 cōsequi ex potētia et specie ſm ꝙ vnū fiūt .s. in esse intelligibili: consequēs est ꝙ alia res sit species et alia visio sicut se habēt causa et effectus. Dictum aūt cōmentatoris sane intellectu3: pro nobis facit. nam nos cōsimiliter dicim⁹ ꝙ potētia intellect⁹ et spēs intelligibilis se habēt sicut materia et forma ⁊ fiūt vnū in actu ſm esse intelligibile qđ cōmētator vocat esse intētionale. ita ꝙ intellect⁹ in actu est q̄d cōpositū ex potētia intellectiua et ex specie intelligibili q̄3m ad eē itellectuale. vnde arguēs quēadmodū golias suo se interimit gladio. ¶ Reliqua vero q̄ arguēs longo sermone recitat ⁊ cōmēdat notāda: magis certe veniūt reprobāda, put ex q̄rto notabili fit manifestū. ¶ Ad argumētum ante oppositū respōdet. S. Tho. p^a. p. q. 12. arti. 2. ad 3^m. ꝙ diuina essentia est ipsu3 esse. vnde sicut alie forme intelligibiles q̄ nō sunt suū esse: vniunṫ intellectui ſm aliquod esse quo informāt ipm intellectū et faciūt ipsum intellectu3 in actu: ita diuina essentia vnitur intellectui creato vt intellectu3 in actu: per seipsam faciens intellectum in actu. Et in hoc articulus terminatur.

CLtmocir ca quadragesimā nonā distinctionē queritur vtrū vidētes deū videāt in eo oia que de⁹ videt vl̄ q̄ possūt in ipso videri: ⁊ arguitur ꝙ sic. qr qui intelligit quod mai⁹ est: potest intelligere minima vt diciṫ tertio de aia. sed oia q̄ de⁹ fecit vel facere pōt: sunt min⁹ q̄3 eius essentia. ergo quicūq3 intelligit deū ꝑ essentia3: pōt intelligere omnia q̄ de⁹ fecit vel facere pōt. ¶ In oppositum arguitur. quia angeli vidēt deum ꝑ essentiam: et tamē non omnia sciunt. inferiores enim angeli purgantur a superiorib⁹ a nesciētia vt dicit dionisius caplo. 6. celes. hierar. ipsi etiam nesciunt futura contigētia nec cogitationes cordiū. hoc enim est soli⁹ dei. nō ergo quicunq3 videt dei essentiam: videt omnia. ¶ In hac q̄stione erunt quattuor articuli vt sup.

QUantu3 ad primū articulu3 sit prima conclusio ꝙ nullus intellectus creatus videndo dei essentiā: videt in ipso omnia que de⁹ facit et facere potest. Hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac dis. q. 2. ar. 5. Et p^a. p. q. 12. ar. 8. Itē de veri. q. 8. ar. 4°. Et cōtra gen. li. 3. caplo. 56. ¶ Secūda cōclusio est ꝙ intellectus creat⁹ videns diuinam essentia3 quodāmodo videt i ea oīa: nō tn̄ oīa simplr̄. Hāc ꝯclusione3 teñt. S. T. cōtra gē. li. 3. capi. 59.

QUantum ad secūdū articulū arguiṫ cōtra cōclusiones. Et q̄dē cōtra p̄mā arguit godofred⁹ sexto quodlibet q̄stione tertia vbi sic dicit. dicūt q̄da3 ꝙ de⁹ pōt videri absq3 hoc ꝙ aliq̄ creatura videaṫ in eo. qr itellect⁹ limitat⁹ pōt ꝯsiderare absolutu3 nō ꝯsiderādo relatiuū: dato ꝙ sint idē absolutū ⁊ relatiuū. ſ; de⁹ ē p̄ncipiū cognoscēdi se ſm ꝙ est q̄d absolutū: ⁊ ē p̄ncipiū cognoscēdi creaturas ſm rōnē relationis q̄ ē idea. ḡ itellect⁹ creat⁹ pōt videre deū nō vidēdo creaturā i ipo: qr pōt ip̄3 ꝯsiderare nō ꝯsiderādo ideā. istđ nō valet. qr cū essētia diuina ex sua ifinitate sit oīu3 rep̄sentatiua: idea aūt nō ē aliud q̄3 essētia diuia iq̄3m rep̄sentatiua alioꝝ. distīcte ḡ nō pōt videri absq3 visione idee nec ecōtra. Alij dicūt ꝙ quāto aliq̄s itellect⁹ plura videt i aliq̄

pncipio: tāto pfecti⁹ ipz intelligit. q aūt itelligit ī alī q alia cognoscibilia: cognoscat ipsum q̄ꝫ ᵐ ē cognoscibile. et per cōsequēs comprehēdit ipm. sed nullus intellectus creatus pōt deum comprehendere. ergo nullus intellectus creat⁹ videt in deo omnia: sed aliqua sic ⁊ aliqua non. istud aūt non valet. vnde sciendū est ꝙ quedam sunt q̄ per diuinā essentiā naturaliter rep̄sentanᷓ sicut omnes q̇ditates: ⁊ hec videnᷓ necessario visa diuina essentia. qḋ patet primo sic. quia que equaliter habēt representari ꝑ diuinā essentiā: equaliter habēt videri per eam. sed omnia talia equaliter habēt representari per diuinam essentiam: ergo equaliter videri. minor probatur. quia essentia diuina equaliter representat ea q̄ per eam ſm suam infinitatē representanᷓ. sed essentia diuina ſm suam infinitatē habꝫ naturaliter esse similitudo omnia talia representās. ergo et ē. nec pōt dici ꝙ diuina essentia sub ratione vnius idee possit rep̄sentare vnuꝫ et sub ratione alteri⁹ nō representare illud: qꝛ ab illo nō pēdet representatio diuine essentie: quod sequitur actū intelligēdi quo essentia diuina actu intelligitur. sed idee sunt b'ſiōi quia intelliguntur constitui actu intelligēdi quo diuina essentia actu intelligitur vt imitabilis a diuersis. ergo non pōt dici ex parte idee ꝙ essentia diuina non equaliter representet. Sed ad hoc dicunt quidā ꝙ sicut de⁹ pōt se ostendere sub ratione entis et veri sine hoc ꝙ ostendat se sub rōne boni et finis: et per consequēs pōt videri et non diligi: ita pōt se manifestare et suspendere actionem qua nata est creatura i ea videri. Sed hoc nihil est. quia vtrūqꝫ qḋ assumitur est impossibile. s. videri diuinā essentiā sine ratione boni et sine creatura. tum quia dato ꝙ dicant verum: adhuc stat ꝙ si deus non suspendat actionem qua videtur creatura in eo: qua ratione videretur vna et alia: quia nō est processus ab vno in aliud vel ab ignoto ad notum. et ideo vel omnes videbunᷓ vel nulla. predicta aūt positio non ponit ꝙ nulla: ergo omnes. Sed adhuc ad p̄dicta respondetur ꝙ quia ad beatitudinē sanctorum videntiū deum: ptinet videre in deo ea q̄ faciunt ad perfectioneꝫ vniuersi: ideo illa videntur non aūt alia que deus facere pōt. sed nec hoc valet. quia licet in cognitione per medium creatum intellectus magis determineᷓ ad cognoscenduꝫ ista q̄ꝫ illa: tamen illa cognitione q̄ est per diuinā essentiam: nō magis cognoscunt hec q̄ꝫ illa: quia ſm mediū cognitionis iudicandū est de cognitione. sed medium est essentia diuina q̄ equaliter se habet ad representandū hec ⁊ illa. ergo cognitio q̄ fit per diuinam essentiam: non plus respicit pfectionē istius vniuersi q̄ꝫ alia. ¶ 2°. patet hoc sic. quia omnis creatura ſm ꝙ habet esse in deo: est creatrix essentia. ergo equaliter se habet vt videatur per creatricem essentiam. ¶ 3°. quia maius ē videre infinitatem diuine essentie: q̄ꝫ entitatem cuiuscūqꝫ creature. sed itellectus beatus efficitur potens videre infinitatem diuine essentie. ergo multo plus efficitur potens videre in ea omnem creaturam etiam possibilem. et sic nō est dare vnde statuatur numerus determinatus visibiluꝫ in diuina essentia quin omnia videantur. Si dicaᷓ ꝙ plus est videre diuinam essentiam et res in diuina essentia q̄ꝫ diuinam essentiam tantum: nō valet cum omnia videantur per idem medium. per idem etiam patet ꝙ si species rerum sunt multiplicabiles in infinitum: non est inconueniens intellectum creatum simul videre eas per tale medium infinitum. ¶ 4°. arguit contra probationē conclusionis dicens. nec tamen sequitur ꝙ intellectus creat⁹ licet videat omnia que naturaliter representantur in diuina essentia: comprehendat eam. quia quantitas cognitionis potest attendi extensiue penes numerum cognitorum. et intensiue scilicet penes maiorem limpiditateꝫ. licet autem intellectus creatus videat tot in deo quot ipse deus q̄ꝫ ᵐ ad quidditates creataruꝫ rerum: non tamen videt equali limpiditate. quia deus videt se et relucentia in ipso infinita limpiditate: intellectus autem finita. et vnus beatus videt limpidius alio: licet omnes equaliter videāt q̄ꝫ ᵐ ad numerum cognitorum. et quia deus est claritas infinita: nullus intellectus creatus comprehēdit euꝫ nisi intelligat ipsum limpiditate infinita quod est creature impossibile. ¶ 5°. arguit contra illud qḋ adducitur de principio respectu conclusionum. dicit enim ꝙ hoc non est simile. quia in principio ex quo conclusiones deducimus: non habēt cognosci ipse conclusiones in actu et sub proprijs rationibus ante pertractationem vel perscrutationeꝫ principij: sed in virtute et in potentia. et ideo potest cognosci principium ignorata conclusione. et sic perfectius cognoscat principium qui cognoscit principiū et conclusiones: q̄ꝫ qui cognoscit principium tantum. sed deus est ratio cognoscendi simul et distincte in eo omnia que in eo relucent. et sic eodem actu sine aliqua pertractatione vel perscrutatione habent cognosci deus et que in eo relucēt. et ideo nō est pfectius cognoscere deū cum his que relucēt in eo: q̄ꝫ cognoscere ipsum tm̄. qꝛ non contingit cognoscere vnum eorum in actu ⁊ aliud in potentia: sicut est de principio et conclusione. ¶ Sed contra hoc est quod dicit augustin⁹

de videndo deū: ꝙ deꝰ est speculuꝫ voluntarium et si vult videt̃ et si nō vult nō videtur. et dicēdū est q̄ꝫm ad hoc ꝙ deus ē speculū volūtariū in q̄ꝫm q̄ ad visioneꝫ essentie diuine si vult videt̃ et si non vult non videt̃. sed supposito ꝙ videatur: non potest fieri ꝙ videatur q̄ꝫm ad vnuꝫ et lateat quo ad aliud q̄ꝫm ad ea que nata sunt naturaliter repñsentari in eo. loquendo autem de visione qua deꝰ videtur per creaturas mediantibus quibus fiūt alique reuelationes sanctis in vita ista: potest videri quo ad vnum et non quo ad aliud sicut placet. et de tali visione loquitur ibi augustinus. alia autem sunt que non ita naturaliter habent repñsentari per diuinam essentiā sicut quod hic proponit facere vel illud taliter et tali tempore: et producere vel non ꝓducere ea q̄ libera voluntate ꝓducat et potest non producere: et potuit etiam absolute velle et non velle se facturum talia. et hec nō videntur nisi q̄ꝫm deus vult. qualiter autem lateant vt sunt talia et qualiter possunt de nouo reuelari sine mutatione beatitudinis: alteriꝰ negocij est. et de his potest intelligi illud p̄ma Cori. 2. que sunt hominis nemo nouit nisi spiritus hominis qui est in eo. ita et que dei sunt nemo nouit nisi spiritus dei. sic ergo patet ꝙ videns deuꝫ: videt in eo omnia naturaliter relucētia sicut sunt rationes quidditatiue rerum. non autem ea que subsunt diuino proposito. s. quid intendit facere circa res et quid non. et quia primū ad essentiaꝫ beatitudinis pertinet non secundū: ideo ad perfectā beatitudinem creature sufficit omnia cognoscere quo ad primū. hec godofredus i forma. ¶ Cōtra eandē cōclusionē arguit durādus dicens. beatus videns diuinā essentiam cognoscit in ipsa omnes res creatas et creabiles cognoscēdo q̄d sunt. sed de nulla cognoscit an sit ex natura cognitiōis diuine essentie. ad cuius probationem premittendum est qualiter res create representantur intellectui per diuinam essentiam. quo viso probabit̃ intentum. Quantum ad primum sciendum est ꝙ res create non representantur in diuina essentia sicut res obiecte videntur in speculo: nec sicut determinata in principio vniuersali sylogistico: sed soluꝫ sicut creabile in suo principaliter creatiuo. p̄mum patet. quia illud quod representatur in speculo: representatur in ipso quasi ab alio impressuꝫ vel ab eo reflexum s̄m duas opiniones que sunt de imagine speculi. nam quidam dicunt ꝙ in speculo est vere imago impressa ab obiecto. alij dicūt ꝙ solum ab ipso reflectitur imago vel species ad oculum. sed in diuina essentia nihil est impressum a creaturis vel quocūq; alio. nec aliquid est ab ea reflexum vt sic per talem impressionem vel reflexioneꝫ aliq̄ res creata possit videri. ergo res create non representantur in diuina essentia sicut in speculo accipiendo proprie speculum: quia large quando q; vocat̃ speculum omne illud in quo aliquid speculamur qualitercunq;: siue clare vt in filio cognoscit̃ pater. vnde et filius speculū patris dicitur sapientie. 7°. candor est enim lucis eterne et speculum sine macula. siue obscure sicut in creaturis speculamur deuꝫ. de qua speculatione p̄ma Corin. 13. videmus nunc per speculū in enigmate. sed proprie accipiendo speculū prout distiguitur contra alia representatiua: verum est ꝙ in essentia diuina non representant̃ res create sicut in speculo. Secundum patet. s. ꝙ in ipsa non representant̃ res create sicut conclusiones in principio vniuersali sylogistico. quia per principiuꝫ vniuersale et sylogisticū nō repñsentat̃ aliq̄ cōclusio particularis in actu et determinate: nisi facta applicatione et sumptione sub ipso. sed solum in vl̄i et in potētia. sed i essentia diuina representant̃ creature determinate absq; quacūq; deductione et applicatione. ergo nō sic repñsentant̃ res in diuina essentia sicut cōclusiones repñsentant̃ in pn̄cipio vl̄i. Ex quo sequitur ꝙ licet clarius videns principiū sylogisticū possit ꝑ ipsum cognoscere plures conclusiones quia scit facere plures applicationes et deductiones q̄ꝫ vidēs minus clare: tamē istud locum non habet in videntibus diuinam essentiam que in actu et determinate representat alias res absq; quacūq; applicatione ⁊ deductione. Restat ergo tertiū. s. ꝙ res create representātur a diuina essentia sicut causa representat effectuꝫ. et ex hoc patet quod dictum est. s. ꝙ intellectus beatus vidēs diuinā essentiā: videt in ipsa omnes res creatas et creabiles q̄ꝫm ad id quod sunt. quod sic probari potest. intellectus beatꝰ videns clare et mūde diuinam essentiam: videt in ipsa omnia q̄ per ipsam naturaliter et ex necessitate representant̃. sed diuina essentia repñsentat naturaliter et ex necessitate omnes res creatas ⁊ creabiles q̄ꝫm ad id quod sunt. ergo et cē. maior patet. quia ex parte representationis non est impedimentum cum repñsentet naturaliter et ex necessitate determinate. nec ex parte intellectus cui fit representatio: quia ex quo potest in essentiam representantem: potest in omnes res per eam representatas. minor probatur. ꝙ enim diuina essentia representet determinate omnes res existentes et possibiles q̄ꝫm ad id quod sunt: non est dubium quia aliter deus non cognosceret per essentiam suam omnes res existentes et possibiles. sed ꝙ representet illas

naturaliter et ex necessitate: ꝓbatur sic. quia diui na essentia representat res creatas sicut causa rep̄ sentat effectū. sed diuina essentia est causa ſm po tentiā omniū rerū qꝫm ad id qđ sunt naturalit̄ ꝛ ex necessitate: licet nō sit causa actu ꝓducēs nisi libe re. est eñi in potētia diuine volūtatis ꝓducere quā libet rem. sed nō est in libertate diuine volūtatis habere potētiam ꝓducēdi quālibet rē. īmo ex na turali ꝑfectione diuine essentie est hr̄e potentiam omnia ꝓducēdi. sicut aūt causa ſm actū ꝓducit ef fectum q̄ ad ei⁹ existentiā: ita causa ſm potentiam respiciat effectū ſm essentiā vel qꝫm ad illud qđ est. quia sicut ex parte cause est ꝓductiuū et ꝓducens ita ex parte effectus est ꝓducibile ꝛ ꝓductū. quo rum ꝑmum respicit essentiā absolute. secundū ve ro respiciat essētiaꝫ sub actuali existētia. sicut ex pte cause ꝓductiuū respicit potētiā absolute: ꝓduce re aūt respiciat eandeꝫ cum reali actione. res ergo creabiles qꝫm ad id quod sunt: essentialiter neces sario representant̄ ꝑ essentiā diuinā vt est virtus ꝓductiua. sed qꝫm ad actionē extraneam rep̄sentā tur libere ꝑ essentiam diuinā vt est actu volens ꝓ ducere et ꝓducens. patet ergo minor. sequit̄ er go cōclusio. s. ꝙ intellectus diuinā essentiā videns videt ī ea omnia alia qꝫm ad id quod sunt. scit eñi de quolibet ente siue sit naturale siue supnaturale quid est ꝑfecte. vt quid ē homo vel asin⁹: grā vel gloria vel affectio et sic de singulis: non solū in ge nerali. scit enim quilibet beat⁹ nō solum quid ē ho mo quia ē quoddā compositū ex aīa et corꝑe: sed etiam quid ē hic homo: quia est quoddā cōpositū ex hac anima et hoc corꝑe. nō tamē scit an homo vel hic homo sit in rerū natura quia hoc depēdet ex voluntate diuina: nec presentatur necessario in essentia diuina. deus tñ sciens essentiā suā: non soluꝫ scit de rebus quid sint: sed etiā an sint vel fa cte sint aut future sint. et huiusmodi causa assigna tur ab aliquibus quia deus nō solum nouit essen tiam suam vt representat res necessario qꝫm ad id quod sunt: sed etiā nouit plenarie volūtateꝫ suaꝫ ꝑ quam res in actu sunt vel fuerunt vel preterie runt. ¶ Sed contra hoc instatur. quia voluntas non fertur nisi in precognitū. ergo voluntas diui na nō vult aliq̄d esse vel fore: nisi sit precognitum ab intellectu diuino. ergo intellect⁹ diuinus nō ac cipit cognitionē d̄ rebus ex hoc ꝙ cognoscit actuꝫ voluntatis: sed eius voluntas exit in actum volē di rem aliquam fore vel nō fore ex precognitio ne intellect⁹. quod concedēdū est. intellectus eñi diuinus nouit plenissime diuinā essentiaꝫ. et ideo nouit de rebus creabilibus nō solum q̄d sunt vel ꝙ esse possunt: sed qualiter se habeāt vel habere possint ad condecentiaꝫ bonitatis diuine. et ideo seipso vt praticus est: dictat quid et quando ali quid sit ꝓducendū ad manifestationē diuine bo nitatis et ꝑfectionis. ad cuius dictamē ſm nostrū modū intelligēdi: diuina volūtas inclinat̄ et po tētia exequit̄. et sic intellect⁹ diuin⁹ scit quicq̄d di uina voluntas vult fore vel nō fore: vel quid erit vel non erit. sed talē cognitionē de existētis rerū non habet ex hoc ꝙ cognoscit actū voluntatis: s͡ seipso pri⁹ dictat quid erit vel nō erit ſm decētiaꝫ diuine bonitatis. et illud idē diuina volūtas vult et potētia exequit̄. et quāuis beati ex natura visio nis beate non videāt res creatas in essentia diui na ita vt sciāt de eis an sint: tamē hoc sciūt ꝑ aliaꝫ cognitionē seu ꝑ cognitionē naturalē vel reuela tionem qꝫm ad eos attinet. et ista cognitio ꝑtinet ad beatitudinē eorū accidētalem. hec durandus in forma. ¶ Cōtra eandē cōclusionē arguit aureo lus improbādo modū cōclusionis dicēs. nō im peditur quin vidēs diuinaꝫ essentiam videat oīa ex hoc ꝙ diuina essentia ꝯprehendit̄. quod patet sic. si enim vidēs omnes effect⁹ virtutis diuine: cō prehēderet diuinā essentiā: sequit̄ ꝙ vidēs infini tatē dei intēsiuā: multo forti⁹ cōprehenderet eam cū intēsiua infinitas sit ꝑfectior et intimior deo in finitate extēsiua: imo ꝛ causa illius. ex hoc eñi de⁹ pōt causare ꝛ representare infinitos effect⁹: quia est infinit⁹ intensiue. et sequeret̄ ꝙ vidēs duos ef fectus: ꝑfecti⁹ cognosceret deū qꝫ videns vnuꝫ so lum. et quāto plures: tanto magis cognosceret. ꝛ ꝑ consequēs in qualibet reuelatione quā deus fa cit beato: ꝑfectius deū videret. et sic essentia vel ei⁹ beatitudo intēderet̄. rursus sequeret̄ ꝙ vidēs vnam creaturā a deo creari: cōprehēderet virtu tis sue infinitatē: cum creatio habeat ꝓ causa solā virtutē infinitā. adhuc deus visus in quolibet gra du: nō esset exemplar omnis creature: sed visus ī minori esset exemplar vni⁹: visus aūt in maiori es set exēplar alteri⁹. et sic nō posset deus lino reue lare ea que petro: nisi poneret ipm̄ in gradu beati tudinis quē habet petrus. nec angelo inferiori ea q̄ reuelat supiori. sed hec omnia icōueniētia sunt. ergo vidēs oēs effectus qui subsunt vel subesse possunt diuine virtuti: non comprehēderet eam. Confirmat̄. quia omnes creature in essendo nō adequant dei infinitatē. quare nec si ponant̄ om nes cognosci: adequarēt eius cognoscibilitatem. Et iterum cōprehēsio non attenditur penes hoc ꝙ omnia que sunt vel relucent in diuina essentia cognoscant̄: cum quilibet beatus videat existen tiam et distinctionem triū ꝑsonarū et quicq̄d est reale in deo: cum simul sint. et ꝑ consequēs cōpre henderet.

hēderet.sed potius attēditur penes claritatē et gradū visionis: quia nō in tāta claritate et tātuz videt q̄s[m] visibilis ē. nō sequit̄ ergo q̄ vidēs deū et omnes eius effectus cōprehēderet: quia non infinite deū videret. Ad motiuū autē opinionis dicēdū q̄ assumit qd̄ nō est verū. s. q̄ vidēs essentiā: per eam videat creaturas sub ea ratione qua ē causa efficiēs τ que cōtinent̄ ī eis virtute. nō videt aūt sic: sed poti⁹ tāq̄ exēplar τ idea. sub quo cūq̄ aūt gradu videat̄: oīum est exēplar. τ iterū in argumēto cōmittit̄ fallacia cōsequētis. veruz est enī q̄ cognoscēs causam: pfecti⁹ pōt cognoscere plures effect⁹: et cognoscēs pfecti⁹ pncipiū pōt cognoscere plures cōclusiōes. sed nō sequitur ecōuerso q̄ cognoscēs plures cōclusiōes: pfectius cognoscat pncipiū: aut cognoscēs plures effect⁹ cognoscat pfecti⁹ causam. cui⁹ ratio est. q2 pncipiū in quolibet gradu cognituz: est causa oīum cōclusionū pportionabiliter: tū q2 vt pfecti⁹ cognitū: ē causa cognitionis pfectioris. τ ut īpfecti⁹ cognituz: ē causa īpfectioris. quāto ergo quis pfecti⁹ videt diuinā essentiā: pfectius videt creaturas dū sibi reuelant̄. sed nō sequit̄ ecōuerso: q2 visa eēntia in eodē gradu: possūt plura reuelari τ cognosci et p cōsequēs oēs. ¶ Cōtra secūdā cōclusionez arguit aureolus pbādo q̄ si creature videtur in diuina eēntia seu ī verbo eadē visione et eodē actu quo videt̄ verbū: ineuitabile ē quin vidēs diuinā essentiā: videat omnē creaturā. nec poterit alternatim nūc videre vnā creaturā et nūc aliā: sed qua ratione videt vnaz videt aliā et p cōsequēs omnes. hoc pbo inquit dupliciter. primo sic. omnis diuersitas q̄ est circa obiecta in esse cognito τ in esse intētionali: reducitur necessario ad diuersitatē in actu cognitiuo fm suū esse reale. hoc patet. q2 esse intētionale nihil ē in se: sed totū suū esse est ex actu cognitiuo. et ratio ē q2 esse itentionale est tātūmodo ens rationis. ergo impossibile ē q̄ fiat de nouo esse intētionale nisi p actū realē cognitiuū: vel q̄ fiat variatio in isto nisi fiat in illo. alioqui esset p se ens in esse. et p cōsequēs esset ens reale τ nō rationis tātū. ¶ Et cōfirmat̄. q2 nulla actione pōt attigi imediate τ directe: sed attingit̄ actiōe pat tingēte actū cognoscēdi. ad cui⁹ positionē vel variationē ponit̄ τ variat̄ eē cognitū aut hoc vl̄ illō cognitū ex tali vel tali cognitione. a quo eni res habet vt sit: ab eo habet vt tale vl̄ tale sit. sed ad variationē act⁹ visionis diuine essentie: nō habet reduci illa varietas vel diuersitas qua nūc videtur sola essentia sine creatura: nūc aūt cū aliqua creatura: et nūc illa videtur nūc ista creatura: et nūc vident̄ pauciores nūc plures. ergo necessariū est. si illa visione qua videtur diuina essentia videtur creatura: q̄ omnes creature videātur. q̄ aūt ad variationē beatifice visionis qua videt̄ diuina eēntia nō possit reduci illa diuersitas: patet. quia vel reduceret̄ ad diuersitatē specificam vel numeralē in eodē gradu: vel ad intensionez actus et remissionē act⁹. nō pōt aūt reduci ad diuersitatē specificā: quasi act⁹ quo videtur diuina essentia nūc cum vna creatura nūc cum alia nūc cū plurib⁹ nūc cū paucioribus nūc cū creatura nūc sine creatura: sit alteri⁹ speciei. quia cuz q̄libet sit beatific⁹: sequeretur q̄ essent plures act⁹ beatifici differētes specie. et q̄ in qualibet reuelatione variaret̄ beat⁹ fm speciē et sua beatitudo: et eēt beat⁹ sicut camerleonta quod ē incōueniēs. nec pōt reduci ad solā diuersitatē numeralē manēte idētitate specifica: q2 ex quo eēnt eiusdē rationis τ eiusdē grad⁹: haberēt idē obiectuz τ in eodem gradu ac eodē modo. et ita nō plures nec pauciores creature attingerēt p vnū actū q̄ p aliū. nec pōt reduci ad intēsionē τ remissionē. tum q2 in quocūq̄ gradu videt̄ diuina essentia: sufficiēter representat omnē creaturā cum sit exēplar indiuisibile qd̄ totuz attingitur in quocūq̄ gradu claro vl̄ min⁹ claro cognoscatur. tū q2 nō posset deus aliquid reuelare alicui de nouo: quin intenderet essentialē beatitudinē eius. nec posset sibi māifestare tot creaturas quot videt petr⁹ in verbo: quin poneret eū in gradu beatifico petri qd̄ est incōueniēs. ergo ad nullā diuersitatē act⁹ visionis reduci pōt q̄ nūc plures nunc pauciores creature cognoscātur. ¶ 2°. pbat eandē conditionalē sic. impossibile ē actū cognitiuū ad obiecta secūdaria aliter se habere: nisi aliter se habeat ad obiectū primuz qd̄ est exēplar τ ratio cognoscēdi. τ hoc patet. q2 nulla varietas ē in effectu: quī habeat reduci ad causaz maxime in causalitate formali τ exēplari. sed act⁹ visionis quo videtur diuina essentia τ cuz hoc creatura: non se habet aliter ad obiectuz primū qd̄ est exēplar. τ ideo ratio cognoscēdi creaturas si debēt videri nūc plures nūc pauciores: cōstat q̄ non pōt se aliter habere ad diuinā essentiā: nisi quia nūc intēsius nūc remissi⁹ feratur in eam: vel q2 nūc vnū nūc aliud videt de ea. et primū nō pōt dari: quia oportet actū intendi et remitti ex manifestatione nūc pluriū nunc pauciorū creaturarū. nec pōt dari secūdū: cum in diuina essentia nō sit aliud τ aliud ipsa existēte in fine simplicitatis. ergo nulla diuersitas ē in actu respectu diuine eēntie que est exemplar τ ratio cognoscēdi. ergo nec circa

creaturas poterit esse diuersitas vt cognoscant͂ nūc plures nūc pauciores. et per cōsequēs cognoscerent͂ omnes. hec ille. ⁊ finaliter cōcludit ꝙ sicut diuin⁹ intellect⁹ nō attingit creaturas tanꝗ̄ obiecta secundaria sed illud ad quod terminat͂ est vnū ⁊ simplex. s. sua eēntia qua attincta vnite ⁊ equipollēter omnis creatura ē cognita: sic est de intellectu creato beato: qꝛ vidēdo diuinā eēntiā videt omnia. nō quidē terminatiue ⁊ formaliter: sed eminēter et cōtētiue quia videt diuinā essentiā que est omnia eminenter et subsistenter et contentiue.

Quātum ad articulū tertiū primo notandū est ꝙ ꝑut accipit͂ ex dictis scti thome in locis pro cōclusione allegatis ⁊ in pluribus alijs: duplici ratione diuina eēntia ē perfectissimū representatiuū creaturarū. vna est quia diuina essentia habet in se oēm perfectionē essendi. ac per hoc quicquid pfectionis ⁊ entitatis inuenitur in reb⁹ creatis aut inueniri pōt: diuina eēntia pfectissime cōplectit͂. cū enī de⁹ sit ipm esse per se subsistēs: nihil de pfectione essendi pōt ei deesse. omniū aūt rerū perfectiones ptinēt ad pfectionem essendi prout. S. Tho. deducit. pᵃ. p. q. 4. ar. 2. ex quo fit vt diuina eēntia sit omniū rerū et entitatū sufficiēs representatiuū. Alia ratione ē diuina essentia oīum rerū pfectissimū representatiuum. qꝛ. s. est oīum creaturarū causa q̄ꝫᵐ ad omnia q̄ aliq̄d entitatis sunt in creaturis. in oīu aūt causa cōtinētur virtute effect⁹ ad quos causa illa se extendit: cum eius virtus ad omnes illos se extēdat. idē est enī dictu ꝙ virtus cause ad aliquos effectus se extēdat: et ꝙ ipi effectus in virtute cause cōtineātur. ¶ Differunt aūt hi duo modi representādi q̄ꝫᵐ ad tria. primū est quia ſm primū modū: essentia diuina est pfectissimū representatiuū non solū oīum pfectionū et entitatū creatarū et creabiliū: sed etiā oīum perfectionū increabilium. s. diuinarū tam essentialiū q̄ꝫ notionaliū. ſm vero secundum modū quo essentia diuina est representatiua rerū: non representat nisi res illas ⁊ pfectiones ad quas sua potētia causatiua se extēdit. ¶ Secūdum in quo differūt est qꝛ ſm primū modum omnis entitas et pfectio creaturarū tā pro aliquo tēpore existētiū q̄ꝫ etiā possibiliū: actu ⁊ realiter cōtinetur in diuina essentia q̄uis nō ſm modū ꝓpriū creaturarū qui defectū aliquem implicat: sed pfectiori modo. vnde dionisius quinto caº de diuinis noībus: deus inquit nō quodāmodo est existēs: sed simpliciter et incircūscripte totum in seipo esse vniformiter ꝑacapit. ē enim deus realiter sapiēs fortis bon⁹ et sic de singulis entis pfectionibus. et per consequēs actu et realiter diuina essentia est oīs entitatis ⁊ realitatis creaturarū pfectissimū representatiuū. Scdm vero modū secūdum q̄ꝫᵐ est ex ipsi⁹ ratiōe: nō hēt diuina essentia ꝙ sit actu ⁊ realiter representatiuū oīum creaturarū: sed virtute tm̄. nā ex ea ratione qua de⁹ est causa omnis creature: nō ei cōuenit ꝙ habeat actu realiter et formaliter ētitates aut realitates omniū creaturarū. nō enī de ratione cause effectiue est ꝙ actu ⁊ realiter habeat in se effectus suos aut eorū pfectiōes: sed virtute dūtaxat. nā omniū que apud nos hic inferi⁹ generant͂: celū est causa effectiua. quocirca phs dicit. 2. phy. ꝙ sol et homo generāt hoīem. et tn̄ celū nō habet in se actu et realiter oīm istarū rerū inferiorū entitates et pfectiones: sed virtute tātū. qꝛ. s. virtus celi ad producēdas oīum illorū entitates et pfectiones se extēdit. ¶ Aliud vero in quo differunt modi representādi suprapositi ē: quia representatio diuine eēntie ſm pmū modū: fit ex necessitate absoluta qꝛ ex natura rei: quemadmodū et necessitate absoluta ⁊ ex natura rei diuina essentia habet in se oēs creaturarū entitates et pfectiōes in q̄ꝫᵐ est eēntia infinita ⁊ infinite pfectionis. infinitū nāq̄ꝫ eēntia ⁊ pfectione: oēm entitatē ⁊ pfectionē cōplectitur. Representatio aūt diuine eēntie p modū secūdū. s. in q̄ꝫᵐ est causa rerū: nō ē representatio ex natura rei ſm se ⁊ absolute. et p cōsequēs neq̄ꝫ ē representatio ex necessitate absoluta: sed ex necessitate īmutabilitatꝭ volūtatis diuine ⁊ diuine pordinatiōis. quē modū necessitatis theologi vocant ex suppositione. Probatur hoc. qm̄ oēs res create sunt a deo ꝓducte libere: nō ex necessitate nature diuine: nā potuit de⁹ eas non ꝓducere. ac p hoc nō sunt necessario ꝓducte ex necessitate absoluta. Ex quo sequit͂ ꝙ eēntia diuina ſm ꝙ ē causa rerū: nō est illarū representatiuū ex necessitate absoluta. nā vt supra dictū est nō alio modo effect⁹ representātur i causa: q̄ꝫ eo mō quo in ei⁹ virtute cōtinent͂. cū aūt in virtute creatiua seu causatiua dei: non cōtineātur res a deo ꝓducte necessitate absoluta eo ꝙ in virtute dei causatiua rerū non sit talis ordinis necessitas absoluta ad rerū ꝓductionē: cōsequēs ergo est ꝙ diuina eēntia in q̄ꝫᵐ est causa rerū: nō sit earū representatiuū actu ⁊ distincte. verūtamē qꝛ ex natura rei in diuina eēntia ē potētia creatiua rerū: dici pōt ꝙ oēs creature sunt potētia ⁊ vir-

tute i essentia diuina. ꝛ ꝑ cõsequẽs ꝙ eẽntia diui
na ex natura rei ẽ in potẽtia ꝛ virtute repñtati
uũ creaturaꝝ omniũ etiã possibiliũ produci.

¶Secundo Notandũ est ꝙ res vniuersi siue create si
ue creabiles nõ representanť in diuina eẽntia si-
cut in speculo: loquẽdo ꝓprie de speculo in quo
apparẽt imagines ab alio ĩpresse vel ab eo refle-
xe: ꝫm duas opiniones ď imagine apparẽte ĩ spe
culo q̃ ex necessitate videť a vidẽte speculũ. naꝫ
vt. S. Tho. deducit. 2. li. sen. dis. 11ª. q. 2. ar. 4.
ꝛ de veri. q. 12. ar. 6. in cor. de⁹ seu diuina eẽntia
nõ ꝓprie ẽ rerũ speculũ. q̄m nihil in diuina essen-
tia representať vel ꝑ reflectionẽ vel ꝑ impressio-
neꝫ ab alio. ꝛ ideo nec ex natura rei quicq̃d in ea
representať: videť a vidẽtib⁹ diuinã essentiã. im-
mo magis ecõuerso res create sũt speculũ dei eo
ꝙ in eis representať ꝛ cõspiciť. ꝫm illud Ro. 2°.
inuisibilia dei ꝑ ea q̃ facta sunt itellecta cõspiciũť
sempiterna quoqꝫ virt⁹ eius ꝛ diuinitas. quod ꝛ
expresse dicit ap̄lus pª Corin. 13. videmus iquit
nũc per speculũ ꝛc. i. per creaturas. Quod autẽ
sub noĩe sapiẽtie fili⁹ in trinitate diciť speculuꝫ si-
ne macula sapiẽtie. 7. nõ debet intelligi ꝙ sit spe
culũ creaturaꝝ: sed ipsi⁹ patris, put sanctus tho-
mas loco ꝓxime allegato ď veritate notat. in q̃m
in filio ꝑfectissime ẽ ꝛ relucet species p̄ris que est
ipsa natura diuina. Fallit igiť cõsequẽtia volẽtiũ
ex necessaria representatione qua speculũ repre
sentat imagines in eo resultãtes cũctis speculuꝫ
vidẽtib⁹: inferre necessariã representationẽ in di
uina eẽntia oĩm rerũ q̃ in ea relucẽt. ita vt omes
diuinã essentiaꝫ vidẽtes: necessario videãt oĩa
quorũ est sufficiẽs representatiuuꝫ. falluntť certe
qui falso putãtes ꝙ diuina eẽntia sit speculũ crea
turarũ. Sed ꝛ ex abũdanti dicimus ꝙ supposito
ꝙ de⁹ seu diuina essentia dicať speculũ creatura-
rũ improprie ꝛ abusiue ꝫm ꝙ oẽ illud in quo ali
quid videm⁹ seu speculamur speculũ dici potest
nõ adhuc necessaria cõsequẽtia inferri posset ꝙ
vidẽtes diuinã essentiã: viderẽt oĩa quorũ est
sufficiẽs representatiuũ. nã ꝛ si quoquo mõ diui
na essentia speculũ voceť creaturarũ: dici debet
speculũ volũtariũ. in quo vt. S. Tho. dicit. 2. li.
sen. dis. 11ª. q. 2. ar. 2. ad. 4m. et ĩ hac dis. q. 2. ar.
5. ad. 6m. nõ videť nisi qđ vult ostẽdere. sec⁹ aũt
ď speculo materiali qđ ex necessitate nature re
presentat formas in eo relucẽtes. essentia aũt di
uina q̃uis ex ratione nature ac naturali necessi-
tate sit ꝑfectissimũ representatiuũ oĩm reꝝ quia
naturaliter oĩa in ipsa relucẽt: q2 tñ se volũta-
rie ostẽdit ꝛ sola gr̄a visionẽ sui vidẽtib⁹ tribuit
ideo beati eẽntiã dei vidẽtes: nõ oĩa q̃ natura
liter in ipsa relucẽt videt: sed illa tm̃modo q̃ do
no gratie illis de⁹ vult ostẽdere. qđ dñs significa
uit Joã. 14. dicẽs. si quis diligit me: diligeť a pa
tre meo ꝛ ego diligã eũ et manifestabo ei meip-
sum. Et cõfirmať. nã visio dei clara: ẽ vita eterna
ꝫm illud Joã. 17. hec est vita eterna vt cognos-
cãt te soluꝫ verũ deũ ꝛ quẽ misisti iesum xp̃m. vi-
ta vero eterna: sola dei gr̄a datur quibus datur.
iuxta verbũ ap̄li Ro. 6. dicentis. gratia dei vita
eterna. ¶Ex premissis ergo inferim⁹ ꝙ licet diui
na essentia q̃ꝫm ẽ ex se naturaliť representat oĩm
rerũ entitates ac ꝑfectiones: nõ ideo consequẽs
est ꝙ quilibet vidẽs diuinã essentiã: videat in ea
rerũ omniũ ꝑfectiones etiã q̃ꝫm ad ipsas rerũ na-
turas. et pari ratione nec omnes dei effect⁹ non
solũ possibiles ꝓduci sed etiam nec oĩes ꝓdu-
ctos. Probatur hoc. q̄m sicut visio diuine essen
tie solo dono gratie ꝛ ꝑ dei volũtate cõcessa est
beatis: ꝛ nõ equaliter omnibus sed ꝫm magis et
min⁹: iuxta qđ ap̄lus dicebat pª Corin. 15. stella
differt a stella in claritate: ita ꝛ visio rerũ in diui-
na essentia: dono gratie dũtaxat ꝛ ex diuina mi-
sericordia beatis tribuiť: nõ equaliter oĩb⁹ sed
ꝫm magis ꝛ min⁹ pro volũtatis diuine distribu-
tione ꝛ nõ ex naturali necessitate. Est aũt huius
nr̄e deductionis fundamẽtũ ꝙ nõ eo modo vi-
dentur res in verbo seu diuina essentia a beatis
quo i ipa representãtur. q̄m representãtur ĩ deo
ex vi nature diuine q̃ est infinita ꝑfectione. sed vi
dẽtur a beatis sola dei volũtate ꝛ ex mũere gra-
tie. ac ꝑ hoc ꝫm ei⁹ beneplacitũ aliqs plura ꝛ aliqs
pauciora de reb⁹ creatis in se ostẽdit.

¶Tertio Notãdũ est ꝙ sicut intelle-
ctiuũ in hoĩe est quedã ꝑfe-
ctio cõtinẽs in se actu ꝛ formaliter ꝑfectionẽ ve-
getatiui ꝛ sensitiui: ita ratio diuinitatis in deo ẽ
sicut quedã ratio perfectionis totalis cõtinẽs in
se actu ꝛ formaliter oĩes ꝛ singulas ratiões at-
tributorũ diuinorũ. eadeꝫ nãqꝫ ratione qua de⁹
est de⁹: est sapiẽs ꝛ iustus et potẽs ꝛ bonus ꝛ ce-
tera oĩa attributa. ita ꝙ ratio diuinitatis ẽ for
maliter ratio sapiẽtie iusticie potẽtie ꝛ bonitatis
ꝛ sic de ceteris. qđ tñ de singulis rationib⁹ attri-
butorũ nõ dicitur. nõ eni ratio iusticie in deo est
formaliter ratio bonitatis aut ratio sapiẽtie et c̃.
q̃uis iusticia in deo s. t realiter ipa bonitas et sa-
piẽtia. huiõi enim rationes apprehẽduntur ab in
tellectu vt quedã rationes partiales totalis per
fectionis ipsius diuinitatis. quarum vna forma
liter idest ꝫm sui formalem rationẽ non includit
aliam. Ex quibus infertur ꝙ diuina essentia sub

ratio ne diuinitatis est propria et distincta ratio omnium et cuiuslibet creaturarũ. non autẽ sub ratione iusticie vel sapientie aut alicuius aliorũ attributorum essentialiũ. ac per hoc ꝙ sub ratione diuinitatis ẽ exemplar ⁊ representatiuũ proprium ⁊ distinctum cuiuslibet creaturaruꝫ. non autem sub ratione sapientie vel potẽtie aut aliorum attributorũ essentialiũ. Aduertẽdum tñ ꝙ sicut li°. p°. dis. 36. fuit deductum: essentiaꝫ diuinam esse propriuꝫ ac distinctum representatiuũ cuiuslibet creature: dupliciter põt intelligi. vno modo quia scilicet est principiũ ⁊ distinctũ idest distincto modo representatiuuꝫ cuiuslibet creature ꝙ̃ sit representatiuũ aliaruꝫ. ita vt distincta ratiõe ⁊ perfectione sit representatiuũ hui⁹ creature: ⁊ distincta ratione ac pfectione sit representatiuũ alterius et sic de singulis creaturis. ⁊ sub hoc intellectu diuina essentia ẽm se absolute ⁊ ex natura rei dumtaxat: non est proprium ⁊ distinctum representatiuum cuiuslibet creature. imo est cõmune ⁊ indistinctũ omniũ creaturarum representatiuũ. quia vna ratione ⁊ ẽm vnam perfectionẽ tãtũmodo. s. diuinitatis est omniũ ⁊ singularũ creaturarũ cõmune representatiuuꝫ. eo quia vt supra dictuꝫ est ratio et perfectio diuinitatis continet in se actu ⁊ formaliter oẽs ⁊ singulas pfectiones creaturarũ ꝙ̃uis modo eminẽtiori. Alio modo põt intelligi ẽẽntiam diuinam esse proprium ⁊ distinctũ representatiuũ cuiuslibet creaturarũ: quia. s. est omniuꝫ ⁊ cuiuslibet representatiuũ. nõ solum ꝙ̃[m] ad ea q̃ singulis sunt cõia: sed etiã ꝙ̃[m] ad illa q̃ vnicuiqꝫ creature sunt propria ⁊ quibus ab aliis creaturis distinguitur ⁊ in hoc sensu ẽẽntia diuina ẽm se ⁊ ex natura rei est omniũ ⁊ cuiuslibet creaturarũ propriũ ac distinctũ representatiuũ: pro eo ꝙ in diuina ẽẽntia ẽm se ⁊ ex natura diuinitatis que est infinita perfectione: est plenitudo omniũ pfectionuꝫ totius ⁊ cuiuslibet entitatis prout. S. Tho. deduicit. p[a] p. q. 4. ar. 2. et. q. 14. ar. 6. et in plerisqꝫ aliis locis. Unde ⁊ p[a]. p. q. 55. ar. 3. ad. 3[m] ait. idem si sit excellens: põt accipi vt propria ratio et similitudo diuersorum. sicut in hoĩe est ꝓpria ratio vniuersalis prudẽtie ꝙ̃[m] ad omnes actus virtutuꝫ. ⁊ potest accipi vt propria ratio particularis prudẽtie q̃ est in leone ad actus magnanimitatis: et eius que est in vulpe ad ac⁹ cautele ⁊ sic de aliis. similiter ⁊ essentia diuina ꝑpter sui excellẽtiã accipitur vt propria ratio singuloruꝫ que e stin ea vnde sibi singula similãtur ẽm ꝓprias rationes.

¶ Ex premissis secũdo inferimus ad propositũ nostrum ꝙ quãuis essentia et potẽtia in deo sint vna et eadẽ res numero: cõsideratis tñ propriis ⁊ formalibus rationibus ẽm quas essentia ⁊ potentia in deo distinguunẽ: amplior est ratio diuine ẽẽntie ꝙ̃ ratio diuine potẽtie. et per cõsequẽs amplior est ratio representatiui in diuina essentia ꝙ̃ in diuina potẽtia. Probaẽ hoc. quia vt ex supradictis patet: essentia diuina est ꝑfectissimũ representatiuũ actu et distincte omniuꝫ pfectionũ et entitatũ: non solũ creataruũ ⁊ creabiliũ sed etiã increatarũ et increabiliũ. continet enim diuina essentia actu ⁊ formaliter nõ solũ perfectiões et entitates cõmunicabiles creature: sed ⁊ ipsas infinitas et imẽsas pfectiones diuinas creaturis nõ cõmunicabiles sed soli deo proprias. diuina aũt potẽtia sub ratione potẽtie: nõ cõtinet actu ⁊ realiter oẽs rerum pfectiones ⁊ entitates: qr nõ illas q̃ soli deo sunt proprie non cõmunicabiles creature. nõ enim potẽtia dei ad res q̃ in deo et deus sunt se extẽdit. vnde nec ipsarũ est representatiuũ. ⁊ iterꝫ nec potẽtia dei sub ratione qua est potẽtia: est actu ⁊ formaliter representatiuũ rerũ creatarũ ⁊ creabiliũ: sed virtute tñmodo. qm̃ vt dictum est supra: in potẽtia dei sub ratione potentie: nõ cõtinentur res ad quas potẽtia se extẽdit nisi virtute tñ.

¶ Quarto Notandum est ꝙ vt. S. Tho. deducit de veri. q. 20. ar. 4. in cor. nihil põt videri in aliquo nisi illo modo quo est in illo. cõtingit aũt multa esse in vno dupliciter. vno modo diuisim ⁊ pluraliter: sicut plures facies resplẽdẽt in speculo vnaquaqꝫ diuisim: ⁊ sicut plures hoĩes sunt ĩ domo. alio modo vniformiter et simpliciter: sicut plures effectus sunt virtute in causa vel etiã conclusiones in principio et mẽbra in semine. quicunqꝫ aũt aliquid intuetur: cõsequẽs est vt illa videat que illo sunt multipliciter et diuisim. eo ꝙ vnũquodqꝫ ita offertur sicut et illud vnũ in quo cõtinetur. et pro tãto qui videt speculum: videt formas in eo resultãtes. sed qui videt aliquod vnũ non oportet ꝙ videat oĩa que sunt in eo vniformiter siue vnite: nisi quãdo totã virtutẽ illi⁹ vni⁹ comprehẽdit. sicut qui videt aliquod principiũ non oportet ꝙ videat omnes cõclusiones in eo virtute existentes: nisi forte illud cõprehendat. res aũt create sunt in deo: non quidẽ multipliciẽ sed vnite vt dicit dionisius. hec sanctus thomas Ex quibus cõcluditur ꝙ necessariũ non est omnes videntes deũ seu diuinã essentiã: videre res omnes creatas q̃ in ea sunt vnite et vniformiter nisi diuinã essentiã comprehẽderẽt quod est impossibile intellectui creato. naꝫ illud visione aut

cognitione cōprehēditur: quod tam pfecte cog
noscatur quātū cognoscibile ē. est autē cognosci
bile fm q est ens actu. deus aūt cui esse est infi
nitū: est ens actu infinitum. ergo et infinite cog
noscibilis est. nullus aūt intellectus creatus pōt
infinite deū cognoscere cum eius substātia ꝛ virtus
finita sit. nam cuiuslibet rei operatio: modum et
efficaciā habet ex substātia et virtute ipsius. Fa
cit ad ista qḋ. S. Tho. vbi sup. ar. 5. dicit q cog
nitio illius quod in alio cognoscitur: dependet ex
modo cognoscendi illud in quo cognoscit. quē
admodū si quis cognoscat aliquod principium
et in eo accipiat cognitionē cōclusionū aliquarū
earū cognitio ex modo cognoscēdi principium
depēdet. nam quāto aliquis principiū perfectius
cognoscit: tanto plures cōclusiones in eo intue
tur. sed quātūcūq tenuiter principiū cognoscat
semper substātia ipsius principij remanet ei cog
nita: eo q est id quod offert per se et principali
ter cognoscēdum. vnde eorū quorū intellectui
offert principiū vnū: omnes ipaz substātiā prīci
pij cognoscūt. nō aūt omes easdem vel equales
numero cōclusiones cognoscūt: quia nō omes
in modo cognoscēdi principiū sunt pares. sic er
go qui deū per essentiā videt: totā dei essentiam
videt. quia nihil est essentie quod ab aliquo nō
sit visum: cū essentia diuina partē nō habeat. sed
q2 cognoscere creaturas in essentia diuina: depē
det ex modo cognitiōis ipsius essentie: ideo sicut
impossibile ē q intellectus creatus ptingat ad per
fectū modū cognoscēdi essentiā diuinam: ita im
possibile est q ptingat ad cognoscēdum omnia
que in diuina essentia cognosci possunt.

¶ Quinto Notandum est prout ac
capitur ex dictis. S. Tho.
pª. p. q. 14. ar. 7. in cor. et ad. 2m. q proprie loquē
do aliud dictu est aliquid cognosci in alio: et ali
ud cognosci ex alio vel p aliud. nam qḋ cognos
cit ex alio vel per aliud: cognoscit distincto actu
cognitionis ab actu quo illud cognoscit. cū eni
cognoscimus effectū per causam vel ex causa: pri
mo cognoscimus causam: et deinde quasi quo
dā discursu alio actu cognitionis cognoscimus
effectū. et ita vnū seorsum ab alio cognoscitur.
sed quādo aliquid cognoscit i alio: vtrūq cog
noscit eodē actu cognitionis: quāuis prius na
tura cognoscatur illud i quo aliud cognoscitur
referēdo prioritatē nature ad ipsa cognita non
ad eorū cognitionē cū sit vna met numero vtri
usq. vnde. S. Tho. de veri. q. 12. ar. 6. in cor. vi
sio inquit qua videt deus vt ē rerū species pre
supponit illā qua videt vt ē in se essentia quedā

fm q est obiectū beatitudinis. vnde impossibi
le ē q aliquis videat deū fm q est species rerū: ꝛ
non videat eum fm q est beatitudinis obiectū.
videre ergo aliquid i aliquo vt verbi gratia effe
ctū in causa: est cognoscere causam nō solū qm
ad sui substātiā et proprietates absolutas: sed etiā
inqm eius virtus se extēdit ad pducēdū effectū. idez
ē eni dictu effectū in sua causa cognosci ꝛ causaz
cognosci fm q in ea est virtus pducēdi talē effe
ctū. ex quo sequit q pfectior ꝛ capacior sit cogni
tio cause quādo i ea effectus cognoscunt: qm si cau
sa qm ad sui substantiā precise cognoscat. et ra
tio est. quia cognitio effectuū in causa includit
in se et cognitionē effectuū et cognitionē cause.
¶ Ex quibus inferimus q licet maius et pfectius sit
videre deum qm omnia alia: tñ maius ē videre sic
deū q omnia in eo cognoscant: qm videre sic ipm
q nō omnia sed pauciora vel plura in eo cognos
cant. ꝛ hoc dicit expresse. S. Tho. pª. p. q. 12. ar.
8. ad. 3m. Et cōtra gen. li. 3. ca. 56. Si autem res
create ꝛ creabiles representarentur in diuina es
sentia multiplicit et diuisim sub proprijs formis eo
modo quo imagines representantur in speculo
materiali: nō esset maius videre in diuina eēntia
omes ipsas res: qm videre diuinā eēntiā. sicut nō
est aliquid maius aut difficilius videre imagines re
sultantes in speculo materiali: qm videre ipm spe
culum. sed quia res omes create et creabiles sūt
in diuina eēntia vnite idest sub vna tm̄ modo for
ma representate que ē diuina essentia in qua cō
tinētur nō actu sed virtute fm q in ea existūt si
cut i causa effectiua et exēplari: ideo nō ita prōp
te et faciliter ac ex necessitate videntur a vidēti
bus diuinā essentiā: quēadmodū nec cōclusiones
in principio vniuersali silogistico: q2 in eo cōtinē
tur non actu sed virtute: nec vt multe ac diuise
sed vnite. ideo nō ab omnibus omes vidētur: qm
uis principiū vniuersale ab omnibus videat: sed
plus vel minus quilibet videt fm sui intellectus
lumē ꝛ virtutē. latēt enim in principio vniuersa
li effectus seu cōclusiones: quedā plus quedā minus.
Nec valet cōtra hāc rationē scti doctoris quod
aliqui respōdēt dicētes q non simpliciter repre
sentant res create in diuina eēntia quemadmo
dū cōclusiones in principio vniuersali represen
tātur: pro eo q in diuina essentia representātur
creature determinate absq quacūq cōductione
ꝛ applicatione: sed in principio vniuersali nō repre
sentant conclusiones determinate ꝛ in actu: nisi
facta applicatione ꝛ sumptione sub ipso pricipio.
Sed certe hec illorū obiectio propositū nrm non
infirmat propter duo. primū est quia applicatio et

sumptio conclusionum que fit in nobis sub prin
cipio vniuersali: prouenit ex eo ꝙ cognoscũtur
conclusiones ex principijs et nõ in principijs. qui
modꝰ cognitionis est per quẽdam discursum ab
vno in aliud, put deductũ est in principio nota-
bilis. in quo discursu fit applicatio principij ad cõ
clusiones ꝛ sumptio cõclusionum sub principio.
sed in visione beatifica: res create nõ vidẽtur ꝓ-
prie loquẽdo ex ẽẽntia diuina sed in diuina ẽẽn-
tia. ac per hoc simul et vno actu vidẽtur cũ diui-
na essentia. et quia talis visio non est cum discur
su: non proprie ibi locũ habet dicta applicatio vł
sumptio. Secundũ est. quia improprie et large
capiendo prefatam applicationẽ et sumptionem
dicere possumus ꝙ in visione beatifica est quidã
modus applicatiõis principij actiui. s. diuine ẽẽn
tie ad res creatas. et consimiliter quidã modus
sũptionis creatarũ rerum sub ipso principio in
q̃ᵐ diuina essentia se volũtarie representat bea-
tis tanq̃ rerum creatarum principiũ: et beati lu-
mine glorie illustrati pertingunt ad huiuscemo
di representationẽ percipiẽdam: et ad vidẽdum
res creatas in diuina ẽẽntia sicut in pricipio pro
ductiuo. in quo quidam modus applicationis
designatur principij ad eius effectus et sumptio
nis effectuũ sub principio. vnde. S. Tho. de ve-
ri. q. 12. ar. 6. in cor. ait. cognoscere ergo essenti
am diuinã et species. s. rerum in ipsa resultantes
nihil aliud est q̃ cognoscere ipam in se et relatã
ad aliud. prius aũt ẽ est aliquid cognoscere in se
q̃ prout est ad aliud comparatũ. huiuscemodi
aũt cõparatio quidam modus ẽ applicationis.

**Sexto** Notãdum est prout accipit
ex dictis. S. Tho. in hac dis.
q. 2. ar. 3. et de veri. q. 8. ar. 2. ꝙ illud proprie cõ
prehenditur: quod simul capitur cum omnibus
que eius sunt. hoc aũt est illud vndiq̃ habere in
clusum. vnde oportet comprehẽsum cõtineri in
cõprehendẽte. quod aũt includitur ab alio mi-
nus est includẽte vel saltẽ equale. nõ eni vndiq̃
inclusum: excedere põt includentem illud. cum
ergo aliquid per cognitionẽ dicitur comprehẽ-
di: quando cognitũ ex omni sua parte cognos-
citur ita vt actus cognitionis nõ excedatur a re
cognita. excessus autem et equalitas: ad quãti-
tatem pertinẽt. vnde ſm duplicem quãtitatẽ est
duplex modus comprehẽsionis. s. ſm quantita-
tem dimensiuam: quẽadmodum vas dicitur cõ-
prehendere aquã in eo inclusam. et iste modus
comprehensionis non est ad propositũ nr̃m: q2
quantitas dimẽsiua locũ nõ habet in intellectu
quĩ ẽ virtus immaterialis. et presertum q̃ᵐ ad vi-
sionẽ diuinã q̃ neq̃ ex parte potẽtie que ẽ imma
terialis et non vtens organo corporali: neq̃ ex
parte obiecti: neq̃ ex parte sui: potest accipi ſm
quãtitatẽ molis. aliꝰ modus cõprehẽsionis ẽ ſm
quãtitatẽ virtualẽ. per quẽ modũ materia dicit
cõprehendere formã: quãdo forma nullam aliã
materiam perficere et formare põt sed tota eius
formalitas aut actualitas cõtinet in ipa materia
quã informat. quẽadmodũ de materia celi phi
dicũt ꝙ totã sue forme amplitudinẽ capit et con
cludit. et de isto modo cõprehẽsionis scilicet ſm
quãtitatem virtutis: loquunt theologi dicẽtes
ꝙ nullus intellectus creatus comprehẽdere po
test sua cognitione diuinam ẽẽntiam. Sed ani-
maduertendum ẽ ꝙ quãtitas virtutis alicuius
rei duplex esse põt. s. intensiua ꝛ extensiua prout
accipit ex dictis. S. Tho. pᵒ. sen. dis. 17. q. 2. ar.
pᵒ. et. 2ᵒ. et de virtu. in cõmuni. arti. 11ᵒ. ad. 10ᵐ.
quantitas intensiua attenditur ſm rei perfectio
nem. intensio enim quedam magnitudo est per
fectionis ſm quam attẽditur augmentum vir-
tutis. et de hac magnitudine augustinꝰ dicebat
6ᵒ. de trini. caᵒ. 8ᵒ. ꝙ in his que non mole mag-
na sunt: hoc est maius esse quod est melius esse.
Alia est quantitas virtutis rei extensiua que ac-
cipitur in comparatione ad illa ad que virtus se
extendit scilicet ad obiecta vel ad effectus. dici-
tur enim hoc modo maior vł minor virtus: ſm
ꝙ ad plura vł pauciora se extẽdit. Et ſm vtrũq̃
modum quantitatis virtualis possumus loqui
de comprehensione cum querimus an beati vi-
siõe beatifica diuinam essentiã comprehendant.
Sed sciendum ẽ ꝙ quia essentia diuina in visio-
ne beatifica ẽ per se obiectum scibile: triplex quã
titas virtutis in ea potest considerari. vna in ip-
sa pfectione diuine virtutis ſm se. et alia ſm effe
ctus ad quos diuina virtus se extendere potest.
et tertia sub ratione scibilis aut visibilis q̃ᵐ sci-
licet ad modum quo visibilis est aut cognoscibi-
lis. primus et tertius modus dicuntur ſm intẽ-
sionem. secundus vero modus dicitur ſm extẽ-
sionem. Hac autẽ distinctione premissa dicimꝰ
ad questionem ſm mentẽ sancti thome ꝙ capiẽ
do quantitatem virtutis diuine intensiuam ſm
primum modum: quilibet beatus visione beati
fica comprehendit diuinam essentiam et virtu-
tem: eo ꝙ totam essentiam et virtutem dei vi-
deat: ita vt nihil essentie aut virtutis diuine sit
quod non videat. nam cum diuina essentia sit
simplicissima: non potest aliquid eius videri et
aliquid non videri. quia quod non habet par-
tes: non habet aliquid et aliquid. vnde augus-

tinus in libro de videndo deum. totum inquit comprehenditur videndo: quod ita videtur vt nihil ipsi⁹ lateat videntē. quocirca. S. Tho. dicit p̄ª. p. q. 12. ar. 7. ad. 2ᵐ. q̄ nō ꝓpter hoc de⁹ incō prehēsibilis dicitur: quasi aliquid ei⁹ sit quod nō videatur. et in hac dis. q. 2. ar. 3. ad. 3ᵐ. dicendū inquit q̄ totā essentiā diuinam sancti videbunt in patria: sed nō totaliter. nō ita q̄ aliquis mod⁹ sit in deo quē nō videāt: vel aliquis modus sit intellectus ipsorum qui nō conuertatur ad deū. q̄ autē virtus rei possit considerari fm se precise absq̄ respectu et ordine ad illa ad que se extendit: notat. S. Tho. d̄ veri. q. 20. ar. 5. ad. 3ᵐ. ait enim q̄ virtus cause vel principij dupliciter pōt considerari. vno modo q̄ꝫᵐ ad ipsam substātiam virtutis fm se. alio modo pōt cōsiderari q̄ꝫᵐ ad ea ad que virtus se extēdit ex quibus quantitas virtutis accipitur. ex qua distinctiōe ibi infert q̄ anima xpi videt primo modo totā dei virtutem sicut et totā eius essentiā. nō tamen videt totam dei virtutem secūdo modo: quia nō videt oīa ad que diuina virtus se extendere pōt. secundo vero modo qui accipitur fm quātitatē virtutis extēsiuam et tertio modo qui accipitur fm quātitatem intensiuā q̄ꝫᵐ ad rationem scibilis: null⁹ intellectus creatus comprehēdit diuinā essentiā quia videre nō pōt in essentia diuina omnia illa ad q̄ virt⁹ dei ꝛ omnipotētia se extēdere pōt q̄ꝫᵐ ad secūdū modū. nec ipaꝫ dei eēntiā aut alia q̄ in ea videt intellectus creat⁹ videre pōt taꝫ pfecto modo visionis: quāto diuina eēntia visibilis est ꝛ hoc q̄ꝫᵐ ad tertiū modū. naꝫ deus cum sit actu infinitus: infinite cognoscibilis ē. null⁹ aūt intellectus creat⁹ pōt deuꝫ infinite cognoscere: q̄uis cognoscat ipsum esse quid infinitum. Unde. S. Tho. p̄ª. p. loco proxime allegato ad. 3ᵐ. dicit q̄ cū dicit̄ deus videtur tot⁹ sed non totaliter: aduerbium totaliter dicit modū obiecti. nō quidē ita q̄ tot⁹ modus obiecti nō cadat sub cognitione: sed quia mod⁹ obiecti nō est modus cognoscētis. quod expōnēs subiūgit. qui igit̄ videt deum per essentiā: videt hoc in eo q̄ infinite existit ꝛ infinite cognoscibilis ē. sed hic infinitus mod⁹ nō cōpetit ei vt. s. ipe infinite cognoscat. sicut aliquis ꝓbabiliter scire pōt aliquā ꝓpositioneꝫ esse demōstrabilē: licet ipe eaꝫ demōstratiue nō cognoscat. Ad horū intellectū plurimuꝫ facit quod ipse deducit de veri. q. 8. ar. 2. in. cor. et ad. 3ᵐ. ¶ Ex quib⁹ inferimus q̄ vbicūq̄ sanct⁹ thomas dicit q̄ si aliquis intellect⁹ creatus videret in verbo aut in diuina essentia omnes creaturas atq̄ vniuersaliter oīa que in diuina virtute cōtinētur. i. oīa ad q̄ ꝓducēda diuina virt⁹ se extēdit cōprehēderet diuinā eēntiā ꝛ virtutē: loquit̄ de cōprehēsione fm p̄mū modūꝫ et secūdū: non de tertio modo cōprehensionis. nā ad cognitionē omniū q̄ sunt possibilia ꝓduci p diuinā virtuteꝫ nō necessario infert̄ q̄ ipa eorū cognitio ex parte intellect⁹ cognoscētis sit oī modo ita pfecta sicut illa in deo cognoscibilia sunt ꝛ sicut intellectus diuinus illa cognoscit.

¶ Septimo Notādū ē prout. S. Tho. deducit de potētia dei. q. p̄ª. ar. 2. in cor. q̄ q̄uis potentia dei habeat infinitatē ex diuina essentia: tamē ex hoc ipso q̄ cōparat̄ ad ea quoꝝ ē pncipiū: recipit quēdā modū infinitatis queꝫ essentia ex sui formali ratione nō habet. naꝫ in obiectis potētie quedā multitudo inuenit̄. in actiōe etiā inuenitur quedā intensio fm efficaciaꝫ agēdi. et sic pōt potētie actiue attribui quedā infinitas fm cōformitateꝫ ad infinitatē quātitatis ꝛ cōtinue et discrete. discrete quidē: fm q̄ quantitas potētie attribuitur fm multa vel pauca obiecta. ꝛ hec vocatur quātitas extēsiua. cōtinue vero: fm q̄ quātitas potētie attenditur in hoc q̄ remisse vel intense agit. et hec vocatur quātitas intensiua. prima auteꝫ quātitas cōuenit potētie respectu obiectorū. secūda vero respectu actionis. istorū enim duorū actiua potētia est principiū. vtroq̄ auteꝫ modo diuina potētia est infinita. nā nūq̄ꝫ tot effect⁹ facit quin plures facere possit. nec vnq̄ꝫ ita intense operatur: quin itēsius operari possit. intēsio aūt in operatione diuina: nō est attendēda fm q̄ operatio est in operante: quia sic semper ē infinita cum opatio sit diuina essentia. sed attendēda est fm q̄ attingit effectū. sic eni a deo mouētur quedā efficaci⁹ quedam min⁹ efficaciter. ¶ Ex quib⁹ inferim⁹ q̄ fm illū modū quo res create vidētur in essentia diuina: videre infinitatē potētie diuine que accipit̄ i respectu ad obiecta. s. ad ea que subsunt diuine potētie sicut ad ꝓducta ꝛ producibilia et etiā in respectu ad actionē potētie que infinitas attēditur fm efficaciā agēdi: presupponit visioneꝫ infinitatis diuine essentie fm se cōsiderate: et visioneꝫ infinitatis potētie quā habet ab essentia diuina. Probatur hoc. quia sicut videre res creatas in diuina essentia: est videre res creatas vidēdo diuinā essentiā ꝛ eadem visione qua ipsa videtur: ita vt visio diuine essentie sit ratio videndi res creatas prout in quinto notabili fuit deductum: ita videre infinitatē potentie diuine respectu rerum creatarum et creabilium est illam videre vidēdo infinitatem diuine eēn-

tie et infinitatem diuine potentie quā habet a diuina essentia idest q̃m est idem omnino re cum ea. sic vt visio infinitatis diuine essentie et diuine potentie ſm se considerate: sit ratio videndi infinitatem diuine potentie ſm ꝙ consideratur in respectu ad res om̄es creatas et creabiles. qđ autē est ratio alterius: presupponitur ab eo saltem prioritate nature. Quia igitur videre in essentia diuina res omnes creatas ꝛ possibiles creari vel produci a deo quocūq; modo: est videre infinitam dei potētiam intensiue et extēsiue ſm ꝙ ē rerum productiua: nam omnes huiuscemodi res adequant diuinam potētiam quia totalitas obiecti adequat totalitatē potētie ſm ꝙ est rerum ꝓductiua: cōsequēs est ꝙ qui videret in essentia diuina omnes res quocūq; modo ꝓductas et ꝓducibiles per diuinam potentiam: videret et infinitatem diuine essentie et infinitatem diuine potentie: non solum q̃m ad id quod est: sed etiam ſm ꝙ est rerum productiua. hoc autē esset diuinā essentiam et diuinam potentiam intellectu cōprehendere. videre enim rei infinitatem: est rem ipsaꝫ infinitam visu comprehendere. vnde et deus dicit̃ seipsum comprehendere: quia suam infinitatem perfecte videt. Et ex his rursus inferimus ꝙ magis comprehenderetur diuina essentia et diuina potentia si in ea viderent̃ a beatis omnes res ꝓducte et ꝓducibiles quocūq; modo: q̃ videndo diuinam essentiā et diuinā potētiam q̃m ad sui naturam precise. contra opinionem quorundā dicētium ꝙ vidēs infinitatē dei intēsiuam .s. quā habꝫ ex sui natura: multo fortius comprehenderet illā q̃ si videret dei infinitatem extēsiuā .s. in respectu ad eius effectus. Falluntur certe isti non satis aduertentes ꝙ visio infinitatis dei extensiua quam beati habent visione beatifica: presupponit et implicat visionē īfinitatis dei intēsiue modo sup̄ expositio. staret aūt illorū opinio ponēdo vtrāq; visionē seorsuꝫ ab alia. qđ ī visione btīfica nō cōtingit.

Quantū ad articulum quartū respondendū est ad argumēta cōtra cōclusionez. Et quidē ad primum godofredi q̃m ad primum quod impugnat cōtra primā cōclusionem: dicit̃ ꝙ quāuis idea nō sit aliud re q̃ diuina essentia: distinguunt̃ tamen ratione. propter quā distinctionē quedā conueniunt essentie que nō conueniūt idee et econtra cōsiderans proprijs earū rationibus ꝓut latius dictum fuit li. p̄mo. disti. 2. et. 23. vnde sicut essentia diuina pōt a nobis considerari vt essentia ē nō considerando rationem idee: ita et potest videri a beatis id quod est essentia diuina: absq; eo ꝙ videatur ſm respectuꝫ ad creaturas inq̃m .s. est ab eis imitabilis ex quo habet rationem idee. vnde ī argumento cōmittitur fallacia accidēns. accidit enim rationi diuine essentie ſm se considerate: ratio idee. ac per hoc potest vnum sine alio intelligi et videri. ¶ Ad id vero quod obijcit contra secundum quod impugnat: dicitur ꝙ assumptum ē falsum vniuersaliter acceptum sicut ab eo ponit̃. et ad eius primā probationem dicitur ꝙ minor ē falsa loquēdo de representatione actuali quo ad nos. nec valet eius probatio nam assumptum est falsum. quia licet essentia diuina propter suam infinitatem habeat ꝙ naturaliter sit omnium reruꝫ representatiuum: non inde sequitur ꝙ actualiter se omnibus naturaliter representet. sicut et naturaliter est rerum omniū possibiliuꝫ productiua: ꝗ inde non sequitur ꝙ omnes res fieri possibiles: ex naturali necessitate in esse producat sed pro beneplacito sue voluntatis. sic quāuis diuina essentia sit ex natura rei omnium reruꝫ representatiua: nō ideo sequitur ꝙ representet omnia actu ex necessitate nature omnibus illam vidētibus. qr q̃m ad actualem representationem sui et eorū que in ipsa sunt: est representatiuuꝫ voluntariū q̄ ad alios a se. ac ꝑ hoc illis tantūmodo quib⁹ vult et quātū vult et de quibus vult se representat. quēadmodum etiā et corpore glorificati a quibus volūt vident̃ corporaliter: et a quibus nolunt nō vident̃ quamuis eorum corpora dēsa sint et lucida. Responsione autē prima et secunda quā arguēs introducit: non indigemus ideo illā pretermittimus. ¶ Ad illud autē quod obijcit cōtra tertiū dicitur ꝙ procedit ex falso supposito sicut et precedens .s. ꝙ diuina essentia eq̄liter se habꝫ ad representādū omnia quorū naturaliter est rep̄sentatiuū. d cui⁹ falsitate satis est dictū. ¶ Ad. 2m. negat̃ cōsequētia. ꝓcedit enī ex predicto falso supposito .s. ꝙ qcquid est in diuina essentia: videatur actu et distincte ab omnibus illam videntib⁹. ¶ Ad. 3m. respōdet. S. Tho. p̄a. p. q. 12. ar. 8. ad. 3m. ꝙ licet mai⁹ sit videre deū q̃ omnia alia: tamē maius est videre sic deū ꝙ oīa in eo cognoscant̃: q̃ videre sic ipꝫ ꝙ nō omnia sed pauciora vel plura cognoscant̃ in eo. q̄m multitudo cognitoꝝ ī deo: cōsequit̃ modū vidēdi ipm̄ vel magis ꝑfectū vel min⁹ ꝑfectū. Sic etiā respōdet cōtra gen. li. 3o. caplo. 56. Nec valet hui⁹ respōsionis improbatio. nā licet omnia videant̃ in diuina essentia per idem medium: nō tamē per idem mediū equaliter ostensum et visum sed ſm magis et minus. et de hoc latius dictuꝫ est

in primo et secūdo notabili. ¶Ad. 4m. dicitur ꝙ ꝓbatio cōclusionis cōtra quā arguit: sufficiens est loquēdo de cōprehēsione fm primū et secunduz modū positos in sexto notabili. de qua cōprehensione sanctꝰ thomas intelligit in ea ꝓbatione, put ibi dictū fuit. nō de cōprehēsione tertio modo ibi posito de qua ꝓcedit argumentū. et ideo nō militat ꝯtra nos. ¶Ad. 5m. dr ꝙ cōsiderādo essentiā diuinā fm ꝙ est causa rerū: falsum ē qđ arguēs dicit nō esse simile. imo ē simile q̄ꝫm ad hoc ꝙ sicut cōclusiones virtute continenť in principio et vnite non actu distincte: ita et res create sunt in diuina essentia, put ē earuz causa virtute ac vnite et non actu distincte sicut in pmo notabili deductuz fuit. si vero cōsidereť essentia diuina fm ꝙ includit in se actu et realiter omniū rerū pfectiones eminentiori modo: sic non est omnino simile. sed ꝓbatio sancti doctoris ꝓcedit đ essentia diuina pmo modo. s. fm ꝙ est causa rerū. et ita valet ꝓbatio a simili. vnde minor argumēti fm hāc cōsiderationē diuine essentie: est falsa. et ideo argumentū nō ꝓcedit. loquēdo tamē đ diuina essentia, put in se cōtinet omniū rerū pfectiones nō per moduz cause sed sicut ens infinite pfectissimū: argumētū nō est ad ꝓpositū ꝓbationis sancti thome. sed nec sic cōcluderet ꝓpositū arguētis. qꝛ licet actu et realiter habeat in se omniū rerū pfectiones et sit earū representatiuuz: qꝛ tamē nō ex necessitate nature ꝫ volūtarie se ostēdit et representat beatis: nō sequitur ꝙ omēs oīa videāt quoꝝ diuina essentia ē representatiuū. et de hoc satis dictū est. vñ respōsio ibi data ex vbis augustini bona ē. nec valet eiꝰ iprobatio. nā falsus est intellectꝰ quē arguēs fingit ex dictis augustini. qm̄ essentia diuina nō appellatur speculū qꝛ seipāz repñtat: ꝫ qꝛ in ea relucēt creature. quēadmodū ꝛ speculū materiale nō appellať speculū ꝓpter sui ostensionē: sed qꝛ ī eo imagines alioꝝ corpoꝝ resultāt et ostenduntur. vñ cū augustinꝰ dicat essentiā diuinā esse speculū voluntariū manifestū est ꝙ fm volūtariā repñtationē rerū aliarū in ipsa relucētiū vocat eam speculū voluntariū. nā ꝓpter sui volūtariā repñtationē nō vere diceref speculū volūtariū: ꝫ res visa aut obiectū volūtariū. nec rursus verū est ꝙ augustinꝰ ibi loquať đ visione qua deꝰ videť p creaturas: qꝛ in tali visione creature habēt rōnem speculi nō deꝰ. nec iterū deꝰ vere ꝛ ꝓprie dici debet speculū creaturarū, put in secūdo notabili deductū fuit. ¶Ad argumēta durādi cōtra eandē ꝯclusionē dicif ꝙ ī eo ꝙ dicit oēs res creatas et creabiles cognosci in diuina essentia q̄ꝫm ad quid sunt ab omnibꝰ ipsaz videntibus: assumptum est falsum. et ad eiꝰ ꝓbationem concedimus primū. s. ꝙ res create nō videntur in diuina essentia proprie loquendo sicut ī speculo. sed negamus secunduz. s. ꝙ non videnť ī ea per modū quo in pncipio vniuersali cōclusiones videntur. et ad eius ꝓbationē patet responsio ex his q̄ dicta sunt in quinto notabili. cōcedimꝰ ꝓterea tertiū eius dictū. s. ꝙ res create repñtanť in diuina essentia sicut effectꝰ representanť in causa. et cū ex hoc concesso procedit ad ꝓbandū ꝙ itellectꝰ beatꝰ vidēs clare et nude diuinā essentiam videt in ea oēs res creatas et creabiles q̄ꝫm ad id quod sunt: dicimꝰ ꝙ ꝓcessus est nullus. qm̄ maior ꝓpositio est falsa. nec valet eius ꝓbatio. quia quāuis ex parte representātis nō sit impedimētū ꝓpter inefficaciā representādi: est tamē impedimentū ꝓpter defectū volūtatis ipsiꝰ repñtātis qꝛ nō vult omnia simpliciť omnibꝰ in se ostēdere sed q̄busdā plura et q̄busdā pauciora. et est hoc īpedimētum efficax ꝓ eo ꝙ est repñtās actu se ꝛ alia volūtarie. item ex parte intellectꝰ cui fit representatio est defectus capacitatis quaz habet p lumē glorie quod non omnibus infundiť a deo equaliter sicut nec omniū sunt in hac vita equalia merita. vñ de longus ꝓcessus arguentis fundatur sup falso q̄ꝫm ad istam partem. ¶Ad ea q̄ aureolus inducit quibus nitiť improbare motiuū ꝯclusionis nostre: patet responsio ex his que dicta sunt ī sexto et septimo notabili. fundatur enim in duobus falsis presuppositis. primū est ꝙ videre in essentia diuina omnes res creatas et creabiles: esset videre infinitatē dei extrīsecā nō etiā et intrīsecaz qđ ē falsum sicut patet presertim ex septimo notabili. secundū falsum pñsuppositū est ꝙ comprehēsio dei nullo modo attēdiť nisi penes claritatē et gradū visionis qꝛ. s. deꝰ nō videť tā clare q̄ꝫm visibilis est. hoc aūt nō est simpliciť verū sicut patuit in sexto notabili. ¶Ad argumēta eiusdē cōtra secūdā cōclusionē: ad pmū dr ꝙ assumptuz est falsū q̄ꝫm ad pmā ptez. et ad eiꝰ pmā ꝓbationez dicif ꝙ ex toto eius ꝓcessu nō aliud ꝓbať nisi ꝙ in visione btifica nulla est variatio et alteratio ita vt nunc videať vnū in essentia diuina ꝛ postmodū aliud: qđ nos gratis cōcedimꝰ: sed ex isto cōcesso nequaq̄ꝫ ꝓbať qđ arguēs ꝓposuit ꝓbāduz videlicet ꝙ si creature videnť in diuina essentia seu in verbo eadē visiōe et eodē actu q̄ videť verbū: ineuitabile ē quin vidēs diuinā essentiā videat ī ea omnē creaturā. nā quod recta cōsequētia ex illo concesso inferri pōt hoc tantūmodo est ꝙ omnia q̄ videnť in diuina essentia: simul et semper et a principio visionis videntur. hoc certe multuz differt a proposito arguētis. vnde dicimus ꝙ in actu visionis beatifice

nulla est variatio nec alteratio circa quelibz beatum: et q plura vel pauciora q̄ a pricipio visionis quilibet beatus videt in diuina essentia: semp videt et simul oīa illa. ſ cū hoc stat q nec a principio visionis nec post videt in deo oēs res creatas. ¶ Ad illud qđ vltimo infert de sufficiētia repsentationis diuine essentie: respōsum est supra. qr nō puenit ex ipsi⁹ insufficiētia q beati nō videant omnia simpliciter: sed ex causis sup̄ tactis. ¶ Ad secūdā pbationē dicit q pcedit ex dicto falso supposito. s. q idē dictu sit res creatas videri in essentia diuina ſm magis et min⁹ et a quibusdā paucio res: et dicere nūc videri plures et nūc pauciores. hoc aūt falsum est. qm nūc et nūc diuersitatē tēporis designāt circa eandē visionem quā nos nō ponimus. videri aūt a quibusdā plures a quibusdaz pauciores pluralitatē et diuersitatē ponit visionū in pluribus et diuersis vidētibus. hoc autē dicere multum differt ab illo. ¶ Ad argumentum ante oppositū respōdet. S. Tho. pͣ. p. q. 12. arti. 8. ad 3ᵐ. et in hac disti. q. 2. arti. 5. ad. 3ᵐ. Et in hoc articulus terminatur.

# Distinctio qnāgesima.

Circa quinquagesimā et vltimaz distinctionem quarti sententiaruz querit vtrum aīa a corpore separata aliquid cognoscat vel intelligat: et arguitur q non. quia si anima separata aliquid intelligit: oportet q per aliqs species intelligat. sed non intelligit p species inatas quia a principio est sicut tabula rasa in qua nihil ē scriptū. neqz p species quas abstrahit a rebus: qr non habet organa sensus et imaginationis qbus mediātibus species intelligibiles abstrahuntur a rebus. neqz etiā per species prius abstractas et in anima conseruatas: quia sic pueri nihil intelligerent post mortem. neqz etiā per species intelligibiles diuinitus influxas. hec enīz cognitio nō esset naturalis de qua nunc agit: sed gratie. ergo anima a corpore separata nihil intelligit. ¶ In oppositum arguit. quia phs dicit in primo đ anima q si nō est aliqua opationū anime ppria: non cōtingit ipsam separari. contingit autem animā separari. ergo habet aliquam operationem ppriaz et maxime eam que est intelligere. ergo intelligit sine corpore existens. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.

Quantuz ad primū articulū sit ista pclusio q anima separata naturali cognitione nō itelligit res p species quas a rebus accipiat post sui separationē a corpore: sed bene per species post separationē sibi a deo influxas. Hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac dis. ar. pͦ. Et. pͣ. p. q. 89. ar. pͦ. et. 3ͦ. Itē de veri. q. 19. ar. pͦ. Et quodlibet. 3ͦ. ar. 21.

Quantū ad articulū secundū arguēduz est cōtra premissa. Et quidē cōtra cōclusionē arguit scot⁹ pbando q anima separata nō omnia q̄ intelligit intelligat per species prius in corpore acquisitas vel postea in separatione sibi influxas: ita q nullaz acquirat extra corpus. Primo qr et si non esset alia ratio nisi ex istis duobus principijs q̄ruz primū est q plura non sunt ponenda sine necessitate. et accipit a phō pmo phy. secunduz est q de nulla natura ponendū ē qđ derogat ei⁹ dignitati nisi sit euidēs ex alio cōuenienti nature q illud sibi repugnat. et illud accipi pōt a phō secūdo đ generatione. semp inqt dicim⁹ naturā desiderare illud qđ meli⁹ est. et sicut in toto vniuerso: ita in qlibet ei⁹ parte ponēdū est magis illud qđ ē sibi melius si nō euidēter appareat illud sibi nō cōuenire. nūc aūt hic ponit pluralitas sine necessitate. quia tales species īfluxe a deo vł angel: frustra ponūt. qr ista nā sufficiēter hēt ī se vñ possit attingere ad suā pprīā pfectionē sine talib⁹ datis īfusis vł a deo vel ab āgelis. vñ hoc nō videt nisi q̄daz recursus ad deū vł ad āgelos p hoc q nō capit pfectio illi⁹ nature in se. hec etiā opinio vilificat nāz aie itellectiue. sicut eni simplr ē nā vilior q̄ nullā opationē hēt: ita pportionabilit illa videt esse vilior q̄ in opationē sibi pueniētē nō pōt: qz illa q̄ pōt. aīa autē separata ſm te ex sibi intrīsecis etiā cū obiectis cōcurrētib⁹: nō pōt in aliquā opationē sibi cōueniētē: nisi de⁹ vel angeli dēt sibi tales spēs. lapis autē ex sibi intrīsecis sine tali influxu mēdicato: pōt in opationē sibi pportionatā qr descēdit deorsuz et ibi q̄escat. ergo magis vilificat aīa ſz proportionē ad suam nobilitatē qz natura lapidis. ¶ 2ͦ. sic. qr

tu tenes alibi ꝙ duo accidētia eiusdē speciei non
possunt simul esse. illa aūt species lapidis vt obie
cti influxa: est eiusdē speciei cū specie intelligibili
acquisita in corpe ab anima. hec ergo et illa influ-
xa nō poterit manere: vel oportebit speciē hic ac
quisitā non manere. sed secundū est falsum. q2 si
subiectū ꝓpriū illius speciei sit icorruptibile: et ip-
sa species in se possit icorrupta manere: sequit̄ ꝙ
ista manebit. ergo nō dabit̄ isti a deo vel angelo
alia species lapidis. et ꝑ cōsequens vel nūꝗ̄ pote
rit intelligere lapidē: vel poterit intelligere per
speciē priorē acceptā a rebus quod negat̄. Si di-
cas non dari spēm anime habēti prius speciē acq-
sitam: nō videt̄ rationabile ꝙ illa specie perfecta
qualis dat̄ alteri nō habēti: careat ista aīa. et saltē
hoc habet̄ cōtra opinionē ꝙ alia intellectio ē tūc
ꝑ speciē prius a re acceptā. Si dicas formā infusā
et acquisitam differre specie sicut virtutē acquisi
tam et infusam q̄ sunt simul: nō valet similitudo.
tum q2 suppositū de illis virtutibus est falsū. tum
quia non est simile. quia virt9 infusa habebit aliā
propriam regulā q̄ acquisita. vt ex alietate regu-
le: posset poni alia virt9 s̄m speciem. q2 virtus in
essentiali ratione virtutis depēdet a regula cui cō
formatur. hic autem nō poterit assignari differen
tia specifica speciei infuse et acquisite. quia non est
hic differentia nisi tantūmodo principij effectiui
vel modi efficiēdi. talis aūt non distinguit speciē
vt dicit augustin9. 3°. de trini. caplo. 9. ¶ 3°. quia
actiuo sufficienti et passiuo sufficienter approxima
tis potest sequi effectus. et si agens sit naturaliter
agens: sequit̄ effectus. nūc autē anima separata
habente lapidē vel aliud obiectum sibi p̄sens: cō
currunt hec omnia agēs sufficiēs et passiuū suffici-
ens proportionatum respectu speciei intelligibi-
lis talis obiecti per quā habetur cognitio abstra
ctiua. minor probatur. quia intellectus agens cū
obiecto: est causa actiua speciei intelligibilis talis
obiecti per quam habetur talis cognitio. nec mi-
nus cum obiecto extra: q̄ cū phātasmate de quo
tu concedis: quia nihil est in phantasmate prop-
ter quod sufficiat ad causandam speciem intelligi
bilem: quin eminentius insit rei cuius est phātas-
ma. intellectus autem possibilis est sufficiēter re-
ceptiuus. ¶ 4°. quia anima separata potest ha-
bere cognitionem intuitiuā de rebus. sed ad illā
non sufficit species intelligibilis nec phantasma.
quia phātasma representat rem existentem et nō
existentem presentem vel non presentem. et per
consequens ꝑ ipsam nō pōt haberi cognitio de re
vt existente in propria natura vel de existētia p̄-
sente. talis autē cognitio que dicitur intuitiua pōt

dici intellectiua: alioquin intellectus non esset cer
tus de existentia alicui9 obiecti. sed nec intellectio
intuitiua pōt haberi per speciem: quia illa rep̄sen
tat indifferenter rē existentem et nō existentē p̄
sentem et non presentē. et ex hoc sequitur ꝙ ꝑ so
las species influxas a deo vel angelis: non ē pos-
sibilis anime separate cognitio intuitiua. si ergo il
la est possibilis anime separate: sequitur ꝙ erit de
re in se et non per speciem influxam. etiam distā-
tia imoderata obiecti impedit istam intellectio-
nem ītuitiuā obiecti. quia s̄m augustinū in libro d̄
cura pro mortuis agenda: ille anime nesciūt que
hic aguntur nisi discant ab angelis vel ab anima-
bus alijs d̄ nouo ad eas veniētibus. q̄ illa que hic
nouerunt possunt dicere illis. sicut ioannes bapti
sta predixit animab9 sanctis in limbo xp̄m esse des-
censurū. sicut exponit gregorius illā questionē e9
mathei. 10. tu es qui venturus es. nūc autē si ꝑ spe-
cies influxas cognosceret illas cōditiones ex pte
rerum: non oporteret talia nunciari eis a sanctis
vel angelis animabus. ¶ 5°. quia illa ꝓbatio tue
opinionis pro parte negatiua .s. ꝙ anima nō pōt
recipere species a rebus quia non ē conuenientia
inter recipiens et receptum: non valet. quia vel ē
ex quattuor terminis: vel non concludit proposi
tum: vel vna ꝓpositio erit falsa. si enim accipiatur
pro maiori ꝙ oportet esse cōuenientiam inter re
cipiens et receptū: et pro minore ꝙ res materia-
lis non habet cōueniētiā cū intellectu: solū sequit̄
ꝙ intellectus nō recipit rē materialē nec econtra.
si autē cōcludas ꝙ intellect9 nihil recipiat a re ma
teriali: erit ex quattuor terminis: q2 illud p̄dicatū
nō fuit in maiori. si aūt nō accipias illā maiorem
primā sed istā .s. oportet esse cōueniētiā inter re-
cipiens et illud a quo recipit: dico ꝙ magis pro-
prie diceret̄ esse ꝓportionē q̄ cōuenientiā: q2 reci
piēs hēt rōnem passi: et illud a quo recipit rōnē
agentis. agēs aūt et passum oportet eē ꝓportio-
nabilia non aūt cōueniētia ꝓprie nisi extendēdo
cōueniētiā ad ꝓportionē. imo ꝓportio eorū requi
rit discōuenientiā: quia requirit̄ ꝙ vnū eorum sit
in actu tale et aliud ī potētia tale. sic ergo illa ma
ior non a falsa erit si intelligat̄ de cōuenientia ꝓ-
prie dicta. vel si extendas conuenientiā ad ꝓpor-
tionem: concedatur. et tunc minor .s. res extra nō
habet cōueniētiā illo modo cū itellectu: erit falsa.
est eni i actu v̄tuali talis q̄lis ē itellect9 in potētia
formali. ¶ Cōfirmat̄ dupliciter. ꝑmo q2 tu conce
dis phantasma habere talē cōuenientiam ad itel
lectū. et t̄n phantasma ē opposite ꝯditionis ad il-
lud quod recipit̄ in intellectu in hoc ꝙ non repre
sentat obiectum nisi vt hic et nunc. quod itelligit̄

vero sub rōne vniuersalis: est abstractum ab istis
cōdicionib⁹. nec illa alia ꝑuenientia. s. ꝙ phātasma
est sine materia extrinseca: facit ꝙ phātasma ē a-
ctiuū. est enī vere in materia hoc ē in organo ex-
tēso: et tātū impediret actionē in itellectū existe-
re in hac materia extēsa: quātū si existeret in illa
materia extrinseca, sed tantūmodo ꝑ hoc phātas
ma agit in itellectū possibilē: q2 est rep̄sentatiuū
obiecti. ergo eque poterit ista res in se: q2 eque ē
representatiua sui. et hoc credo esse verū. quia li-
cet intellectus posset abstrahere a phātasmate si
ne materia existēte: tamē nō pōt imediate accipe
re cognitionē a re extra vt habet in quodā cōmē
to tertij de aīa. ¶ 2°. confirmat. q2 sequeretur ꝙ
angelus nō posset imediate accipere cognitionē
a re extra. qđ est improbatū in secūdo libro diffu-
se. ¶ 6°. arguit. quia alia ꝓbatio pro parte affir-
matiua. s. de illo influxu specierū: nō valet. q2 pec
cat ſm diuersum intellectū medij vel habet alte-
ram p̄missam falsam. cū enim accipitur in maiore
ꝙ mediū quanto magis recedit ab vno extremo
tāto magis accedit ad aliud: si intelligas mediū
vniformiter et accedere et recedere: ꝯcedo. si dif
formiter: falsa est. vtpote si est mediū in essendo ꝛ
recedit ab hoc extremo in essendo: accedit ad ali
ud in essendo. similiter si mediū in oꝑando ꝛ rece
dit ab hoc extremo in operando: accedit ad aliō
in operando. et si est medium in essendo sed non
in operando ꝛ recedit ab vno extremo ꝑ in essen
do: non ꝓpter hoc accedit ad aliud in operādo.
modo minor pōt intelligi vel de medio in essen-
do: et sic est vera. quia quodā modo etiā anima
cōiuncta habet esse mediū inter substantiā sepa-
ratam et esse corporeū. et tunc conclude. ergo se-
parata anima quando recedit a corꝑe in essendo
accedit ad subā separatā in modo essendi. ſ hoc
nihil est ad propositum ꝙ magis accedat recipiē
do influxum eius ꝑtinentē ad operationem. et si
ad hoc deduceretur ratio: manifestū est ꝙ nō cō-
cludit. tunc enī anima separata magis esset capax
talis influentie: q̄ ipsamet coniuncta corpori glo
rioso cū magis accedat ad esse ſm corpus q̄ ani
ma separata: immo magis hoc est perfecti⁹ q̄ ip-
sa coniuncta corpori corruptibili. si autem accipi-
as in minore ꝙ anima separata magis recedit a
corpore in operando q̄ coniuncta: falsum est si in
telligas vt ab obiecto circa qđ operatur. ita enī
potest a corpore separata cognoscere corpus: si-
cut coniuncta potest. et ideo non sequitur ꝙ ma-
gis accedat ad substantiam separatam vt ad ob-
iectum cognoscibile vel a quo recipiat obiectum
cognoscibile. ¶ 7°. quia illō quod adducitur ad
cōfirmationem huius confirmationis. s. de som-
no et extasi et illud de cōmentatore tertio de ani-
ma: videntur esse figmēta. nō enī ideo in somno
videntur vera: quia anima recipit a corꝑe in ope
rando vt ab obiecto. tūc enim quāto somn⁹ esset
ꝓfundior: tāto magis talia viderent. hoc aūt ē est
falsum: quia somnia nō accidunt in somno ꝓfun-
dissimo sed in tenui somno. tūc etiā epilētici regu
lariter visitarent a spiritibus illis. vnde illud fun
damentū videt acceptum ex fictionibus macho-
meti qui dicit fuisse epilentic⁹ et ad cooperiēdum
miseriā suā dixit se oportere tacere quando ange
lus loquebat sibi. sup istā fictionem ei⁹ auicenna re
uerenter loquēs dē lege sua fingit tales abstractio
nes a sensu. 9°. metha. vt fiat reuelatio ab angel.
nos autē christiani non dicim⁹ aliquē in somno vl
extasi aliquid videre: nisi sit ibi alia causa positiua
vt pote quia de⁹ tunc ei⁹ intellectū mutet. de con
gruo autē magis tunc disponit per amotionē im-
pedimēti quia. s. non est distractus circa alia obie
cta. et vehemēs occupatio circa aliud obiectū im
pedit intēse operari circa illud. imo magis videt
miraculum ꝙ in somno veritas reueletur q̄ in vi
gilia in intellectu nō minus intēto circa sensibilia
quia naturale est ꝙ in vigilia homo habet vsum
rationis non aūt in somno. illud etiā dictū auen-
roiz est planū figmentū ꝙ. s. illa suba separata re-
cipiat a supioribus: et tamē vt cōiungit nobis nō
recipiat: contradictio est. quia nulla suba sepata
potest nobis cōiungi nisi ratione efficiētis vel mo
uentis. manifestū est autē ꝙ si in essendo recipit
aliqđ a supiori: inq̄ᵐ est actiuū ē recipiēs ab eodē.
¶ 8°. quia illa ꝓbatio q̄ infert animā frustra vniri
corpori etc. non valet. quia vnio anime ad corp⁹
nō est finaliter ꝓpter ꝑfectionē corꝑis nec ꝓpter
solā ꝑfectionē anime: sed ꝓpter ꝑfectionē toti⁹ cō-
sistentis ex istis duobus. ꝛ ideo licet nulla ꝑfectio
posset accrescere huic ꝑti vel illi q̄ nō possit habe-
ri sine tali vnione: tamen non fit frustra vnio: q2
perfectio totius q̄ principaliter intendit a natura
non posset haberi nisi illo modo. Item esto ꝙ il-
la vnio fieret propter perfectionē aīe vt. s. acqui-
reret perfectionem suam ex tali vnione: non seq̄-
tur ꝙ frustra vniatur si per aliā viam posset eam
acquirere. si enim aliquid ordinatur ad finem: nō
frustra fit si alio modo possit finis acquiri. sicut si
sanitas possit acquiri per sectionē et potionē: nō
frustra fit sectio: ꝛ si ꝑ potionē possit satis haberi.
et ita si cognitio posset acquiri per vsum sensuum
et ꝑ aliū modū ab ipsa anima separata: nō frustra
fit vnio ex quo ipsa est via cōueniens vno modo
ad acquirendū perfectionem scilicet cognitionē.

¶9°.quia illa.ꝓbatio q̃ procedit de trāsitu extremi ad extremū sine medio: nō valet propter duo. primo quia aliq̃d est mediū vni virtuti: quod nō est mediū alteri loquēdo de medio necessario. sicut in trāsferēdo corpus de loco ad locuʒ vbi aliquod est mediū necessariū virtuti naturali motiue. ita ꝙ virt⁹ naturalis non pōt transferre corp⁹ de vbi remoto ad aliud vbi nisi ꝑ vbi mediū. et tamen illud nō est mediū necessariuʒ virtuti diuine q̃ potest subito trāsferre corpus de quocūqʒ vbi ad quodcūqʒ aliud vbi. sic est in ꝓposito. nā imperfecte virtuti abstractiue mediū necessariuʒ est inter sensibile extra et pure intelligibile .s. esse imaginabile. sed virtuti abstractiue ꝑfectiori: non est necessariū istud mediū. vnde argumētū possʒ deduci ad oppositū. quasi act⁹ itellect⁹ separati essʒ perfectior q̃ꝫ coniūcti: posset tunc sine tali medio transferre obiectū ab extremo in extremū. secundo quia dici pōt ad illud argumentum ꝙ sub alio extremo cadit esse imaginabile qꝛ illud est simpliciter sensibile. illud aūt extremū habʒ sub se diuersos gradus: qꝛ alio modo in gradu sensibili remotiori ab itelligibili ē sensibile extra: q̃ꝫ imagiabile. nūc aūt ab aliq̃ gradu in extremuʒ pōt aliq̃ virt⁹ agere et alia minor nō pōt agere: ſ ab alio gradu ꝓpinquiori. ita hic licet virtus abstractiua intellectus nr̄i non possit agere a sensibili abstrahēdo intelligibile nisi ab hoc gradu sensibilis .s. ab imaginabili: tamen alia virtus superior vel efficacior potest abstrahere a gradu magis distante puta a sensibili extra. hec scotus in forma.

